Google



Digitized by Google

JOANNIS LUYTS,

Philoſophiæ Profeſſoris,

INTRODUCTIO

AD

GEOGRAPHIAM

NOVAM ET VETEREM;

IN QUA

Neceſſaria hujus Scientiæ Prolegomena, intermixto uſu Globi Terreſtris, nec non Oceani & Regionum conſtitutio perſpicuo ordine pertractantur.

ADJICIUNTUR

Suis locis Oceani, Terræ, & cujuſque Regionis Tabulæ, item CHARTÆ LXV SANSONIS, *inter quas quædam hac forma antè ineditæ.*

A ≡ 5580

BIBL: STUD: ACAD: LAUS:

TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Acad. Typogr.

M. DC. XCII.

FACULTÉ DES LETTRES BIBLIOTHÈQUE UNIVERSITÉ DE LAUSANNE

Digitized by Google

Digitized by Google

Nobiliſſimis, Ampliſſimis
DOMINIS,
SOCIETATIS INDICÆ ORIENTALIS
In Camerâ Hornanâ

MODERATORIBUS

Vigilantiſſimis, Fideliſſimis.

D. CORNELIO MENT, Civitatis Hornanæ Conſuli, & Senatori.

D. FRANCISCO VAN BREDEHOFF, J. C. libero Toparchæ in *Ooſthuyſen*, *Etershem* &c., ejuſdem Civitatis, nec non hujus Territorii Summo Prætori, Exconſuli, Senatori, ab Illuſtr. & Præpot. Hollandiæ, Weſtfriſiæque Ordinibus ad Conſilium Statûs Fœderatæ Belgicæ delegato.

D. JACOBO VAN SANDER, J. C. ejuſdem Civitatis Exconſuli, Senatori,

Digitized by Google

Collegii Archithalaſſici, quod in Weſtfriſiâ & Tractu Boreali eſt, Conſiliario, & Fiſci Advocato.

D. CORNELIO DE GROOT, J.C. ejuſdem Civitatis Exconſuli, Senatori, Collegio Archithalaſſico, quod in Weſtfriſiâ & Tractu Boreali eſt, à Secretis.

D. NICOLAO CONINCK, J. C. ejuſdem Civitatis Exconſuli, Senatori, DD. Ordinibus, ex Conſeſſu Illuſtr. & Præpot. Ordinum Hollandiæ & Weſtfriſiæ per Weſtfriſiam & Tractum Borealem deputatis, qui Hornæ conveniunt, adſcripto.

D. JACOBO VAN FOREEST, J.C. ejuſdem Civitatis Conſuli, Senatori, DD. Ordinum, ex Conſeſſu Illuſtr. & Præpot. Ordinum Hollandiæ & Weſtfriſiæ per Weſtfriſiam, & Tractum Borealem deputatorum, Secretario.

D. JOHANNI VAN EGHMONT, VANDER NYENBURGH, Civitatis Alcmarianæ Exconſuli, Senatori, Aggerum

Digitized by Google

gerum Sylvæ Caninæ, vulgò *'t Honds Boſch*, & Collium Arenaceorum, qui ſunt ad Pagum *Petten*, Præfecto.

UT ET

VIRO Doctiſſimo, Dexterrimo,

D. HERMANNO BEZEM, Medicinæ Doctori ſubtiliſſimo, Civitatis Hornanæ Exſcabino, Cameræ Societatis Indicæ, quæ Hornæ eſt, à Tabulis accepti, & expenſi.

INterpellat graviſſimas Veſtras curas, VIRI GRAVISSIMI, hæc *ad Novam & Veterem Geographiam Introductio*; ſed importunitati huic ignoſcite. Qui ipſam compoſuit, in Republicâ Hornanâ, cujus Vos Lumina eſtis & Columina, primam lucem adſpexit, ſub ejus prudenti regimine partem ætatis non exiguam placidè tranſegit, atque in ejuſdem Palladis hoſpitio bonæ mentis poſuit tyrocinia. Cùm verò inviolabili Naturæ lege ortus ſuos repetant

Digitized by Google

petant vel res inanimæ, non peccaſſe Vobis videbor, ſi Naturæ ductum ſecutus, meum in Patriam amorem, & in Vos, ejus Antiſtites, Vindiceſque, quam debeo, obſervantiam, teſter publicè. Amorem, & obſervantiam, quos nec Leyda, bonarum artium Mercatus, quæ me ex domo paternâ, & Veſtrâ Civitate primùm ſuſcepit, potuit infirmare; nec alma Mater Trajectina, ſtudiorum, honorum & commodorum meorum blanda & benigna Nutrix, dum memor ipſe mei, infirmabit. Uti autem hoc meum ſtudium diſplicere Vobis non poteſt, ita neque diſplicebit, crediderim, hujus Libri materia. Præfecti eſtis, ut alia ſileam, Societatis Indicæ per Orientem, quâ non datur in Orbe illuſtrior & potentior. Plura Soli (Collegas Veſtros in aliis Cameris excluſos nolim) in Indiâ poſſidetis, quàm omnes Populi Europæi pariter. Geographia eſt, quæ Vos domi poſitos, per remotiſſima Ter-

Digitized by Google

Terrarum & Maris ſpatia illùc vectare poteſt, felici jucundoque animi remigio, abſque mille Cœli, Soli, & Sali moleſtiis, abſque tenui ligno, nimiùm gracili inter vitæ mortiſque vias limite, abſque fame, ſiti, ſqualore, abſque ullâ defatigatione corporis, abſque viatico, & multâ temporis jacturâ. Geographia eſt, quæ oculis Veſtris objicit, ubi navigetis, belletis, claſſes inſtruatis, regna diſponatis, fœdera nectatis, pacem ineatis, mercaturam faciatis, theſauros colligatis. Declarat, ubi Veſtri miniſtri, dextræ Veſtræ in tàm impeditâ & latè exporrectâ Imperii adminiſtratione, res Veſtras curent, aut curaverint. In Veſtrâ Urbe natus eſt anno M D LXXXVII *Ioannes Petri Coen*, cujus effigiem in Veſtro Senatu etiamnùm læti adſpicitis, primus univerſæ Veſtræ Societatis ſupremus in Indiâ Moderator, quem ſua virtus & vota omnium Camerarum ad hoc dignitatis faſtigium anno hujus ſeculi

Digitized by Google

XVII promoverunt. Geographia eſt, quæ Vobis exhibet Indiæ Continentem & Inſulas, in quibus Veſter ille Civis negotiationem, quæ multùm incipiebat langueſcere, in melius reſtituit; Tractus terrarum, quos Veſtris finibus adjecit; Bataviam, Societatis Veſtræ Metropolim, quam à Patriâ redux (eam ejus ductus dulcedine anno XXIII petierat. Hornæ ſuæ, poſtquam triennium circiter Cameræ Veſtræ Indicæ Præfectis fuerat adſcriptus, valedixit anno XXVII, ſuſceptâ in ſe lautis conditionibus priori Provinciâ) redux inquam, defendit, & anno XXVIII, & XXIX, fortiter, ad extremum uſque vitæ articulum, contra inſultus Imperatoris Iavani, ſeu Mataranenſis, qui ipſam conſcripto exercitu centies mille armatorum ex improviſo adortus eſt; ſed infelici exitu & maximâ ſuorum clade. Veſtra Horna eſt, ubi Gubernatores Collegii Navigationis Auſtralis, quorum pars magna Hornani erant, duas

duas Naves condiderunt, quarum minor *Horna*, & major *Concordia* dicta eſt. Moderamen earum committebatur *Jacobo le Maire*, patriâ Amſtelodamenſi. Navarchus *Concordiæ* erat *Wilhelmus Cornelii Schouten*, Nauticæ rei peritiſſimus, qui ter itinere Indico perfunctus fuerat feliciter, Hornanus, quales quoque erant utriuſque Navis Officiales cæteri. Hi anno xv labentis ſeculi Hornâ ſolventes, auſpiciis Illuſtr. Ordinum Generalium, & Celſiſſimi Principis Mauritii, qui literas fiduciarias ipſis indulſerat, Terras Auſtrales, in eum diem prorsùs incognitas, exploratum & detectum ivêre. Tandem poſt multa maris diſcrimina & longa jactationis tædia primi invenerunt, atque incolumes tranſierunt, menſe Januario anni ſequentis, Fretum nobiliſſimum. Id à Præfecto hujus Expeditionis Mæreum nuncupatum eſt, potuiſſetque non immeritò Hornanum nuncupari, ad tollendum inter *Jacobum le Maire* & *Wil-*

Digitized by Google

helmum Cornelii Schouten æmulationis fomitem. Fretum, decantato illo Magellanico multò compendioſius & tutius, per quod facile eſt velivolis ambire curſibus Orbem. In illud atque vicinas Inſulas nomine Potentiſſimorum Ordinum & Mauritii Principis ſibi poſſeſſionis atque prærogativæ titulum Veſtri Argonautæ vendicârunt. Horum veſtigia ſi luſtrare Vobis volupe eſt, viam comiter monſtrabit Geographia, oſtendetque inter alia, ſuperato Novo Freto, in Terrâ Ignium *Caput Hornanum*, in mari Pacifico *Inſulas Hornanas*, inter Æquatorem & Novam Guineam *Inſulas Wilhelmi Cornelii Schouten*, quæ in Veſtræ Urbis & Navarchi æternum honorem hoc condecoratæ ſunt nomine. Plura non addam. Accipite, VIRI ILLUSTRES, ſerenâ fronte, quod auſpicatiſſimo Veſtro Nomini inſcriptum videtis, Munuſculum Geographicum; ſi forma ſpectetur, exile, & Veſtris longè impar honoribus; ſin materia

teria & animus offerentis, ampliſſimum, ac Civem Veſtrum amare nunquam deſinite. Is Supremum rerum humanarum Arbitrum etiam atque etiam rogat, diutiſſimè Vos eſſe velit Indicæ Societatis Fulcra, Hornæ Veſtræ Decora, Patriæ Patres, Eccleſiæque Nutritios!

Trajecti Batavorum
Id. Novemb. Jul.
A. C. MDC XCII.

NN. AA. VV.

Cultor obſervantiſſimus,

JOANNES LUYTS.

Digitized by Google

LECTURO

AUCTOR

S.

PRodit *tandem in publicum hæc* AD NOVAM ET VETEREM GEOGRAPHIAM INTRODUCTIO. *Moram in primis fecit præter occupationes Muneris Publici, materiæ indolem, ſchedas prælo ſeriùs commiſſas, fuſior Orbis, quàm primùm conceperam, explanatio; quo factum, ut, quod affectum habebam, perparùm mihi profuerit, coacto telam retexere. Filum Geographiæ exorſus ſum à Prolegomenis, abſque quorum notione diſtincta haberi nequit illius cognitio. Quia verò Globus Terreſtris, optima Terræ pictura, illa plurimùm illuſtrare poteſt, ejus uſum, quoties tulit occaſio, evidenter explicui. Neque, ubi deſiderabantur, omiſſæ ſunt Tabulæ aut Figuræ. Studio in hiſce Præliminaribus Doctrinâ Sphæricâ, atque Theo-*

Digitized by Google

Theoricâ abſtinui, quæ hìc multis paginam multam faciunt, aſt parùm appoſitè; cùm id ſit Cœlum Terrâ miſcere, & abſque neceſſitate obſcuriſſimam reddere Geographiam. Minimè inficior, penitiùs ea intelligi ab eo, qui Aſtronomiæ præceptis animum priùs imbuit; ſed ideò hoc loco inculcari non debent, aut poſſunt. Poſt Prolegomena perluſtro Oceanum, alteram partem Globi Terra-Aquei, & partior in vaſta Maria, quorum nobiliores Partes, Freta, Sinus, quæ in Terræ explicatione plùs millies recurrunt, quâ ſe ſequuntur ſerie, explicui. Ne autem multitudo confuſionem, aut oblivionem induceret, ſubdita eſt Hydrographiæ Oceani Tabula, quæ juxta traditam antè Deſcriptionem omnia ſummatìm demonſtrat. Miſſis hiſce, de Terrâ ſtrictè acceptâ omnis ſermo eſt. Eam in Veterem & Novum Orbem diſtribuo, & quemque in ſuam Continentem & Inſulas. Quas verò utriuſque Continens vaſtiſſimas Partes, & Pars celebriores Regiones, &, quæ his objacent, Inſulas complectatur, ex additâ Tabulâ videre eſt. Porrò in universâ hâc mentis peregrinatione, ordinis ſtudui eſſe ſervantiſſimus. Quo ſitu ſuas oras Terra concludit, eundem in conſideratione earum religiosè obſervo; proinde explicita quæque Pars, Regio, Provincia, Urbs, ſponte ſuâ ducit ad proximam, & in Chartis inveſtigantium oculis ſe offerunt ſine permulto labore, inſigni temporis jacturâ, & tædio, quod vel conſtantiſſimum debet obrepere, quando ordo, quod fieri plerumque ſolet, negligitur. Maximè Belgarum Chartas noviſſi-

noviſſimas (dies diem docet, & vulgò curæ ſecundæ primis meliores ſunt) adhibui. Contuli quoque ampliſſimas Chartas Sanſonis, & quæ minori formâ excuſæ ſunt, aliorumque, quas utiles ſcopo deprehendi. Accuratioribus Chartis deficientibus, uti non rarò accidit, ſecutus ſum, quantum licuit, laudatiſſima Itineraria. Adjunctæ ſunt huic Operi Sanſonis Chartæ minores, quod petivit Typographus, qui eas ſibi non parvo ære comparaverat, adauxitque Chartis Globi Terreſtris, Fœderatæ Belgicæ, generali Sacræ Geographiæ, nec non Terræ Promiſſæ, compendiis Chartarum ejuſdem Viri, præter Chartam Belgicæ Fœderatæ. Petitioni illius annui, quia magnum & memorabile nomen in Geographiâ Auctorem habent, multis plurimi æſtimantur, Chartæ majoris formæ ſemper cum Libro circumferri non poſſunt, Geographia abſque Chartis omninò cæca eſt, neque elegantiores ad manum erant. Et licet pauciores Chartas, quàm par eſt, Europæ dederit, eam tamen non parùm illuminant, & plùs cæteras Orbis partes Chartæ reſiduæ, quarum ingens eſt numerus. Ne autem Gallicæ voces hujus Linguæ ignaris negotium faceſſant, eas, quoties neceſſum fuit, veſte Latinâ indui. Inſertæ ſunt huic Introductioni Chartæ, ubi primùm requiruntur, non obſtante inſcriptione variarum, quæ aliam diſpoſitionem præ ſe fert, nec ordine, quo ipſas in ſuâ Geographiâ Sanſonus ipſe digeſſit. Si igitur nullæ Chartæ ad quaſdam regiones compareant, eæ aut anterioribus incluſæ ſunt, quod ex inſpectâ ſerie Chartarum,

huic

Digitized by Google

huic Operi præmiſſâ, liquere poteſt, aut diſtinctæ illarum Chartæ non habentur. Hiſce tamen Chartarum anguſtiis neutiquàm hanc Geographiam arctatam eſſe, ipſa ſibi locuples teſtis eſt. Neque eas unicam mihi Cynoſuram conſtitui. Magis vident oculi, quàm oculus, & major eſt induſtria plurium, quàm prudentia ſingulorum. A ſe ipſe Sanſonus plùs ſemel diſſentit, quare & mihi liberum putavi ab ipſo diſſentire, quotieſcunque id imperavit veritas. Cùm verò jejuna Regionum, Provinciarum, Locorumque enumeratio lectu parùm jucunda ſit, nec multùm memoriam acuat, utile dulci miſceo, adjicioque ex probatiſſimis quibuſque Auctoribus, quæ Regionum ſit conſtitutio, Cœli & Soli natura, Incolarum genius, religio, regimen, (eo puta tempore, quo hæc conſcripta ſunt, ſunt enim res humanæ circulus) quæ eidem Regioni alibi ſubſint, quid hìc, quid illìc acciderit, aliaque; nunquam immemor, ἔργον meum eſſe Geographiam, non Hiſtoriam tractare. Præterea Regioni cuilibet, ſi major, notior, celebriorque eſt, (cæteris non niſi una Tabula ſubjungitur) ſuæ ſubjiciuntur Tabulæ; Generalis primùm, in quâ uno conſpectu grandiores ejus Partes atque Provinciæ videri poſſunt; mox Speciales, in quibus oſtenduntur accuratior ſingularum Provinciarum diviſio, cujuſque, quin univerſæ Regionis, Metropolis, Urbes, Oppida & illuſtriores Fluvii, ii quoque, ſi alicujus momenti ſunt, qui ſe in illos exonerant. Nec alius Tabularum, atque Geographiæ ordo eſt. Nolim tamen de Tabulis

antè ferri judicium, quàm cum Operis contextu collatæ fuerint, qui ſemper amplior fuſiorque eſt, neque ubique licuit intra quatuor Columnarum ſpatia omnia coarctare. Inter Orbis partes Europa eſt, quæ diutiſſimè me detinuit, omnium facile princeps, notiſſima, & ſcitu maximè neceſſaria. Nec prætermiſſæ ſunt cæteræ, præſertim iis in Tractibus, quorum clarior fama eſt, & qui ſæpiùs frequentantur. Ita autem in Hodiernam Geographiam incubui; ut Veterem non omninò intactam reliquerim. Ipſam cum Novâ compoſui, in primis quà Orbis Antiquus rebus præclarè geſtis illuſtrior eſt. Hinc & in Sacram Geographiam longiùs expatiatus ſum, cui non exiguum lumen fœnerat acceſſio Tabulæ Generalis Sacræ Geographiæ, nec non Terræ Promiſſæ, de quibus ſuprà. Minùs tamen in Vetere Geographiâ ſubſtiti, quia multùm diùque in Novâ moratus ſum, & in Vetere tantùm non ubique occurrunt impediti ſſima itinera, mille viarum flexus, trivia atque quadrivia; uti experti fuerunt, quotquot unquam hæc occupavit materia. Inter alios id expertum ſe eſſe, Merula *profitetur, uſque eo, ut & curſum illius inhibuerit.* „*Conſulebam identidem* (ita ſuo „ Lectori loquitur in Coſmographiâ) *Strabonem, Pli-* „ *nium, Pomponium Melam, Stephanum, alios; ſed in* „ *illis tantas ſæpenumerò tenebras, tamque intricatas de-* „ *prehendebam ambages, ut, perſpectis iis, incertior mul-* „ *tò, quàm fueram, diſcederem. Ptolemæum frequenter* „ *adibam; ſed animadvertebam plurima Magno Auctori* „*ſcripta*

„ *ſcripta eſſe ab auditu, & ex aliorum, qui ſæpè fal-*
„ *lunt, quorumque, quùm quæ viſa narrant, verba non-*
„ *nunquam non benè capiuntur, fide.* Hæc ubi prolixè proſecutus eſt, in hunc modum concludit: „ *Tantùm*
„ *igitur difficultatum, ſcopulorum, ſyrtium, de quibus*
„ *jam verba feci, tantopere meum animum conſternavit,*
„ *ut, quod initio propoſueram, mutare fuerim coactus.*
„ *Decreveram totum Terrarum Orbem rimari, & qua, quæ*
„ *hìc dantur, methodo proponere: ſed deterruerunt me, par-*
„ *tìm (verum fatebor) negotium involutum, laborque dif-*
„ *ficilis; Terra etiam, quod curioſiùs ipſam ſcrutarer,*
„ *minante nonnunquam exterminium: partìm tanta Scri-*
„ *ptorum omnium inter ſe diſcordia, & ſerrarum recipro-*
„ *catio; tanta quorundam ſocordia; tàm denique frequen-*
„ *tes eorum nævi & maculæ.* Hactenus Merula. *Indicem juxta progreſſionem Literarum Introductioni huic non ſubjeci, ſed Seriem Capitum & Lemmatum. Illo labore juſſerunt me ſuperſedere additæ Regionibus ſuis Tabulæ, in quibus omnia penè Geographica, quorum illa meminit, dilucidè continentur, & ſi quâ parte laborent, defectum dicta Series, quæ prolixa non eſt, facile adimplebit. In eâ quoque majori Charactere Tabularum loca indicantur, non ſolùm quando occurrunt ſuo ordine, ſed quoties uſui eſſe poſſunt. Ubi Lemma marginale notat generalem partitionem Regionis, proximè monſtratur ejuſdem Tabula Generalis; ubi verò indicat nobiliorem Provinciam, illicò etiam ejus Tabula indica-*

Digitized by Google

tur. Quapropter qui in Geographiâ planè hoſpes non eſt, hærere non poterit in inquiſitione locorum, quorum hìc facta mentio. Veritatem ſectari unicè in votis fuit, ſi aberro, & aſpera, ſcabra, impolitaque in hâc rerum infinitate ſe immiſcuerint, mentem ſubit hoc Plinii: *„ Haud ullo in ge-„ nere venia juſtior eſt, ſi modò minimè mirum eſt, homi-„ nem genitum non omnia humana noviſſe. Stylus, quo utor, ſi Tullianæ Latinitatis Candidatos corruget, norint Philoſophum Orbis ſitum depingere, opus vix capax facundiæ. Tandem in Diſciplinæ, quam expoſui, laudes non excurram. Apud omnes in confeſſo eſt, Geographiam Literarum & totius Sapientiæ ornamentum exiſtere, abſque quâ labant rerum, tàm antiquarum, quàm recentium, monumenta omnia. „ Terra eſt,* teſte eodem Plinio, *quæ nos „ naſcentes excipit, natos alit, ſemelque editos ſuſtinet „ ſemper, noviſſimè complexa gremio jam à reliquâ naturâ „ abdicatos, tùm maximè ut mater operit, nomen proro-„ gat, & memoriam contra brevitatem ævi extendit. Terra vaſtiſſima noſtra Civitas eſt, magna, ut cum* Varrone *dicam, homulli domus. Quare nec inamœna, aut inutilis eſſe poteſt illius contemplatio. Sed Præfationis jam ſatis eſt. Vive, vale* LECTOR, *&, ſi lubet, Laboribus meis fruere.*

IN

Digitized by Google

IN

GEOGRAPHICAS

COGITATIONES

Clariſſimi, Subtiliſſimi,

D. M. JOHANNIS LUYTSII,

Profeſſoris Philoſophi in Acad. Ultraj.
Collegæ conjunctiſſimi.



UISQUIS amas Terras hoſpes luſtraſſe remotas,
Attamen ad patrium conſenuiſſe focum;
Exiguâ magnum portans in imagine Mundum,
Quod petis ille dabit, qui nitet arte, LIBER.
Hoc duce per vaſtas ſoſpes ſpatiaberis oras,
Et potes immenſas anticipare vias.
Non mediâ ardebis zonâ fervore viator,
Nullaque nix arcet quæ tegit alta duas.
Non tardabit iter reſolutus nubibus imber,
Et quæ cum tonitru fulmina ventus agit.
Non altos ſcandes, prærupta cacumina, montes,
Aſpectu quorum lumina terror habet.

Non fera proſiliet dumoſis horrida ſylvis,
Dextraque prædonum non petet enſe latus.
Non huc, non illuc, dubiis jactaberis undis,
Morte tibi varios incutiente metus.
Oblituſque tuorum, obliviſcendus & illis
Haud eris, ex alio redditus orbe redux.
Sic animo volupe eſt oculis ſpectaſſe negata!
Pectore, non oculis, qui ſapit, ille ſapit!
Interea vaſtum clauſiſſe his pellibus Orbem,
Et quaſcunque ſuis rite notaſſe locis
Terras, atque Sinus, Urbes, Mare, Flumina, Portus,
Grande laboris id eſt, nec minus artis, opus.
Grande magis, quo rara magis concordia, quorum
Poſt alios alios devius error agit.
Tu, qui cauta legis dubiis veſtigia ſignis,
VIR CLARE, ingenii præmia digna feres,
Cum, monſtrans orbem, toto monſtraberis orbe:
Par calamo, fama non eris Orbe minor.

GERARDUS DE VRIES,
Acad. patriæ p. t. Rector.

IN

Digitized by Google

IN

GEOGRAPHICUM CODICEM

Clariſſimi & Subtiliſſimi,

D.M. JOHANNIS LUYTSII,

Profeſſoris Philoſophi in Academia
RHENO-TRAJECTINA.

SIDERA qui rutili toties peragravit Olympi
LUYTSIUS, & veſtras, Lunaque Solque, vias,
Nunc alius, quàm nuper erat (cùm panderet Arcis
Aurea ſtelliferæ Signa, Polique decus)
Sponte petit terras, non ut cecidiſſe Gigantes
Fama tulit, ſtrepitu fulminibuſque Jovis:
Nec tempeſtates, nec mixta tonitrua flammis,
Nec calamo pluvias hic glaciemque refert;
Nec quod Libra jubar, nec quos tot Sirius ignes
Exerat, aut quid ſit Virgo Leove, docet.

Hæc

Digitized by Google

Hæc recitat vox viva VIRI, *dum pendet ab ore*
DOCTORIS *Juvenum denſa Corona ſui.*
Mens nunc fixa ſolo eſt, dum ſtans in montibus altis
Litora, Regna, Sinus, Oppida mille notat.
Sic agit, atque illis de montibus, urbibus illis,
Terrarumque ſitu, nobile promit Opus.
Hinc Orbem in chartas mutatus permeat Orbis,
Et qui mutavit, permeat ille ſimul.
Vos, alio ſub Sole novas qui quæritis oras,
Huc juvet, huc, Ductor quo præit ipſe, ſequi.
Orbem ſi totum per vim Romanus habebat,
Orbem tu ſine vi, Lector inermis, habes.
Tota adeò Tellus libro ſpectatur in uno,
Qui, niſi tota ruat, non perituru erit.

L. vande POLL.

EJUS-

Digitized by Google

EJUSDEM HENDECASYLLABI,

Similis ferè argumenti.



Rbem porrigit Orbis inquilinis
Tot qui lucida permeavit Aſtra
Nuper LUYTSIADES, jubarque Solis
Et Lunæ varios priùs labores
Diſtinxit calamo politiore.
Hinc terras petiit volens, nec antè
Dejectus, veluti feros Gigantes
Diris fulminibus Jovis repentè
Proſtratos cecinit ſtupendus ipſe,
Qui millena volat per ora, Naſo.
Sic qui ſidera tot perambulavit,
Nunc faſtigia montium pererrat:
It per ſingula, finibuſque fines,
Amnes amnibus, atque Regna Regnis
Connectit vigil, & notat, docetque.
Tam docti ô Soboles recens *Magiſtri*,
Salve, belle Liber, Liber magiſter:
Quamvis nunc ſileas, quid ignis, aër,
Quid ſint cum glacie nives, pruinæ,
Et venti, ac tonitru, quis ille motus
Terræ nuperus, omnibus tremendum
Quem *Jamaica*, quemve *Belga* ſenſit,
Vel quid ſint Gemini, quid ille Cancer,
Virgo, Libra, Leo, quid amplus ille
Ordo ſidereus, (loquente paſſim
Horum plurima jam tui priore
Patris Progenie, utili libello,
Quem poſſis meritò vocare *Fratrem*)
Depingis tamen, explicaſque, clari
Auctoris nitida & venuſta Proles,
Quæ trux litora pulſet unda ponti,

****

Quæ

Quæ ſit litoribus propinqua tellus,
Quæ ſit montibus Alpibuſque ſepta,
Quænam fontibus amnibuſque pulchra;
Quò tendat Rhodanus, Garumna, Rhenus,
Ganges, Viſtula, Nilus, Albis, Iſter.
Totum luminibus duobus Orbem
Nunc tutus peragro, domique totus
Tranquillus ſedeo. Fit Orbis illud,
Quod vilis fuerat ſilenſque charta.
Totum ſe veteres ſuis Quirites
Orbem viribus occupaſſe credant,
Totum nos ſine vi tenemus Orbem.
Tanti muneris inclyto Datori
Sic cantabimus; *Orbis Inquilinus*
Vivat LUYTSIADES *diu ſub Aſtris;*
Puris LUYTSIADÆ *comas tot Aſtris*
Lauri conſpicuæ palàm coronent,
Quot puriſſima permeavit Aſtra.
Vivat LUYTSIUS *ille in Urbe, qui tot*
Urbes porrigit urbium inquilinis:
Vivat LUYTSIUS *ille in Orbe, cum ſic*
Totum porrigat Orbis inquilinis
Orbem, qui, niſi totus Orbis unà
Tandem corruat, haud peribit unquam.
Claræ floreat Inquilinus Urbis,
Qui, tam nobilis Inquilinus Orbis,
Orbem porrigit Orbis inquilinis.

L. v. P.

AD

A D

Virum Clariſſimum,

D. JOHANNEM LUYTSIUM,

PHILOSOPHUM TRAJECTINUM,

C U M,

Poſt editam INSTITUTIONEM ASTRONOMICAM,

SITUM ORBIS

Affabrè delineatum vulgaret.



Vi nuper emenſus vias es Siderum,
Ales velut Jovis volans per Æthera,
Amplaſque Cælorum plagas delineans:
Indeſinenti cum labore denuo
Immenſa pervagaris Orbis mœnia,
Humi memor, cui tradis ortum & exitum.
Spectator hic quivis quieſcens ducitur
Per ſingulas Telluris orbitas quatuor,
A ſolis ortu, donec abſcondat diem
Phœbus Pater, tum turbidus ciet ubi
Auſter procellas, Heſperuſque rigidus
Aquas ubi conſtringit acri frigore,
Ubi Æquinoctialis urit incolas
Zona. Irrepertum quicquid olim priſtino
Orbi retexit ſera gentibus dies,
Monſtras ſcienter, Artium doctiſſime
LUYTSI. *Mare & Tellus, Lacus & Flumina,*
Montes & Urbes, Inſulæ, Regumque Agri,
Et quicquid Orbis Gentium ſinu fovet,

Uno patent Lectoribus volumine.
Vada hic timenda nulla, Syrtes, imbrium
Hic nulla vis, abeſt Charibdis, & furor
Scyllæ, rapax & Hoſtium manus, vias
Quicquid perambulantibus terras ſecat.
Citra periculum patent ſpectabilis
Orbis tuentibus Plagæ nunc bis duæ.
Quid Ptolemæus, Strabo, Mela ſcripſerint,
Recentiores Sanſonus, Cluverius;
Coſmographi celebriores ſecula
Per multa, collegit Poli, Soli, Sali
Induſtrius ſcrutator, Autor Elegans.
Quicunque Regum geſta, fata gentium,
Eventa bellorum, progreſſus militum
Mirabiles vis diſcere ex Hiſtoriis
Cum fruge, volve diligenter paginas
Has ſingulari laude Publico datas.
Rempublicam qui Literariam Libris
Ditat præclaris, ſitus & Terræ exhibet
Planos inæſtimabili compendio,
Decus reportet immortale, faxit &
Peritiores, Lector, Orbis incolas!

L. M. Q.

Accinuit

ARN. BOSCHMAN

Eccl. Medenblicenſis.

Νῦν ἐν ἁγίοις.

IN-

Digitized by Google

Digitized by Google

MAPPE-MONDE ou CARTE GÉ

Représentée en deu

Reveüe et changée en plusieurs e

Par le Sr. SANSON Géogr

ÉRALE du GLOBE TERRESTRE,

Plan-Hémisphéres,

traits Suivant les Relations les plus récentes
he ordinaire de Sa Majesté.

Digitized by Google

INTRODUCTIONIS AD GEOGRAPHIAM NOVAM ET VETEREM

SECTIO PRIMA, DE Geographiæ Prolegomenis.

CAPUT I.

Geographiæ natura. Globi Terreſtris Axis, Poli, Æquator. Variorum Graduum & varia Terræ quantitas.

GEOGRAPHIA, quæ à Coſmographiâ, ut pars à toto, atque à Chorographiâ ac Topographiâ, ut totum à parte, diſtinguitur, eſt delineatio ſuperficiei Globi Terra-aquei. I. *Geographiæ deſcriptio.*

Complexum hoc globoſæ figuræ eſſe teſtantur faſtigia corporum remotiorum primùm & ultimùm viſa, Eclipſes Lunares, celerior Stellarum ortus in locis orientalibus, plures Fixæ in regionibus, quæ magis in boream & auſtrum vergunt, inocciduæ, ac tandem confecta non ſemel totius Orbis Navigatio. II. *Terra rotunda eſt.*

Digitized by Google

III. *Objectiones tollantur.* Quàm autem nullo modo huic Phyſicæ Telluris rotunditati obſint excelſi Montes, depreſſæ valles, corporum perpendiculariter ſupra ipſam erectorum in quantâvis altitudine totalis ad ſenſum paralleliſmus, aut facies ejuſdem ad oculum ſæpe planiſſima, ex Terreſtris diametri, & ſuperficiei amplitudine, de quâ ſtatim, liquidò patefiet.

IV. *Ejus Axis & Poli.* Ad clariorem & diſtinctiorem hujus Terræ notitiam ſolent Geographi quaſdam Lineas & Puncta ſibi imaginari, ac in Chartis ſuis exprimere. Inter eas primo loco expendendus eſt Axis, recta ex Terræ Septentrione per ipſius centrum in Meridiem extenſa, cujus extremitates, Polis Cæleſtibus rectà ſemper ſuppoſitæ, nuncupantur, altera Polus Terræ Septentrionalis, ſive Arcticus, altera Meridionalis, ſive Antarcticus.

V. *Æquator.* Inter hoſce Polos in pari ab utroque diſtantiâ ducitur per Terræ ambitum Circulus immutabilis, maximus, aliàs magnus & major, ipſam (quemadmodum fit in omni Circulo maximo) in duo Hemiſphæria diſtribuens, qui Æquator, Circulus & Linea Æquinoctialis, ac non rarò Linea per excellentiam appellatur, ſub Circulo cæleſti ejuſdem nominis collocatus.

VI. *Hujus partitio.* Dividitur, uti & quilibet alius Circulus Terreſtris, ad modum Circulorum Cœleſtium, in CCCLX æquales ſectiones, continuatâ ſerie numeratas, quarum quælibet Gradus dicitur. Hunc, quando opus eſt, ſubdividunt in LX prima Minuta, ſive Scrupula, paris omninò magnitudinis, & quodlibet ex hiſce in LX paria Scrupula ſecunda, ac ſic deinceps, quando tantis opus eſt minutiis.

VII. *Quantitas Gradus;* Quiſque verò Gradus Æquatoris, quin & omnis Circuli maximi in Terrâ, ex communi opinione ad LX paſſuum millia, ſeu XV Milliaria Germanica ſe diffundit.

VIII. *Ambitus Terræ; diametri;* Hinc liquet, quot Milliaria traditæ ſtatim longitudinis integer ambitus Circuli Maximi in Terrâ complectatur, atque ex noto ambitu, quanta ſit ejuſdem Diameter, & diſtantia centri à ſuperficie, ſi in ſubſidium vocemus Cyclometriam Archimedis, cui Peripheria ad ſuam Diametrum circiter ſe habet, ut XXII ad VII, nec non auream proportionis Regulam.

IX. *Superficiei; Solidитatis;* Quin ſi Circuli maximi terreſtris Peripheria per ſuam Diametrum multiplicetur, exurget univerſa Terræ ſuperficies in Milliaribus quadratis, ac denique ſi hæc ſuperficies ducatur in ſextan-

Digitized by Google

ſextantem ſuæ Diametri, ejuſdem in Milliaribus cubicis prodibit ſoliditas, ſive craſſities.

X. *Et Graduum minutorum.*

Quod de Gradibus Circuli maximi in Terrâ modò dictum, ad Gradus minorum Circulorum extendi non debet. Nam quemadmodum hi, quò alterutri Polorum ſunt viciniores, eò anguſtioris evadunt ambitus, ſic & cum Gradibus ipſorum comparatum eſt; quia Peripheriæ, quantumvis breves, receptum Graduum numerum complectuntur. Vide ſis §. VI.

XI. *Quam Tabula exhibet.*

Quæ autem ſit Graduum quantitas in LXXXIX diſtinctis Circulis minoribus, ſibi & Æquatori parallelis, ac diſcrimine unius gradus à ſe mutuò ſeparatis, ex Tabulâ ſequente perſpicuè intelligitur, in quâ ſingulis Parallelorum Gradibus in proximâ Columnâ, inque eâdem cum ipſis altitudine, ſua Milliaria & Scrupula appinguntur.

TABULA

Exhibens Gradus XIC Parallelorum Æquatoris converſos in Milliaria & Scrupula Germ.

Grad. Parall.	Mill.	Scrup.	Grad. Par.	Mill.	Scrup.	Grad. Par.	Mill.	Scrup.
1	14	59	21	14	0	41	11	19
2	14	59	22	13	54	42	11	9
3	14	58	23	13	48	43	10	58
4	14	57	24	13	42	44	10	47
5	14	56	25	13	36	45	10	36
6	14	55	26	13	29	46	10	25
7	14	53	27	13	22	47	10	14
8	14	51	28	13	15	48	10	2
9	14	48	29	13	7	49	9	50
10	14	46	30	12	59	50	9	38
11	14	43	31	12	51	51	9	26
12	14	40	32	12	43	52	9	14
13	14	37	33	12	35	53	9	2
14	14	33	34	12	26	54	8	49
15	14	29	35	12	17	55	8	36
16	14	25	36	12	8	56	8	23
17	14	21	37	11	59	57	8	10
18	14	16	38	11	49	58	7	57
19	14	11	39	11	39	59	7	44
20	14	6	40	11	29	60	7	30

Grad. Par.	Mill.	Scrup.	Grad. Par.	Mill.	Scrup.	Grad. Par.	Mill.	Scrup.
61	7	16	71	4	53	81	2	20
62	7	2	72	4	38	82	2	5
63	6	48	73	4	23	83	1	50
64	6	34	74	4	8	84	1	34
65	6	20	75	3	53	85	1	18
66	6	6	76	3	38	86	1	3
67	5	52	77	3	23	87	0	47
68	5	38	78	3	8	88	0	31
69	5	23	79	2	52	89	0	16
70	5	8	80	2	36			

CAPUT II.

Zonæ Veterum. Incolæ ipſarum Umbris diſtincti.

I. *Varia Zona.* POST conſiderationem Æquatoris notandi ſunt illi Circuli minores, quibus Antiqui totius Terræ ſuperficiem in quinque Zonas, quaſi dicas Cingula, quia ipſam ſuo cingunt ambitu, ad modum Cœli, diviſêre. Quinque inquam; nam non inclaruit Lucretii opinio, duas ſolùm admittentis; neque Poſſidonii & Polybii, quibus Torrida in duas ſecta eſt, ſex proinde aſſerentium; neque Martiani Capellæ, qui decem numeravit, vulgaribus bifariàm diſtributis.

II. *Tropici Torridam terminantes.* Zonam Torridam, quæ aliis Aduſta dicitur, omnium maximam, terminat à boreâ Tropicus Cancri, & ab auſtro Tropicus Capricorni, diſtantes quiſque à Circulo Æquinoctiali, qui inter illos medius eſt, gradibus XXIII & dimidio.

III. *Vel habitabilem.* Voluerunt Vetuſtiſſimi mortalium ampliſſimum hoc Terræ ſpatium non eſſe habitabile æſtu, quia Solis curriculo ſemper ſubjacet; ſed eos refutat experientia, ac immodicum calorem venti, imbres, cælum nubilum, aſſidua noctium longitudo atque dierum brevitas multùm minuunt.

IV. *Arctici Temperati, æquales ſibi.* Zona Temperata duplex eſt; Septentrionalis, quæ Tropico Cancri, & Circulo Polari Arctico, atque Meridionalis, quæ Tropico Capricorni, Circuloque Polari Antarctico comprehenditur. Pares ſunt magnitudine, & quælibet latitudinem graduum XLIII obtinet. Utramque Antiquitas, atque ex vero, habitabilem cenſuit propter caloris frigoriſque juſtam temperiem, quæ tamen in variis ipſarum partibus longè variat.

Quod

Digitized by Google

Quod ſupereſt ſpatii ex Terrâ, occupant duæ Zonæ Frigidæ, quibuſdam Gelatæ, Clypeis aut Diſcis non abſimiles, quarum Borealis à Circulo Arctico ad Polum vicinum, & Auſtralis ab Antarctico ad Polum ejuſdem nominis ſe extendit, latitudine graduum XXIII & ſemiſſis inter quemque Polarem ac Polum ſuum interpoſitâ. V. *Poli Frigidæ*

Sunt igitur hæ Zonæ ſibi æquales, ſed multò minores Temperatis. Neutram Veteres putarunt habitari poſſe ob horridum frigus, quod ex longiore Solis abſentiâ, & obliquiſſimis ejus radiis, quando vel adeſt, ſi tempus excipitur Solſtitio Æſtivo propinquum, ibidem perpetuò dominari opinabantur. VI. *Minimæ, ſed pares.*

Sed à veritate aberrârunt, cum & in Circulo Arctico, & intra eum vivant homines, & navigationes quotannis iſtuc inſtituantur, & Hollandi ante ſeculum circiter in tractu Novæ Zemlæ maximè boreo in vili caſâ hyemârint. Quin nec Poli inhabitabiles erunt, ſi (quod Illuſtris Boyleus in Novis Obſervationibus circa frigus meminit) duo Naucleri Belgæ ad LXXXIX Latitudinis gradum acceſſerint, mari ſatis libero à glacie, nec frigore, quàm in Groenlandiâ, aſperiori. VII. *Etiam habitabiles.*

Deſcriptæ Zonæ in Globo Terreſtri, aut Mappis univerſalibus illicò inveniri poſſunt, quia Circulos, quibus ipſas concludi ſtatim diximus, communiter duplice lineâ repræſentant, aut aliàs ex traditâ ipſarum latitudine; proinde his rectè obſervatis propalam eſt, ad quam Zonam obviæ regiones, provinciæ, urbes, cæteraque pertineant. VIII. *Facile inventu ſunt.*

Porrò Veteres pro diverſitate umbrarum, quas corpora in diverſis Zonis per diverſas anni Tempeſtates, ipſo imprimis Meridiei tempore de ſe projiciunt, Terræ incolas diſcreverunt in Amphiſcios, Heteroſcios, & Periſcios, quibus Aſcios adjicimus; quæ partitio quum penes Geographos hodieque obtinet, paucis attingenda eſt. IX. *Incolæ Zonarum umbris diſtincti.*

Qui inter Tropicos vivunt, ſoli dicti ſunt Ἀμφίσκιοι, ſeu Incolæ utriuſque Umbræ, aut Biumbres, quia ipſorum umbræ Meridianæ per varios dies continuos ſparguntur in boream, dein per pares, plures, aut pauciores in auſtrum convertuntur. Cum verò hæ Umbræ per varias anni Tempeſtates ratione longitudinis ad ſenſum magis varient, quàm in Zonis Temperatis, liquet, quo jure etiam vocentur Μακρόσκιοι & Βραχύσκιοι. X. *Torridæ ſunt Ἀμφίσκιοι.*

XI. *Dem Ἄσκιοι.* Iidem etiam bis in anno, ſi Mathematicè rem expendimus, & diebus plus minùs diviſis, ipſo Meridiei puncto ſunt Ἄσκιοι, Inumbres incolæ ſeu ſine umbrâ ; nam corpora eorum ſupra Terram ſuſpenſa, tunc umbram rectà deorſum mittunt, ſeu centrum verſus, quod in corporibus ad angulos rectos ipſi inſiſtentibus nequaquam conſpicitur.

XII. *Uti & Tropicorum.* Ἄσκιοι quoque ſunt, qui Tropicos habitant, omni meridie alti Solſtitii, id eſt, ſi ſenſum ſequimur, diebus circiter quatuordecim, reliquâ verò anni parte ſimiles ſunt Zonarum Temperatarum incolis, de quibus quàm proximè. Quando autem & hi & illi ſint Ἄσκιοι, ac quinam ſint ad datam horam, in *Inſtit. Aſtron.* p. 117 & 118 docuimus.

XIII. *Temperatarum Ἑτερόσκιοι.* Qui intra Zonas Temperatas degunt, nominati ſunt Ἑτερόσκιοι Incolæ Alterumbres, ſeu alterius umbræ, propterea quòd illorum umbra Meridiana ſemper verſus eundem Polum projicitur ; Septentrionalium quidem ad Arcticum, Meridionalium ad Antarcticum.

XIV. *Frigidarum Περίσκιοι.* Tandem quibus in Circulis Polaribus aut aliquâ parte Frigidæ Zonæ eſt habitatio, ſunt appellati Περίσκιοι, umbrâ Circundati, Circumumbres, aut Circumumbratiles, eò quòd ipſorum umbræ ſpatio XXIV Horarum integrum Circulum deſcribunt, quod in Polaribus durat per tempus alti Solſtitii, & intra ipſos eò diutius, quò loca plus ad Polos appropinquant ; quin ſi in his darentur Incolæ, toto ſemeſtri eſſent Περίσκιοι, nunquam Ἑτερόσκιοι, uti accidit in omni alio Zonæ Frigidæ tractu habitantibus.

XV. *Hæc varietas ex Solis motu eſt:* Quæ tradita eſt Umbrarum varietas, ex annuo Solis motu proficiſcitur, qui dum ſenis menſibus ab uno Tropico Cæleſti ad alterum contendit per Eclipticam, & hinc ad oppoſitum per eandem pari tempore revertitur, nec ex metis hiſce excedit, quibus Terreſtres Tropici ſemper ſubjacent, debet incolas Zonæ Torridæ reddere Amphiſcios, & Aſcios, Temperatarum Heteroſcios, & Frigidarum Periſcios.

XVI. *Aſtronomiâ Teſte.* Sed hoc nemo clarè diſtinctéque percipiet ſine uberiori motus Solaris explicatione, quâ cum pariter dependeant jucundiſſima Phænomena, quæ cuilibet Zonæ obveniunt, hæc Aſtronomiæ relinquemus. Conferat, cui lubet, quæ de hac materiâ in citatâ *Inſtit.* à p. 113 ad 127 fusè diximus.

Adden-

Digitized by Google

Addendum denique, Zonas in Geographiâ antiquitate magis, quàm uſu commendandas nobis videri; nam neque requiruntur, ut Orbem habitabilem ab inhabitabili diſcernant, neque ad diſtinctam Locorum aut Regionum cognitionem multùm conferunt. Quia tamen earum mentio penes antiquos & hodiernos Auctores crebrò injicitur, præterire ipſas non licuit. XVII. *Zonæ vix utiles.*

CAPUT III.

Varia Climata & Paralleli.

PRÆTER IV Circulos minores Æquatori Parallelos, quibus integram Terræ ſuperficiem Veteres in quinque Zonas diviſêre, plures alios excogitârunt, per quos magnam ipſius partem, ſecundum varietates quantitatis dierum, ſecuêre in diverſos Parallelos & Climata. I. *Climata & Paralleli.*

Clima, quod Gellius Devergentiam, Vitruvius Inclinationem nuncupat, eſt ſpatium Terræ inter duos Parallelos comprehenſum, iſtius latitudinis, ut dies longiſſimus Paralleli Æquinoctiali Circulo propinquioris dimidiâ horâ brevior ſit die longiſſimo Paralleli diſtantioris. II. *Clima quid?*

Notum enim ex Aſtronomiæ præceptis, ſolos Æquatoris incolas per omnia anni tempora perpetuo potiri æquinoctio, & qui ab eo in ſeptentrionem meridiemque ſiti ſunt, extra Æquinoctia ſemper diſparitatem obſervare in diebus & noctibus, tantò inſigniorem, quantò minùs à Polis ſeparantur. III. *In Æquat. perpetuum Æquin.*

Tres verò cujuſque Climatis ſunt Paralleli; duo extremi, quorum alter Clima inchoat, alter concludit, & unus medius. Inſignior autem locus, per quem hic Parallelus traducitur, Climati nomen imponit. Medius vocatur non reſpectu ſpatii, quaſi ab illis æquidiſtet, quod nunquam accidit, ſed temporis; nam menſura diſtantiæ ſingulorum Parallelorum à ſe mutuò quarta unius horæ eſt. Qui autem Parallelus Climatis proximè præcedentis finem, etiam proximè ſequentis initium determinat. IV. *Tres in omni Climate ſunt Paralleli.*

Numerus Climatum apud Veteres idem non fuit. Vetuſtiſſima partitio ſeptem tantùm ſeptentrionalia Climata enumerat, quorum primum incipit, non ab Æquatore, ſemper, ut opinabantur, ab æſtu torrido, ſed illo ex Parallelis, cujus ab ipſo diſtantia eſt graduum XII & 45 min., ac dies longiſſimus Horarum V. *Climata Veterum.*

rarum XII cum tribus quartis. Ultimum autem definit in Parallelo, qui gradibus L & ſemi abeſt ab Æquatore, diemque longiſſimum habet Horarum XVI & quadrantis.

VI. *In Typo.* Sed quò diſtinctius horum Climatum principium, medium, finis, latitudo in gradibus, & milliaribus, nomina, nec non dierum longiſſimorum quantitas uno obtutu cognoſcantur, proximam Tabulam adjicimus.

DIAGRAMMA

ſeptem primorum Climatum juxta Veteres.

Climatum Nomina.	Termini.	Dies Æſtivus. Hor.	Min.	Diſtantia ab Æquat. Grad.	Min.	Intervallum. Grad.	Min.	Milliaria Germ.	
I Per Meroen.	*Principium.*	12	45	12	45				
	Medium.	13	0	16	40	7	45	116	15
	Finis.	13	15	20	30				
II Per Syenen.	*Principium.*	13	15	20	30				
	Medium.	13	30	24	15	7	0	105	0
	Finis.	13	45	27	30				
III Per Alexandriam.	*Principium.*	13	45	27	30				
	Medium.	14	0	30	45	6	10	92	30
	Finis.	14	15	33	40				
IV Per Rhodum.	*Principium.*	14	15	33	40				
	Medium.	14	30	36	24	5	20	80	0
	Finis.	14	45	39	0				
V Per Romam.	*Principium.*	14	45	39	0				
	Medium.	15	0	41	20	4	30	67	30
	Finis.	15	15	43	30				
VI Per Borysthenem.	*Principium.*	15	15	43	30				
	Medium.	15	30	45	24	3	45	56	15
	Finis.	15	45	47	15				
VII Per Riphæos montes.	*Principium.*	15	45	47	15				
	Medium.	16	0	48	40	3	15	48	45
	Finis.	16	15	50	30				

Plura

Plura Climata versus Septentrionem hi Geographi non statuêre, quia remotiora loca vix inhabitari autumabant, saltem illorum cognitione destituebantur. Hâc de causâ neque alteri Terræ Hemisphærio Climata adscripserunt. VII. *Cur alia non adnotarint?*

Secus tamen posteriores quidam censuêre, quum & Australe Hemisphærium partes teneat ab Æquatore remotiores, ac integram Zonam Temperatam. Proinde huic etiam VII Climata largiti sunt, ejusdem distantiæ ab Æquatore, & magnitudinis cum prioribus, iisdemque, quibus septentrionalia Climata, nominibus, dum aliter propter ignorantiam locorum non licuit, ipsa insigniverunt, præpositâ tantùm præpositione ἀντὶ; ita primum Clima ipsis dictum est ἀντὶ τῆς Μεροῆς, Secundum ἀντὶ τῆς Συήνης, & sic in cæteris. VIII. *Climata Posteriorum.*

Postmodum quando experientiâ compertum est, ulteriùs habitari Terram, plura Climata numerata sunt. Quin recentiores Geographi cuique Hemisphærio Telluris Climata dederunt XXIV, primum inchoantes ab Æquatore, ultimumque finientes in Circulis Polaribus, ubi dies longissimus horarum est XXIV. Quo pacto autem hæc Climata sese habeant, ex proximâ Tabulâ dilucidè potest intelligi. IX. *Dein aucta ad XXIV, juxta Schema.*

SCHEMA

XXIV *Climatum juxta Recentiores.*

CLIMATA.	PARALLELI.	Dies Æstivus.		Distantia ab Æquat.		Intervallum.	
		Hor.	Scrup.	Grad.	Min.	Grad.	Min.
I.	*Principium.*	XII	0	0	0		
	1 *Medium.*	XII	15	4	15		
	2 *Finis.*	XII	30	8	25	8	25.
II.	3 *Medium.*	XII	45	12	30		
	4 *Finis.*	XIII	0.	16	25	8	
III.	5 *Medium.*	XIII	15.	20	15		
	6 *Finis.*	XIII	30.	23	50	7	25
IV.	7 *Medium.*	XIII	45.	27	40		
	8 *Finis.*	XIV	0	30	20	6	30
V.	9 *Medium.*	XIV	15	33	40		
	10 *Finis.*	XIV	30	36	28	6	8

Digitized by Google

Climata.	Paralleli.	Dies Æstivus. Hor.	Scrup.	Distantia ab Æquat. Grad.	Min.	Intervallum. Grad.	Min.
VI.	11 *Medium.* 12 *Finis.*	XIV XV	45 0	39 41	2 22	4	54.
VII.	13 *Medium.* 14 *Finis.*	XV XV	15 30	43 45	32 29	4	7
VIII.	15 *Medium.* 16 *Finis.*	XV. XVI.	45. 0	47 49	20. 1	3	32.
IX.	17 *Medium.* 18 *Finis.*	XVI. XVI.	15. 30	50. 51.	33 58	2	57.
X.	19 *Medium.* 20 *Finis.*	XVI XVII.	45. 0	53. 54.	17. 27.	2	29.
XI.	21 *Medium.* 22 *Finis.*	XVII. XVII.	15. 30	55. 56.	34 37.	2	10.
XII.	23 *Medium.* 24 *Finis.*	XVII. XVIII.	45. 0	157. 58.	32. 29.	1	52.
XIII.	25 *Medium.* 26 *Finis.*	XVIII. XVIII.	15. 30	59. 59.	14 58.	1	29
XIV.	27 *Medium.* 28 *Finis.*	XVIII. XIX.	45. 0	60. 61.	40. 18.	1	20.
XV.	29 *Medium.* 30 *Finis.*	XIX. XIX.	15 30.	61 62	55 25	1	7.
XVI.	31 *Medium.* 32 *Finis.*	XIX. XX.	45 0	62 63	54. 22		57
XVII.	33 *Medium.* 34 *Finis.*	XX XX	15 30	63 64	40 6		44
XVIII.	35 *Medium.* 36 *Finis.*	XX XXI	45. 0	64 64	30 49.		43.
XIX.	37 *Medium.* 38 *Finis.*	XXI XXI	15. 30	65. 65	6 21		32
XX.	39 *Medium.* 40 *Finis.*	XXI XXII.	45 0.	65 65	35 47		26
XXI.	41 *Medium.* 42 *Finis.*	XXII. XXII.	15. 30.	65 66	57 6		19
XXII.	43 *Medium.* 44 *Finis.*	XXII. XXIII.	45. 0	66 66	14. 20.		14.
XXIII.	45 *Medium.* 46 *Finis.*	XXIII XXIII	15. 30.	66 66	25 28		8
XXIV.	47 *Medium.* 48 *Finis.*	XXIII. XXIV.	45. 0	66 66	30 31.		3

Nominis

Nomina horum Climatum non appoſuimus, quia varii variis utuntur, prout aut hunc, aut illum locum in Climate contentum ad ejus appellationem ſeligunt. Ad quod verò Clima ex ultimùm recenſitis ſpectet obvia Regio, Provincia, urbs, vicus, dummodò non longiùs abſint ab Æquatore, quàm Clima Polo propinquiſſimum, ex notatâ illorum diſtantiâ ab hoc Circulo, aut notâ diei Æſtivi quantitate, & collatione ad Tabulam modò delineatam, illicò intelligitur. X. *Clima loci liquet ex Tabulâ.*

Quin ſine Tabulâ hoc ſcire licet, quando Polus Globi Terreſtris, loco, cujus Clima inquiritur, propinquior, pro intervallo ejus ab Æquatore, ſupra plagam Horizontis cognominem elevatur, atque dein initium Cancri aut Capricorni, pro varii Poli altitudine, Ortui advolutum, hinc (Indice Cycli Horarii ſtatuto primùm in duodecimâ) ad Occaſum provolvitur, & detinetur, tùm Index, quanta hîc loci diei longiſſimi ſit longitudo, indicabit, ac numero ſemiſſium Horarum, quibus illa ſuperat Horas duodecim, Clima, quod quæritur, reſpondebit. XI. *Et Globo.*

Multi autem ultra Circulos Polares Climata non extenderunt, quia in locis huic illive Polo vicinioribus dies longiſſimus increſcit integris revolutionibus diurnis, quin menſtruis; ita quidem, ut qui abeunt ab Æquatore gradibus LXVII & min. 25, diem longiſſimum integri menſis poſſideant; qui gr. LXIX & min. 35, duorum menſium; qui gr. LXXIII, & min. 10, trium; qui gr. LXXVIII, quatuor; qui gr. LXXXIII & ſemis, quinque; & denique qui gr. XC, ſex, quemadmodum hæc facile capit, qui Aſtronomicis contemplationibus aliquamdiu operatus eſt. XII. *Cur multis non plura Climata?*

Sed non obſtante hoc inſigni dierum longiſſimorum incremento, varii autumant, univerſam Terræ ſuperficiem in Climata diſpeſcendam eſſe; proinde inter quemque Polarem & Polum proximum ſex locant impropria Climata, quorum Primum terminabitur, ubi dies longiſſimus menſem æquat; Secundum, ubi bimeſtris eſt, atque ita in reliquis. XIII. *Aliis omninò?*

In oppoſitum eunt alii, exiſtimantes, nos omni hoc Climatum apparatu carere poſſe, cùm ad diſtinctam Regionis aut loci cognitionem Climatum cognitio vix quicquam conferat, & dies longiſſimus illius faciliùs offendi poſſit, quàm ordo Climatis, in quo jacet, quin maxima inter ipſa ſit diſparitas, XIV. *Sunt, qui omnia tollunt;*

ritas, teſte ſuperiore Tabulâ, hinc in hodiernis Chartis nullum horum Climatum veſtigium exprimitur.

XV. *Corrigunt:* Sunt denique, quibus non tàm diſplicent Climata, quàm ingens eorum inæqualitas, huic ut ex parte medeantur, inter Æquatorem & quemque Polarium non XXIV, ſed XVI tantùm admittunt Climata, quorum Octo priora cum delineatis omninò conſentiunt; reliqua verò inter ſui initium & finem integræ horæ differentiam obſervant.

XVI. *Commutant:* Hæc tamen medelâ omnibus non ſatisfacit, proinde quidam quodlibet Terræ Hemiſphærium in IX Climata maluerunt dividere, in quibus nulla temporis ratio habetur, ſed paris ſolùm latitudinis, quæ in ſingulis eſt X graduum. Itaque qui vivunt inter Æquatorem & X gradum latitudinis, Primum habitant Clima; qui inter X gr. & XX, in Secundo ſunt, ac ſic in cæteris.

XVII. *Juxta Chartas.* Hæc Climata in Tabulâ Orbis depingi ſolent, quin non rarò in Tabulis grandiorum ipſius partium. Denominantur vel voce communi petitâ à Polo, ad quem accedunt, vel propriâ, quam ipſis facit celebrior diſtrictus, quem complectuntur.

XVIII. *Paralleli quid?* Sed jam ſatis de Climatibus. Ad Parallelos progredimur, qui ſunt ſpatium Terræ, ut plurimùm duobus Circulis minoribus, Æquatori parallelis, incluſum, iſtius plerumque latitudinis, ut dies longiſſimus Paralleli Æquatori propinquioris minor ſit die longiſſimo Paralleli proximè remotioris quadrante Horæ. Duo igitur Paralleli unum Clima conſtituunt.

XIX. *Ptolemæus XXIX* Ptolemæus in ſuo Univerſali Orbis Typo viginti & unum Parallelos Septentrionales delineat, quorum Primus recedit ab Æquatore gradibus IV & unâ quartâ, diemque longiſſimum experitur Horarum duodecim, & unius quadrantis; Ultimus verò gradibus LXIII, cujus dies longiſſimus viginti Horarum conſtituitur.

XX. *Diſpares.* Ex hoc Parallelorum numero quatuordecim Primi obſervant differentiam temporis, quam exigit tradita Definitio. Quinque ſequentes diſtant ſemiſſe horæ, & duo poſtremi integrâ; quæ mutatio ideò inſtituta eſt, quò minor ſit diſcrepantia latitudinis inter Parallelos priores & poſteriores.

XXI. *Recentiores* Qui autem ex Recentioribus inter Æquatorem & quemque

Digitized by Google

que Polarium viginti quatuor recenſent Climata, iidem in iiſdem ſpatiis Parallelos quadraginta octo numerant, omnes Horæ quadrante à ſe diviſos, quemadmodum in ſuperiore Tabulâ videre licet. Qui denique cuilibet Hemiſphærio novem largiuntur Climata, octodecim etiam Parallelos cuique attribuunt, ſingulos latitudinis quinque graduum, qui in Mappis interdùm exprimuntur. *variant.*

In quo verò Parallelorum obvia loca jaceant, eos clàm eſſe nequit, qui, quo pacto Climata invenienda ſint, probè ex ſuperioribus intellexit. Atque hæc de Parallelis, de quibus, quemadmodum & de Climatibus, dictum eſt, non tàm ob utilitatem, quam præſtant hodiernæ Geographiæ, quàm ne ignorentur antiqui Scriptores, qui ſæpiùs de iis verba faciunt. XXII. *Inventio & Uſus.*

CAPUT IV.

Meridianus. Ejuſdem varii Incolæ.

MAJORIS neceſſitatis in Geographiâ eſt Meridiani conſideratio, Circuli maximi in Terrâ, qui per hujus Polos & datum Locum, interque verum Orientem ac Occidentem medius incedit. I. *Meridianus quid?*

Peripheria ipſius in quatuor Quadrantes ſolet dividi, quorum quiſque gradus numerat nonaginta. Hi in binis Quadrantibus ejuſdem Semimeridiani ænei (integro gaudet omnis Sphæra Terreſtris) inchoantur ab Æquatore, & finiuntur in Polis; in altero autem Semimeridiano numeratio à Polis inſtituitur, atque in Æquatore deſinit. Quæ variatio ex vario uſu, quem hic præſtat Meridianus, nata eſt. II. *Diviſio in Globo:*

In Tabulâ Orbis gradus in omni Quadrante initium ducunt ab Æquatore, & gradum nonageſimum Poli terminant, qui modus in Mappis particularibus, quantum ipſarum permittit conſtitutio, etiam obſervatur. III. *Mappis.*

Plurimi ſæpè Incolæ in eodem Meridiano habitant, qui ratione diverſi ſitus ab Antiquis diſtributi ſunt in Periœcos, Antœcos, & Antipodes. Περίοικοι, latinè Circumcolæ, vivunt in eodem Meridiano, atque in oppoſitis ejuſdem Paralleli punctis, & pari ab eodem Polo diſcrimine. IV. *Periœci qui?*

V. *Horum Phænomena.* Verſantur igitur in eâdem Zonâ, fruuntur eâdem Cæli conſtitutione, anni Tempora pariter agunt, unius media Nox, alterius Meridies eſt, & contrà; niſi quod intra Zonam frigidam accidat, ut, dum uni Sol in Meridiano altiſſimus eſt, & alter Periœcus ipſum obſervet, atque dùm uni Nox eſt maximè profunda, & alter in Nocte ſit. Omnes diei Horas ſemper reapſe contrarias habent, quamvis nomine eaſdem, ſi diem in bis duodecim horas diſtribuant. Denique qui Locus aut Stella huic Periœco ad ortum occurrit, idem eodem tempore alteri eſt ad occaſum. Adde ex omnibus Meridiani punctis Polos tantùm Periœcos excludere.

VI. *Antœci qui?* Ἀντοικοι, quaſi dicas, in oppoſito habitantes, ſeu ut alii loquuntur, minùs tamen uſitatè, Ἀνθῶμοι, ſive humeris oppoſiti, degunt in eodem Semimeridiano, & Parallelis, rectiùs locis, quorum alter ab Æquatore in boream, alter in auſtrum ex æquo deflectit.

VII. *Phænomena.* Habent vulgò Antœci communem Meridiem & mediam Noctem, niſi viciniores ſint Polis, quibus aliquâ anni parte nec nox, nec dies ſimul eſſet. Plerique contrarias anni Tempeſtates, Noctes, Dies experiuntur eodem tempore, & æqualem oppoſiti Poli elevationem, ac quæ Stellæ uni Antœcorum apparent ſemper, ſemper diſparent alteri, & vice versâ. Tandem ſoli Æquatoris incolæ Antœcos non habent, nam ſi qui eſſent ſub Polis, Antœci eſſent.

VIII. *Antipodes qui?* Reſtant denique ex ejuſdem Meridiani incolis Ἀντίποδες, id eſt, ut quidam interpretantur, Adverſipedes, ſeu quibus oppoſita ſunt veſtigia; aliàs dicti aliis Ἀντίχθονες à contrariâ Terrâ, quam inhabitant, aut loco, in quo morantur.

IX. *Phænomena.* Hi vitam tranſigunt in partibus ejuſdem Meridiani è diametro ſeparatis, quibus eodem tempore contraria omnia eveniunt, Tempeſtates, Dies, Noctes, Semimeridiani, Horæ, Facies horizontis, Polus, Stellæ inoccidiuæ, cæterarum Ortus & Occaſus. Excipe Antipodes Æquatoris, quibus nox tantùm ac dies ſunt contrarii, reliquaque Phænomena omninò paria, veris pariter Periœcis.

X. *De iis plura Aſtronomi.* Cæterùm quæ de omnium ejuſdem Meridiani Incolarum variis apparentiis attigimus, capere ſatis curatè non poterit, niſi qui Solis motum, & quas acceſſu ac receſſu ſuo inducat viciſſitu-

Digitized by Google

vicissitudines, studiosè contemplatus est, de quibus in nostrâ *Instit. Astron.* fusè actum.

Interim quæ de diversâ eundem Meridianum inhabitantium appellatione dicta sunt, Paradigma sequens multùm dilucidabit. XI. *Omnium Schema.*



Ut autem expeditè hi Meridiani Incolæ investigentur, commodissimus est Globus Terrestris. V. C. Periœci Amstelodamensium, aut locus iis respondens sic quæruntur. Urbs hæc Meridiano ritè subjicitur, & notato ejus à proximo Polo intervallo, huic æquale ab eodem Polo in altero Semimeridiano numeratur, & pars Globi, si immotus servatus sit, quæ huic XII. *Investigantur Periœci.*

huic numerationis termino ſubjacet, Periœcorum ſedem demonſtrabit.

XIII. *Antœci.* Eorundem Antœci ſi expetuntur, indagetur diſtantia Amſtelodamenſis ab Æquatore per Meridianum æneum, atque hoc Globi ſitu manente, par obſervetur verſus Polum oppoſitum, & locus, qui huic termino ſupponitur, habitatio Antœcorum eſt.

XIV. *Antipodes.* Antipodes denique Amſtelodamenſium ſi quis velit cognoſcere, promptiſſimè ſic inveniet. Civitatem Horizonti ſeu ortivo, ſeu occiduo applicet, & Globo ex Polis benè pendulo, inquirat, nùm ſit in vero Ortu aut Occaſu, aut quouſque ad Boream, aut Auſtrum deviet, tùm, ſi Globus in hâc conſtitutione firmatus eſt, indaget in Horizonte punctum Amſtelodami oppoſitum, illudque domicilium concedit Antipodis. Pari pede in aliis caſibus procedendum, nec non in planâ Orbis Tabulâ.

CAPUT V.

Meridianus variat. Locorum Longitudo.

I. *Meridianus variat.* PORRO quæcunque loca & incolæ à ducto Meridiano vel minimùm abeunt, ſi Mathematicè rem copias, novum obtinent. Innumeros igitur licet imaginari, qui tamen in Mappis, ne loca obliterent, non exprimuntur. In Globis Terreſtribus, & Orbis Tabulis communiter octodecim integri, aut triginta ſex dimidiati depinguntur, omnes in Æquatore decem gradibus à ſeſe remoti. In Mappis particularibus non eadem obſervatur ratio, ſed prout vel plura vel pauciora loca continent, ſegmenta Meridianorum ducuntur ad majorem, aut minorem diſtantiam.

II. *De Primo frustra lit.* Quùm itaque tanta Meridianorum eſt multitudo, ut inter eos exiſtat Primus, à cujus aliquâ parte reliqui numerentur, ordo exigit. Ubi autem Primum oporteat collocare, litigant multùm Geographi, ſed perperàm; quandoquidem planè eſt indifferens, per quem locum, dummodò illuſtrior ſit, & optimè notus, traducatur. Optandum ſolummodò, ut certum ſeligant, eumque, quotquot Tabulas in publicum mittunt, religioſè ſequantur. Ptole-

Digitized by Google

III. *Varia ſententia.*

Ptolemæus Primum Meridianum, ſeu potiùs Semimeridianum uno circiter gradu removit ab Inſulis Fortunatis in occaſum. Hodie multi ex Batavis Primum delineant per unam ex Fortunatis, Teneriffam, & montem ipſius excelſiſſimum, Incolis *el Pico de Teyda*. Franci per alteram, inſulam Ferri, *la Iſla del Hierro* Hiſpanis, *l'Iſle du Fer* Gallis, partemque ipſius occiduam eundem ab anno hujus Seculi XXXIV trajecêre, id imperante Ludovico XIII, poſtquam hujus artis peritiſſimos de hoc negotio conſuluerat. Alii ex inſulis Capitis Viridis inſulam S. Nicolai, aut S. Jacobi eligunt. Sunt, qui Flandricas ſeu Aſſores Inſulas aſſumunt, nec eandem. Quibuſdam placent maximè orientales, S. Michaëlis, & Mariæ; alii occidentales, Florum, ac Corvi, *I. Flores* & *Corvo*, præferunt. Sic Nautæ imprimis, quia Acus Magnetica hîc nullam, ut perhibent, declinationem patitur, verùm plagas Septentrionis & Meridiei ritè oſtendit. Nec deſunt, quibus per locum patrium, aut quem in deliciis habent, ducitur. Quin, quod mireris, diverſæ ejuſdem Auctoris Tabulæ diverſum Primum Meridianum non rarò ſequuntur.

IV. *Uſus, & Indicium.*

Utilitas Primi Meridiani, quin neceſſitas ſe pandit maximè in inquirendâ locorum Longitudine, quare in Globis Terreſtribus geminatâ lineâ, divisâ in duos quadrantes, ſolito more ſubdiviſos, pingitur. In Mappis rariùs hoc accidit, interdum nomen ipſi adjicitur, quod ſi non fiat, cogitandum, eum ſemper Primum Meridianum exiſtere, qui per Æquatoris tranſit initium, unde inventu operoſum non erit, per quem ex memoratis Locis trajectus ſit.

V. *Longitudo quid?*

Eſt autem Loci Longitudo, cujus ſtatim meminimus, arcus Æquatoris, aut portio Lineæ (ſicut plerumque in Mappis evenit) ipſi parallelæ, interceptus inter Primum Semimeridianum, & Semimeridianum Loci propoſiti.

VI. *Ab occaſu incipit.*

Longitudinem Ptolemæus ab occaſu in ortum numeravit, quia ipſius tempeſtate Inſulæ Fortunatæ terminus erant cogniti ad occaſum Orbis. Hunc morem Poſteri ſecuti ſunt, & etiamnum ſequuntur, progrediendo per integrum ambitum Æquatoris, aut Circulorum ipſi parallelorum.

VII. *Alia eſt.*

Hinc liquet, diverſiſſimas eſſe diverſorum locorum Longitudines, plurimorum eandem, quæ ſunt maximæ & minimæ

Longitudinis, minimùm diſtare à ſe invicem, Polos pluraque alia loca, ſeu maritima, ſeu terreſtria, omni Longitudine carere. Liquet porrò, quare variæ Tabulæ eidem Loco Longitudinem longè variam attribuant, etſi exactiſſimæ; Primus Meridianus uni occidentalior eſt, quàm alteri.

VIII. *Diſſenſus compoſitio.* Ut igitur ſciatur, utrùm tales Tabulæ, externâ ſpecie diſcrepantes, reapſe conveniant, inveſtigetur, quot gradus Æquatoris inter diverſos Primos Meridianos interjaceant, atque hanc differentiam adde minori Longitudini, hæc cum additamento, ſi Tabula proba ſit, majori omninò æqualis erit, aut deme majori Longitudini, & hæc hoc modo immunita minori prorsùs congruet.

IX. *Longitudo ex Globo ſcitur;* Quanta autem Loci ſit Longitudo, expeditiſſimè per Globum Terreſtrem, ſi in ipſo expreſſus eſt, intelligitur; nam illo ſub Meridiano æneo diſpoſito & detento, videatur, quotus gradus ex Æquatore Meridiano pariter ſubſit, & ipſe juxta hunc Globum quæſita eſt Loci Longitudo.

X. *Et Mappis;* In Mappis particularibus ad hunc finem ducuntur duæ Lineæ parallelæ, quarum altera tranſit per limitem Regionis maximè boreum, & altera per auſtrinum ejuſdem, quæ pari ratione in gradus, graduumque ſegmenta, majora minorave, aut nulla, pro variâ Tabulæ amplitudine, diviſæ ſunt; hi verò gradus ab occidente in orientem increſcunt, & qui Primi in Tabulâ ab occaſu comparent, diſtantiam limitis occidui à Primo Meridiano indicant. Hiſce præmiſſis, ſi per Locum, cujus inveſtiganda proponitur Longitudo, portio Meridiani tranſeat, hæc in lineâ ſuperiore & inferiore quæſitam oſtendet Longitudinem. Sin ſecus ſit, uti plerumque eſt, filum ſumatur, ſic rectâ per locum extendendum, ut in dictarum linearum eoſdem gradus graduumque partes incidat, & quod petitur, innoteſcet.

XI. *Ac differentia inter loca.* Perceptâ ratione inveniendæ Locorum Longitudinis, arduum non erit, Differentiam longitudinis inter duo plurave loca expiſcari; nam obſervatâ datorum locorum ex eodem Globo aut Mappâ longitudine, minor à majore ſubducatur, & quod reſtat, deſiderata eſt Differentia.

XII. *Omnis hora ſemper eſt:* Ex intellecto hoc Problemate ſine negotio intelligitur, quanta eodem temporis puncto ſit temporis diſcrepantia in locis

locis Longitudine variantibus. Dum enim Sol circum Terram ſpatio diurno Circulum conficit, ab ortu in occaſum contendendo, clariſſimum eſt, ipſum ad Meridianos orientales ocyùs, atque ad occidentales ſegniùs pervenire, cumque per integrum Terræ ambitum alii Meridiani occurrant, oportet, quolibet tempore omnis ſit Hora.

XIII. *Et alia pro variâ longitudine.* Itaque ad ſolutionem Problematis obſervandum, Differentiam temporis inter loca, quibus varia eſt Longitudo, æqualem ſemper eſſe Differentiæ Longitudinis. Hæc igitur in tempus convertenda eſt, quod facile fiet, ſi cogitemus XV gradus Longitudinis Horam, & quemque gradum IV minuta horaria conſtituere. Pone ergò differentiam Longitudinis inter duo Loca offendi graduum XXXIII, dico, ſi in Loco occidentali ſit XII diurna, hoc ipſo temporis articulo in orientali erit pars quinta Horæ ultra pomeridianam Secundam; orientaliores enim plures Horas, quàm occidentaliores numerant. Similiter alii caſus reſolvendi ſunt.

XIV. *Ubi propoſita hora ſit?* Ejuſdem naturæ eſt, ſi quis ſcire velit, quando numerat Horam diurnam XII, aut aliam quamcunque in Loco ſuæ habitationis, quæ Terræ loca eodem momento habeant Horam pomeridianam tertiam, quartam, ſextam, decimam; aut antemeridianam decimam, octavam, ſextam, vel aliam qualemcunque. Hoc ut ſolvatur, notandum, utrum Hora, quæ expetitur, ante, an pomeridiana ſit, & quota. Tum temporis differentia vertenda eſt in gradus & ſcrupula, oppoſito modo, quàm modò dictum, dein ſi Hora antemeridiana quæritur, per gradus inventos & ſcrupula ab habitationis loco progrediendum in occaſum, ac qui Meridianus per terminum inſtitutæ numerationis ducitur, quæſita loca exhibebit. Contrariâ viâ contendendum, ſi pomeridiana Hora proponitur.

XV. *Exemplum.* Exemplo Problema declaremus. Quæro, ſi ubi dego, ſit XII diurna, ubinam eodem tempore ſit media XI antemeridiana. Hæc ſeſqui Horæ differentia largitur gradus viginti duos & ſemiſſem, quos ſi à domicilio in occaſum numerem, obſervo incolas Meridiani, in quo hæc ſiſtitur numeratio, petitos eſſe.

XVI. *His proſunt Tabulæ.* Minùs tamen negotii faceſſit hujuſcemodi Problematum evolutio, quando ex intuitu Tabularum illicò conſtat, quan-

tum temporis obvii gradus & minuta, aut quot gradus minutaque propoſitum tempus conficiant. Utramque in *Inſtit. Aſtron.* pag. 6 & 8 exaravimus.

XVII. *Paradoxa.* Cæterùm ex eodem fonte ſequentia profluunt Paradoxa. Qui Terram, curſu in ortum inſtituto, circumnavigat, cùm ad Meridianum, è quo ſolvit, revertitur, diem integrum lucratus eſt ſupra eos, qui pedem ex patriâ non extulêre. E contrà, qui navigationem perfecit oppoſitis lineis, diem, quando cum iiſdem comparatur, perdidit. Fieri poteſt, ut duo Homines ſimul nati, eodem puncto temporis, vixerint non ſolùm per paucos dies impares, ſed & menſem, ac ampliùs. Conferri hic poſſunt, quæ de Meridiano Cæleſti in *Inſtit. Aſtron.* diſſeruimus.

XVIII. *Inventio longitudinis ignota ardua eſt.* Ante tamen quam mittimus Longitudinem, addendum, differentiam ipſius inter loca extra Chartas inventu ſatis difficilem, impeditamque exiſtere. Hinc uti Geographia, ſic Ars Nautica laborant inſigniter. Huic verò defectui ut mederentur Angli, Galli, Batavi, & quibus cordi eſt Navigatio, ingens iſti ingenio præmium decreverunt, quod modum doceret reperiendi, quando uſus exigit, exactum inter duo loca Diſcrimen longitudinis.

XIX. *Variè tentata, nec detecta.* Multi multùm quidem in Quæſtionis hujus decantatiſſimæ ſolutione ſudaverunt, hodieque ſudant, uſi Lunæ Eclipſibus, Maculis, diſtantiâ à Stellis, Planetis Jovialibus, Magnetis declinatione, Horologiis automatis, etiam funependulo inſtructis, ſimilibuſque. Sed nemo hactenus, quantum novi, ſuperatis omnibus difficultatibus, palmam abripuit.

CAPUT VI.

Locorum Latitudo.

I. *Latitudo quid?* VELUTI Primus Meridianus initium eſt Longitudinis locorum in Terrâ, ſic Latitudo ducitur ab Æquatore, quæ proinde (ſi Polos excipimus) ſemper eſt arcus ex quadrante Meridiani inter ipſum & Locum propoſitum interceptus.

II. *Varia.* Varia igitur plurimorum locorum eſt Latitudo, ſeu Plagam,

gam, in quam à lineâ Æquinoctiali vergunt, ſeu latitudinis quantitatem attendimus, complurium etiam concordat, & in eodem, & oppoſito Hemiſphærio, neque pauca ſunt loca, ex quorum partibus omnis omninò exulat.

III. *Liquet ex Globo;*

Quanta verò & qualis ſit Latitudo loci, quem Globus & Tabulæ exhibent, minimè arduum eſt inveſtigatu. Ex Globo ſi obſervanda eſt, ſolùm Meridiano æneo locus ſupponatur, ac manente hoc ſitu, gradus Quadrantis, qui ipſi ſuperſtat, annotetur, & cui ex Polis ſit propinquior, ipſeque quæſitam Latitudinem patefaciet.

IV. *Ac Mappis.*

Ex Mappis particularibus ut Loci Latitudo eruatur, prænotandum, in iis plerumque duas rectas occurrere, plus minuſve ad invicem inclinatas, atque in gradus, variaque ſcrupula pariter diſtributas, quarum altera per occiduum Regionis limitem, altera per oppoſitum ducta eſt, atque in quibus gradus ſcrupulaque verſus auſtrum aut boream increſcunt. Repræſentant hæ lineæ duos arcus duorum extremorum Meridianorum ſuæ regionis, & qui in extremo Æquatori viciniore eſt numerus, Latitudinem limitis ipſi propinquioris exhibet, uti remotiorum partium ſuperiores numeri.

V. *Modus.*

Hiſce præmiſſis, liquet ſtatim deſiderata Latitudo, nam per locum propoſitum ſi Parallelus Æquatoris tranſeat, is utroque extremo in dictis lineis eam indicabit. Id ſi non fiat, uti plerumque fit, ſumenda eſt linea, aut filum, ſic rectà per locum extendendum, ut in eoſdem gradus & ſegmenta utriuſque lineæ illabatur, & Problema ſolutum erit.

VI. *Conſtans eſt, & par elevationi Poli.*

Cæterum Latitudo loci ejuſdem eadem ſemper offendetur, quoſcunque Globos aut Tabulas, ſi accurati ſunt, conſulueris; nam Æquator circulus eſt immutabilis, nec Locus ſedem variat. Etiam notandum, Latitudinem Loci & altitudinem Poli Terreſtris ſupra Horizontem terreſtrem ſemper inter ſeſe omni modo congruere. Ut ſi Urbs latitudinem borealem teneat decem graduum, & ſcrupulorum viginti, Polus Terræ borealis in eâdem ſupra Horizontem per totidem gradus & ſcrupula, nec plus, nec minùs, attolletur.

VII. *Iſte Globo.*

Ad oculum hoc licet videre in Globo Terreſtri, ſi in eo datus Locus ſic ſub Meridiano collocatur, ut ab omni Horizontis parte æquis recedat interſtitiis, tùm ſi in Æquatore

ſit, nulla erit utriuſque Poli elevatio; ſin verò Latitudinem habeat, ſeu ſeptentrionalem, ſeu meridionalem, VI, VII, XX &c. graduum, Polus ejuſdem nominis, ſi Globus ritè pendeat, eandem dabit Altitudinem. Ut mirum non ſit, Nautas, loci, in quo verſantur, Latitudinem creberrimè per Poli altitudinem ſignificare.

VIII. *Et Aſtronomiâ; ex quâ & ipſa conflat.* Cur autem Latitudo loci, & Poli ipſius elevatio ſemper ſibi pares ſint, ex Aſtronomiæ præceptis hauriendum, quam veritatem in noſtrâ *Inſtit. Aſtron.* ad pag 16 & 17 non uno argumento adſtruximus. Porrò cum & Poli altitudo in quocunque loco, de die & nocte, ac viâ non unâ offendi poſſit, uti in eâdem *Inſtit.* ad pag 44 & 45 prolixè docetur, & comprobat perpetua feliciſſimaque Nautarum praxis, neque de Latitudine ejuſdem loci laborandum erit.

IX. *Mapparum uſus.* Ex iis, quæ de ratione inveniendæ Longitudinis & Latitudinis locorum per Mappas diſſeruimus, patet, quo pretio eas habere oporteat, in quibus neque arcus Æquatori paralleli, neque arcus Meridianorum convenienter diviſi reperiuntur. Imprimis ſi cogitemus abſque cognitâ locorum Longitudine & Latitudine nullam haberi poſſe ipſorum diſtinctam cognitionem.

X. *Hujus Doctrinæ fructus.* Denique qui hanc de Longitudine & Latitudine doctrinam rectè percepit, is demùm Itineraria magnâ animi voluptate poteſt evolvere; quandoquidem ex iis debitè obſervatis, locus, cujus implicita fit mentio, penitùs innoteſcit. Etiam, ſi novus aliquis Tractus detegitur, poterit eâdem viâ ipſum, præcognitis Longitudine ac Latitudine, ſeu Globo ſeu Mappis, uti decet, inſerere, quin novas conficere.

CAPUT VII.

Locorum Diſtantia, & Regiones, in quas vergunt ab invicem.

I. *Locorum intervalla* Sic quidem modum vidimus cognoſcendi Diſtantias locorum à Primo Meridiano ac Æquatore. Si verò quis ſcire velit variorum locorum Intervalla ab invicem, aut ab eodem quo loco, aut quæ loca à propoſito æqualiter abſint,

ſint, poterit, aut Globi, aut Mapparum ſubſidio, hæc facilè inveſtigare.

II. *Globus detegit;*

Globo uſurus, Locum, à quo Diſtantiam menſurare intendit, Meridiano ſic ſupponat, ut undique ab Horizonte pariter abſit, ac in hâc ſervet conſtitutione, tùm Quadrans æneus, diviſus in gradus nonaginta, ſupra hunc locum ab orientali, aut occidentali Meridiani latere, pro vario ſitu locorum indagandorum, annectatur, locoque propoſito applicetur, & gradus Quadrantis inter utrumque locum interpoſiti deſideratum intervallum aſſignabunt. Idem Quadrans, quando in orbem ducitur, ſingulis ſui gradibus circulum deſcribet, quæ autem loca in ejuſdem conſiſtunt circumferentiâ, ab intermedio loco pari diſcrimine ſeparantur.

III. *Et Mappa.*

In Mappis negotium conficitur per pedes Circini, aut filum, quibus & in Globo commodè utimur. His obſervatur breviſſima inter loca exhibita intercapedo, nam mæandrorum ratio in chartis, multa in brevi Tabellâ repræſentantibus, haberi nequit. Inventa ſi minor ſit, ad Scalas milliarium, ſi quando extant in Tabulâ, exigantur; ſin major, in Globo ad Primum Meridianum, Eclipticam, aut Æquatorem, & in Mappâ ad hunc etiam, ſi adſit, vel ad arcus Meridiani occidentalis aut orientalis.

IV. *Milliarium Germ. quantitas;*

Repertis gradibus & minutis, reliquum eſt, ut in Milliaria, aut aliam quam menſuram tranſmutentur, quod citra difficultatem peragi poteſt, cognitâ primùm variantium menſurarum quantitate. Jam primo Capite notavimus, quemlibet Gradum Circuli maximi Terreſtris continere quindecim Milliaria Germanica; proinde unumquodque Scrupulum quartam Milliaris partem complectetur. Quodque autem Milliare Germanicum, quod aliàs Milliare Germanicum Commune dicitur, ad quatuor millia Paſſuum, qui & Geometrici ſæpius appellantur, ſe extendit. Paſſum verò quinque Pedes conficiunt; Orgyiam ſex; Cubitum unus & ſemis; Pedem quatuor Palmi; Spithamam tres; Palmum quatuor Digiti; tres Pollicem, ſive Unciam; denique quatuor Grana Digitum. Sed ad haſce minutias vix deſcenditur.

V. *Complurium Europæ;*

Milliaribus Germanicis paria ſunt Danica atque Polonica, à quibus aliæ Nationes plus minùs diſſentiunt. Sueci & Norvegi

vegi gradui adſcribunt communiter x Milliaria; Hungari XII; Hiſpani XVII & ſemis; Galli XXV; (Leucas uterque nuncupat) Hollandi XIX; Scoti XL; Hiberni XLV, Angli XLVIII; Itali, Turcæ, Græci Hodierni LX; Ruſſi tandem & Moſcovitæ LXXX, quæ linguâ patriâ *Voreſt* dicuntur. Probè autem notandum, Milliaria Regionis ejuſdem diverſis in partibus diverſiſſima ſæpè reperiri. Teſtes ſunt Germania, imprimis Suecia, atque Anglia, nec non Gallia, & Hiſpania. Ut mirandum non ſit, Geographos, quando definiunt numerum Milliarium, qui gradui in hoc, illove Regno ineſt, aut inter diverſas ejus urbes interjacet, tàm parùm ſæpiùs convenire.

VI. *Stadii; Paraſanga; Schœni.* Græci olim non per Milliaria, ſed Stadia Diſtantiam Locorum dimenſi ſunt, quorum ſingula paſſus centum & viginti quinque adæquabant, & octo milliare Romanum, ſeu Italicum. Perſæ Paraſangis, quas etiamnum *Farſakh* nuncupant, uſi fuêre, quarum quælibet triginta numerabat Stadia. Ægyptiis adhibebantur Schœni, funes è junco parati, in quorum magnitudine non conſentiunt, aliis cuique ſexaginta, aliis quadraginta ſolùm Stadia concedentibus. Atque hæ famoſiores cùm veterum, tùm recentiorum Menſuræ ſunt.

VII. *Converſio Grad. & min. in datam Menſuram.* Ut igitur nota locorum in gradibus ſcrupuliſque diſtantia vertatur in milliaria Germ., Ital., Gall., &c. Illi multiplicentur per numerum milliarium, quem gradus in datâ Regione poſſidet, & ſumma, quod petitur, exhibebit. Scrupula verò per Regulam proportionis facilè tranſmutantur. Cæterùm commodiſſimus calculus eſt, quando Milliaria expetuntur Italica, nam integri gradus, ducti in ſexaginta, produnt copiam Milliarium, & quot inſuper adſunt Scrupula, tot Milliaria prioribus addenda veniunt. Tranſeo Romanis Lapides appellata fuiſſe, ubi de locis Urbi vicinis loquebantur, quia Lapidibus ſeu Cippis notata erant. Denique Milliaria Romana octies aucta, Stadia; hæc verò diviſa per triginta, ſexaginta, aut quadraginta, Paraſangas & Schœnos largientur.

VIII. *Varius menſurarum uſus.* Ultimùm moneo, ſi Longitudines hiſce Menſuris metimur, non niſi lineæ ſunt; ſi Areas ſeu ſuperficies, ſunt ſuperficies quadratæ, quarum & longitudo & latitudo æqualis exiſtit; tandem ſi Corpora, corpora cubica ſunt, paris cùm longitudinis, tùm latitudinis, atque profunditatis.

Definitâ

Definitâ ratione explorandi intervalla locorum in quâcunque mensurâ, supereſt, ut explicemus, quo pacto eorum Situm ſecundum angulum poſitionis invenire oporteat, ſeu in quam Plagam vergant ab invicem. IX. *Situs locorum.*

Id ut fiat, aliquid de Plagis, ſeu Terræ Regionibus præmittendum. Hæ in Horizonte Terreſtri concipiuntur, Circulo, qui Hemiſphærium Terræ conſpicuum ab Inconſpicuo dirimit, & Cæleſti ejuſdem nominis ſupponitur. Nempe punctum Horizontis, ſupra quod Sol rectà oritur, cùm univerſale creat Æquinoctium, Æquinoctialis Ortus appellatur, punctumque illi è diametro oppoſitum Æquinoctialis Occaſus. Quod verò punctum inter Ortum, Occaſumque medium eſt, & Polo Terræ Arctico ſemper vicinius, quàm Antarctico, niſi quando Poli punctum Verticale, & Pedale, vulgò Zenith & Nadir, aſpiciunt, Septentrio dicitur, & hunc contrà Meridies. Atque hæ quatuor Plagæ Cardinales ſunt, quadrante Circuli à ſe mutuò diviſæ. X. *Plagæ Cardinales.*

His quatuor Plagis poſteriores non contenti alias quatuor prioribus adjecêre. Notarunt punctum Horizontis, ſupra quod Sol rectà ſurgit, cùm ad boream habitantibus Solſtitium Æſtivum gignit; ſeu punctum, in quo Tropicus Cancri Terreſtris Horizontem ortivum Terræ dividit, illudque nuncupârunt Ortum Solſtitialem, & Orientem Æſtivum. Punctum verò Horizontis, ſupra quod Sol eodem die occidit, aut quod idem Tropicus in occaſu ſuâ aſſignat interſectione, Occaſus Solſtitialis dictus eſt, nec non Occidens Æſtivus. XI. *Oriens & Occidens Æſtivus.*

Porrò & Punctum Horizontis obſervârunt, è cujus regione Sol aſcendit, cùm ad Septentrionem conſtitutis Solſtitium parit Hyemale; ſeu quod Tropicus Capricorni Terreſtris ex Horizonte Orientali aſſignat, & hoc appellatum eſt Ortus Hybernus, ſive Brumalis. Quod autem punctum Horizontis Occidui à cardinibus Meridiei & Occaſus ex æquo abeſt, quàm memoratum modò punctum ab Ortu, & Meridie, Occidentis Hyberni, ſeu Brumalis nomen obtinuit. XII. *Hybernus.*

Recenſitas octo Plagas plurimi ex antiquis quatuor novis adauxerunt, locatis in illis Horizontis, cùm orientalis, tùm occidentalis partibus, quas Circuli Polares attingunt, quando infra eum delabuntur. Sed notandum, has Plagas & quatuor proximè XIII. *Plagæ Circ. Polarium. Melior deviſio.*

mè præcedentes in locis, per quæ Æquator terreſtris tranſit, conſtantes ſatis exiſtere, at in illis, quibus varia eſt latitudo, in alias, aliaſque Horizontis partes illabuntur. Quin plurima loca ſunt, in quibus Circuli Polares ſupra Horizontem extant perpetuò, & pauciora, in quibus vel Tropici. Proinde non malè Varro, & cum ipſo complures duodecim Plagas ità ordinavêre, ut inter duas quaſque proximas Cardinales binas alias poſuerint pari inter omnes & ſingulas relictâ intercapedine. Similiter Vitruvius & varii ex Latinis Plagas numerârunt viginti quatuor, prioribus intervallis diviſis tantùm bifariàm. Hodierni Nautæ, qui Plagas diligentiùs expendunt, quàm Veteres, ob navigationes, quàs in remotas oras frequenter inſtituunt, faciunt triginta duas, quarum quæque diſtat à proximâ gradus undecim cum quadrante, atque hasce in ſuis Compaſſis exprimunt.

XIV. *Alia ſubtilior.* Quandoquidem verò hiſce Plagis multi gradus interponuntur, neque per eas locorum Situs ſatis exactè dignoſci poteſt, ſingulas quidam bipartiti ſunt. Mathematici autem obſervantes, ne hanc quidem diſtributionem ad accuratam Regionum deſignationem ſufficere, Plagas pro numero graduum in Horizonte, & ſi opus ſit, minutorum, multiplicant, atque quò omnis evitetur confuſio, ipſum in quatuor Quadrantes diſtribuunt, in quorum initiis Plagæ Cardinales collocantur, ad quas reliquas omnes exigunt, notato ab iis graduum & minutorum diſcrimine. Hactenus de Plagis in genere.

XV. *Plaga vulgari Pyxide detegantur;* In Tabulis Plagam detegit Verſorium ſeu Pyxis Nautica, quæ iis interdùm tota, ſæpiùs ex parte appingitur, & cujus Lilium boream; oppoſitum punctum auſtrum; quod inter hæc ad dextram, ſi facies Lilio obvertatur, omninò medium eſt, ortum; atque quod ad lævam medium, occaſum indicat: unde reliquæ Plagæ facilè innoteſcunt. Si ex Tabulâ abſit Verſorium, defectus Artefacto tollendus eſt, atque ex hujus Plagis de plagâ quæſitâ judicandum, ſi Lilium ipſius convenientem ſitum obtineat, quod fit, quando à cuſpide acus magneticæ in locis, ubi hæc declinationem patitur, diſtat pro declinationis quantitate & qualitate.

XVI. *Accuratiùs Globo;* Accuratiùs tamen ex Globo Terreſtri Plagæ locorum deteguntur, quia ſic Horizontem diviſerunt Artifices, ut in eo non tantùm Cardinales conveniente ſitu appareant, ſed & omnes Pyxidis

Pyxidis intermediæ. Operatio autem ſic procedit; Loci, cujus reſpectu alterius Plaga inveſtiganda eſt, Polus debitè elevetur, ipſeque ſub Meridiano quieſcat, dein Quadrans æneus, ſupremo hujus puncto ex requiſito latere annexus, trajiciatur per Locum propoſitum, extremitas ejus in intimo Horizontis margine pandet Plagam in gradibus, cujus nomen è regione ex extimo poteſt conſpici.

Sic quidem Globi ſubſidio determinata loci Plaga detegitur, idem quoque Tabula plana præſtare poſſet, ſi iſtiuſmodi Nautica Pyxis pararetur, quæ Plagas ex vero aſſignaret, & quam cingeret circulus, cujus circumferentia ad modum Terreſtris Horizontis diviſa foret. Hujus Typum pro chartæ anguſtiâ hîc ſubjungimus, quò & quæ de Nautarum noſtrorum Plagis ſuperiùs enarrata ſunt, diſtinctiùs, vel Globo deſtitutis, intelligantur. XVII. *Item Pyxide.*



XVIII. *Etiam omnem situm Globus detegit;*

In eo tamen Globus Pyxidem superat, quòd ipse, quamvis locus proponatur, à priore ultra Quadrantem separatus, nihilominùs Plagæ indicandæ sufficiat. Nam locus delitescens ad Horizontem, cui vicinior est, applicetur, & quæsito ejus Antipode, ac notato aliquo charactere, in pristinum situm redeat, dein Antipodis plaga observetur, cujus oppositæ petita est.

XIX. *Et intervallum.*

Eâdem prorsùs ratione Distantia duorum locorum, quæ integro Quadrante major est, ex Globo etiam investigatur; nam notatâ Antipodis altitudine supra Horizontem adminiculo Quadrantis, quando locus, à quo investigatur distantia, sub puncto Zenith est, hi gradus reperti gradibus integri Quadrantis adjiciantur, & summa graduum quæsitam intercapedinem largietur.

INTRO-

Digitized by Google

INTRODUCTIONIS AD GEOGRAPHIAM NOVAM ET VETEREM

SECTIO SECUNDA, DE Hydrographiâ, atque Europæ Regnis.

CAPUT I.

Orbis diviſio. Mare Septentrionale cum variis ſui partibus.

HACTENUS Prolegomena quædam Orbis Terreſtris expoſuimus. Nunc ſequitur ejus Diſtributio in partes ampliſſimas, ex quibus componitur, Aquam & Terram; quarum quæ alteram magnitudine vincat, inter Auctores diſquiritur. Pars autem Geographiæ, quæ in Aquarum deſcriptione occupatur, Hydrographia dici ſolet; & quæ in Terrâ Aquis oppoſitâ, venit Geographiæ nomine, anguſtiùs hìc, quàm ſuprà accipiendo. I. *Orbis diviſio.*

Aqua dulcis eſt, vel Salſa. Ad Dulcem referendi Torrentes, Paludes, Stagna, Foſſæ, Fontes, Rivi, Lacus, Flumina, &c., de quibus in quâlibet Regione commodior agendi locus ſeſe offeret. Salſa ſi universè ſumatur, nomen gerit Oceani, qui continuatâ fluxione Terræ partes interfluit, quemadmo- II. *Aqua variat. Oceanus unus eſt.*

dum docuit ſuperiore ſeculo, (ut ſileam navigationes in Boream & Auſtrum inſtitutas) navis Victoria, quæ, Duce magnanimo Magellano, novo Freto ducta, atque poſt eam complures aliæ, velivolis ambierunt curſibus Orbem.

III. *Nec ideſt M. Caſpium.* Verum quidem eſt Mare Caſpium, *Mar de Sala*, Gall. *M. Caſpienne*, Ruſſis accolis *Chwalenskemore*, ſpatioſi admodùm ambitus, ſe nec in mare Septentrionale, nec Indicum, ut Veteres falsò crediderunt, nec in Pontum Euxinum, externo aſpectu præcipitare, ſed undique Terrâ limitari. Utrùm verò per canales occultos inter ipſum & Pontum Euxinum, Gall. *M. Noire*, quin diſtantiorem Sinum Perſicum ſit communio, diſputatur. Variis hoc eſt veriſimile, quia & multa, & ingentia Flumina in ſinum ſuum recipit, quibus aliàs perpetuò recipiendis impar videretur, quùm nullibi palàm ſe exonerat. Aliis ampliſſimus tantùm Lacus ſtatuitur, qualis eſt, etſi longè minor, Aſphaltites, ſeu mare Mortuum in Judæâ, & lacus Parimenſis in Guianâ, regione Meridionalis Americæ, ſuis quoque gaudentes fluviis & torrentibus; quibus proinde non magis pars eſt Oceani, quàm ſalſi Fontes.

IV. *Ejus diviſio.* Ut autem idea hujus vaſtæ Molis aqueæ clarior, diſtinctiorque comparetur, eam juxta recentiores Orbis Tabulas in quatuor Maria diſtribuimus, Septentrionale, Æthiopicum, Indicum, & Pacificum, cuique ſuos limites, celeberrimos Sinus, Freta, littoraque præcipua, quæ alluunt, aſſignaturi; de reliquis ſermo inſtituetur in tractatione illarum Terræ partium, quæ nomen ipſis imponunt.

V. *M. Septentrionale.* Mare Septentrionale, Hiſp. *Mar del Nort*, Gall. *Mer de Nort*, ut ab eo fiat initium, incipit à Regione Arcticâ, clauditurque à littoribus orientalibus Americæ, occidentalibus Europæ, Africæ, & eâ utplurimùm parte Circuli Æquinoctialis, quæ inter Africam Americamque proximè interjacet; nam quidam etiam per Mare Braſilicum id extendunt.

VI. *S. Mexicanum.* Hujus partes præcipuæ & cæteris celebriores ad Americæ littora ſunt Mare, ſeu Sinus Mexicanus, Hiſp. *Golfo de Mexico*, Gall. *Mer de Mexique*, aut *de Nouvelle Eſpagne*, quem quidam adeò diffundunt, ut affluere velint ad littora Terræ Firmæ, Novæ Hiſpaniæ, Floridæque, ac frequentes inſulas, quæ inter Terram Firmam, Floridamque ſe offerunt, interluere. Alii illum coarctant

Digitized by Google

coarctant inter Cubam insulam, littoraque Provinciæ Mexicanæ & Floridæ. Supra ipsum sunt Mare Virginium ad Virginiam, & Canadense, seu, ut Galli malunt, Novæ Franciæ, ipsis *Mer de Canada*, aut *de Nouvelle France*, à novâ Angliâ ad terram Laboratoris sese explicans, cujus partem facit Sinus S. Laurentii.

VII. *Alii Sinus & Freta.*

Succedunt Fretum & Sinus Hudsonii, Gall. *Détroit* & *Baye de Hudson*, Sinus Jamesii, Buttonii, qui tres ultimi Sinus ex parte constituunt Mare Christianum, *M. Christiane*, sic in honorem sui Regis, Christiani IV, à Danis appellatum, aliis Septentrionale, cùm prius nomen propemodùm interierit. Restant tandem Sinus Baffinii, Fretum Davisii, cujus exitum huc usque nemo aperuit, ac Forbisherii ad Meridionale littus Groenlandiæ.

VIII. *M. Hyperborei partes.*

Sequitur Mare Hyperboreum, aliàs Concretum & Mortuum, cujus pars ad Asiam est mare Scythicum, nunc Tartaricum, *M. de Tartarie*, Russis & Accolis *Niaren More*; Fretum Nassovicum, sive Weygatium, inter novam Zemlam ad boream, Provinciamque Obdoram Moscoviæ ad austrum; Mare Sarmaticum, jam Moscovicum, *M. de Moscovie*, accolis *Petzorke More*; Album, seu Sinus Grandvicus & Rusficus, inter Provinciam Dwinam & Lappiam Moscoviticas; ac Mare Deucaledonium, seu, quod mavult Cluverius, Caledonium, inter Yslandiam Britannicasque insulas exspatians.

IX. *M. Balticum cum variis Sinibus;*

Porrò idem Mare Septentrionale, facto initio à promontorio Cimbrorum, quod in boream maximè excurrit, inter Daniæ, Sueciæ, Poloniæ, Germaniæque littora longè & latè explicatur, ac Mare Balticum constituit, Gall. *M. Baltique*, Dan., Germ., Belg., *de Ooste Zee*, olim Suevicum à Suevis accolis. Hujus Sinus præcipui sunt Botnicus, maximè borealis, quem ab ortu limitat Finlandia, & Botnia orientalis, seu Cajania; à boreâ Lappia; ab occasu Botnia occidentalis, Angermannia, Medelpadia, Helsingia, Gestricia, Uplandia; ab austro Alandia insula. Intervallum hinc Tornam, quæ maxima ejus longitudo est, assurgit ad CCCL passuum millia, latitudo ad CX. Finnicus, qui & mare Finnicum, Finlandiam à Livoniâ dividens, ad CCXV passuum millia in ortum progreditur. Livonicus, seu Rigensis, præcedentibus longè brevior, & à septentrione satis angustus, hinc

hinc in meridiem magis se explicat, & ad Curlandiæ littus sistitur. Omnium minimi sunt Sinus Gedanensis & Lubeccensis, quibus, ut & Rigensi, adsitæ urbes nomina faciunt.

X. *Freta, & S. Codanus.* Freta celebriora Mare Balticum tria numerat, Balticum minus, seu Middelfartium, *Middelfar Sund*, inter Cimbricam Chersonesum & Fioniam insulam, sinuosum, ab austro in boream xxx passuum millia complectens, exiguæ latitudinis; Balticum majus, *der Belt* inter Fioniam Zelandiamque insulas, latum, ubi magis restringitur, XII passuum millia; ac Danicum per excellentiam, longè decantatissimum, Danis *Sund* & *Oresund*, Gall. & Belg. *Sond*, quod, ubi angustissimum, tria passuum millia non excedit, pervium vel maximis navibus, magno commodo regis Daniæ. Habet in sui faucibus in littore Suecico appositum sibi Helsingoburgum, oppidum munitum Scaniæ, atque in Danico Elsenoram, Zelandiæ oppidum, cum validissimâ arce Coronæburgo. Denique partem maris Baltici constituit Sinus Scagensis, *'t Schager Rack*, aliàs *'t Cattegat*, petito illo nomine à borealissimo Jutiæ promontorio; aliter Sinus Codanus appellatur, quem pro integro Mari Baltico Antiqui sæpiùs sumpsêre.

XI. *M. Germanicum cum S. Australi. F. Gallicum.* Extra hoc Mare se pandit Germanicum, Belg. *de Noord Zee*, à Lindesnoesio Norvegiæ promontorio in austrum excurrens inter littora Scotiæ, Angliæ, Jutiæ, Germaniæ & Belgii. Ejus pars est Sinus Australis, *de Zuyder Zee*, veteribus dicta Flevo, Flevum, & Flevi Lacus, qui medio Freto, quod Pampus dicitur, Æstuario Yæ, *het Y*, se conjungit, rigatque oras Frisiæ, Transisalaniæ, Geldriæ, Dominii Ultrajectensis, nec non utriusque Hollandiæ. Terminatur Mare Germanicum ad Fretum Gallicum, aliàs Britannicum, à gemino Regno, intra quod labitur, item Oceani, Morinorum, nunc Gall. *Pas de Calais*, Angl. *The Streight of Calis*, Belg. *de Hoofden*, latitudinis inter Caletum Galliæ, & Dubrim Angliæ septem milliarium, atque in Mare Britannicum strictè sic dictum, Gall. *la Manche*, Angl. *Chanal*, Belg. *het Canaal*, desinit.

XII. *M. Britannicum. Hibernicum.* Maris Britannici, quod oram Anglicanam meridionalem, & Gallicam septentrionalem perfundit, limes occiduus in Angliâ est promontorium Antivestæum, sive Bolerium, *The Cape of Cornwal*, ac *The Lands end*, quasi Terræ finis, totius Angliæ occidentalissimum in Comitatu Cornubiâ; in Galliâ verò Gobæum promon-

Digitized by Google

promontorium, nunc caput S. Matthæi, *le Cap S. Mabé*, ſitum in parte Britanniæ minoris maximè occiduâ circa Conqueſtum oppidulum, vel, ut aliis placet, Uxantus inſula, incolis *Oueſſant*, vergens à proximo Promontorio per ſedecim paſſuum millia in occaſum. Supra Mare Britannicum Hibernicum fluit inter magnæ Britanniæ, Hiberniæque littora.

Infra Mare Britannicum ſe pandit Mare Aquitanicum, ſeu Sinus Francicus, quem Galli à boreâ limitant memorato ſtatim Gobæo promontorio, & ab auſtro promontorio Artabrum in Gallæciâ, communiter C. *de Finis terre*; proinde juxta hoſce terminos Mare Cantabricum, quod aliàs ab Aquitanico diſtinguitur, hujus partem conſtituit. XIII. *S. Francicus.*

Cantabrico proximum eſt mare Atlanticum, aliis Heſperium, Veſpertinum, Occidentale, Magnum. Ab Occidentali tamen diſcernendum eſt, quando, ut quidam ſtatuunt, hoc ultra mare Britannicum Hiberniamque in boream vergit. Nam Atlantici terminus borealis communiter habetur Artabrum promontorium; auſtralis verò oſtia Nigri Fluminis, aut promontorium montis Leonis, C. *Serra Liena*, in Guineæ confinio. XIV. *M. Atlanticum.*

CAPUT II.

Mare Mediterraneum cum reliquis Maris Septentrionalis partibus.

EX mari Atlantico pervia via eſt in Mediterraneum per celebratiſſimum Fretum Herculeum, aliàs Gaditanum, Columnarum, Oceani, Hiſp. *Eſtrecho de Gibraltar*, Gall. *Détroit de Gibraltar*, Belg. *de Straet van Gibraltar*, atque *de Straet* ſimpliciter; unde nec mirum Belgarum naves, quæ per hoc Fretum ad celeberrimos maris Mediterranei portus navigant, à Belgis *Straetvaerders* appellari. A boreâ alluit Regnum Vandalitiæ, provinciam Hiſpaniæ maximè auſtralem, atque ab auſtro Feſſanum Regnum. Longitudinis eſſe perhibetur ab occaſu in ortum decem Leucarum Hiſpanicarum, latitudinis quatuor, ubi anguſtiſſimum eſt; nempe inter Gibraltariam Hiſpaniæ, ante Calpen, ad radicem montis, ejuſdem olim nominis, ac montem Abylam regni Feſſani, cui Septæ, *Ceuta* I. *Fretum & Columnæ Herculis.*

Hiſp., proximæ ſunt, quæ idcircò etiam Abyla ſæpiùs nuncupantur. Hi verò montes ab antiquis vocati ſunt Herculis Columnæ; ſi tamen Hiſpanis habenda fides, fuêre in inſulâ Gadibus, non procul ab urbe Gaditanâ, ibidem hodièque ab incolis oſtenduntur, nominatæ iiſdem *Torres de Hercoles.*

II. *M. Mediterraneum ad & extra Hiſpaniam, Galliam, Italiam.*

Ipſum Mare Mediterraneum, Gall. *M. Mediterranée*, Belg. *de Middellantſe Zee*, alitèr Internum, inter Europæ, Aſiæ, Africæque littora longiſſimè ſe diffundit, juxta quorundam imaginationem Calcei figuram non inelegantèr exprimens, ſi ab eo reſecetur Propontis, Pontus Euxinus, & Palus Mæotis, quæ maria à nonnullis inter Maris Mediterranei partes non referuntur. Varias in variis ſui partibus appellationes adipiſcitur, quarum præcipuæ ex ordine conſequentes ita ſe habent. Ad Iberiam, ſive Hiſpaniam Ibericum dicitur; circum Baleares Inſulas Balearicum; ad Galliam Gallicum, ſeu Sinus Lugdunenſis & Leoninus, *Golfe de Lyon*, Nautarum terror; ad Liguriam, Liguſticum, *M. de Genes*; ad Inſulam Corſicam, Corſicum; ad Sardiniam, Sardoum, *M. de Sardaigne*; ad Tuſciam, ſive Etruriam, Tuſcum ſeu Etruſcum, Græcis Tyrrhenum, Latinis Inferum, Gall. *M. Tirrene.*

III. *M. & F. Siculum.*

Circum Siciliam eſt mare Siculum. Inter ipſam atque Calabriam ulteriorem, Fretum ejuſdem nominis, aliàs Mamertinum, Reginum, Scyllæum, Ital. *Faro di Meſſina*, cujus minima latitudo vix tenet tria millia paſſuum. In ejus parte boreali circa oram Calabriæ eſt Scylla ſcopulus, quem multùm formidant Nautæ, & hunc contrà Charibdis, locus maris Siculi prope Pelorum promontorium, *il Capo di Faro*, & Meſſanam, antiquis vortex habitus, proxima quæque ingurgitans, quem inficiantur hodierni, tantùm fluxionem Freti ex mari Tyrrheno in Siculum, & vice versâ admittentes.

IV. *M. Venetum.*

Modò de Infero Mari dictum, nunc Superum videamus, aliàs Sinum, ſeu mare Hadriaticum, Adriaticum, hodieque communiſſimè Sinum Venetum, Ital. *Golfo di Venetia*, Gall. *Golfe de Veniſe.* Extenditur inter Italiam ad occaſum, & Illyricum atque Albaniam ad ortum in longitudinem DLXX circiter milliarium; latitudo verò longè minor eſt, inprimis in ore Sinus, *Bocca del Golfo di Venetia*, ubi inter Hydruntum Italiæ & Aulonem Albaniæ LX ſolum numerant. Hujus Dominos

Digitized by Google

minos Veneti ſe profitentur, atque hinc Dux cum Senatu quotannis ipſo die Aſcenſionis Dominicæ Bucentaurum conſcendit, abjectoque in Mare annulo id ſibi deſpondet. Circa littus Illyrici ſcatet inſulis, habetque ab ortu Sinum Tergeſtinum, *Golfo di Trieſte*; ad Illyridem mare Illyricum, quod in Sinum Liburnicum, & mare Dalmaticum ſubdividitur; Sinum Rhizonicum, *Golfo di Cataro*, & Illyricum ſtrictiùs ſumptum, *Golfo di lo Drino*, à flumine, quod in ipſum ſe exonerat.

V. *M. Ionium.*

Mari Supero à meridie contiguum eſt Ionium, *M. Ionienne*, inter Siciliam, utramque Calabriam, Baſilicatam, & Hydruntinam, provincias Regni Neapolitani, & Græciæ littora diffuſum. Partem Siculi maris complectitur, amplum Sinum Tarentinum, *G. de Tarante*, & varios Sinus ad Peloponneſum, inter quos ex minimis non eſt Corinthiacus, antiquis Criſſæus, nunc *Golfo di Lepanto*, quem à ſeptentrione Achaia, atque meridie Peloponneſus limitant. Ab ortu in occaſum ad octuaginta paſſuum millia extenditur, quibus longè minor eſt latitudo. Extra anguſtas hujus fauces ad auſtrum occurrunt Sinus Patrarum, *G. de Patras*, ad urbem ejuſdem nominis; Cypariſſius, *G. di Zonchio* Ital., & *G. dell' Arcadia*, ad Elidem, & Meſſeniam; ac Coronæus, ſeu Meſſeniacus, ab appoſitis urbibus, *G. de Coron* aut *Calamata*, prioribus amplior.

VI. *M. Ægæum.*

Nunc proximum eſt vaſtum mare Ægæum, ſeu Archipelagus, quaſi mare Imperii, & Album, Gall. *M. Ægée*, *Archipel*, *Blanche*. Habet Græciam ab occaſu, Thraciam à ſeptentrione, Aſiam minorem ab ortu, & Cretam denique à meridie. Abundat inſulis, inque varios Sinus & Maria diſtribuitur, ex quibus notamus mare Creticum, *M. de Candia*, ad littus ſeptentrionale Cretæ inſulæ, cujus pars eſt ſinus Laconicus, ad Laconicam Peloponneſi, in ortum longè excurrens, *G. di Colochina*, aliis *G. di Caſtel Rampano*; & ad Græciæ littora Sinum Argolicum amplum, inter Laconicæ, Argiæque oras, *G. de Napoli*, & *de Napoli de Romanie*, ab adſitâ Naupliâ; Saronicum, ſeu Salaminiacum, & Salaminium, *G. de Engia*, inter Argiam & Atticam, quem à ſinu Corinthiaco Iſthmus ſeparat; Euripum Chalcidicum ſeu Euboicum, & Euripum ſimpliciter per excellentiam, Gall. *Detroit* & *Canal de Negrepont*, qui Achaiam & Euboeam inſulam interfluit, & Bœotiæ ad Chal-

cidem ligneo ponte, paſſus L longo, connectitur, fluxione indies ſæpiùs eunte & redeunte celebris; ſinum Pelaſgicum ſeu Pagaſicum, *G. del Volfo*, ad Theſſaliam; Thermaicum, aliter Thermæum, & à regione, quam alluit, Macedonicum, *G. de Salonichi*, ab urbe, quæ in intimo ejus receſſu eſt, omnium patentiſſimum; Toronaicum, *G. de Aiomama* aut *de S. Anne*; Singiticum, *G. de Monte Santo*, cui Athos nomen imponit; denique Strymonicum, *G. de Conteſſa*. Verſus Aſiam minorem occurrunt ad inſulam Carpathum mare Carphatium, *M. de Scarpanto*; verſus Cariam regionem Myrtoum, *M. de Mandria*; ad Icariam inſulam, & circa littus Ioniæ Icarium, *M. de Nicaria*; ad Ioniam & Æolidem ſinus Smyrnæus, *G. de Smyrne*.

VII. *Helleſpontus.* Ad boream terminat Ægæum mare Helleſpontus, Fretum Thraciam Aſiamque minorem interfluens, cujus à meridie in ſeptentrionem extenſio XLV circiter milliaria complectitur; ab occaſu verò in ortum inter Dardanellas, munitiſſimas Turcarum arces, Seſtum Europæ, atque Abydum Aſiæ, nonniſi ſeptem octove Stadia. Dicitur Ital. ab oppido Freti *Stretto di Gallipoli*, Gall. *détroit de Gallipoli, & des Dardanelles*. Hoc Xerxes olim operuit navibus, Aſiamque Europæ ponte copulavit, Græciæ bellum illaturus.

VIII. *Propontis. Boſphorus Thracius.* Supra Helleſpontum inter Thraciam, Myſiam minorem, atque Bithyniam Propontis eſt, quaſi Ponti veſtibulum, Gall. *M. de Marmora* & *Marmara*, ab inſulâ cognomini in meridionali ipſius parte conſtitutâ, in varios Sinus minores ſeſe explicans. A boreâ ipſi contiguus eſt Boſphorus Thracius, ſeu Os Byzantiacum, & Fretum Chalcedonium, Gall. *D. de Conſtantinople*, & *Canal de la M. Noire*; quod, ubi minimè patet, quatuor Stadiorum eſſe ſcribitur, adeò ut hîc Galli cantus, ac vox hominis elatior ex Europâ in Aſiam, & contrà, integra interdùm tranſmitti poſſit.

IX. *Pontus Euxinus.* Superato Boſphoro Pontus Euxinus ſeſe aperit, ab occidente in orientem per MCCC millia paſſuum diffuſus, at ab auſtro in boream longè arctior; olim Axenus, ſive inhoſpitus, mare Cimmerium, Ponticum, Colchicum, nunc Nigrum à perpetuâ nebulâ, quæ ipſi incubat, & frequentiore navium in ipſo interitu, Ruſſis *Zorno more*, Turcis *Cara denghiz*. Terminatur ab occaſu Thraciâ & Moeſiâ inferiore, à boreâ Sarmatiâ.

Digitized by Google

Digitized by Google

MER NOIRE
ou MER MAIEVRE
Par N. Sanson le fils
Geographe du Roy
ER DE ZABACHE
PALVS.
PETIGORI.
AVOGASI.
Cabarda
Asof
ou Tana
Zacaria
Bacmachi
Tarmagna
Anara
Mapopa
Cagia
Copa
Trimiz
Carobmiana
Mauro lacu
Zuzaco
Albo Zicchia
Costa Aiaxo
Cacari
S. Sophea
Pozonda
Sauatopoli
Coro
Tamasi
GRE
Fazzo.
LIE.
Lonazi
Archa
Sanahia
Riso
Christonda
Lanora
Tripoli
Trebizonda
Permon
Permen fl.
GENECH
Maraſt
Chiorme
Arſingan
Tocato
TOCAT
Amaſia
olim
AMASIA.
Cingalla
Labaton
Raſchia
Giamich
Caiſaria
Siuas
SIVAS.
PEGIAN.
Tyſaroa
Sogian
Chiangare
Charaiſar
Sauaſtia
Mangobich
ASIA MINOR.
Acſara
Nigdia
Arcelach
Abiach
ANADO
Arana
LE.
Pison
Iobe ou Ammanſtoi
Rhombites fleu
Mer de Zabache
autref
Mer Noire ou Mer Maievre
autref
Euxinus
Roni
Amaſia
Tocat
Sivas
Pegian
Asia Minor
Anado

Digitized by Google

matiâ Europæâ, ac Aſiaticâ, ab ortu Colchide, ab auſtro tandem Aſiâ minori.

X. *Boſphorus Cimmerius. Palus Mæotis.*

In Pontum exit Boſphorus Cimmerius, medius inter Tauricam Cherſoneſum, & Sarmatiam Aſiaticam, longus à meridie in ſeptentrionem xxx paſſuum millia, aliter dictus Mæoticus, & os Mæotidis, hodie Gall. ab adſito oppido, D. *de Caffa*. Boſphoro huic à boreâ Palus Mæotis jungitur, nuncupata etiam mare Sarmatiæ, Cimmeriæ paludes, Scythica ſtagna, vulgò M. *de Zabache*. Alluit ab auſtro Tauricam Cherſoneſum ab occaſu & ſeptentrione Tartariam minorem, ab ortu Sarmatiam Aſiaticam. Pluribus locis minorum tantùm navigiorum capax eſt, ut mirum non ſit, Paludem appellari.

XI. *Maria ad Aſiam.*

Quæ reſtant ex mari Mediterraneo ad Aſiam maria, ſunt Rhodienſe, ſeu Rhodium, *Gall. M. de Rhodes*, circa Rhodum inſulam, & Aſiæ minoris littus; Lycium ad Lyciam; Pamphylium ad Pamphyliam; Cilicium ad Ciliciam; ſinus Iſſicus, qui littus Ciliciæ Syriæque perfundit, & Iſſum urbem, quæ ipſum denominat, nunc G. *de l'Ajazzo*; & tandem mare Syriacum, aliàs Syrium, Magnum, Occidentale, Gall. M. *de Sourie*, Ital. M. *de Soria*, inter Cyprum, Syriam, & Terram Sanctam.

XII. *Maris ad Africam.*

Denique attingenda illa maria, quæ ad Africæ littus Mediterraneum mare poſſidet, & primò Ægyptium, ſeu Ægypticum & Ægyptiacum, M. *d'Ægypte*, quod intra littus Ægyptium quidam coarctant; alii per littus Marmaricum etiam extendunt, atque ad littora meridionalia Cypri & Cretæ inſularum. Ad Cyrenaicam regionem eſt Cyrenaicum; inter Cyrenaicam & Tripolitanam regionem Syrtis magna ſeu major, G. *de Sidra*; Africum Pelagus ab intimo Syrtis majoris ſinu ad oſtium Ampſagæ fluminis, Cluverio nunc Majoris, aliis Suffegmari, à nonnullis protenditur, illud in Syrtim majorem, minorem & ſinum Numidicum dividentibus. Sunt, qui hoc Pelagus à Syrti minori ducunt, atque in tantum abbreviant. Ad Mauritaniam tandem mare eſt Mauritanicum, excurrens ad Fretum Herculeum.

XIII. *M. Mediterraneum cur non tumeat?*

Cæterùm mirabile multis videtur, Mare Mediterraneum, de quo hactenus diximus, altiùs non intumeſcere; quùm & Fretum Gaditanum tàm anguſtum ſit, & plurima atque ingentia

gentia flumina in ipſum perpetuò ſe exonerent, & Pontus Euxinus indeſinenter decurrat in Propontidem, quibus idcircò occultam creditur cum mari Rubro communionem habere.

XIV. *Maria ad Africam.* Extra mare Mediterraneum ſuperſunt ex mari Septentrionali ad littus Africæ occidentale mare Canarienſe, Gall. *M. des Canaries*, inſulas Fortunatas ſeu Canarias interfluens; mare Promontorii viridis, *M. du Cap Verd*, quod Heſperides inſulas, ſeu Capitis Viridis perfundit; ac mare denique Guineenſe, *M. de Guinée*, quod ad Guineæ oras labitur, atque ad Lineam Æquinoctialem ſeſe explicat.

CAPUT III.

Mare Æthiopicum, Indicum, Pacificum.

I. *M. Æthiopicum.* ABSOLUTA primâ parte Oceani ad ſecundam progredimur, mare Æthiopicum, quod à boreâ Septentrionale limitat, & hinc verſus Polum meridionalem diffunditur, inter Auſtralis Americæ ac Terræ Magellanicæ ortivum littus, atque occiduum Africæ; quin ultra promontorium bonæ Spei ad mare uſque Arabicum quibuſdam extenditur.

II. *Ejus partes.* Partes hujus Maris, Gall. *Ocean Meridional*, aut *Ethiopien*, ad littus Americæ meridionalis ſunt ad Braſiliam mare Braſilicum, *M. de Breſil*, & ad Paraguariam, ſeu Paraguaiam, Paraguaienſe, *M. de Paraguay*. Ad Terram Magellanicam Mare occurrit ejuſdem nominis, *M. Magellanique*; cujus pars eſt celeberrimum Fretum Magellanicum, *Détroit de Magellan*, Terram Magellanicam ſeu Regionem Patagonum, Terramque Ignium, Hiſp. *Tierra del Fuego*, Gall. *Terre du Feu*, ab obſervatis ibidem ignibus, interfluens. Longum eſt ccc milliaria Italica ab oriente in occidentem; latum, ubi maximè conſtringitur, vix quatuor, imò minùs, anno xx ſuperioris Seculi à Ferdinando Magellano nobili Portugallo detectum, & trium circiter Septimanarum ſpatio ſuperatum, impediti ob crebras & diuturniores procellas tranſitus: quare ejus loco Fretum Mæreum, *D. le Maire*, quod Hiſpanis etiam Fretum S. Vincentii nuncupatur, Nautæ navigant, ad auſtrum Regionis Ignium, priore brevius & tutius; aut Fretum Brouweri, quod à Mæreo parùm

ràm in ortum vergit. In orâ Africæ continet Mare Æthiopicum ad Congi regnum mare Congienſe, *M. de Congo*; ad Caffériæ regionem, Caffrienſe, *M. des Cafres*, ampliſſimum; atque ad Zanguebariam, Zanguebarienſe, *M. de Zanguebar*, aliàs Barbaricum, nec non Aſperum ob copioſas ejus ſyrtes atque periculoſa brevia.

III. *M. Indicum.*

Poſt Mare Æthiopicum ſuccedit Indicum, aliàs Orientale, Gall. *Ocean Oriental*, aut *Indien*, quod Aſiam & à meridie, & ortu alluit, & verſus terras auſtrales, incognitas hactenus, ſeſe explicat. Diverſa maria, freta ac ſinus complectitur, de quorum nobilioribus agendum ex ordine.

IV. *S. & M. Arabicum.*

Primo loco ſe offert Sinus Arabicus, ſeu mare Rubrum, Arab. *Bohas Colzum*, Gall. *M. Rouge*, & *de la Mecque*, Belg. *het roode Meer* atque *de Schelf Zee*, Hebr. *Iamſuph*, tracto nomine ab herbâ Sufo, etiamnum in illa regione ſic appellatâ, quæ in medio Mari iſtâ quantitate naſcitur, ut minoribus navigiis remoram ſæpe injiciat. Habet ab occaſu Ægyptum & Æthiopiam, atque ab ortu Arabiam Petream ac Felicem, & à ſeptentrione in meridiem per MCC milliaria Italica ſe diffundit, latitudine, ubi amplior eſt, vix CCL milliaria ſupergrediente. Scopulis ſcatet & pulvinaribus circum littora, in primis Arabiæ, medioque Freto Arabico, quod Babelmandelum dicitur, *D. de Babelmandel*, ſive *Balal Maudad*, hoc eſt luctus Oſtium, jungit ſe mari ejuſdem nominis, cujus Sinus à dicto Freto ad uſque inſulam Dioſcoridis, Luſit. *Zocotora*, proximumque littus Arabiæ, pars rubri Maris æſtimatur. Mare autem, quod Felicem Arabiam à meridie perfundit, Arabicum appellatur, ſeu Erythræum, Gall. *M. d'Arabie.*

V. *S. & M. Perſicum.*

Sequitur Sinus Perſicus, *M. de Elcatif*, & *G. de Balſera*, qui Arabiæ Felicis littora à ſeptentrione & ortu, Perſiæque à meridie ad oſtium Tigridis interluit. Arabes eum diſpeſcunt in mare Baſrenſe, ſeu Balſerenſe, quod propriè eſt ipſe Sinus Perſicus, inter Balſeram, Armuziumque ſe diffundens, & Sinum ſeu mare Armuzianum, Gall. *Golfe d'Ormus*, quod priori, medio Freto Moſandano, *D. de Moçandon*, & *Baſora*, jungitur. Quæ verò reſtat ora Perſiæ ad meridiem, Perſicum mare alluit, quod tamen plurimis ab Arabico Indicove non diſtinguitur.

Trans-

Digitized by Google

VI. *M. Indicum.* Tranſimus ad Mare Indicum ſtrictè ſic dictum, vaſti Maris Indici pars non ignobilis, Gall. *M. des Indes.* Ad Indiam & intra & extra Gangem affluit, nec non numeroſiſſimas inſulas, quarum in hoc mari magna ubertas eſt, & pro littorum diverſitate diverſa recipit nomina.

VII. *Varia partes.* Inter celebriora ſunt ſinus Indicus, *G. de l'Inde*, ad oſtia Indi fluminis, qui in ipſum delabitur, inter Tattæ, Soreti, & Guzaratæ regna; Sinus Cambaienſis, *G. de Cambaye*, Guzaratam rigat, ab urbe, quæ in intimo ejus receſſu eſt, petito nomine; mare Malabaricum ad Malabariam regionem; Archipelagus Maldivarum, *l'Archipelague des Maldives*, ad Maldivas Inſulas; Fretum Manarium, *Détroit de Manar & de Chilao* inter inſulam Ceylanum & oram Piſcariæ, ſat amplum.

VIII. *Sinus.* Superato hoc Freto aperit ſe totius Indiæ Sinus patentiſſimus, Gangeticus dictus à decantato Gange, qui in ipſum illabitur, hodie Bengalenſis; à regno, cujus oram ſeptentrionali ſuâ parte alluit, *Golfe de Bengala.* Indiam citeriorem, ſeu intra Gangem ab India ulteriore, ſeu extra Gangem ſeparat. Bengalenſi ad ortum proximus eſt ſinus Siamenſis, fluens inter regnum Siamum atque Cambodiam, *G. de Siam*, ac Siamenſi Cocinchinenſis, *G. de Cochinchine*, quem littora regni Cocinchinæ, Tunchini, & imperii Sinarum pro parte, limitant, nec non Haynanæ inſulæ, unde à nonnullis ſinus Haynanus appellatur, ac olim Magnus juxta varios.

IX. *Freta.* Inter reſidua Freta maris Indici celebriora ſunt Malaccenſe, *D. de Malacca*, inter urbem & regnum Malaccam, atque Sumatram inſulam, aliter Fretum Sincapuræ ab oppido & promontorio Malaccæ ejuſdem nominis; & Sondenſe, *D. de la Sonde*, à portu Bantamenſi ſic nominato petitâ appellatione, latitudinis viginti milliar. Italicorum, Sumatram à Javâ ſeparans.

X. *Reſidua.* Ab hoc ultimo Freto auſtrum verſus & novam Hollandiam occurrit mare Anchidolium, *M. de l'Anchidol*, quod ab ortu cum Pacifico mari conjungitur. Ad Inſulas Moluccas Archipelagus Moluccarum eſt, qui non rarò adeò extenditur, ut ſub ſeſe comprehendat Archipelagos Celebum, Amboinæ, & Papuorum ſive Nigrorum. Ad Philippinas Inſulas & verſus inſulas Latronum eſt S. Lazari Archipelagus, *l'Archipelague de S. Lazare.* Supra Archipelagum fluit mare Sinenſe ad Sinarum Imperium & ver-

Digitized by Google

& verſus Japoniam, Gall. *M. de la Chine*, aliis etiam Eoum dictum, quod tamen quibuſdam longiùs extenditur. Hujus maris Sinus nobiliſſimus eſt Nanquinenſis, *G. de Nanquin*, alluens varias Sinæ provincias, Nanquinenſem, Xantoniam, Pechinenſem, & Leaotuniam ab occaſu, & ab ortu Coreæ regnum. Inter Japoniam & terram Eſonis, quæ ante ſemi ſeculum circa littus detecta eſt, atque Japoniâ borealior, Fretum Sangarium conſtituitur, *D. de Sangaar*, ab adſito Japoniæ oppido, uti inter eandem terram Eſonis, atque Tartariam, Eſonis Fretum, *D. de Jeſſo*, *& Eſo*, ſat amplum.

Ultima tandem pars Oceani eſt Mare Pacificum, à fluctuum perpetuâ placiditate ſic nuncupatum, vulgò Auſtrinum, Hiſp. *Mar Pacifico* & *del Zur*, Gall. *M. Pacifique* ac *du Zud*. Diffundit ſe à mari Indico ad littora Americæ & verſus Polos, ut omnium ſit longè maximum. Auſtrinum appellatur, quia ingens ipſius pars ratione maris Septentrionalis, à quo per Iſthmum Panamæ, octodecim tantùm Leucas longum, dividitur, in auſtrum vergit, primùmque detecta eſt. XI. *M. Pacifi-cum.*

Inter partes ipſius ad Americam Septentrionalem multis refertur Fretum Anianum, *D. d' Anian*, ad boream Californiæ inſulæ. Aliis ponitur in parte maris Tartarici maximè ortivâ, inter Tartariam, & oram Septentrionalis Americæ, ut nihil de eo certi habeatur; proinde multæ Tabulæ illud negligunt. Ad Californiam inſulam, maximam Americæ ſeptentrionalis, & à boreâ in auſtrum admodùm diffuſam, prope novum Mexicum, mare Californiæ dicitur, cujus portio inter Californiam ad occaſum, ac novum Regnum Mexicanum ad ortum, Purpureum appellatur, Hiſp. *Mar Vermejo*, Gall. *M. Vermeille*, ac non rarò mare Californiæ. Ad novam Hiſpaniam fluit mare Auſtrinum ſtrictè ſumptum, à mari Purpureo ad urbem Panamam excurrens. In littoribus Americæ Meridionalis ad regnum Peruenſe eſt Peruanum mare, Hiſp. *Mar de Peru*, Gall. *Mer du Perou*; ad regionem Cilenſem Cilenſe, *M. de Chili*; atque ad tractum Magellanicum mare ejuſdem nominis, *M. Magellanique*, de cujus alterâ parte ſuperiùs. XII. *Partium ejus.*

CAPUT IV.

Communitas & Motus generalis Marium.

I. *Marium communitas ex parte incerta:* SIc quatuor vasta Maria, quæ integrum absolvunt Oceanum, cum præcipuis singulorum partibus, perlustravimus. Est autem mari Septentrionali cum Æthiopico, Æthiopico cum Indico, Indico cum Pacifico, Pacifico denique cum Æthiopico per memorata ante Freta manifesta satis communitas. Utrum verò ex mari Septentrionali à parte boreâ, seu occidentem seu orientem versus, in Pacificum via pateat, hactenus indefinitum est.

II. *Testibus Anglis;* Transitum per septentrionalem Americam tentârunt sub finem superioris seculi & initium labentis sequentes Angli, Forbisherius, Davisius, Baffinius, Hudsonius, qui Belgarum auspiciis iter suscepit, Jamesius, atque Buttonius; sed omnes spe suâ excidêre, detectis tantùm quibusdam Fretis & Sinibus, quorum jam ante facta mentio. Quin nunquam sperandum esse hujus navigationis exitum contendit Jamesius, ob copiam firmæ glaciei, quam offendit, ventos ex occasu maximè spirantes, quando opportunissimum esset transeundi tempus, Pyxidis nauticæ ingentem declinationem, piscriumque grandium defectum, qui Fretis ut plurimum delectantur.

III. *Et Belgis.* Contrariis lineis navigârunt Belgæ annis MDXCIV, V, & VI, ac publicis & privatis sumptibus adnixi sunt ex mari Russico in Tartaricum viam pandere, atque ex hoc in Indicum, quod cum Pacifico, ut dictum superiùs, confunditur. Sed meliorem sortem experti non fuêre, quare ut hi, sic illi, in istoc studio & opere prorsùs cessârunt.

IV. *Motus Oceani navigationes facilitat;* Tandem coronidis loco memorandus nobis est generalis perpetuusque motus Oceani, ex ortu occasum versus procedentis, qui intra Zonam Terridam maximè est conspicuus; quumque hunc motum Eurus, aut Euro collateralis comitetur, minimè mirum est, iter maritimum ex Indiâ versus Madagascariam & Africam ocyùs absolvi posse; item ex Africâ in Brasiliam, aut mare Pacificum per Fretum Magellanicum, quàm cursu contrario; ac hujus perennem & concitatam in occi-

occidentem fluxionem argumentum Magellano ſuggeſſiſſe pro exitu, quem animo volvebat, atque reperit.

V. *Maximè in M. Pacifico.*

Nullibi verò motus Generalis conſtantior eſt, quàm in parte maris Pacifici intra Tropicos, quæ ſemper à vento orientali ſollicitatur; quia nec copia inſularum motum ſufflaminat, nec venti ex contrariâ plagâ appellentes perturbant; proinde mirùm non accidit, naves, quæ ex portu Acapulcenſi novæ Hiſpaniæ quotannis Inſulas petunt Philippinas, immotis penè velis ad inſulas Latronum appellere, & nunquam, aut rariſſimè pati naufragium in itinere, quod tertiam ambitus terreni partem complectitur.

VI. *Minùs in Indico.*

Secus ſe res habet in mari Indico, quia frequentibus Archipelagis interſciſſum eſt, & à ventis aliunde ſtato tempore per dies benè multos ſpirantibus, quos Motiones, *Mouſſons*, nuncupant, affiatur. Menſibus tamen Januario, Februario, Martio, Aprili, nec non Majo motus Generalis Maris & Venti ſæpiſſimè obſervatur, atque hinc Belgæ iter ex Indiâ Orientali in patriam ſub anni finem ſoliti ſunt ſuſcipere, quò hoc curſu feliciter ad bonæ Spei promontorium, & ultra provehantur.

VII. *Oceani Tabula.*

Hactenus de Oceano & præcipuis ipſius partibus; quas, ut facillimè repetantur, & memoriæ tenaciùs inhæreant, ſequente Tabulâ breviter & ſummatim comprehendimus.



II. Æthio-

Digitized by Google

Digitized by Google


GEOGRAPHIÆ SACRÆ
TABULA,
in qua
TERRA PROMISSA
in suas Tribus Partesq. distincta
Autore N. SANSON
Abbavillæo
MARE MAGNUM quod et
OCCIDENS
OCCIDENS
TALE
Sarepta Phœnicum
SIMEON
EDOM
quæ et
IDU


PHOENICE
ARABIA
Urbes
Regiæ
Levitarum
Refugii
Mille Passus
Stadia
Leucæ Gallicæ
Milliaria germanica

Digitized by Google

Ad meliorem delineatæ hujus Tabulæ usum observandum, Literas S. Sinus, M. Maria, F. Freta, F. B. Freta Baltica, E. Euripum, B. Bosphoros, P. Pontum, Pal. Paludem, denotare, & quando inter Europæ Maria recenseo quædam, quæ aut Asiam, aut Africam alluunt, id factum, quia partes sunt Marium, quorum pars longè præcipua Europæ oras perfundit, neque per ordinem licuit ea alibi tractare, & erroris periculum Tabula satis præcavet, si addam, quod propter chartæ angustiam Tabulæ addi non potuit, atque ex ante traditis perspicuum est, Hellespontum, Propontidem, Bosphorum Thracium, Pontum Euxinum, Bosphorum Cimmerium, atque Paludem Mæotidem Europam, Asiamque interfluere. VIII. *Tabulæ declaratio.*

CAPUT V.

Terræ Divisio. Europa in genere.

VIso Oceano ad alteram Orbis partem, Terram strictè dictam, progredimur, quam in Orbem Veterem & Novum distribuimus. Orbis Vetus Insulas complectitur, ac I. *Continens veteris Orbis.*

Continentem. Continens, aliàs Terra Firma, appellatur continuus Terræ tractus, qui multas Regiones ſuo concludit ambitu, etſi ipſe eſt inſula. Continens veteris Orbis habet à boreâ mare Septentrionale, ab occaſu idem cum parte maris Æthiopici, ab auſtro Æthiopicum & Indicum, ab ortu denique idem Indicum.

II. *Varia Diviſio.* Vaſtum hoc Terræ Spatium Antiquis non eâdem ratione diviſum eſt; Communiſſima fuit tripartitio, in Europam, Aſiam & Africam, ad numerum filiorum Noëmi, ex quibus Japhetus obtinuit Europam cum Aſiâ minore; Semus Aſiam ab Euphrate ortum verſus; Chamus denique Syriam, Arabiam, Ægyptum cum universâ Africâ. In hâc diviſione multi ex poſterioribus non acquievêre, præferentes, aut variam dichotomiam, quâ dicta Continens ſecta eſt in Europam (cujus partem Africam faciebant) & Aſiam, vel in Europam ac Aſiam, huic Africâ attributâ; aut quadrimembrem partitionem, in Europam, Aſiam, Ægyptum, cui olim, teſte Euſebio, plures, quàm Orbi reliquo, urbes competebant, & Africam. Dein alii Ægyptum dedêre Aſiæ, nec defuêre, qui illam Africæ adnectebant, facto inter Aſiam Africamque limite, non Nilo flumine, ſed Sinu & Iſthmo Arabico, quæ diviſio hodieque in uſu eſt. Qui autem ſingulis partibus ſint termini, infrà ſuo loco rectiùs explicabitur; Regna verò & è regione jacentes Inſulas, ex Tabulâ, quam ſtatim ſubjungimus, promptum erit levi obtutu perſpicere, & ſingula deinceps uberiùs.

III. *Orbis Novus.* Novi Orbis partes etiam Continens ſunt & objacentes Inſulæ. Continentem, quæ America dicitur, à boreâ terminat Orbis incognitus, ab occaſu mare Pacificum, ab auſtro Fretum Magellanicum, atque ab ortu mare Æthiopicum & Septentrionale. Dividitur ratione ſitus in Septentrionalem, & Meridionalem, quarum communis limes Iſthmus ſeptendecim circiter Leucarum eſt, inter Panamam ad oram maris Pacifici, ac Portum Pulchrum, Hiſp. *Porto Belo*, mari Septentrionali appoſitum. De Harum regionibus & contrà jacentibus Inſulis agit proxima Tabula, & ſuo loco agetur fuſiùs, quemadmodum & de parte novi Orbis Incognitâ, quæ à Novo & Vetere verſus Polos Arcticum, Antarcticumque ſe diffundit.

TERRÆ

Digitized by Google

Digitized by Google

GEOGRAPHIÆ SACRÆ
TABULA,
quæ
TOTIUS ORBIS
PARTES
Continet.
Autore
N. SANSON Abbavillæo
MADIAI
ARMENIA
MEDIA
ELAM.
ASSUR
ARABIA
ÆTHIOPES
SABATHA.
SABATACH
ELMODAD
SABARMOTH
DECLA
SALEYM
ORIENS
A. de Winter fc.

Digitized by Google


TERRÆ partes ſunt II:
Orbis Vetus, in quo ſunt
Continens, in quâ ſunt
Europa, in quâ ſunt
Hiſpania.
Gallia.
Italia.
Germania.
Dania.
Suecia.
Moſcovia.
Polonia.
Turcia Europæa.
Aſia, in quâ
Turcia Aſiatica.
Tartaria.
China.
India.
Perſia.
Arabia.
Africa, in quâ
Ægyptus.
Æthiopia.
Guinea.
Nigritia.
Sarra deſertum.
Biledulgeridia.
Barbaria.
Inſulæ contra
Europam ſunt
Iſlandia.
I. Britannicæ.
I. M. Baltici, inter quas
Fionia.
Zelandia.
Rugia.
Bornholmia.
Oelandia.
Godlandia.
M. Mediterranei, inter quas
I. Baleares.
Corſica.
Sardinia.
Sicilia.
Malta.
Corcyra.
Cephalenia.
Zacynthus.
I. M. Ægæi.
Cyprus.
Africam ſunt
I. Canariæ.
I. Capitis Viridis.
I. S. Thomæ.
I. Aſcenſionis.
I. S. Helenæ.
Madagaſcaria.
Aſiam ſunt
I. Maldivæ.
Ceylanum.
Sumatra.
Iava.
Borneum.
I. Moluccæ.
I. Philippinæ.
I. Latronum.
I. Japonicæ.

Orbis



IV. *Europæ varii termini.*

Hisce præmissis diligentiùs Veteris Orbis Continentem, quæ nostri respectu Superior quibusdam appellatur, oculis perlustremus, facto ab Europâ exordio, propiùs nos concernente, neque hodiernæ Asiæ, neque Africæ, quamvis utrâlibet sit minor, ullo jure postponendâ, sive respicias Soli nobilitatem, copiam & splendorem Urbium, numerum, virtutes, ac præclara Incolarum facinora. A Septentrione & occasu mare Septentrionale ipsam limitat, à meridie Fretum Herculeum, cum amplâ parte maris Mediterranei. De orientali limite non omnibus eadem stetit, statque sententia; plurimi assignant mare Ægæum, Hellespontum, Propontidem, Bosphorum Thracium, Pontum Euxinum, Bosphorum Cimmerium, Paludem Mæotidem, quorum ante meminimus, flumen Tanaim, *Don* accolis, quo quidam utuntur ab ostio ad Lacum usque, ex quo ducit initium, & hinc rectam extendunt ad urbem S. Michaëlis Archangeli, ad quam Duina Fluvius in duo brachia se distribuit, & inde in Sinum Grandvicum. Receptior

Digitized by Google

EVROPE
Par N. Sanson le fils
Geographe du Roy
OCEAN SE
OCEAN
OCCI
DEN
TAL
ESPAGNE
ALLEMAGNE
MER MEDI
AFRI
BARB
Schetland I.
I. de Feroe
Orcades I.
S. André
Dantzic
Copenhague
Londres
Bristol
Paris
Lyon
Marseille
Barcelona
Ebro R.
Minorca
Majorca
Sardaigne
Corse
Cagliar
Palerme
Sicile
Lisbona
Seville
Murcia
Grenade
Destroit de Gibraltar
Tunis
Tripoli
Alger
Constantine
Sahara
Rome
Venise
Vienne
Prague
Cracovie
Varsovie
Riga
Moscovie

PTENTRIONAL
TARTARIE
RUSSIE
BLANCHE ou
MOSCOVIE
PONT EUXIN
ASIE
ARCHIPEL
MEDITERRANE
MER
Petsora
Tobolsk
Permorelsk
Vologda
Kiow
Astracan
Alep
Damas
Hierusalem
Alexandrie
Rosette
Damiette
Barut
Tripoli
Sidon ou Saiette
Famagouste
Candie
Cerigo
Cythere
Smyrne
Scala Nova
Scio
Metelin
Lemnos
Tenedos
Gallipoli
Constantinople
Varna
Silistrie
Bender
Caffa
Azof
Precop
Nieuport
Riga
Pskow
Smolensko
Vilna
Grodno
Mongalesch
Biela Osero
Rhezan
Woronetz
Don ou Tanais
Polon. Caramousal
Bulgar
Casan
Cremmi Caramousal
Nicolas
S. Michel d'Archangel

Digitized by Google

tior opinio partem Tanais assumit, aut majorem ab ostio ad usque flexuram, quâ vicinissimus fit Volgæ flumini, atque ab hâc parte ducitur recta in proximam ripam Obii; aut minorem, quâ parte Tanais minor, *Donetz*, in ipsum decidit, aut aliquanto ultra, & hinc linea trahitur ad mare Caspium, quibusdam non longè ab occidentalissimo Volgæ ostio occasum versus, aliis ad ipsum hoc ostium, inde protrahitur per littora dicti Maris paulò ultra ostium Volgæ orientalissimum, aut ad hoc ipsum, dein in Obium, atque per eum in Oceanum Scythicum.

V. Nobilissima hæc Orbis pars, excepto Tractu maximè boreo, in Zonâ temperata Septentrionali locata est intra gradum circiter XXXIV & LXXIII Latitudinis, atque IX & XCIII Longitudinis. Maxima verò ejus extensio, quam longitudinem vulgò vocant, (probè discernendam ab illâ, de quâ proximè dictum, quod & in latitudine; de quâ statim, notari nunc & deinceps velim) statuitur inter promontorium Sacrum, *Cabo de S. Vincente*, in regno Algarbiæ, parte Portugalliæ, atque ostium fluminis Obii, quæ si in Milliaria Germanica convertatur, nongenta juxta accuratiores Tabulas superabit. Maxima autem Europæ Latitudo est à Tenariâ, *Capo Matapan*, australissimo Peloponnesi promontorio ad extremum Finmarchiæ promontorium versus boream, vulgò *Noort Kyn*, quingenta Milliaria Germanica supergrediens. V. *Magnitudo.*

VI. Europam suâ figurâ Draconem exprimere Strabo voluit, cujus capùt esset Hispania, collum Gallia, corpus Germania, alæ Cimbrica Chersonesus & Italia. Recentiores Amazonem vel Reginam sibi imaginantur, cujus caput coronatum Hispania referat, collum & pectus Gallia, sinistram Anglia, dextram Italia, ventrem Germania, umbilicum Bojohemia, prominentem pedem Græcia, diffusam togam Hungaria & Polonia cum tractu Moscoviæ, sedem denique, cui insideat, Norvegia, Suecia, residuaque Moscovia. VI. *Figura.*

VII. Ut verò Europæ clarus distinctusque conceptus comparetur, utile fuerit, variam ejus Figuram considerare, atque in primis Limites, de quibus hoc ipso Capite, regionumque, ex quibus componitur, nomina, nexum, situm, numerum, memoriæ altè infigere. Hunc in finem quidam Europam distribuunt VII. *Divisio.*

buunt in novem partes, quarum tres maximè boreæ sunt Insulæ Britannicæ, Scandia seu Scandinavia, quæ Daniam, Sueciamque continet, atque Moscovia; tres mediæ, Gallia, Germania, & Polonia; tres tandem meridionalissimæ, Hispania, Italia, ac Turcia Europæa. Nos quidem Europam intrabimus ab Hispaniâ, sub quâ Portugalliam comprehendemus, hinc progressiuri ad Galliam, Helvetiam, Italiam, Britannicas Insulas, Belgium, Germaniam, Arctoa regna, Daniam, Norvegiam & Sueciam, post ad Moscoviam, Poloniam, & Turciam denique Europæam; quia hic ordo sat facilis nobis videtur, & naturæ rei conveniens.

CAPUT VI.

Hispania in genere. Corona Portugalliæ.

I. *Hispania sita.* PRIMUM. igitur juxta traditum ordinem se aperit Hispania, Gallis *Espagne*, ex omnibus continentis Europæ partibus maximè occidua, atque, si exiguum Peloponnesi tractum excipimus, meridionalis. Veteribus Iberia, Hesperiaque dicta est. Formam tenet Peninsulæ, quippe ad quam Oceanus Cantabricus, Gall. *Mer de Biscaye*, à boreâ, Atlanticus, Gall. *le grand Ocean*, ab occasu, & aliquâ parte austri affluit; residuam austri perfundit Fretum Herculeum, & mare Ibericum, oramque orientalem Balearicum. Montes verò Pyrenæi, Gall. *Mons Pyrenees*, quâ parte Galliæ connectitur, Isthmum constituunt, extensi ab ortu Hyberno in Æstivum, sive à mari Balearico ad Cantabricum per octuaginta Leucas Hispanicas; proinde omne iter terrestre, quod ex Galliâ in Hispaniam, vel contrà suscipitur, impeditissimum est, quia angustissimum, præruptè altum, paludosum.

II. *Figura. Varia quantitas.* Hispaniæ figuram quidam trilateram, alii quadrilateram fecêre. Multi cum Strabone Taurinæ pelli humi protensæ eam adsimilant, cujus collum partes Galliæ vicinæ constituunt; reliquum verò corpus residuæ. Jacet circiter intra gradum trigesimum sextum & quadragesimum quartum Latitudinis borealis, inque ambitu suo juxta quosdam numerat sexcentas leucas & ampliùs, quem tamen alii imminuunt. Maximè diffunditur

inter

Digitized by Google

Digitized by Google

ESPAGNE
Par N. Sanson le fils ...
Geog. du Roy.
BISCAYE
FRANCE
Tholouse
CASTILLE
ARAGON
CATALOGNE
MINORCA
MAIORCA
IVIÇA
Formentera
MER DES
MEDITERRANÉE
Ebro R.
Xucar R.
Cabo de Palos
Cabo Martin
Barcelona
Tarragona
Perpignan
Carcassone
Narbone
Foix
Andorra
Pamplona
Saragoça
Valencia
Murcia
Alicante
Denia
Tortosa
Lerida
Huesca
Jaca
Tudela
Estella
Vitoria
Bilbao
Bayona
Dax
Pau
Tarbe
Mahon
Palmera
Majorca
Colioure
C. de Creux
Rosas
Cabo de Gata
A d'Winter fcu

Digitized by Google

inter promontorium Sacrum, C. *de S. Vincente*, in Algarbiâ, regno Portugalliæ, atque promontorium Aphrodisium, seu Templum Veneris, C. *de Creuz*, in Cataloniæ Principatu, intervallum duodecim propemodùm graduum. Minor autem diffusio, communiter appellata maxima Latitudo, occurrit inter Artabrum, seu Nerium promontorium, C. *de Finisterre*, in Gallæciæ regno, atque Scombrariam, seu Saturni promontorium, C. *de Palos*, in regno Murciæ, & gradus novem supergreditur. Alii hisce limitibus præferunt Fretum Herculeum, & Scythicum promontorium, C. *de las Pennas*, quod ad oram Asturiæ Ovetensis est, quamvis ipsorum intercapedo priore omninò minor sit.

III. *Constitutio.*

Nacta est Hispania felicem situm, quippe quam montes & maria contra exterorum insultus tutari possunt; cælum varium, versus septentrionem frigidius, at longè calidius ad meridiem; solum plurimis in locis aquarum indigum, incultumque propter genium incolarum, quibus à servilibus operis maximè abhorret animus, atque eorundem inopiam, natam imprimis ex expulsione centum & septuaginta millium Familiarum per Ferdinandum Catholicum, deductasque in utramque Indiam & varias partes Africæ frequentes Colonias; alibi autem multò lætius. Dives est montium, salinarum, metallorum, vini, olei, malorum aureorum, punicorum, citriorum, ficuum, amygdalarum, mororum, capparium, similiumque fructuum. Cæterùm Hispani religionis Pontificiæ tenacissimi sunt, omnibus reliquis pulsis, quin capitis etiam proscriptis periculo, ambitiosi, graves, severi, crudeles, apti meditationibus profundis, prudentes, lentuli, propositi tenaces, suspicaces, incurioси Musarum, avari, parci in victu, in amictu profusi, & constantissimi.

IV. *Divisio antiqua.*

Divisa est antiquitus Hispania in Citeriorem, & Ulteriorem. Illam, quæ & Interior, Superiorque dicta est, Iberus flumen terminavit. Hæc reliqua complectebatur, ultra memoratum flumen posita, atque ab urbe Româ remotior, aliàs Exterior Inferiorque. Postmodùm trimembris facta est partitio; in Hispaniam Tarraconensem, quæ sub Citeriori continebatur; Bæticam ac Lusitaniam, quæ Ulterioris partes erant. Hinc neque mirum, hanc Terram Hispaniam non tantùm, sed & Hispanias plurali numero appellari.

Digitized by Google

V. *Nova.* Hodie diverſis Hiſpania diſtribuitur in partes ſeptendecim, quarum longè plurimæ Regni titulo ſuperbiunt. Alii tamen quatuordecim ſolùm partes numerant, utramque Caſtellam cum Extremadurâ provinciâ pro unâ parte reputantes, atque non ſupputato inter partes regno Majoricæ. Sunt, qui Caſtellam Veterem, & Novam diſtinctas habent provincias, uti & regnum Majoricæ, ac partes Hiſpaniæ nihilominus faciunt quatuordecim, ſed iis Extremadura ad Caſtellam Novam, Aſturiæ ad regnum Legionenſe, & Biſcaya ad Navarram revocantur. Quidam denique duplicem Caſtellam ponunt, Novæ Extremaduram adſcribentes, & omiſſo regno Majoricæ, quibus idcircò partes ſtatuuntur quindecim. Nos verò primam diſtributionem, quia partes plenè enumerat, & confuſioni obnoxia minùs videtur, cæteris anteponimus.

VI. *Hiſpaniæ ſubdiviſio.* Hæ partes Hiſpaniæ, ut feliciùs memoriæ imprimantur, dividuntur non incommodè in Exteriores & Interiores. Illarum tres jacent ad mare Cantabricum, puta regnum Gallæciæ, quod omnium occidentaliſſimum eſt; huic confines ſunt ab ortu Aſturiæ; Aſturiis Biſcaia. Tres ad Pyrenæa juga, regnum Navarræ, Aragoniæ, & Cataloniæ principatus, contrà quem eſt regnum Majoricæ, ſeu Balearicum. Tres ad mare Mediterraneum Fretum verſus, regnum Valentiæ, Murciæ, Granatæ. Tres denique ad mare Atlanticum, regnum Andaluſiæ, cujus tamen aliqua pars intrà & ad Fretum eſt, Algarbiæ, & Portugalliæ. Interiores Hiſpaniæ partes ſunt regnum Legionis, Caſtilia Vetus, Nova, atque Extremadura.

VII. *Corona Portugalliæ. Algarbiæ.* Memorata Regna & Provinciæ ad tria Regna reduci ſolent, regnum Portugalliæ, Caſtellæ, & Aragoniæ. Regnum ſeu Corona Portugalliæ, ut ab eâ ducamus initium, ab anno octuageſimo ſuperioris Seculi ad uſque quadrageſimum labentis Hiſpaniarum Regi ſubjecta fuit, deinceps verò ſuo Regi, uti & hodie. Ditiones ipſius in Hiſpaniâ ſunt Regnum Algarbiæ & Portugalliæ. Regnum Algarbiæ, *Algarve*, inter Hiſpaniæ regna minimum eſt, habetque ab occaſu & meridie mare Atlanticum; ab ortu partem infimam Anæ, *Gudiana*, fluvii, qui illud à Vandalitiæ regno ſeparat; à ſeptentrione montes *de Calderaon* & *Moncbique* idem limitant. Extendit ſe ab occaſu in ortum ad viginti ſeptem leucas Hiſpanicas, & ab auſtro in boream ad octo circi-

circiter. Satis felix est, ac thermarum, portuum, pisciumque abundans, proinde non malè Mauri dixêre Algarbiam, quasi fertilem campum. Dividitur in distrietum Lagensem, & Tavirensem; ille, *Commarca de Lagos*, occidentalior & minor est, præcipuaque ipsius loca sunt promontorium Sacrum, nunc S. Vincentii, *Cabo de S. Vincente*; Sagræ, *Sagres*; Lacobriga & Langobriga, nunc Lagium, *Lagos*, unde nomen distrietui, parva cum portu & arce; Portus Magnus, *Villa nova de Portimaon*, ac Sylva seu Sylvæ, *Silves*, Episcopalis, cujus Episcopus universæ Algarviæ Præsul dicitur. Districtus Tavirensis, *Commarca de Tavira*, habet Luleam, *Loulée*; Pharum, *Faro*, Episcopalem prope promontorium S. Mariæ; Taviram, *Tavira* & *Tavila*, regionis Metropolim; Castrum Marinum, *Castro Marino*, ostio Anæ adjacens, & suprà Alcontimum, *Alcontim.*

VIII. *Portugallia habitus.*

Algarbiæ regno à boreâ Portugalliæ regnum, seu Portugallia strictè dicta, *Portugal*, connectitur, ex septendecim Hispaniæ partibus amplissima, atque à meridie in septentrionem longè magis, quàm ab occidente in orientem diffusa. Lætior est illis in tractibus, qui Oceano propinquiores sunt, neque æstui adeò obnoxia, ob frequentiorem ventum maritimum. Ingentem copiam bombycum & apum nutrit, equos progenerat istius velocitatis, ut ex vento equas concipere Veteres fabulati sint, ac salis in primis dives est. Limitatur à meridie regno Algarbiæ; ab ortu regno Vandalitiæ; Provinciâ Extremaduræ, amplâ parte regni Legionis, à septentrione regno Gallæciæ, ac infimâ parte Minii, *Minho*, fluminis; ab occasu denique nominato non semel mari Atlantico.

IX. *Varia divisio.*

Dispescitur delineata Portugallia à variis variè. Sunt, qui habitâ ratione celebriorum fluminum, quibus rigatur & scinditur, ipsam in tres regiones distribuunt. Prima, quando à meridie in septentrionem progredimur, inter Anam & Tagum est, quæ in Algarbiam, de quâ superiùs, ac Transtaganam provinciam subdividitur. Secunda Tagum, *Tajo*, & Durium, *Douro*, interjacet, atque provincias Extremaduram & Beiram complectitur. Tertiam Durius nec non Minius definiunt, ejusque partes ponuntur Provincia, quæ inter Durium Miniumque est, & Transmontana. Verum quandoquidem dicta Flumina Provincias non exactè determinant, &

jam ante Algarbiæ regnum à regno Portugalliæ distinximus, hoc juxta communiorem sententiam in quinque Provincias dividemus.

X. *Provincia Transtagana.* Prima, quæ se exhibet, quando ab Algarbiæ regno ascendimus, Transtagana est, aliàs dicta Provincia inter Tagum & Anam, incolis *Alentejo, ó Entre Tejo é Guadiano.* Sic quidem appellatur, non quòd spatium inter hæc flumina curatè impleat, nam Tagum non nisi aliquo tractu attingit, & Anam in pluribus locis transgreditur, à potiori igitur parte hæc denominatio desumpta est. Termini hujus Provinciæ sunt ab austro Algarbia; ortu Vandalitia, & pars Extremaduræ ad Tagum; Boreâ Extremadura Portugallica, dę quâ statim; occasu eadem cum parte maris Atlantici. In quinque Districtus seu Commarcas distribuitur, quæ à totidem urbibus denominantur, quas, cùm sunt longè præcipuæ, enarrâsse sufficerit. Sunt autem Beia, aliàs Bexa & Bexæ, olim Pax Iulia, unde *Pacca* Mauris vocabatur, hodie *Beja.* Ducatus titulo insignitur & Thermis gaudet salubribus. Elva, Elvæ vel Illivia, *Elvas*, cujus oleum laudem invenit, urbs Episcopalis; Portus Alacris, lætus, & Portalegrum, *Portalegre*, urbs etiam Episcopalis; Stremotium, aliter Fines & Extrema, *Estremos*; atque Ebora, olim Ebura & Julia liberalitas, jam *Evora*, urbs Archiepiscopalis, ampla, intra colles locata, caput hujus Provinciæ, Academiâ nobilis.

XI. *Extremadura.* Secunda Portugalliæ Provincia Extremadura est, quæ ut à Castellanâ distinguatur, Portugallica audit; incolis *Estremadura*, Gall. *Estremadure Portugaise.* Priore Provinciâ borealior est, & magis occidua, atque à boreâ Beirâ terminatur, ipsamque Tagus intersecat. Sex in eâ Districtus sive Commarcas numerant, quibus & urbes imponunt nomina. Celebriora loca sunt Alcocera Salinarum, *Alcacer do Sal*, Cætobrix, & Setubalia, incolis *Setuval*, Belgis *S. Ubes*, Setubalienſis districtus præcipua, ad ostium Cadaoni fluminis, portus celebratissimus, ac salis candidi valdè dives; Almada, *Almada*, Tagi ostio apponitur. Contra hoc oppidum est caput seu promontorium Olisipponense, C. *de Rocca*, Belgis *Roxent*; Cascale, *Cascaes*, navium statio, atque & hinc Portugallicæ navigationes versus utramque Indiam instituuntur; Belemum

seu

ſeu Bethlehemum, *Belem*, ubi in D. Hieronymi monaſterio ſepulchra Regum continentur; Olyſippo, vel Ulyſippo, & Olioſippon, nunc *Lisbona* ac *Lisboa*, caput non tantùm diſtrictus Olyſipponenſis & Extremaduræ provinciæ, ſed regni totius, ſedes Regum Portugalliæ, Tagi oſtii dextræ ripæ appoſita, urbs Archiepiſcopalis, ſepticollis, ampliſſima, magnifica, munitiſſima, populoſiſſima, emporiumque longè nobiliſſimum; Sintra, *Villa de Sintra*, hinc nomen proximo promontorio; Villa Franca, *Villa Franca de Xeira*; Alanquera, *Alanguer*, Alanquerenſis diſtrictus præcipua, quemadmodum Santarenum ſeu Santarena, *Santarein* & *Santaren*, Tomarium, *Tomar* atque Leiria, *Leiria*, Epiſcopalis, ſuorum Diſtrictuum.

XII. *Beira.*

Ad boream & ortum Extremaduræ tertia occurrit Provincia, quæ Beira, *Beira*, dicitur, quam in ſex Diſtrictus ſeu Commarcas ſubdividunt. Conimbricenſis caput eſt Conimbrica, ſeu Conimbria, *Coimbra*, urbs ampla, ad Mundam flumen, rupi impoſita, Epiſcopalis, Patria variorum Regum Portugalliæ, Academiâ ſuâ celebris; Caſtrobrancenſis Caſtrum Branci ſeu Caſtellum album, *Caſtel Branco*, ad liram flumen, in quo & Idania, *Idanha*; Guardenſis Guarda, *Guarda*, urbs Epiſcopalis, antiquiſſima; Viſeenſis Viſeum, *Viſeu*, Ducatus titulo aliàs decorum, nunc Epiſcopale; Aveirani ſeu Avirenſis Aveira, vel Averium, *Aveiro*, gerens etiam titulum Ducatus, munitumque, ubi optimæ notæ ſal excoquitur; tandem Lamegani Lamega, Lameca vel Lamacum, *Lamego*, non longè à Durio, Epiſcopalis.

XIII. *Provincia inter Durium & Minium.*

Tranſimus ad quartam Provinciam, Portugalliam Interamnem, quæ omnium minima eſt, & maximè ſurgit in boream. A ſitu nomen obtinuit, nam à meridie habet infimam partem Durii, ultra quam aliquantulum ſe diffundit; à ſeptentrione verò Minius ipſius limes eſt, unde Provincia Interammenſis, ſeu inter Minium & Durium, *Entre Minho é Douro*, communiter appellatur. Adjacet ab occaſu mari Atlantico, & ab ortu præter regnum Gallæciæ provinciam Tranſmontanam, de quâ illicò, contingit. Quatuor gaudet Commarcis ſive Diſtrictibus. In Portuenſi excellit Portus, *Porto*, Belgis *Port à Port*, prope oſtium Durii, Epiſcopalis, portus capax & tutus, emporiumque ex Portugalliæ nobiliſſimis, quod

quod & huic nomen peperit, nam apud Antoninum *Portus Cala*, ac *Calem* nuncupatur. In Vianenſi diſtrictu Viana eſt, vulgò Viana Limii, *Viana de Foz de Lima*, à flumine, cujus accumbit oſtio. In Pontilimenſi Pons Limii, *Ponte de Lima* ad alteram ripam ejuſdem fluminis. In Guimaranenſi ſunt Braccara Auguſta, vel Bracara, Brætara, & Braga, *Braga*, ad Cavadum flumen, urbs Archiepiſcopalis, antiqua, ampla; Guimaranum, *Guimaranes*, unde nomen Diſtrictui, ac Amaranta, *Amarant*, non contemnendum oppidulum.

XIV. *Tranſmontana.*

Ultima provinciarum regni Portugalliæ Tranſmontana eſt, *Tra los Montes.* Hæc Beiram habet à meridie; exiguam partem Extremaduræ, & majorem Legionis ab ortu; Gallæciam à ſeptentrione, atque Interammenſem provinciam ab occaſu. Magnam ipſius partem rigat Durius, quatuorque illi Commarcæ, ſive Diſtrictus adſcribuntur, quorum occidentaliſſimus eſt Villaregienſis, cujus clariſſima eſt Villa Regia, *Villa Real*, titulo gaudens Ducatûs. In Moncorvenſi diſtrictu præter Mirandelam, *Mirandela*, etiam Moncorvum eſt, *Torre de Moncorvo*, prope ſeptentrionalem ripam Durii. In Mirandenſi Brigantia, ſeu Bragantia, *Braganca*, Ducatus titulo inſignis, intra montes offenditur, cujus Dux ditiſſimus anno hujus ſeculi quadrageſimo Portugalliæ rex evaſit, atque ad memoratum Durium Miranda, *Miranda de Douro*, Epiſcopalis. In Pinelenſi diſtrictu, qui omnium meridionaliſſimus eſt, eminet Pinelum, *Pinhel*, flumini ejuſdem nominis adjacens.

XV. *Portugallia cum veterum Luſitaniâ comparatur. Hujus Populi.*

Atque ita duo Regna luſtravimus, quæ ex Hiſpaniâ Regi Portugalliæ obediunt. Hæc quando cum Veterum Luſitaniâ, unâ ex tribus partibus antiquæ Hiſpaniæ, ut dictum ſuperiùs, comparantur, obſervabimus, ſibi nec limitibus, nec magnitudine reſpondere. Nam veterem Luſitaniam ab occaſu & aliquâ meridiei parte perfudit Oceanus, puta ab oſtio Durii ad oſtium Anæ, hinc reliquum meridionalem limitem Anas conſtituit, ad uſque oppidum Calatravam circiter, in novâ Caſtellâ, eidem accumbentem flumini, Luſitaniam ab Hiſpaniâ Bæticâ ſeparans; inde linea in Tagum ducta eſt, ubi hodie occurrit Pons Archiepiſcopi, *Puente d'Arcobiſpo*, in eâdem Caſtellâ, atque ex hâc Tagi parte ad urbem Sentícam, nunc *Zamora*, in regno Legionis ad Durium, Luſitaniæ terminus ab oriente; tandem à ſepten-

ſeptentrione Durium habet, à dicto ſtatim loco ad oſtium, atque hic limes ſeptentrionalis & ortivus ab Hiſpaniâ Tarraconenſi ipſam divisêre. Proinde vetus Luſitania ex hodiernâ Portugalliâ complexa eſt integrum regnum Algarbiæ, maximam partem provinciæ Tranſtaganæ, integram Extremaduram, Beiram, provinciæ Interamnenſis parvam particulam, & ampliorem longè ex Tranſmontanâ. Extra verò hodiernam Portugalliam poſſedit majorem portionem Extremaduræ Caſtellanæ citra & ultra Tagum, item Caſtellæ novæ, nec non regni Legionenſis cis Durium. Varii habitârunt Luſitaniam. Multi Turditanorum ſeu Turdetanorum partem locant, ubi nunc eſt regnum Algarviæ & diſtrictus Beienſis, reliquâ Hiſpaniam Bæticam occupante; ac Celticorum in diſtrictu Eborenſi & Elvenſi, cæteris Bæticam quoque incolentibus. Luſitanos conſtituunt in boreali parte Tranſtaganæ provinciæ, atque Extremadurâ & Beirâ; ac Vettones, aliis Vectones, in ſeptentrionali tractu Extremaduræ Caſtellanæ, atque meridionali Tranſmontanæ provinciæ & regni Legionis. Hos tamen à Luſitaniâ revellunt alii.

Hæc breviter de Veterum Luſitaniâ. Ante tamen, quàm Caſtellæ regnum expendimus, notanda ſummatim, quæ poſſidet Rex Portugalliæ extra Hiſpaniam. Ipſius itaque imperium agnoſcunt multæ inſulæ maris Atlantici; Azores, ſive Flandricæ; inſula Sancti Portus, *Porto Sancto*, & huic vicina Madera, ad boream Canariarum inſularum; inſulæ Capitis viridis, *I. de Cabo Verde*. In maris Guineenſis parte, quæ ſinus S. Thomæ dicitur, inſulæ Ferdinandi Pai, *I. de Ferdinando Poo*; Principis, *I. de Prince*; S. Thomæ, *I. de S. Thomæ*, cujus medium pertranſit Æquator, ac Anniboni, ſeu Annobona, *I. de Annobon*, reliquis meridionalior, in maris Æthiopici limine. In inſulâ Loandâ, quæ in regni Congienſis orâ jacet, Caſtellum S. Pauli de Loanda, *Loanda S. Paulo*. In Americâ meridionali ampla Braſilia. In orâ orientali Africæ arces Zofala, ſeu Zefala, urbs primaria regni cognominis in borealiſſimo tractu Caffariæ, atque in littore Zanguebariæ Mozambicum, *Mozambique*, ſeu *Mozambicha*; Quiloa vetus in inſula ejuſdem nominis; Monbaccia ſeu Monbaza, *Monbazza*; Melinda, *Melinde*. Ad ſinum Cambayenſem arx Dium, *Diu*, in parvâ inſulâ regni Guzaratæ, & Damanum,

XVI. *Quæ jura ſint Portugallii extra Hiſpaniam.*

Daman Gall., *Damaon* Lusit., in eodem regno. In regno Decani Caulium, *Chaul*, atque in provinciâ ipsius Cuncanâ Goa, omnium, quæ Portugallici juris sunt in Indiâ facilè princeps. Minoris notæ transeo, & transivi superiùs.

CAPUT VII.

Corona Castellæ.

I. *Corona Castellæ.* HACTENUS Coronam Portugalliæ, ejusdemque Appendices perlustravimus. Nunc, quod ordo jubet, ad Castiliæ, seu Castellæ Coronam progredimur, quæ ex XVII Hispaniæ partibus, in quas proximo capite divisa est, undecim continet, trium ejusdem Coronarum longè ampliſſima. Ab occasu attingit Coronam Portugalliæ, & partem maris Atlantici; à boreâ mare Cantabricum; ab ortu tractum Montium Pyrenæorum, atque Coronam Aragoniæ; ab austro mare Mediterraneum cum Freto & Sinu Gaditano.

II. *Ejus partes. Legio.* Partes hujus Coronæ sequentes sunt: Regnum Legionis, Gallæciæ, Asturiæ, Biscaia, Navarræ Regnum, Castella vetus, Castella nova, Extremadura, regnum Vandalitiæ, Granatæ, Murciæ. In horum tractatione ordini jam dicto inhærebimus, quia ad roborandam imaginationem idoneus nobis videtur. Primùm itaque se offert regnum Legionis, seu Legionense, Gall. *Leon.* Ab occasu ipsum limitat provincia Transmontana Portugalliæ, & pars regni Gallæciæ; à boreâ montes ab Asturiis hoc Regnum separant; ab ortu habet Castellam veterem, & ab austro Extremaduram. Inter hanc atque Asturias longissimè extenditur, sterilius, si valles quasdam excipias. A Durio in duas partes, æquales propemodum, distribuitur, quarum quæ meridionalior est, Cis Durium; quæ verò septentrionalior, Trans Durium nuncupatur. Illius nobiliora loca sunt Civitas Roderici, seu Rodericopolis, *Ciudad Rodrigo*, Episcopalis, ad Aguadam flumen, feliciter culta & munita, non procul à Portugalliæ limite; Salmantica, *Salamanca*, etiam Episcopalis, ad Tormum, qui inferiùs in Durium labitur. Collibus insidet, nec benè structa est, Academiamque habet inter Hispaniæ nobilissimas. Ad eandem ripam fontem versus est

Cis Durium.

Alba

Alba ad Tormum, *Alva de Tormes*, inculta, Ducatus titulo insignis, unde Albani Duces nomen ferunt. Metinæ Campenſi, *Medina del Campo*, tractus Camporum, in quo jacet, cognomentum imponit, in veteris Caſtellæ confinio, olim ampliori, quàm hodie. In regno Legionenſi Trans Durium in ipſâ ripâ Sentica eſt, *Samora*, ſeu *Zamora*, Arabibus *Medina Zamoratthi*, Civitas Cyanea, quia hujus lapidis vena hìc valde frequens eſt. Pontem habet ſuper flumen ex lapide, & muris cingitur. Ad eandem ripam eſt Taurus, ſeu Taurum, *Toro*, cujus vina in pretio ſunt, & prope eum Septimanca, ſeu Septimancæ, *Simancas*, cum Caſtro antiquo, quod publicas Regni Chartas cuſtodit. Sequuntur Palentia, olim Palantia, *Palencia*, ad Carrionem fluvium in planitie, Academiâ gaudens; Medina ſicca, *Medina del rio ſicco*, urbs dives; Legio, *Leon*, ad radices montium Aſturiæ, hujus Regni primaria, Epiſcopalis, in colle, major, quàm cultior, cum templo Cathedrali magnifico; Aſturica Auguſta, *Aſtorga*, Epiſcopalis, ad flumen Teram, *Tuerto*, in planitie, deficiens indies; Pons Ferratus, *Ponferrada*, ad radices montium cum caſtro, in regione ſat fertili, aditus in Gallæciam. *Trans Durium.*

Sequitur regnum Gallæciæ, *Gallice*, multis in locis valdè montanum, vallibus multùm anguſtis, reliquâ Hiſpaniâ frigidius, variorum Metallorum, & melioris vini ferax, humidi aëris, quia binis lateribus Oceano adjacet, & thermis abundat. Plurimis Sinibus interſcinditur, atque inter regni Caſtellæ partes maximè vergit in occaſum. Habet à meridie provincias Portugalliæ Tranſmontanam, ac inter Durium & Minium; ab occaſu Oceanum Atlanticum; à boreâ Cantabricum; ab ortu Aſturiam Ovetanam, & regnum Legionis trans Durium. In Gallæciâ vixerunt antiquitus Callaici, ſive Callæci Lucenſes, quemadmodum Bracarii in Provinciis Portugalliæ Interamnenſi & Tranſmontanâ. Diſpeſcit Brietius regnum Gallæciæ in Epiſcopatum Lucenſem, Orenſem, Territorium Tydenſe, Archiepiſcopatum Compoſtellanum, atque Epiſcopatum Mondonedi. In Epiſcopatu Lucenſi, ad quem nos ordo primùm ducit, ſunt Lucus, *Lugo*, urbs Epiſcopalis, ſita verſus fontes Minii; Portus Marinus, *Porto Marino*; Monfortium, *Monforte de Limos*. In Epiſcopatu Orenſi occurrunt Viana, *Viana*; Villa nova III. *Gallæcia.* *Epiſc. Luc.* *Auria.*

nova Principum, *Villa nueva de los Infantes*, atque, quæ hiſce præſtat, Auria, ſive Orenſe, *Orenſe*, urbs Epiſcopalis ad Mi-
Territ. Tudes. nium. In territorio Tudenſi jacent Tyde ſeu Tude, *Tuy*, inferiùs ad alteram ripam Minii, etiam Epiſcopalis, recenter munita; Baiona, *Bayona* ſimpliciter, atque *Bayona de Gallice*, ut à Baionâ Gallicâ diſtinguatur, munimentum & portus Gallæciæ, quod vicinas ſibi inſulas cognominat; Pons vetus, *Ponte Vedra*, ad
Archiep. Compoſtella. oſtium Loriſii. In Archiepiſcopatu Compoſtellano ſe offerunt Fanum Patroni, *Padron*, ad flumen Ullam; Compoſtella, *S. Jago de Compoſtella*, omnium clariſſima, Regni caput, peregrinationibus religioſis ad S. Jacobum, cujus oſſa in templo, huic Apoſtolo dicato, etiamnum cuſtodiri perhibent, famoſiſſima, Archiepiſcopalis cum caſtro & Academiâ in colle inter Sarelam & Saram rivos; Novium, *Noya*; Murus, *Muros*, ad oram Gallæciæ, atque ad boream promontorium, ante Nerium, Artabrum, Celticum, & frons Hiſpaniæ Tarraconenſis, nunc *C. de Finiſterre*, prope oppidulum, quod S. Maria Finis terræ, *Finiſterre*, appellatur; Monſia, *Mongia*, cujus vina æſtimantur; Corona, ſive Caronium, *Corunna*, portus Gallæciæ capaciſſimus, ſtatio olim Claſſis invincibilis; Betancus, *Betancos*, juxta varios veterum Flavium Brigantium, quod Compoſtellam alii
Epiſc. Mondonedi. interpretantur. Tandem in Epiſcopatu Mondonedi continentur Forneli, *Ferrol*, portus non incommodus; Trileucum promontorium, ſive Ortingala, *Cap de Ortegal*, à caſtro vicino ſic appellatum; Fanum S. Marthæ, *S. Marta*; Mindonia, & Mindon, *Mondonnedo*, urbs epiſcopalis, exigua, ac Rivadeum, *Rivadeo*, ad oſtium Mirandæ fluminis.

IV. *Aſturia.* Explicitis regnis longè minores ſunt Aſturiæ, ſeu Aſturiarum Principatus, *Aſturie*. Maximè ab occaſu in ortum extenditur, inter regnum Gallæciæ & Biſcaiam; à boreâ alluitur mari Cantabrico; ab auſtro limites ejus ſunt Caſtella vetus, & Legionenſe regnum. Admodum in montes ſurgit, atque per eos à reliquâ fere Hiſpania ſeparata eſt, ac acceſſus difficilis; proinde nec mirum, Hiſpanos Maurorum tempeſtate, quo ſaluti ſuæ conſulerent, hùc confugiſſe. Frequentes ſylvas nutrit, & equos (Aſturcones nuncupant) robore & pedum velocitate præcellentes. Etiam primogenito Regis Hiſpaniarum filio cognomentum concedit. Fuit hic Principatus ſedes Aſturum Tranſmonta-

montanorum ; Ciſmontanorum verò, ſeu Auguſtanorum erat regnum Legionenſe trans Durium. Dividitur in Aſturiam Ovetanam ſeu Ovetenſem, *Aſturia de Oviedo*, quæ pars Aſturiarum occidentalis eſt, Gallæciæ contermina, atque in Aſturiam S. Julianæ, ſeu Santillanenſem, *Aſturia de Santillana*, quæ Biſcaiam attingit. Illius loca præcipua ſunt Avila, *Aviles*, in orâ Cantabricâ non longè à Scythico promontorio, *C. de las Pennas*, ſeu *C. de las Pennas de Guzan*; Gegio, *Gyon*, ante Ovetum caput Aſturiæ ; Ovetum, *Oviedo*, urbs Aſturiarum clariſſima, ut olim regni Ovetani, Epiſcopalis, cum Academiâ minùs illuſtri. In Santillanenſi Aſturiâ ſunt circa littus Cantabricum Lianæ, *Lianes*; Fanum S. Vincentii, *S. Vincente*, &, quod huic Aſturiæ cognomentum imponit, Fanum S. Julianæ, *Santillana*. *Ovetenſes.* *S. Juliana.*

V. Miſſis Aſturiis ad Biſcaiam, *Biſcaye*, progredimur, quam, ſi latè ſumatur, terminat ab occaſu Aſturia Santillanenſis ; à boreâ mare Cantabricum ; ab ortu Navarræ regnum ; ab auſtro idem, nec non vetus Caſtella. Figuram habet Trapezii, atque ferro, chalybe, & malis aureis abundat. Diſpeſcitur in Biſcaiam propriam, Alavam, atque Ipuſcoam. Biſcaia propria, aliàs vera, Dominii titulo inſignitur, eſtque longè ampliſſima, vergens maximè in occaſum. Hìc, quemadmodum in vicinâ Aſturiâ, Cantabri ante habitârunt, unde & mari propinquo nomen. Circa littus ipſius jacent Fanum S. Andreæ, *S. Andero* & *S. Andreo*, prædítum geminâ arce & amplo portu ; Laredum, *Laredo*, quod Carolum Vexcepit, cùm ſe imperio abdicâſſet ; Caſtrum Urdialæ, *Caſtro de Verdiales*, & quo nullum nobilius eſt Bilbaum, *Bilbao*, caput Provinciæ, portus celebris. In mediterraneis ſunt Ordunia, *Ordunna*, & Meſſana, *Meſſanna*. Secunda Biſcaiæ provincia, omnium minima eſt Alava, quam tradita Biſcaia, Ipuſcoa, Navarra, & portio Iberi ambiunt. Hæc & Biſcaia patria fuerunt Autrigonum. Ejus urbes ſunt Trevennium, *Trevinno* ; Victoria, *Vitoria*, Metropolis, celebris mercaturâ familiiſque nobilibus, & Salvaterra, *Salvatierra*. Trans montem S. Adriani, *Sierra de S. Adriano*, qui excelſus eſt montium Pyrenæorum ramus, antro gaudens, quo in Galliam & contra itur, occurrit Ipuſcoa, *Guipuſcoa*, quam fluvii Deva, Urola, & Orius in tres tractus diſtribuunt, ſedes Cariſtorum, qui & vicinum Biſcaiæ tractum incoluêre, item Vardulorum, qui etiam *Biſcaienſes.* *Vera.* *Alavenſes.* *Ipuſcoani.*

etiam in proximâ parte Alavæ habitabant. Sub Cantabris tamen latè ſumptis Varduli, Cariſti, & Autrigones continebantur. Nobiliores urbes ſunt Placentia, *Placentia*, ad Devam, ferri dives; Toloſa, *Toloſa*, Gallis Toloſetta, ad differentiam Toloſæ Occitaniæ, prope Orium, conventus Regionis ſedes; Fanum S. Sebaſtiani, *S. Sebaſtian*, ſeu Sebaſtianopolis, portus capax, & munitus feliciter; Paſſagius Portus, *Paſſages*, tutiſſimus, ubi navium fabrica; tandem Fons rapidus, *Fuentarabia*, Gall. *Fontarabie*, portus & munimentum egregium, ultimuſque limes Hiſpaniæ.

VI. *Navarra.*

Nunc ordo ducit ad Navarram, ſive Navarræ regnum, *Navarre*, quam in Superiorem & Inferiorem diſtribuunt. Hæc alterâ longè minor Gallici juris eſt, atque ab Hiſpanis Ulterior, & Ultramontana appellatur; quia reſpectu ipſorum ultra montes Pyrenæos exiſtit, de quâ ſermonem in Galliâ poſtmodùm inſtituemus. Navarra Superior, ſive Hiſpanica, Gall. *haute Navarre*, limitatur à ſeptentrione Ipuſcoâ, & Vaſcitaniâ Galliæ; ab ortu regno Aragoniæ; à meridie eodem, ac vetere Caſtellâ; ab occaſu hâc atque Alavâ. Pluribus in locis ſterilius hoc Regnum eſt, imprimis verſus ditionem Gallicam, quò contra inſultus ipſius ſit tutius, à Vaſconibus olim inhabitatum.

Ejus Caſtellanias v.

Dividitur in quinque Diſtrictus, ſeu Caſtellanias, vulgò Merindadas, Pompelonenſem, Sangoſſanam, Olitenſem, Tudelenſem, & Eſtellenſem. In Caſtellaniâ Pompelonenſi occurrunt Maya, *Maya*, caſtrum munitum; Fanum S. Stephani, *S. Eſtevan*, atque Pompelon, ſeu Pompeiopolis, *Pamplona*, Regni totius caput, urbs Epiſcopalis, montibus cincta. In Sangoſſanâ ſunt Mons Regius, *Monreal*; Lumberia, *Lumbier*, ac Sangoſſa, ſeu Sueſſa, *Sangueſſe*, Caſtellaniæ præcipua, in Aragoniæ confinio. In Olitenſi notantur Larraga, *Larraga*, & Olitum, aliàs Ologitis, *Olite*, Diſtrictus ſui caput. In Tudelenſi jacent Villa Franca, *Villa Franca*, ad flumen Aragonium, ubi huic Agra miſcetur; regiuncula *Bardena Real*, atque Tutela, aliis Tudela, & Tudella, *Tudela*, clariſſima, ad Iberum. Denique in Eſtellenſi ſe offerunt Stella ſeu Eſtella, *Eſtella*, cum arce ad flumen Egbam, atque Viana, *Viana*, caput Principatus, quem olim Regis Navarræ primogenito aſſignârunt.

Visâ

Visâ Navarrâ proximum est proprium Castellæ Regnum, cujus partes sunt Castella, seu Castilia vetus & nova. De illâ primùm loquemur. Dicitur interdùm aliàs Castella propria, ac strictè sumpta, quia hoc nomen diu ante Castellam novam in usu fuit, Gallis *Castille Vieille*, quam à boreâ terminat Biscaia propriè dicta, & portio Asturiæ Santillanensis; ab occasu Legio trans & cis Durium, cum aliquâ parte Extremaduræ; ab austro Castella nova; ab ortu Aragonia, Navarra, Alava. Montosa est hæc Castella pluribus in locis, & malè culta, fertilior tamen circa Vallisoletum. Adnexa ipsi est ab ortu Ruconia, seu, ut alii malunt, Rivogia, *Rioja*, in cujus parte Berones populi vixerunt, quorum vestigium oppidum *Briones* exhibet. provincia exigua est, quam Alava limitat, quæ quia sub hâc Castellâ comprehenditur, nobis ordinis gratia præmittenda est. Præcipuæ ipsius urbes sunt Lucronium, *Logronno* & *Logrono*, ad Iberum in Navarræ confinio; Nagara & Nagera, *Najara*, Ducatus titulo insignis, ac Calceata seu Calciata, item Fanum S. Dominici, *Calzada*, & *S. Domingo de la Calzada*, ad Lagleram fluviolum, religioso S. Dominici cultu celebris. Ipsa Castella in septem Distrietus sive Merindadas distribuitur. Inter nobiliores ejus urbes habetur Calaguris, *Calahorra*, prope Iberum in Navarreo limite, Episcopalis, Merindadæ Calagurritanæ caput. Soria, *Soria*, aliis nova Numantia, parùm à ruderibus Numantiæ veteris remota, & fonte Durii, Distrietus Sorienſis præcipua, olim Pelendonum sedes. Seguntia, *Siguença*, prope novam Castellam circa fontem fluvii *Henares*, Episcopalis cum minùs illustri Academiâ. Uxama, *Osma*, ad Durium, à Mauris fermè deleta, cui ad alteram ripam Castrum est, *Borgo d'Osma*, sedes Episcopi; habet & parvam Academiam, atque ab eâ hæc Merindada Uxamensis vocatur. Lerma, seu Larema, *Lerma*, ad Arlanzam fluvium; Ducatus titulo insignitur. Burgi, *Burgos*, veteris Castellæ & Merindadæ Burgensis (ubi & ad ortum Murbogi ante) caput, prope Arlanzonem rivum, urbs Archiepiscopalis, minùs populosa, cujus lingua, quemadmodum Castellana omnis, laudem invenit. Vallisoletum, *Valladolid*, urbs pulcherrima, ampla, culta, in tractu Camporum, proximè regnum Legionis, sede Episcopali & Academiâ decorata, in quâ novi Orbis repertor Christophorus Columbus diem obiit, ob

VII. *Castella Vetus.*

Rivogia.

VII *Distrietus Castellæ, & Urbes nobiliores.*

Digitized by Google

ob hortorum & fontium amœnitatem & rerum omnium abundantiam adamata, Merindadæ Valliſoletanæ præcipua. Abula, *Avila*, Epiſcopalis, muris circumdata, inter rupes & montes, jucundi ſitus, Merindadam Abulenſem denominat. Tandem Segovia, *Segovia*, quæ Laborioſa cognominatur, impatiens robuſtorum mendicantium, celebris aquæductu, & lanificio, Epiſcopalis, cui Segovienſis Merindada nomen debet. Hìc atque in Merindadâ Valliſoletanâ, nec non Burgenſi Arevacæ ſeu Arevaci populi degerunt.

VIII. *Caſtella nova.* Sequitur pars altera regni Caſtellæ, quæ nova Caſtella, Gall. *Caſtille Nouvelle*, appellatur, aliàs regnum Toletanum. A boreâ ipſius terminus eſt explicita modò Caſtella; ab ortu Aragonia, & Valentia; ab auſtro Murcia & Vandalitia; ab occaſu Extremadura. Sæpiùs aquarum indiga eſt; in vallibus, quas rivi rigant, ferax frumenti, vini, croci, atque variorum fructuum. Dividitur in Algarriam, Tractum Montanum, & provinciam *Algarria.* Mancham, *la Mancha*. Algarria partem ipſius borealem occupat, ſed quouſque ignoratur, cum termini ejus perierint. Accenſentur ipſi Guadalaxara, *Guadalaxara*, Gall. *Guadalajara*, olim caput Algarriæ, ad fluvium *Henares*; Complutum, *Alcala de Henares*, ad alteram ripam ejuſdem fluvii, & aliquanto inferiùs, jacens in planitie, cum celebri Academiâ; Madritum, *Madrid*, ad flumen *Manzanares*, urbs ampliſſima, populoſiſſima, ſedes Regis Catholici, diciturque non rarò Hiſpanis Mantua Carpetanorum, quæ parùm hinc abfuit, ac cujus ruinæ incrementum ipſi dederunt. Extra Madritum ad duas leucas *el Pardo* conſpicitur, Hortus regius, atque ad amplius ſpatium Eſcuriales, ſeu Scuriale ac Scoriale, *Eſcurial*, vicus prope flumen Guadarramam, in quo Philippus II Monaſterium ſtruxit magnificentiſſimum cum ſplendidâ Eccleſiâ S. Laurentii, in memoriam obtentæ Victoriæ adverſus Gallos ad Fanum S. Quintini in Picardiâ ipſo die Laurentii, anno LVII ſeculi ſuperioris. Hiſpanis octavum Orbis Miraculum appellatur, in quo eminent Bibliotheca, magnum Altare, & Pantheon, locus, qui Regum ſepulturæ dicatus eſt. Ad Tagum Toletum, *Toledo*, jacet, ante hujus Caſtellæ caput, atque variorum Regum ſedes, nunc Archiepiſcopi, Hiſpaniæ primatis, Academiæ & univerſæ regionis Conventus juridici, rupi impoſita, in centro & umbilico

Hiſpa-

Digitized by Google

Hiſpaniæ, quod tamen mathematicè nolim intelligi, primaria Carpetanorum, qui provincias Algarriam, & Mancham incoluerunt. Secunda Provincia hujus Caſtellæ eſt Tractus Montanus, *la Sierra*, cui montes admodum excelſi & aſperi nomen fecerunt. Eſt inter Tagum, Anam, atque Sucronem flumina, ejuſque urbes ſunt Opta, *Guete*, & Conca, *Cuença*, omnium clariſſima, quæ montes vicinos denominat, & cujus lanæ celebrantur, urbs Epiſcopalis. Reſtat Provincia *la Mancha*, olim, ut quidam interpretantur, Campus Spartarius, in meridionali Caſtellæ tractu. In eâ ſunt Alcaratium, *Alcaraz*, in monte cum Caſtro; Laminium, ut multi volunt, *Montiel*, caſtrum, unde Ager vicinus iiſdem Laminitanus dicitur; Calatrava, *Calatrava*, ad Anam, à quâ Tractus confinis Campus Calatravæ appellatur, uti & ordo militaris Equitum Calatravæ; Civitas Regalis, ſeu Regia, *Ciudad Real*, in campo Calatravæ, aquas habens inſalubres; Almodovaria, *Almodavar*, ad radices montium cum caſtro; Alcocera, *Alcocer*, hinc nomen adjacenti Regiunculæ. In hâc Provinciâ, & parte occiduâ Montani tractus olim vivebant Oretani.

Tractus Montanus.

Mancha.

A novâ Caſtellâ ad Extremaduram, *Eſtremadure*, progredimur. Aliàs Extremadura Legionenſis dicta eſt, quia ipſius olim pars extitit. Ab ortu proxima illi eſt Caſtella nova, ad quam alios Extremaduram revocare præcedentis Capitis Par. V obſervavimus. Ab auſtro Vandalitia; ab occaſu Portugallia; à boreâ Legio Cis Durium, & pars veteris Caſtellæ. Provincia eſt per æſtatem ficciſſima, hinc Extremaduram vocatam eſſe, ſunt, qui volunt, quòd durior ſteriliorque ſit; alii à Durio flumine, ad quem ante extendebatur. Dividitur non incommodè in tres partes, in eam, quæ trans Tagum eſt; in eam, quæ Tagum & Anam interjacet; & in eam denique, quæ trans Anam exiſtit. Prima, *Tra los Tajo*, maximè vergit in boream, inſigniterque montoſa eſt, atque ejus urbes primariæ ſunt Placentia, *Plazencia*, Epiſcopalis, cujus mala citrea in pretio ſunt, ac Caurium, & Cauria, *Conia*, Epiſcopalis, circa Alagonem fluvium. Pars media, *Entre Tayo è Guadiana*, habet Alcantaram, *Alcantara*, ad Tagum, unde Equites; Trugillum, quod & Turris Julia dicitur, *Truxillo* & *Trugillo*, patria Franciſci Pizarri, Peruviæ ſubjugatoris; Metallinum, ſeu Metellinum, item Me-

IX. *Extremadura.*

Trans Tagum.

Intra Tagum & Anam.

delinam, *Medellin*, ad Anam fluvium, qui neque cuniculo hìc ſe condit, neque poſt octavum milliare renaſcitur, neque hìc emergit, poſtquam ſuperiùs ſe abdiderat, ſed, uti inferiùs, defluit continuatâ fluxione. Hoc oppidum ſolum natale eſt Ferdinandi Corteſii, qui regnum Mexicanum Hiſpanico ſubjecit imperio. Adde Auguſtam Emeritam, ſive Emeritam, *Merida*, ad eundem fluvium, opulentam antiquitatibus, & aquæductibus, olim caput Luſitaniæ; ac Albuquercum, *Albuquerque*, munimentum in clivo, ac circa limitem Portugalliæ. Quæ reſtat trans Anam Extremaduræ portio, *Tra los Guadiana*, omnium minima eſt, interque urbes excellunt Pax Auguſta, *Badajos* & *Badajox*, Epiſcopalis, ad Anam, in ipſo Portugalliæ limite, exigua, antiquitatum & fructuum variorum dives, Extremaduræ præcipua; Xera Equitum, *Xerez de los Cavalleros*, & *de Badajos*, ad differentiam alterius in Vandalitiâ, patria Vaſci Nonnii de Balboa, qui anno decimo tertio ſuperioris ſeculi primus Auſtrinum mare ingreſſus eſt; Ellerena, *Ellerena*, ad radices montis Chriſtophori.

Trans Anam.

X. *Vandalitia.* Perluſtratâ Extremadurâ, regnum ſe offert Vandalitiæ, Gall. *Andalouſie*, olim Vandalitia Inferior, quò diſtingueretur à Superiore, quæ nunc regnum Granatenſe eſt; aliàs Vandalitia propriè dicta dicitur, ac Andaluzia. Nomen habet à Vandalis, quorum aliquando fuit refugium. Terminatur Vandalitia ab occaſu regnis Algarbiæ, & Portugalliæ; à boreâ Extremadurâ, & novâ Caſtellâ; ab ortu regno Granatenſi; à meridie exiguâ parte maris Interni, Freto & Sinu Gaditano. Verſus Murciam maximè acuitur, at verſus Fretum & Sinum multò exiſtit latior, ut figura ipſius accedat ad Triangulum, quod à Bæti flumine bifariam ferè dividitur. Mirè fertilis eſt frumenti, vini, olei, ſalis, & omnis generis fructuum, ut ipſam campis Elyſiis quidam comparent; alibi tamen ob rivorum defectum æſtivo tempore ingens datur cùm cibi, tùm potus penuria. Diſpeſcit Brietius Vandalitiam in Territorium Cordubenſe, Hiſpalenſe, Inſulam Gades, Ducatumque Medinæ Sidoniæ.

Territ. Cordubenſe. Territorium Cordubenſe (in quo ante Turduli, uti & vicinâ Extremadurâ, atque Epiſcopatu Granatenſi) maximè vergit verſus ortum, cujus præcipua loca ſunt Ubeda, *Ubeda*, ampla & culta cum arce ſublimi; Biatia, *Baëza*, gaudens Academiâ; Gienna,

Gienna, ſeu Fanum S. Joannis, *S. Iaen*, in regni Granatenſis confinio, uti & Alcala regia, ſive regalis, *Alcala Real*, montibus cincta, quotidieque deficiens; Anduxarſa & Anduxara, *Anduxar* & *Anduxar* ab Bætim, atque inferiùs ad eandem ripam Corduba, *Cordua*, Territorii hujus clariſſima, vaſta, ſed minùs populoſa, Epiſcopalis, Patria Virorum celebrium, atque in Regis Titulo comparens. Territorio Cordubenſi proximum *Hiſpalenſe.* eſt Hiſpalenſe, in quo ſunt Aſty, ſeu Aſtygi, item Aſtigis, *Ecya*, ad Singilin, *Xenil*, fluvium, qui hìc in Bætim delabitur; Orſona, *Oſſuna*, Ducatus titulo inſignis, exigua; Charmona, *Carmona*, frumento fœcunda; Hiſpalis, olim Iſpalis, *Sevilla*, Bæti impoſita, ſui non ſolum Territorii, ſed & totius hujus Vandalitiæ caput, atque conventus Juridicus, Archiepiſcopalis, ampla, populoſa, negotiationibus & Academiâ celeberrima, de quâ Hiſpani: *Cui Deus favet, ei dat domum Hiſpali*; Fanum, ſeu Templum Luciferi, *S. Lucar de Barrameda*, ad Bætis oſtium, munitum feliciter, ſtatio navium Hiſpalenſium; Sereſia, & Xera, *Xeres de la Frontera*, ad Guadaletam fluvium, ſicut & portus S. Mariæ, *Puerto de S. Maria*; Portus regius, *Puerto Real.* Hunc contra jacet Gades inſula, aliàs Gadir, & Gadira, *Gades.* exigui circuitus, & ab occaſu in ortum, quâ parte maximè extenditur, ad quatuor Leucas ſe diffundens, olim amplior, atque à continente longiùs ſeparata, cui nunc ponte Suaci, *Puente Suaco*, nectitur, ut tanto ſit contra exterorum inſultus tutior, proximumque Sinum cognominat. Urbem habet in parte ſui occiduâ ejuſdem nominis, à Tyriis ſtructam, Epiſcopalem, Portum toto orbe celeberrimum, unam ex clavibus, quas Carolus V filio, Philippo II, probè cuſtodiendam dixit, vulgò *Cadiz*, Belg. *Cadix*, *Calis*, & *Calis Malis.* Prope Gades caput eſt S. Sebaſtiani, *Punta de S. Sebaſtiano.* Reſtat ex partibus Van- *Ducat. Medina Sidonia.* dalitiæ Medinæ Sidoniæ Ducatus, abiens maximè in meridiem, ejus caput eſt Aſindum, ſive Aſinda, *Medina Sidonia*, colli inſidens, atque ad Fretum ſunt Tariffa, *Tariffa*, ante major, munitior, atque à pluribus habitata, nunc propemodùm in ruinis; Algezira, *Algezira*, aliàs validum munimentum, jam dirutum cum amplo portu; Calpe, hodie Gibraltaria, *Gibraltar*, Arabibus *Gibel* ſeu *Gebal Tarick*, & *Tarif*, quaſi mons *Tarif*, parva, portus celebris & munitus, unde Freti, cujus interno oſtio ad-

jacet, cognomentum eſt, etiam cum urbe proximè præcedente in titulo Regis exprimitur. Intra Fretum eſt Eſtepona, *Eſtepona*. In Ducatu Medinæ Sidoniæ, & territorio Hiſpalenſi pars Turdetanorum vixit.

XI. *Granata.* Poſt Vandalitiam inferiorem ſe pandit Superior, aliàs Regnum Granatenſe, Gall. *Grenade*, incolis *Granada*. Ab occaſu atque ſeptentrione regnum Vandalitiæ illud limitat; ab ortu Murcia; à meridie mare Ibericum. Longiſſimè ab occaſu in ortum extenditur, pedis figuræ non abſimilis. Montibus undequaque repletum eſt, & variis in locis incultum ſatis, poſtquam ex eo veteres Mauri migraverunt, quamvis minimæ culturæ indigens. Laudem inveniunt ipſius ſerica, uvæ paſſæ, ficus, vina, plurimiſque ditatum eſt fontibus. Diſpeſcitur hoc Regnum Brietio in Epiſcopatum Malacenſem, Granatenſem, *Epiſc. Malacenſis.* Almerienſem, & Accitanum. Malacenſis clariores urbes ſunt Aronda, *Ronda*, in limite Vandalitiæ, quemadmodum & Arx Setinilia, *Setteml*; Munda, *Monda*; Marbella, *Marbella*, ad mare, ac ortum verſus Malaca, *Malaga*, à Phœnicibus ædificata, Epiſcopalis, portus maris Interni nobiliſſimus, validiſſimus, ferax optimi vini & olei; Cartama, *Cartama*, monti incumbit, ac Anticaria, *Antequera*, cum caſtro; Veleſium Malacæ, *Velez Malaga*, Gall. *Velez de Malaga*, dives frugiferarum arborum. In *Granatenſis.* Epiſcopatu Granatenſi occurrunt Artigi, & Artigis, nunc *Alhama*, regum Maurorum olim ſtatio ob delicias, & balnea, colli, quam ambiunt præcipitia, inſidens; Loxa, *Loxa*, cujus cannabis & lana in pretio ſunt; Fanum S. Fidei, *S. Fé*; Granata, *Granada*, una ex maximis Hiſpaniæ civitatibus, ſic appellata ab ædificiorum ordine, qui malum Granatum exprimit, Regni Granatenſis caput, ſedes Academiæ, ultimaque & diuturna Maurorum, ſuperata à Ferdinando Catholico poſt pertinaciſſimam obſidionem. Ad mare Ibericum ſunt Almunecara, *Almunecar*, arx, in quâ rex Maurus abſcondebat divitias; Salebrena, *Salobrenna* & *Salebreme*; Motrilium, *Motril*, ferax *Almerienſis.* ſaccari. Sequitur Almerienſis Epiſcopatus, cujus nobiliora loca Mari etiam apponuntur, ſuntque Adra, *Adra*; Almeria, *Almeria*, Epiſcopalis, cum portu capace; promontorium Charidemum, *Cabo de Gates*, ſic ab Achate lapide, qui illic reperitur, nuncupatum; Muxacra, *Muxacra*, ſtatio malè fida; Urce & Urci,

& Urci, aliis Virgi, nunc *Vera*. Supereſt Accitanus Epiſcopatus, ad quem referuntur Acci, jam Guadiccia, *Guadix*, Epiſcopalis in montium radice; Baſta ſeu Baſti, *Baza*; Oſca, *Hueſca*, Ducatus titulo inſignis. Cæterùm Baſtuli, qui & Pœni appellati, in parte Ducatus Medinæ Sidoniæ ad Fretum, de quo ſtatim in Vandalitiâ, atque in orâ regni Granatenſis habitârunt, ubi hodie ſunt Epiſcopatus Malacenſis, Granatenſis, atque Almerienſis. *Accitanus.*

XII. *Murcia.* Reſtat ex partibus regni Caſtellæ regnum Murcianum, *Murcie*, minus præcedentibus. Illud à boreâ terminat Caſtella nova; ab ortu Valentia; à meridie mare Internum; ab occaſu Granata. Figura ad ovalem accedit, anteaque pars fuit ſuperioris Vandalitiæ. Surgit in montes, abundatque malis citreis, limoniis, aurantiis, orizâ, amygdalis, ſaccaro, melle, ſerico. Bina tenet Territoria Murcianum, & Carthaginenſe. In illo ſunt Caravaca, ſeu Garavaca, *Cruz de Caravaca*, altis montibus circumdata, cuſtos crucis è cælo delapſæ, unde & cruces contra fulmina; Calaſpara, & Calaſparta, *Calaſparta*; Cicca, *Cieza*; Mutcia, *Murcia*, ad Seguram fluvium, Regni caput, amplum, in planitie, ob amœnitatem Hortus Hiſpaniæ nuncupatur. In territorio Carthaginenſi jacent Lorca, *Lorca*, circa regni Granatenſis limitem; Almacara, *Almacaren*, quæ copiam habet aluminis; Carthago nova, *Cartagena*, olim maximi nominis, portus ampliſſimus & tutiſſimus, adjacentem Sinum denominans, qui ante Virgitanus dictus eſt, Scombris affluens, unde nomen Scombrariæ inſulæ, quæ eſt in Portûs introitu, habens unius tantùm Leucæ circuitum, nec non Scombrariæ promontorii, aliis Saturni; aliquanto orientalioris. Hoc Regnum, atque Epiſcopatum Accitanum regni Granatæ incoluerunt Baſtitani. *Territ. Murcianum.* *Carthaginenſe.*

XIII. *Appendices regni Caſtellæ.* Hactenus omnia Regna atque Provincias luſtravimus, quas Corona Caſtellæ in Hiſpaniâ complectitur. Extra verò Hiſpaniam ex eâdem pendent Belgium Hiſpanicum; quod continet partem Geldriæ, Brabantiæ, Flandriæ, Hannoniæ, Comitatus Namurcenſis, nec non Ducatus Luxemburgenſis, & Limburgenſis. In Italiâ Ducatus Mediolanenſis; in orâ Genuenſi Marchionatus Finalii; in orâ Hetruriæ ſub hujus Coronæ clientelâ eſt Plumbinum, *Piombino* & Portus Longus, *Porto Longone*.

Longone in Iluâ insulâ; Status Præsidii, in quo Orbetellum cum annexis; in orâ Barbariæ Oranum; Portus Magnus, *Marsalquivir*; Melilla; Rupes Velia, *Penon de Velez*; Septa, *Ceuta*, ad Fretum, atque ad Oceanum Atlanticum Lixos, *Larache*; in ipso insulæ Canariæ; in Oceano Indico Lusonia sive Manila, cum aliquot aliis in vicinià, & quædam ex insulis Latronum. His adde majorem partem Americæ Septentrionalis & Meridionalis, ac insulas aliquot ex Antillis; de quibus postmodum uberior dabitur differendi copia.

CAPUT VIII.

Corona Aragoniæ.

I. *Corona Aragoniæ.* TANDEM à Coronâ Castellæ ad alteram Coronam Regis Catholici, quæ Aragoniæ est, progredimur. Hæc occupat partem Hispaniæ maximè ortivam, possidetque ex Continente ipsius regnum Valentiæ, Aragoniæ, & Cataloniæ principatum, atque in mari Balearico regnum Majoricæ, insulasque Pityusas. Termini hujus Coronæ in Hispaniâ sunt ab occasu Murcia, Castella nova, vetus, & Navarra; à boreâ Pyrenæi montes; ab ortu mare Mediterraneum, quod eandem ab austro quoque perfundit.

II. *Valentia.* Regnum Valentiæ, Gall. *Valence*, ut ab eo fiat initium, ab occasu terminatur Murciâ, atque Castellâ novâ; à septentrione Aragoniâ; ab ortu Cataloniâ, & mari Balearico; cui & à meridie adjacet. Maximè inter Murciam & Cataloniam diffunditur, variisque in locis exiguæ est latitudinis. Si quæ pars Hispaniæ, læta est, abundatque orizâ, vino, oleo, saccharo, serico, malis granatis, citreis, piscibus, ac variis rivis interscinditur. Continet tria Territoria, Seguranum, Sucronense & Millaresium. *Territ. Seguranum.* Territorium Seguranum, *de Segura*, est in parte Valentiæ australissimâ, cujus clariora loca sunt Orcelis, sive Orcellis, *Oribuella*, ac *Origuela*, urbs Episcopalis, exigua, jucundi situs, ad flumen Seguram, unde nomen Territorio; Guardamara, *Guardamar*, arx ad hujus ostium validissima, sale affluens; Illici, & Illice, *Elche*, cultum oppidum; Alona, *Alicante*, emporium celeberrimum, cujus vina in pretio sunt, sinui Illicitano, nunc

ab

ab eâ *Golfo de Alicante*, appoſitum; Dianium, *Denia*; Gandia, *Gandia* & *Gandie*, Ducatus caput, cui & Academia; Sativa, *Xativa*, ad radices montis cum antiquo caſtro. In territorio Sucronenſi, *de Xucar*, quod medium eſt inter tria Territoria, eminent Valentia, *Valencia*, caput hujus Regni, Archiepiſcopalis, ſedes Academiæ, & totius Regni conventus Juridicus, populoſa, ampla, victu commoda, ſitu grata, ut mirum non ſit Formoſam nuncupari. Sedet prope oſtium fluminis Turiæ ſeu Duriæ, *Guadalaviar*, quod paulo infra in Sinum olim Sucronenſem, ſic dictum à Sucrone fluvio, nunc *Xucar*, hodie Valentinum, *G. de Valence*, ſe exonerat. Eſt & prope Valentiam tractus & lacus Albufera inter Sucronem & Turiam. Sequuntur Segobriga, *Segorbe*, Epiſcopalis, exigua, ad Turulim, *Morvedro*, ſeu *Morviedro*, ut varii volunt, atque inferiùs Saguntus, *Morvedro*, urbs olim clariſſima, nunc vile oppidum; Villa Regia, *Villa Real*. Tertium Valentiæ Territorium, & præcedentibus minus eſt Millareſium, *de Millares*, ſitum in boream, in quo jacent Villa Formoſa, *Villa Hermoſa*, caput Marchionatûs, ad flumen Millareſium, *Millares*, & *Millas*; Fanum S. Matthæi, *S. Matheo*, & Peninſula, *Peniſcola*, arx in rupe, Benedicti XIII, ſeu Petri de Luna refugium. In hoc Regno Conteſtani vixerunt. *Sucronenſis.* *Millareſium.*

Voſt Valentiam ſe pandit regnum Aragoniæ, Gall. *Aragon*, quod ab occaſu contingit Caſtellam novam & veterem, & Navarram; à boreâ Pyrenæos montes; ab ortu Cataloniam; ab auſtro Valentiam. Abundat ferro bonæ notæ, montibus, & multis in locis admodum ſiccum deſertumque eſt, imprimis Caſtellam verſus, ac ab Ibero flumine bifariam ferè dividitur. Septem, vel, ut vult Brietius, octo Diœceſes continet, quarum prima eſt Cæſarauguſtana, citra & ultra Iberum ſe diffundens, ejuſque nobiliora loca ſunt Mons regius, *Monroy*; Ixarium, *Ixar*, caput unici Ducatus Aragoniæ; Belchita, *Belchite*; Cæſarauguſta, ſeu Cæſarea auguſta, *Saragoça*, urbs Archiepiſcopalis, Regni primaria, prædita Conventu juridico, Academiâ, ponte lapideo ſuper Iberum; Daroca, *Daroca*, ad amnem Xilocam; Mons Albanus, *Montalvan*, olim Albania, ad flumen Martinum. In diœceſi Tervellenſi vel Terulenſi ſunt Alambra, *Alhambra*, ad flumen ejuſdem nominis, & Tervellum ſive Terulium, III. *Aragonia.* *Dioc. Cæſarauguſtana.* *Terulenſis.*

lium, *Teruel*, urbs Episcopalis, emporiumque non ignobile ad confluentes Alambræ & Duriæ. In Lobetensi seu Albarazinâ est Lobetum, aliàs Albarazinum, *Albarazin*, sedes Episcopi, in colle ad eandem Duriam. In Turiassensi sive Turiasonensi jacent Bilbilis, *Calatajud*, oleo, vino, frumento affluens; Turiasso, aut Turiaso, *Taraçona*, Episcopalis, in limite Castellæ veteris & Navarræ; Boria, *Boria*, ubi melioris notæ linum. In Iaccensi diœcesi occurrunt Verdunum, *Verdun*; Iacca, *Iaca*, Episcopalis, ad flumen Aragonium, qui nomen huic Regno imponit, ad radices montium Pyrenæorum, cum arce situ validâ; Fiscalium, *Fiscal*. In Oscensi recensentur Ainsa, *Ainsa*; Osca, *Huesca*, sedes Episcopi & Academiæ antiquissimæ; Almudevaria, *Almudevar*, in fertili valle collocata. In Balbastrensi nihil clarius est Balbastro, *Balbastro*, ad flumen Verum, urbe Episcopali, cui & graminis & olei abundantia. Monsonium, seu Montionem, *Monçon*, ubi Comitia sunt Aragoniæ, Fragam, *Fraga*, & plura alia, quæ jacent in hujus solo, sed circa Cataloniæ limitem, ad diœcesin Ilerdensem revocat Brietius, quam ideò octavam hujus Regni diœcesin constituit, quamvis ipsa Ilerda urbs sit Cataloniæ, inque eâ suum obtineat Territorium; at, quod contendit idem Auctor, minus, quam quod obtinet in Aragoniâ. Sed de Ilerdâ quàm proximè. Cæterùm in regno Aragoniæ, & affini parte utriusque Castellæ Celtiberi fuerunt, sub quibus erant Celtiberi propriè dicti, Pelendones, & Lobetani.

Lobetensis. *Turiassensis.* *Iaccensis.* *Oscensis.* *Balbastrensis.* *Ilerdensis pars.*

IV. *Catalonia.* Nunc lustrandus est Cataloniæ, aliis Catalaniæ principatus, Gall. *Catalogne*, qui ab occasu limites habet exiguam partem Valentiæ, & ampliorem Aragoniæ; à boreâ montes Pyrenæos ac comitatum Ruscinonensem, qui ante pars fuit Cataloniæ, nunc verò est juris Gallici, de quo postmodum in Galliâ; ab ortu & austro mare Mediterraneum. Figura ad triangularem accedit, montosa est, sat tamen fertilis frumenti, vini, olei & fructuum diversi generis. Frequentes in hoc Principatu Galli sunt, qui tractant agros, pecora, fabriliaque. Ipsis Catalanis in pretio libertas est. Dispescunt varii Cataloniam in Veterem, quæ ad ortum, & Novam, quæ ad occasum est, cujus intermedium limitem pro majori parte constituit Rubricatus, nunc Lobregatus flumen. Alii in XVI Territoria, quibus totidem urbes

urbes nomina faciunt. Novæ Cataloniæ adſcribuntur Ilerda, *Lerida*, urbs Epiſcopalis ad Sicorim, in colle cum Academiâ minùs celebri, feliciter munita; Balagarium, *Balaguer*, ſuperiùs ad idem flumen; Tarrega, *Tarrega*; Cervera, *Cervera*, ad rivum ejuſdem nominis; Agramontium, *Agramunt*, & *Agramont*; Salſona, *Solſona*, urbs Epiſcopalis; Cardona, *Cardona*, caput Ducatûs cognominis; Minoriſſa, *Manreſa*; Mons ſerratus, *Montſerrat*, mons, cujus circuitus quatuor leucarum eſt, ſublimis admodum & præruptus, in cujus medio Cœnobium ſub rupe inacceſſâ reperitur, locus religioſus, ſacer B. Virgini; Mons albus, *Monblancq*; Dertuſa, ſeu Dertoſa, *Tortoſa*, non longè ab Iberi oſtio, urbs Epiſcopalis in monte, cum gemino Caſtello & Academiâ; Tarraco, *Tarragona*, Scipionum opus, metropolis olim ampliſſima, nunc urbs Archiepiſcopalis, parva, cum Academiâ, & portu exiguo, dives antiquitatum; Villa Franca de Panades, *Villa Franca de Panades*; Martorelium, *Martorel*, ad Noyam fluvium. In Vetere Cataloniâ jacent Barcino, & Barcinon, *Barcelona*, urbs Epiſcopalis, caput univerſi Principatûs, portus atque emporium celebre; Vicus, *Vich*, etiam Epiſcopalis, uti & Urgella, aliàs Orgella & Orgelum, *Urgel*, ſive *la Seu de Urgel*; id eſt Eccleſia; Cerretanorum lugum, quibuſdam hodie Podicerta, *Puigcerda*, caput Comitatûs Cerretaniæ ad radices montium Pyrenæorum, cujus pars parva verſus ortum Gallici juris eſt; Campredunum, *Campredun*; Gerunda, *Girona*, urbs Epiſcopalis, ampla, valida, clara titulo Ducatûs, quam geminus rivus perfundit; Rhoda, & Rhodopolis, *Roſes*, à Rhodienſibus condita, arx probè munita cum portu capace. Cæterum Cataloniam olim habitârunt Authetani, Cerretani, Endigetes, Caſtellani, Læetani, Laccetani, aliis laccetani.

Nova.

Vetus.

Contra Cataloniæ principatum jacet regnum Balearicum, ſeu Majoricæ, incolis *regno de Mallorca*, complectiturque duas inſulas Majoricam, & Minoricam. Minorica, *Minorca*, aliàs Balearis minor, magis ad ortum ſita eſt, cujus ambitum quinquaginta ſex paſſuum millia implere volunt. In eâ ſunt Mago, *Maon*, portus ampliſſimus cum caſtro S. Philippi; portus Fornellus, *Porto Fornelli*, & Citadella, *Cittadella*, Gall. *Citadelli*, clariſſimum in occidentali orâ oppidum. Majorica, incolis *Mallorca*, Ital. *Majorca*, aliter Balearis major, numerat centum & decem paſ-

V.

Regnum Majoricæ.

ſuum millia in ſuo circuitu. Oppida ejus ſunt Alcudia, *Alcudia*, ad flumen, quod Sinum facit ejuſdem cum oppido nominis, ac Palma, nunc Majorica, *Mallorca*, ſeu *Majorca*, munimentum amplum & validum, cum portu in occidentali orâ Inſulæ, ſedes Epiſcopi, Regni præcipua. Ad occaſum Majoricæ inſulæ occurrunt Pityuſæ, *Iſlas de Yvica*, pars regni Majoricæ, quæ pendent à regno Valentiæ, quarum major vocatur Ebuſus, ſive Ebyſſus & Pityuſa major olim, nunc Yvica, *Yvica*, cujus ambitum faciunt vicies mille paſſuum. Uberrimum ſalis proventum habet, ſcatet arboribus, noxiis animantibus deſtituitur, inque eâ ad boream eſt Portus magnus, *Porto Magno*, atque ad littus meridionale arx Ebuſus, *Yvica*, cum portu ſatis felice. Multæ exiguæ inſulæ oras ejus obſident, aditumque ipſius difficiliorem faciunt. Quatuor mille paſſus ab Ebuſo in meridiem conſpicitur minor ex Pityuſis, Ophiuſa, *Formentera*, exigua, ob abundantiam colubrorum incolis deſtituta.

I. Pityuſa.

VI. *Appendices regni Aragonia.*

Cæterùm extra Hiſpaniam ab Aragoniæ Coronâ pendent, utraque Sicilia, Sicilia trans Pharum, ſeu regnum Neapolitanum, & Sicilia cis Pharum, ſeu inſula & regnum Siciliæ; inſulæ Lipareæ, aliàs Æoliæ ac Vulcaniæ, Siciliæ à boreâ objacentes, ſeptem numero, atque circa oram Terræ Laboris Capreæ, *Capri*, inſula, nec non Iſchia, ſeu Ænaria, *Iſchia*, &c., & quæ hiſce longè major eſt, inſula ac regnum Sardiniæ, de quibus in Italiâ fuſiùs differetur. Atque hæc de tribus Coronis Hiſpaniæ earumque præcipuis appendicibus, quarum multitudinem, ac varium ſitum qui perſpexit, is, ſi Aſtronomiæ guſtum habeat, videbit, non ſine fundamento Hiſpanos gloriari potuiſſe, quando hæ Coronæ Regi parebant Catholico, Solem in ditione Hiſpanicâ nunquam occidere.

CAPUT IX.

Hiſpanica Bætica atque Tarraconenſis. Celebriores Hiſpaniæ Fluvii.

I. *Hiſpania Bætica:*

RESTANT tandem nobiliores Hiſpaniæ fluvii, ante tamen, quàm eos luſtramus, obſervandum, quam partem ex hodiernâ Hiſpaniâ tenuerint veterum Hiſpania Bætica, atque

atque Tarraconenſis. Luſitaniam enim, quæ tertia pars erat Hiſpaniæ veteris, cum hodiernâ Portugalliâ CAP. VI. XV. contulimus. Bæticæ verò terminus ab occaſu fuit pars Anæ fluminis; à boreâ idem flumen, ad uſque, teſte Cluverio, (alii minùs in ortum procedunt) oppidum Calatravam, atque hoc flumine à Luſitaniâ dividebatur; ab ortu linea, quam ducit Cluverius à dicto oppido per orientales tractus Vandalitiæ, & Granatæ, ubi ſunt Ubeda, & Baſta, *Baza*, eamque terminat cis promontorium Charidemum, *C. de Gates*, juxta Almeriam. Sunt, qui ultra illud ipſam finiunt, ubi hodie Muxacra, juxta varios Murgis antiquorum, atque hæc linea Bæticam ab Hiſpaniâ Tarraconenſi ſeparavit; ab auſtro mare Ibericum, fretum Herculeum & ſinus Gaditanus. Proinde Bætica complexa eſt ex Hodiernâ Portugalliâ partem Provinciæ Tranſtaganæ, & ex coronâ Caſtellæ partem Extremaduræ trans Anam, item Caſtellæ novæ, ac integram ferè Vandalitiam, & regnum Granatenſe. Bætica dicta eſt à Bæti flumine, quod ipſam in duas partes diſtribuit, fuitque hæc pars Hiſpaniæ maximè meridionalis.

Denique quod præter Luſitaniam, & Bæticam, ſupereſt in Hiſpaniâ, occupavit Hiſpania Tarraconenſis, longè utrâque amplior, complexaque eſt majorem partem regni Legionenſis, & provinciarum Portugalliæ, Tranſmontanæ ac Interamnenſis, integrum regnum Gallæciæ, Aſturias, Biſcaiam, Navarræ regnum, Caſtellam veterem, novam pro majori parte, tractus maximè ortivos regni Vandalitiæ & Granatæ, regnum Murciæ, atque univerſam coronam Aragoniæ. Nomen huic Hiſpaniæ fecit Tarraco, *Tarragona*, olim caput ipſius, urbs maritima Cataloniæ, de quâ ſuperiùs. Populos verò, qui Hiſpaniam Tarraconenſem & Bæticam ante habitârunt, ſuis locis memoravimus. II. *Tarraconenſis.*

Ad Flumina Hiſpaniæ progredimur, quæ quidam centum & quinquaginta numerant, quorum pars longè minima apta eſt recipiendis navigiis, quare majora tantùm luſtrabimus. Ea autem aut in mare Atlanticum, aut Mediterraneum ſe exonerant. Illorum primum nobis eſt Minius, *Minho*, qui oritur in parte boreali Gallæciæ verſus Aſturias, non procul ab oppido Mindone, ipſamque in duas, ſed inæquales partes diſtri- III. *Minius.*

buit, rigatisque Luco, Auriâ, Tyde, constitutoque inter Gallæciam & provinciam Portugalliæ Interamnensem limite, infra Tyden in mare Atlanticum se effundit.

IV. *Durius.* Minio longè amplior est Durius, *Douro*. Nascitur in Castellâ vetere, non multùm supra Soriam, & veteris Numantiæ rudera, in confinio regni Navarræ & Aragoniæ; hinc per meridionalem tractum veteris Castellæ progreditur ad regnum Legionense, quod bisecat, alluitque in ipso Taurum, & Senticam; dein Legionem à Portugalliâ ex parte distinguit, atque per septentrionalem hujus partem ad mare Atlanticum properat, cui patente ostio, & majorum navigiorum capace ad Portum urbem miscetur, absoluto inter fontem & ostium centum circiter Leucarum itinere, & admissis ab utrâque ripâ diversis fluviis minoribus.

V. *Tagus.* Post Durium se offert Tagus, *Tajo*, cognominatus Aurifer. Initium sumit in novâ Castellâ in Aragoniæ confinio ex binis Fontibus, cursumque ad occidentem instituit per universam Castellam novam, Toletum pertransiens, Extremaduram Castellanam, & Portugallicam, & versus ostium admodum ampliatur, variasque possidet insulas, ac tandem ad Olisipponem, cui portum præstat commodissimum, in mare Atlanticum se præcipitat. Via verò inter fontes ejus & ostium juxta plures centum & decem Leucas complectitur, diversosque in suo decursu rivos, imprimis in novâ Castellâ & Extremadurâ Portugallicâ, recipit.

VI. *Anas.* Minor Tago Anas est, *Guadiana*, id est linguâ Arabicâ fluvius Anas. Oritur in agro Laminitano, qui est in parte meridionali Castellæ novæ, ex Anæ paludibus, *Lagunas de Guadiana*, & quando ex iis egreditur, *R. Roydera* appellatur, absoluto autem sex Leucarum itinere, sub terræ visceribus ad spatium Leucæ sese abdit; tum in conspectum iterum revertitur ex tribus stagnis, *los Oios de Guadiana*, non longè supra Calatravam, defluitque citra ullam aliam absconsionem sui, fluxu multùm inflexo, ex Castellâ novâ per Extremaduram, hinc per provinciam Transtaganam Portugalliæ, ac tandem, facto inter Algarbiæ, & Vandalitiæ regna limite, in sinum Gaditanum se exonerat. Aquam fundit minimè laudabilem, & paucioribus rivis, atque minoris notæ, dum descendit, ditatur.

Ulti-

Ultimum flumen, quod extra fretum Herculeum ſe exonerat, eſt Bætis, *Guadalquivir*, id eſt Arabicè fluvius magnus, quod tamen nomen rectiùs Tago conveniret. Provenit ex orientali parte regni Vandalitiæ, in confinio Caſtellæ novæ, Murciæ, Granatæ, mediamque tranſit Vandalitiam, & in ſuo deſcenſu alluit Biatiam, Anduxaram, Cordubam, arcem Palmam, (ad hanc Singilim, in regno Granatenſi ſcaturientem, in ſuum admittit alveum, quo flumine non aliud in ipſum labitur nobilius) Hiſpalim, infra quam quatuor inſulas, quarum binæ longè majores ſunt, conſtituit, tandemque ad Fanum S. Luciferi in ſinum Gaditanum ſe effundit. VII. *Bætis.* *Singilis.*

Inter Hiſpaniæ flumina, quæ mare Internum ſubeunt, Sucro, atque Iberus eminent. Sucro, hodie *Xucar*, defluit ex eodem monte, quo Tagus, exiguo inter utriuſque fontes interjecto diſcrimine, in illo Novæ Caſtellæ tractu Montano, qui eſt proximè limitem regni Aragoniæ; hinc curſum inſtituit per Novam Caſtellam, atque ex eâ per regnum Valentiæ, ubi in ſinum Sucronenſem, ſic olim à ſe cognominatum, nunc Valentinum, ſe immittit. VIII. *Sucro.*

Sucrone multò amplior, celebriorque eſt Iberus, *Ebro*. Scaturit in Vetere Caſtellâ in montibus Aſturum prope Aſturiam S. Julianæ, ex gemino fonte, ubi olim Juliobriga, nunc, ut varii ſentiunt, *Fuentibre*; hinc decurrit per partem ſeptentrionalem Caſtellæ Veteris, progrediturque inter provincias Alavam & Ruconiam, & diſtincto pro parte regno Navarræ à Vetere Caſtellâ, illius partem auſtrinam interſecat, quando paulò ſuperiùs recepit flumen Aragonium, qui in Aragoniâ ex Pyrenæis montibus circa Fanum S. Chriſtinæ ſumpſit initium. Infra autem Tudelam, urbem Navarræ, lintrium capax efficitur; poſt mediam tranſit Aragoniam, Cæſarauguſtam alluens, atque in ipſo Cataloniæ limite ad caſtrum Mequinentiam Sicori auget ur, nobiliſſimo flumine inter reliqua, quæ inter defluendum paſſim admiſit, nato in Cerretaniæ comitatu, ex Pyrenæis jugis in Galliæ limite. Tandem fluxu multis gyris per occidentalem Cataloniæ tractum continuato, rigatâque Dertoſâ, infra eam mare intrat Balearicum, in ipſo oſtio tres pariens minores inſulas, quas *Alfachs* nuncupant. Sequitur primùm Tabula generalis Hiſpaniæ, mox tres ſpeciales totidem ipſius Coronarum. IX. *Iberus.* *Aragonius.* *Sicoris.*

Tabula generalis Hiſpaniæ.

- **HISPANIÆ** *Coronæ ſunt* III:
  - I. Portugalliæ, in quâ
    - *Regnum Algarbiæ*, ubi
      - Diſtrictus Lagenſis.
      - Diſtrictus Tavirenſis.
    - *Regn. Portugalliæ*, ubi
      - Provincia Tranſtagana.
      - Prov. Extremadura. Prov. Beira.
      - Provincia Interamnenſis.
      - Provincia Tranſmontana.
  - II. Caſtiliæ, in quâ partes XI:
    - *Regn. Legionis*, ubi
      - Pars cis flumen Durium.
      - Pars trans flumen Durium.
    - *Regnum Galleciæ*, ubi
      - Epiſcopatus Lucenſis.
      - Epiſcopatus Orenſis.
      - Territorium Tudenſe.
      - Archiepiſc. Compoſtellanus.
      - Epiſcopatus Mondonedi.
    - *Princ. Aſturiarum*, ubi
      - Aſturia Ovetana.
      - Aſturia S. Julianæ.
    - *Biſcaia*, ubi
      - Biſcaia vera.
      - Alava. Ipuſcoa.
    - *Regnum Navarræ*, ubi
      - Caſtellania Pompelonenſis.
      - Caſtellania Sangoſſana.
      - Caſtellania Olitenſis.
      - Caſtellania Tutelenſis.
      - Caſtellania Eſtellenſis.
    - *Caſtella Vetus*, ubi
      - Rivogia.
      - Caſtella vetus.
    - *Caſtella Nova*, ubi
      - Algarria.
      - Tractus Montanus.
      - Mancha.
    - *Extremadura*, ubi
      - Pars trans flumen Tagum.
      - Pars inter fl. Tagum & fl. Anam.
      - Pars trans flumen Anam.
    - *R. Vandalitiæ*, ubi
      - Territorium Cordubenſe.
      - Territorium Hiſpalenſe.
      - Inſula Gades.
      - Ducatus Medinæ Sidoniæ.
    - *Regnum Granatæ*, ubi
      - Epiſcopatus Malaccenſis.
      - Epiſcopatus Granatenſis.
      - Epiſcopatus Almerienſis.
      - Epiſcopatus Accitanus.
    - *Regnum Murciæ*, ubi
      - Territorium Murcianum.
      - Territorium Carthaginenſe.
  - III. Aragoniæ, in quâ
    - *Regnum Valentiæ*, ubi
      - Territorium Seguranum.
      - Territorium Sucronenſe.
      - Territorium Millarenſium.
    - *R. Aragoniæ*, ubi
      - Dioeceſis Cæſarauguſtana.
      - Dioeceſis Tervellenſis.
      - Dioeceſis Albarazina.
      - Dioeceſis Tiriaſſenſis.
      - Dioeceſis Jaccenſis.
      - Dioeceſis Oſcenſis.
      - Dioeceſis Balbaſtrenſis.
      - Dioeceſis Ilerdenſis *ex parte*.
    - *Catalonia*,
      - Nova.
      - Vetus.
    - *Regnum Majoricæ*, ubi
      - Inſula Minorica.
      - Inſ. Majorica. Inſ. Ebuſus.
      - Inſula Ophiuſa.

III. Ta-

Digitized by Google

III. Tabulæ ſpeciales trium Coronarum Hiſpaniæ.

I. Corona Portugalliæ, *in quâ*

- Regnum Algarbiæ, ubi
  - *Diſtrictus Lagenſis*, { Promontorium Sacrum. Sagræ. Lagium. Portus magnus. Syluæ.
  - *Diſtrictus Tavirenſis*, { Lulea Pharus. Tavira, *Caput R. Algarbiæ.* Caſtrum Marinum. Alcontimum.
- R. Portugalliæ, ubi
  - *Prov. Tranſtagana*, { Beia. Elva. Portalegrum. Stremotium. Ebora.
  - *Prov. Extremadura*, { Alcocera Salinarum. Setubalia. Almada. Caput Oliſipponenſe. Caſcale. Belemum. Olyſippo, *Caput Coronæ Portugallicæ.* Sintra. Villa Franca. Alanquera. Santarena. Tomarium. Leiria.
  - *Provincia Beira*, { Conimbria. Caſtrum Branci. Idania. Guarda. Viſeum. Aveira. Lamega.
  - *Prov. Interamnenſis*, { Portus. Viana Limii. Pons Limii. Braga. Guimaranum. Amarantæ.
  - *Prov. Tranſmontana*, { Villa Regia. Mirandela. Moncorvum. Brigantia. Miranda. Pinelum.

- Regnum Legionis, ubi
  - *Cis fl. Durium*, { Rodericopolis. Salmantica. Alba ad Tormum. Metina Campenſis.
  - *Trans fl. Durium*, { Sentica. Taurus. Septimanca. Palentia. Medina Sicca. Legio, *Caput R. Legionis.* Aſturica Auguſta. Pons Ferratus.
- Regnum Gallæciæ, ubi
  - *Epiſcop. Lucenſis*, { Lucus. Portus Marinus. Monfortium.
  - *Epiſcop. Orenſis*, { Viana. Villa nova Principum. Auria.
  - *Territor. Tudenſe*, { Tude. Bajona. Pons vetus.
  - *Arch. Compoſtellanus*, { Fanum Patroni. Compoſtella, *Caput Regni Gallæciæ.* Novium. Murus. Promont. Artabrum. S. Maria Finis terræ. Morſia. Caronium. Brancus.
  - *Epiſcop. Mondonedi*, { Forneli. Promont. Ortingala. Fanum S. Matthæi. Mindon. Rivadeum.

II. Coro-

Digitized by Google

- Princip. Aſturiarum, ubi
  - *Aſturia Ovetana*, { Avila. Gegio. Ovetum, *Caput Aſturiarum.*
  - *Aſturia S. Julianæ*, { Lianæ. F. S. Vincentii. Fanum S. Julianæ.
- Biſcaia, ubi
  - *Biſcaia vera*, { F. S. Andreæ. Laredum. Caſtrum Urdialæ. Bilbaum, *Caput Biſcaiæ.* Ordunia. Meſſana.
  - *Alava*, { Trevennium. Victoria. Salvaterra.
  - *Ipuſcoa*, { Placentia. Toloſa. Fanum S. Sebaſtiani. Paſſagius Portus. Fons rapidus.
- Regnum Navarræ, ubi
  - *Caſt. Pompelonenſis*, { Maja. F. S. Stephani. Pompelon, *Caput R. Navarræ.*
  - *Caſtell. Sangoſſana*, { Mons Regius. Lumberia. Sangoſſa.
  - *Caſtellania Olitenſis*, { Larraga. Olitum.
  - *Caſtell. Tutelenſis*, { Villa Franca. Bardena Regia. Tutela.
  - *Caſtell. Eſtellenſis*, { Stella. Viana.

II. Corona Caſtiliæ, *in quâ partes* XI:

- Caſtella Vetus, ubi
  - *Rivogia*, { Lucronium. Nagara. Calciata.
  - *Caſtella vetus*, { Calaguris. Soria. Seguntia. Uxama. Caſtrum Uxamæ. Larema. Burgi, *Caput Caſtellæ Veteris.* Valliſoletum. Abula. Segovia.
- Caſtella Nova, ubi
  - *Algarria*, { Guadalaxara. Complutum. Madritum, Caput *totius Regni Hiſpaniæ.* El Pardo, Hortus. Scuriale. Toletum.
  - *Tractus Montanus*, { Opta. Conca.
  - *Mancha*, { Alcaratium. Laminium. Calatrava. Civitas Regia. Almodovaria. Alcocera.
- Extremadura, ubi
  - *Trans fl. Tagum.* { Placentia. Caurium.
  - *Inter Tag. & fl. Anam*, { Alcantara. Trugillum. Metellinum. Auguſta Emerita. Albuquercum.
  - *Trans fl. Anam*, { Pax Auguſta, *Caput Extremaduræ.* Xera Equitum. Ellerena.
- *Territ. Cordubenſe*, { Ubeda. Biatia. Fanum S. Joannis. Alcala Regia. Andaxara. Corduba.

III. Co-

III. Corona Aragoniæ, *in quâ*

- Regn. Vandalitiæ, ubi
  - *Territ. Hiſpalenſe*, — Aſty. Orſona. Charmona. Hiſpalis, *Caput Regni Vandalitiæ.* Fanum Luciferi. Xera. Portus S. Mariæ. P. Regius.
  - *Inſula Gades*, — Gades. Caput S. Sebaſtiani.
  - *Duc. Medinæ Sidoniæ*, — Aſindum. Tariffa. Algezira. Calpe. Eſtepona.
- Regnum Granatæ, ubi
  - *Epiſcop. Malacenſis*, — Aronda. Arx Setiſilia. Munda. Marbella. Malaca. Cartama. Anteraria. Velefium Malacæ.
  - *Epiſc. Granatenſis*, — Artigi. Loxa. Fanum S. Fidei. Granata, *Caput Regni Granatæ.* Almunecara. Salebrena. Mocridium.
  - *Epiſc. Almerienſis*, — Adra. Almeria. Promont. Charidemunt. Muxacra. Urce.
  - *Epiſc. Accitanus*, — Acci. Baſti. Oſca.
- Regnum Murciæ, ubi
  - *Territ. Murcianum*, — Caravaca. Calaſparta. Ciece. Murcia, *Caput R. Murciæ*
  - *Territ. Carthaginenſe*, — Lorca. Almacura. Carthago nova.
- Regnum Valentiæ, ubi
  - *Territ. Seguranum*, — Orcelis. Guardamara. Illici. Alona. Dianium. Gandia. Sativa.
  - *Territ. Sucronenſe*, — Valentia, *Caput R. Valentiæ.* Lacus Albufera. Segobriga. Saguntus. Villa Regia.
  - *Territ. Millareſium*, — Villa Formoſa. Fanum S. Matthæi. Peninſula.
- Regn. Aragoniæ, ubi
  - *Diœc. Cæſarauguſtana*, — Mons Regius. Ixarium. Belchitæ. Cæſar auguſta, *Caput Regni Aragoniæ.* Daroca. Mons Albanus.
  - *Diœc. Tervellenſis*, — Alambra. Tervellum.
  - *Diœc. Albaraxina*, — Albarazinum.
  - *Diœc. Turiaſſenſis*, — Bilbilis. Turiaſo. Boria.
  - *Diœc. Jacenſis*, — Verdunum. Jacca. Fiſcalium.
  - *Diœc. Oſcenſis*, — Ainſa. Oſca. Almudevaria.
  - *Diœc. Balbaſtrenſis*, — Balbaſtrum.
  - *Diœc. Ilerdenſis ex parte*, — Monſonium. Fraga.

Digitized by Google



CAPUT X.

Gallia in genere.

I. *Gallia limites.* PERAGRATIS Coronis Hiſpaniæ, iter in Galliam inſtituimus. Gallia, ſive Francia, *France*, quæ vox Gallis ſæpiùs uſurpatur, ab occaſu limitatur Oceano Aquitanico, ſeu parte Francici Sinûs, *le grand Ocean*; à boreâ mari Britannico, *mer Britanique*, Freto Gallico, *pas de Calais*, exiguâ parte maris Germanici, Belgioque Hiſpanico, *Pais-Bas Catho-*

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Catholiques; ab ortu Germaniâ, *Allemagne*, Helvetiâ, *Suiſſes*, ducatu Sabaudiæ, *Savoye*, ac principatu Pedemontano, *Piemont*; ab auſtro mari Mediterraneo, *mer Mediterranée*, & memoratis jam ante montibus Pyrenæis, *Pyrenees M.*, quibus ab Hiſpaniâ ſeparari, ſuperiùs obſervatum eſt.

II. *Varia quæſtitus.*

Jacet hoc Regnum in feliciore tractu Zonæ temperatæ ſeptentrionalis inter gradum Latitudinis XLII & LI, maximaque ipſius longitudo obſervatur inter extremam Armoricam, ſive Britanniam minorem, *Bretagne*, ad occaſum, ac maritimas Alpes Italiæ circa oſtium Vari fluminis, quod prope Nicæam in Mediterraneum mare labitur, verſus ortum, continens circitur CCLX leucas Gallicas. Maximè lata eſt inter Dunquercam Flandriæ ad ſeptentrionem, & comitatum Ruſcinonenſem, quâ parte ipſum Cataloniæ principatus contingit, ad meridiem; quæ intercapedo ultra CCXXX leucas complectitur. Ambitus verò univerſæ Franciæ juxta varios ad quingenta milliaria Germanica propemodùm ſe extendit.

III. *Conſtitutio.*

Sita fermè eſt Francia in Europæ Chriſtianæ medio, ab occaſu, boreâ, & auſtro, uti dictum, mari perfunditur, dives variorum portuum & fluminum, quibus hujus Regis induſtria ex mari Mediterraneo in oceanum Aquitanicum viam aperuit, de quâ, quando de fluminibus. Partes ſuas optimè nexas habet, ipſamque Pyrenæi montes contra Hiſpaniam, Alpes contra Italiam, varia munimenta contra Germaniam, & Belgium, ac mare contra Anglos tutantur. Uſque adeò abundat frumento, ſale, vino, factiſque ex lino, lanâ, ſerico, operis, ut ex hiſce vim pecuniæ incredibilem conflet ſibi. Sileo chartam, vitrum, ſaponem, & varios generis fructus, caſtaneas, amygdalas, pruna, olivas, ſimiliaque. Hodie impatiens eſt Religionis non Pontificiæ, ſæviitque & ſævit in Hugenottas, propria viſcera, plus, quàm Neronianâ ſævitie, contra Regiam fidem, datam ſæpiùs tam ſolenniter. Incolæ leviſſimis ferè ſunt moribus, quod produnt factis, geſtu, verbis, & veſtibus. De pictore Veneto referunt, quod Francum juſſus pingere, nudum pinxerit, additis ipſi panno, forfice, & vocibus, *ut voles*. Proni exiſtunt in duella, ad quæ tollendum vix leges, aut contumelioſiſſima ſupplicia ſufficiunt; Regis ſui tam obſervantes, ut ipſum divitiis, liberis,

vitæ præferant, quem ideò non ſine causâ Aſinorum Regem vocant Politici; ſtudio literarum, eloquentiæ, & belli artium ducuntur; ingenii plerique felices ſunt, induſtrii, impetuoſi. Scatet incolis Francia. Refert Brietius ſub Carolo IX viginti milliones Francorum numeratos eſſe; & opinabatur Cardinalis Richelius, centum quinquaginta Equitum millia, atque ſexcenta millia Peditum in ipſâ reperiri poſſe, qui ſpatio duarum ſeptimanarum edocti eſſent militiam. Summum Imperium ſemper penes Virum eſt, ut in Franciâ Lilia nunquam ferant, nunquam neant, hoc Lege Salicâ exigente, nec Rex in eâ unquam moritur.

IV. *Diviſio.* Plurimas potentiſſimum hoc Regnum Provincias complectitur, quæ in Comitiis generalibus anni XIV, imperante Ludovico XIII, ad XII magnas Præfecturas generales, revocatæ ſunt. Gubernamenta nuncupant, *Gouvernemens genereaux*, quæ ratione Ligeris fluvii ſequenti modo hodieque ſubdividunt. Quatuor jacent trans Ligerim, Aquitania, Occitania, Provincia, & Delphinatus; quatuor ſupra & circa Ligerim, Præfectura Lugdunenſis, Burgundia, Aurelianenſis & Britannia; quatuor denique cis Ligerim, Normannia, Picardia, Inſula Franciæ, atque Campania. Verum cum ultra haſce Præfecturas hodierna Gallia ſe diffundat, quatuor novas prioribus alii adjiciunt, nempe Belgium Francicum, Lotharingiam, Alſatiam, & comitatum Burgundiæ. Sed quandoquidem de Belgio Francico in Belgio acturi ſumus, uti de Alſatiâ in Germaniâ, ſuffecerit nobis cum aliis quatuordecim Præfecturas expendere, quibus luſtratis, terminos antiquæ Galliæ, & quem veteres in ejus diviſione modum tenuerint, obſervabimus.

CAPUT XI.

Gallia trans Ligerim.

I. *Præfectura Aquitania.* PRIMÙM ergo juxta propoſitum nobis ordinem ſe offerunt quatuor Præfecturæ trans Ligerim, Aquitania, Occitania, Provincia & Delphinatus, interque illas Aquitania, *Gouvernement de Guienne.* Hujus terminus ab occaſu eſt mare Aqui-

Aquitanicum ; à ſeptentrione ager Alnenſis , Pictavienſis, Inculiſmenſis, ac Marchia; ab ortu utraque Alvernia, Occitania inferior & ſuperior; à meridie montes Pyrenæi. Abundat fluminibus & thermis Aquitania, lætiorque eſt iis in tractibus , qui ab orâ maris ac montibus Pyrenæis remotiores ſunt. Eam in duas partes Garumna dividit, quarum quæ ab hoc Flumine in boream pro maximâ parte vergit, communiter Guienna, *Guienne*, appellatur; at quæ verſus meridiem, Vaſconia, *Gaſcogne*.

II. *Vaſitania.*

Hæc, cui Vaſcones, Hiſpaniæ populi, qui per Pyrenæa juga hùc ſe contulerant , nomen dedêre , olim Novempopulania, in varias partes minores diſtribuitur, de quibus ex ordine nobis agendum, inſpecturis priùs , quæ Hiſpaniæ propinquiores , facto à mari initio. Atque ita primo loco occurrit Vaſcitania, *les Baſques*, quæ agrum Lapurdenſem, Navarram inferiorem , ac vicecomitatum Solenſem complectitur. In agro Lapurdenſi, *le pays de lapourd* , ſeu *Labourd*, (qui pomis affluit , ex quibus ſuccus , vulgò *Sidre* , melioris notæ in uſum potûs exprimitur) ſunt Andaya, *Andaye*, caſtrum contra Fontarabiam ; Fanum S. Joannis Luzii , *S. Jean de Luz*, atque , quæ prioribus nobilior eſt, Baiona, *Bayone*, variis Lapurdum, urbs valida , Epiſcopalis, prope oſtium Aturi, in quem hìc Nivus ſe exonerat. Huic agro ortum verſus proxima eſt Navarra Inferior , *baſſe Navarre*, Hiſpanis Ulterior , Ultramontana ; ac Francica, pars altera regni Navarræi; de Superiore enim Cap. VII, Par. VI diximus. Admodum in montes ſurgit, vini aut frumenti vix ferax; illius verò defectum ſuccus ſupplet ex pomis. Clariora loca ſunt Bidaſcia, *Bidaſche*, caput Principatûs; Baſtida Clarenciæ, *Baſtide de Clarence* ; Fanum S. Joannis Pedeportuenſis , *S. Jean Pied de port*, urbs ante validiſſima in rupe ac ſedes Proregis hujus Navarræ ; Fanum S. Palatii , ſeu Pelagii, *S. Palais*, ad flumen *Bidouſe*, urbs parva, tractûs hujus nobilior. In vicecomitatu Solenſi , *Vicomte de Soule* , caput eſt Mauleo , ſeu Malleon , *Mauleon*, atque ſuperiùs Sancta Gratia , *S. Engrace*, Abbatia celebris.

Ager Lapurdenſis.

Navarra Inferior.

Vicec. Solenſis.

III. *Benearnia.*

Vaſcitaniæ ab ortu conjungitur principatus Benearnenſis, *Bearn* , montoſus atque ſterilior. Diſpeſcit eum Brictius

Vicec. Olorenſis. in vicecomitatum Benearnenſem, & Oloronenſem. Huic nomen facit Olorona, ſeu Oloro & Oloronum, *Oleron*, urbs Epiſcopalis ad Gabarum Oloronenſem, ubi in ipſum Aſpa defluit. Inferiùs habet Navareſium, *Navarreins*, munimen-
Benearnenſis. tum egregium, nec non Moneſium, *Monheins*. In vicecomitatu Benearnenſi eminent Laſcura, ſeu Laſcurris, *Leſcar*, urbs Epiſcopalis, & Palus, *Pau*, caput totius Benearniæ, urbs egregia ad Gabarum Benearnenſem, ſive Palenſem, *Gave Bearnois*, aut *de Pau*, ſedes Parlamenti, ſub quo Benearnia & Navarra inferior continentur, natale ſolum Henrici IV, Francorum ac Navarræ Regis.

IV. *Comitatus Bigerrenſis.* Ex principatu Benearnenſi ad proximum comitatum Bigerrenſem, *Bigorre*, progredimur, quem ante Bigerri, ſeu Bigerriones populi incoluêre. Solum habet minùs fertile, non tamen deſtitutum variis mineralibus, thermis, fontibus, variorum morborum medicinâ, & equis melioris indolis. Di-
Planis. viditur in Tractum planum & montoſum. In illo jacent Tarba, *Tarbe*, urbs Epiſcopalis ad Aturum, univerſi Comitatûs præcipua, benè culta, cum caſtro, & unico vico Bigorrâ, unde Comitatui cognomentum eſt; Lapurdum, *Lourde*, ac Balneria, *Bagneres*, cujus balnea in pretio ſunt. In tractu
Montoſus. Montoſo numeratur Campanum, *Campan*, Caſtrum jucundum ad Aturum, cujus butyrum æſtimatur, atque Canteria, *Cauderes*, quæ Vallem vicinam cognominat, ex quâ optima balnea ſcaturiunt.

V. *Comitatus Convenenſis.* Sequitur Comitatus Convenarum, ſeu Convenenſis, *Cominge*, pars Vaſconiæ ultima, quæ Pyrenæos montes attingit, ferax frumenti, vini, fructuum. Convenarum ante ſedes fuit, qui & Conſoranos & Bigerrones complectebantur. Ejus partes ſunt ager Conſoranenſis, & territorium Convenarum.
Ager Conſoranenſis. In agro Conſoranenſi, *Conſerans*, ſunt Maſſacum, *Maſſatz*, & Fanum S. Licerii, vulgò *S. Leger*, ad flumen Sallam, urbs
Convenarum. Epiſcopalis, Agri præcipua. In territorio Convenarum, *Cominge*, occurrunt Convenæ, ſeu Lugdunum Convenarum, ac Fanum S. Bertrandi, *S. Bertrant*, urbs Epiſcopalis, antiquiſſima, caput Territorii, ad Garumnam; Inſula Dodonis, *Iſle en Dodon*; Lombaria, *Lombez*, Epiſcopalis ad Savam fluvium, atque Muretum, *Muret*, caput Caſtellaniæ.

Ad

Digitized by Google

Ad boream principatûs Benearnenſis, & comitatûs Convenarum occurrit comitatus Armeniacenſis, *Armagnac*, cujus montes & colles eximias vites nutriunt. Diſpeſcitur in ſuperiorem & inferiorem; illius clariores urbes ſunt Lactorium, ſive Lactora, *Lectoure* & *Leitoure*, Epiſcopalis, ſita in monte, ac Auſcii ſeu Auguſta Auſciorum, & Auxis, *Aux*, ante Auſciorum ſedes primaria, uti nunc Comitatûs, Archiepiſcopatus ex ditiſſimis Galliæ, ad fluvium *Giers*. In inferiore Comitatu varii locant comitatum Gaurenſem, *Gaure*, ubi Manſum Verodunenſe, *Mas de Verdun*, ſedes Juridica; Verdunum, *Verdun*, primarium; Granata, *Grenade*; inſula Jordani, *l'Iſle en Jordain*; Gimontis, *Gimont*, Abbatia inſignis; item comitatum Aſtaracenſem, *Eſtarac*, ubi Caſtrum novum Barbarenſii, *Caſtelnau de Barbarens*, & Miranda, *Mirande*, Comitatûs præcipua. Hos tamen duos Comitatus ab Armeniacenſi ſeparat Brietius. Tandem inferiori comitatui Armeniacenſi etiam adſcribuntur Monteſquium, *Monteſquiou*; Eluſa, *Euſe*, caput tractûs Eluſatenſis, ampla olim civitas, & nobiliſſima, quam Eluſates habitârunt, uti & occidentalem partem comitatûs Armeniacenſis, nec non majorem partem Vaſconiæ, de quâ illicò.

VI. *Comitatus Armeniacenſis.* *Superior.* *Inferior.*

Armeniacenſis comitatus ab occaſu affinem ſibi habet Vaſconiam ſtrictè dictam, aliàs veram, ſeu propriam, *Gaſcogne*, quæ variis variè extenditur. Quidam ſub eâ comprehendunt, præter Vaſconiam ſtrictiſſimè ſumptam, de quâ ſtatim, Landarum tractum, Martianum agrum, & ducatum Lebretenſem; alii in ortum magis ipſam diffundunt; alii contra maximè conſtringunt, inter Benearniam ab auſtro; Landarum tractum ab occaſu; agrum Martianum à boreâ, & comitatum Arminiacenſem ab ortu. Hoc ſenſu ſi ſumitur, ejus urbes ſunt Aturus, *Ayre*, ad fluvium ejuſdem nominis, qui hìc navigiorum fit patiens; Fanum S. Severi, ſeu Severopolis, *S. Sever*, inferiùs ad idem flumen, caput hujus Vaſconiæ, & Mugronium, *Mugron*, etiam ad Aturum.

VII. *Vera Vaſconia.*

Inter Vaſconiam propriam, atque Oceanum Aquitanicum medius eſt tractus Landarum, *Lanes* incolis, *Landes* Gallis, quem quidam Aquenſe territorium nuncupant, quia & aquis ſcatet, & inundationi ſæpiùs ſubjectus eſt. Sterilior habetur, ipſiuſ-

VIII. *Tractus Landarum.*

ipſiuſque nobiliora loca ſunt Petra forata, *Peyrehourade*, ad confluentes duorum Gavorum; Aquæ Auguſtæ, ſeu Tarbellicæ, nunc, teſte Scaligero, Aquæ, *Acqs*, vel *Dax*, juxta indigenas, olim à Tarbellis incultæ, qui & verſus Pyrenæos montes in Vaſcitaniâ atque Benearniâ habitârunt. Sita hæc urbs eſt ad Aturum, Epiſcopalis, hujus Tractûs clariſſima, variis prædita balneis, Anglorum tempeſtate Urbs Nobilium appellata, quia ipſi præerant duodecim Nobiles, quorum quiſque in eâ tenebat Turrim, Genti ſuæ cognominem. Supra jacet Tartaſſium, *Tartas*, ad flumen Midurium, oppidum non è minimis. Ad Landarum tractum quidam revocant Lebretium ſeu Lebretenſem ducatum, *Albret*, cujus oppidum eſt Lebreti vicus, ſive Lebretum, *Albret* incolis, *Labrit* Hiſpanis, in mediâ Sylvâ ejuſdem nominis; alii ad veram Vaſconiam; alii ad agrum Vaſatenſem; alii diſtinctum Ducatum conſtituunt.

Lebretim Ducatus.

IX. *Ager Condomenſis.*

Sed ad agrum Condomenſem ſeu Condomeſium, *Condomois*, properemus, qui eſt ad ortum ducatûs Lebretii. Uſque eo fœcundus eſt, ut quæ deſideret natura, ſufficiat. Ejus oppidum quidam faciunt Montem Martiani; *Mont de Marſan*, caput agri cognominis, quem alii ad veram Vaſconiam; alii ad agrum Vaſatenſem referunt. Majore conſenſu Condomeſio adſcribuntur Gabaretum, *Gabaret*, atque Condomum, *Condom*, urbs exigua, Epiſcopalis, ad flumen Baiſam, cujus ultimus Epiſcopus, Delphini præceptor, ſcriptis ſatis inclaruit.

X. *Ager Vaſatenſis.*

Visâ priori parte Aquitaniæ Vaſconiâ, ad poſteriorem, Guiennam, *Guienne*, accedimus, quæ ex variis etiam partibus componitur, inter quas primùm ſe offert ager Vaſatenſis, *Bazadois*, qui tamen quibuſdam ad Vaſconiam reducitur. Eum antiquitus Vaſates ſive Vaſarii habitârunt. Frumento, vino & fructibus affluit, & à Garumnâ in duas partes dividitur, quarum maxima in auſtrum abit. Ejus urbs ſunt Neracum, *Nerac*, ad flumen Baiſam, feliciter munitum, quod agro Condomenſi adſcribit Brietius, ſed plures Vaſatenſi; Caſtrum Geloſum, *Caſtel-geloux*; Regula, *Reole*; Vaſatum, ſeu Vaſatium, *Bazas*, urbs Agri præcipua, Epiſcopalis.

XI. *Tractus Burdegalenſis.*

Agro Vaſatenſi contiguus eſt tractus Burdegalenſis, *Bourdelois*, ſive Guienna propria, *Guienne*, quam infima pars Garumnæ

rumnæ atque Duranii, & commune utrique æſtuarium perfundunt. Ab auſtro ipſi adjacet Landarum tractus; ab occaſu mare Aquitanicum; à boreâ Santonia. Copioſum vinum progenerat, quod Burdegalenſe, vulgò *de Grave*, appellatur. Variæ occurrunt in hâc Guiennâ Ditiones; Buſiana, in quâ ſunt Fanum S. Pauli Bornienſis, *S. Paul de Born*, & Buxium ſeu Buchſium, *Teſte de Buſch*, ad ſinum Arcaſſonium, *Golphe d'Arcachon*, ampliſſimum, Ditionis caput; Certenſis, in quâ jacent Comprianum, *Comprian*, circa oppoſitum littus ejuſdem Sinûs, & Certæ, *Certes*, unde Ditioni cognomentum; ac Medocenſis ſeu Medullana, *Medoc*, ubi Caſtrum novum, *Caſtelnau de Medoc*, Sovillacum, *Soullac*, oppidum perantiquum, prope oſtium Garumnæ, Caſtellio, *Caſtillon*. In Ditionibus hiſce pineæ Sylvæ ſunt, ex quarum reſinâ Candelæ parantur. In agro Burdegalenſi, qui à dictis Ditionibus non rarò diſtinguitur, ſe pandit Burdegala, *Bourdeaux*, Guiennæ propriæ non tantùm, ſed totius Aquitaniæ facilè princeps, olim caput Biturigum Vibiſcorum, ingens, antiquiſſima, cum arce Phari, ac Buccinæ, ſedes Archiepiſcopi, Parlamenti Aquitaniæ, & Univerſitatis, emporium celebratiſſimum cum amplo ad Garumnam portu. Reliqua oppida ſunt Rionum, *Rions*; S. Macarium, *S. Macaire*; Liburnia, *Libourne*, ad confluentes Ellæ & Duranii; Burgus, *Bourg*, & Blavia, *Blaye*, ante Militaris appellata, munimentum laudabile.

Ditio Buſiana.

Certenſis.

Medocenſis.

Ager Burdegalenſis.

Quæ reſtant ex Guiennâ partes, integræ ultra Garumnam jacent, & inter eas nulla eſt, quæ mari alluitur, præter Santoniam. Aliàs ager Santonenſis, *Xaintonge*, appellatur, quem ab occaſu limitat mare Aquitanicum & tractus Alnenſis; à boreâ Pictavienſis; ab ortu Engoliſmenſis ac Petrocorienſis; & ab auſtro explicita ſtatim Guienna atque Garumnæ æſtuarium. Eum rigat Carentonus, eſtque frumenti, ſalis, vini, croci, pluriumque fructuum adeò dives, ut fertiliſſimis partibus Franciæ accenſeatur. Majoris momenti loca ſunt Moritania, *Mortaigne*, ad oſtium Garumnæ; Broagium, ſeu Jacopolis, *Broüage*, ubi ſalſæ paludes; Subiſia vel Sobiſæum, *Soubize*, prope Carentoni oſtium; S Joannes Angeriacus, ſeu Angeriacum, *S. Iean d'Angley*, ad flumen Voltumnum; Mediolanum Santonum, ſive Sanctones, *Xaintes*, olim Santo-

XII. *Santonia.*

num caput, uti nunc eſt Santoniæ, urbs Epiſcopalis ad Carentonum, ubi multæ Romanorum antiquitates; Barbezillum, *Barbeſieux*, in limite agri Engoliſmenſis; uti in limite Petrocorienſis Albaterra, *Aubeterre*, ad flumen Collam.

XIII. *Ager Petrocorienſis.*

Ex Santoniâ ad agrum, ſive provinciam Petrocorienſem, *Perigord*, progredimur. A boreâ attingit agrum Engoliſmenſem; ab ortu Lemovicenſem, & Cadurcenſem; ab auſtro Aginnenſem; ab occaſu Burdegalenſem ac Santonenſem. Figuræ propemodùm rotundæ eſt, atque à Duranio ac variis rivis, qui in illum ſe exonerant, perfunditur. Scatet ferro, ſylvis, quæ copioſas nuces caſtaneaſque nutriunt, atque ſaxoſis montibus. Diſpeſcitur in agrum Superiorem ſeu Album, qui occupat partem occiduam, & Inferiorem, ſeu Ni-

Superior.

grum, qui ortivam tenet. Illius urbes ſunt Petrocorium, olim Veſſuna, ſive Veſuna, ut ex inſcriptione in hâc urbe repertâ colligitur, vulgò *Perigueux*, ad flumen Ellam ſeu Illam, *l'Iſle*, antiqua, poſſidens reliquias Amphitheatri, & turrim Veſonam, aliaque, Epiſcopalis, agri Superioris, quin univerſi præcipua, uti antiquitus Petrocoriorum, qui hanc poſſederunt Provinciam; Muſſidanium, *Mucidan*, ad eundem fluvium; Bergeracum, *Bergerac*, ad Duranium; Limelium,

Inferior.

Limeil, ad Veſeræ atque Duranii confluentes. In Inferiore agro jacent Sarlatum, *Sarlat*, in peninſulâ, quam Duranius, Veſeraque conſtituunt, ad fluviolum cognominem, urbs Epiſcopalis, hujus Agri primaria; Montiniacum, *Montignac*, ad Veſeram, atque ſuperiùs Terraſſonium, *Terraſſon*, in inſulâ, quæ à Veſerâ efficitur.

XIV. *Ager Lemovicenſis.*

Sequitur ager Lemovicus, ſeu Lemovicenſis, *Limoſin*, quem à boreâ Marchia limitat; ab ortu Alvernia; ab auſtro ager Cadurcenſis; ab occaſu Petrocorienſis & Engoliſmenſis. Ipſum Veſera fluvius in duas partes diſtribuit, quarum borealior Lemovicium ſuperius, & auſtralior inferius appel-

Superior.

latur. Illud vitibus caret, ſed affluit caſtaneis, ſecali, & hordeo, locaque ſunt Segurium, *Segur*, quod utrique ante Lemovicio jus dixit; Lemovicum, ſeu Limodia, *Limoges*, ad flumen Vigennam, urbs ampla, dives, Epiſcopalis, caput hujus Lemovicii, atque univerſæ Provinciæ, ante juxta varios dicta Anguſtoritum Lemovicum, quia Lemovicum, ſeu Lemovico-

movicorum populorum erat clariſſima, qui agrum Lemovicenſem, & Marchiam inhabitârunt; Fanum S. Leonardi, *S. Leonard*, ubi nobilis Abbatia; Petra Bufferia, *Pierre Buffiere*, prima hujus tractûs Baronia. Lemovicium inferius *Inferior.* priore fertilius eſt, & vini, frumenti, nucum ferax, perque auſtralem ejus tractum tranſit quoque Duranius. Celebriores urbes ſunt Uſarchium ſive Uſarcha, *Vſerche*, ad Veſeram; Tutela, *Tulle*, Epiſcopalis, caput inferioris Lemovicii; Briva, *Brive*, Turenia, *Turrenne*, vicecomitatus celebris, qui in agrum Cadurcenſem ſeſe explicat; Bellilocus, *Beaulieu*, cujus vina magni ſunt nominis.

Quæ reſtant ex Guiennâ Provinciæ, jacent ex ordine ad XV. flumen Olindum, ſeu Oldum, & Oldam, *Lot*, ſuntque ager *Ager Aginnenſis.* Aginnenſis, Cadurcenſis, & Rutenenſis. Aginnenſis, *Agenois*, eſt in parte Olindi verſus oſtium, cujus limes à boreâ eſt ager Petrocorienſis; ab occaſu Vaſatenſis; ab auſtro Garumna; ab ortu Cadurcenſis. Ager eſt ex fertiliſſimis Guiennæ, ſcatetque lignis & nucibus. Diſpeſcitur à flumine in Cis-Olindanum, & Trans-Olindanum; in illo ſunt Mons Flan- *Cis-Olindanus.* quinus, *Monflanquin*; ampla ſedes juridica; Tonneſium ſeu Toninium, *Tonneins*, Garumnæ adjacens; Clariacum, *Clerac*, agri Cis-Olindani urbs nobilior. In Trans-Olindano ſunt *Trans-Olindanus.* Eſguillonium, *Eſguillon*, caput Ducatûs ditiſſimi in Olindi & Garumnæ confinio; Aginnum ſeu Aginum, & Agennum, *Agen*, Aginnenſis agri urbs clariſſima, uti antiquitus Aquitaniæ, Epiſcopalis, ad Garumnam, patria Joſephi Scaligeri; Valentia, *Valence*, ſuperiùs ad idem flumen. Hîc antea Nitiobriges populi habitârunt.

Agro Aginnenſi amplior eſt Cadurcenſis, ſive Cadurcium, XVI. *Quercy*. Ab occaſu contingit agros Aginnenſem, & Petroco- *Ager Cadurcenſis.* rienſem; à boreâ Lemovicenſem; ab ortu Alverniam ſuperiorem, & Rutenium; ab auſtro ſuperiorem Occitaniam. Per Agri tractum borealem tranſit Duranius, perque medium Olindus. Abundat prunis, croco, & lanâ melioris notæ. Dividitur ab Olindo in ſuperiorem, quæ in boream declinat, atque in inferiorem, quæ in auſtrum. Hujus urbes clariores *Inferior.* ſunt Moëſſacium, ſeu Moiſſacum, *Moiſſac*, ad flumen Tarnem, celebris Abbatia; Mons Albanus ſive Montalbanum,

olim Mons Aureolus, *Montauban*, ad eundem fluvium, agri Inferioris præcipua, Episcopalis, quam, quia sita est in ipso Occitaniæ limite, ipsiusque Diœcesis pars maxima in hujus solo reperitur, non rarò huic attribuunt, ante urbs securitatis Hugenottis cum Academiâ; Monpesatium, *Montpesat*; Castellum novum, *Castelnau de Montratier*. In superiore Cadurcio est Divona, seu Deveona Cadurcorum, qui in hoc Agro vixerunt, nunc Cadurcum, *Cahors*, ad Olindum, qui hinc deorsum grandi impensâ redditus est navigabilis, urbs antiqua, Episcopalis, caput totius Cadurcii, cum illustri Academiâ, neque thermis destituitur; Gordonium, *Gourdon*; Rhocemadurium, *Rocquemadour*, quod, ut ferunt, Rolandi ensem custodit; Figeacum, *Figeac*, prope Rutenii limitem.

Superior.

XVII. *Ager Rutenensis.* Ultimus tandem ager ex tribus, quos Olindum diximus pertransire, est Rutenensis, seu Rutenium, *Rovergue*. A boreâ terminatur à superiore Alverniâ; ab ortu & austro ab Occitaniâ; ab occasu ab explicito statim Cadurcio. Sunt in eo excelsi montes, estque frigidioris Cæli, neque tàm ferax vini, quàm olei, nucum, & diversi generis pomorum, atque mineralium. Incolas ante Rutenos habuit. Ipsius partes tres statuuntur, Comitatus Rutenensis, Marchia Rutenensis inferior, & superior. In Comitatu Rutenensi est Marchilliacum, *Marcillac*, juxta quod Rolandi caverna, & Rutena, *Rodes*, ad flumen Veronium, *l'Aveiron*, Comitatûs & totius Agri clarissima. In Marchia Rutenensi inferiori, quæ partem occidentalem Agri occupat, sunt Villa Franca, *Ville franche de Rovergue*, primaria, ad eundem Veronium. Fanum S. Antonii, *S. Antonin*, in Cadurcii limite, cujus pruna magni fiunt; Salvaterra, *Sauveterre*. In Marchiâ Rutenensi superiori, quæ in ortum secedit, occurrunt Segurium, *Segur*, arx validissima; Miliacum, & Millialdum, item Amilhanum, *Millaud*, hujus Marchiæ caput; San-Romus, *S. Rome de Tarn*; Vabræ, *Vabres*; Pons Camareti, *Pont de Camerets*.

Comitatus Rutenensis.

Marchia inferior.

Superior.

XVIII. *Præfectura Occitaniæ.* Lustratâ præfecturâ Aquitaniæ, ad Occitaniæ seu Languedocii præfecturam, *Gouvernement de Languedoc*, ordo vocat. *Languedoc* dicitur quibusdam quasi Langothia, terra Gothica, aut *langue de Goth*, lingua Gothica à Gothis, quorum sedes fuit; vel, quod alii malunt, *langue d'Oc*, id est regio, in quâ

in quâ incolæ Latinorum ita, non per *Oüi*, ſed *Oc* efferunt: unde, teſte Merulâ, Languedocium Francis Linguæ tortæ Gubernamentum appellatur. Occitaniam ab occaſu limitant duo comitatus Vaſconiæ, Armeniacenſis, & Convenenſis; ab auſtro comitatus Ruſcinonenſis, & ſinus Lugdunenſis, ſeu Leoninus; ab ortu Rhodanus, qui ipſam à Provinciâ & Delphinatu dividit; à boreâ præfectura Lugdunenſis, ſeu ager Forenſis, Alvernia, atque ex Guiennâ agri Rutenenſis, & Cadurcenſis. Diffunditur ab occaſu ad ortum inter flumina Garumnam ac Rhodanum per leucas circiter ſeptuaginta. Latitudo inter agrum Rutenenſem, & ſinum Lugdunenſem vix æquat duodecim, at ab agro Forenſi ad Rhodani oſtia quinquaginta complectitur. Diſtribuunt communiter Occitaniam in ſuperiorem, inferiorem, & tractum Cemenium.

Utraque Occitania pars eſt Franciæ admodùm nobilis. XIX.
Producit ingente abundantiâ laudabile vinum, frumentum, *Occitania Superior.*
mala granata, citrea, auriaca, ficus, olivas, crocum, mel, ceram, ſericum, ſimiliaque. Fontes habet medicinales, fodinaſque metallicas & lapidoſas majoris pretii. Occitania ſuperior, *haut Languedoc*, ad occaſum eſt, atque Garumnam Vaſconiamque contingit. Continet tractum Albigenſem, agrum Auragienſem, Tholoſanum, & Fuxenſem comitatum. Tractum Albigenſem, *Albigeois*, qui eſt in parte boreali hu- *Tractus Albigenſis.*
jus Occitaniæ, fluvius Tarnis bipartitur, ejuſque inſigniora loca ſunt Valencia, *Valence*; Albiga, ſeu Albia, *Alby*, ad Tarnem, nuperiùs ad Archiepiſcopatum evecta, caput Tractûs, præcipuaque olim ſedes Heleutherorum juxta varios; Regius Mons, *Realmont*, & Caſtrum vel Caſtra, *Caſtres*, ad flumen Acutum, *l'Agouſt*, urbs Epiſcopalis. In agro Auragienſi, *Ager Auragienſis.*
Auraguais, jacent Fanum S. Papuli, *S. Papoul*, urbs exigua cum Epiſcopali dignitate; Caſtelavium Auracium, ſeu Arianorum caſtellum, *Caſtelnau d'Ary*, Agri hujus clariſſimum; Villa Franca, *Ville Franche*; Revellium, *Revel*, ad flumen Soram; & Vaurium, ſeu Vaurum, *Lavaur*, ad Acutum, urbs Epiſcopalis, in limite provinciæ Albigenſis, quam ad agrum Tholoſanum alii referunt. In Agro Tholoſano, *Toulouſan*, *Tholoſanus.*
occurrunt Villemurium, *Villemur*, Vicecomitatus ad Tarnem; Caſtrum Saraceni, *Caſtel Sarraſin*; Montichium, *Monteich*;

teich; quæ loca Diœceſis Montalbanæ partem, *Bas Montauban*, conſtituunt. Sequitur Fronto, *Fronton*, oppidum Equitum Melitenſium; Tholoſa, *Toulouſe*, dicta olim Palladia, ad Garumnam, ſui Agri non ſolùm, ſed totius Occitaniæ caput, uti ante Volcarum Tectoſagum, & poſt Lutetiam, urbium Franciæ præſtantiſſima, clara variis antiquitatibus, Academiâ, Archiepiſcopali dignitate, & ſede Parlamenti Occitaniæ; Rivi, ſeu Rivenæ, *Rieux*, urbs Epiſcopalis ad Garumnam, ubi fluviolum Rizam recipit, in agri Conſoranenſis limite. In Fuxenſi comitatu, *Foix*, qui eſt ſuperioris Occitaniæ pars ultima, maximeque abit in auſtrum, ſunt Mirapincium, ſeu Mirapiſcæ, *Mirepoix*, ad flumen Lerſium, urbs Epiſcopalis; Apamæa, *Pamiers*, etiam Epiſcopalis, ad flumen Ariegam, *Ariége*, ſuperiuſque ad idem flumen Fuxium, *Foix*, caput Comitatûs; Taraſco, *Taraſcon*, & Aquæ, *Acqs*, thermis præditæ.

Comitatus Fuxenſis.

XX. *Comitatus Ruſcinonenſis.*

Antequam ad Occitaniam inferiorem deſcendimus, inſerendus hìc eſt comitatus Ruſcinonenſis, *Rouſſillon*, dum nullibi licet commodiùs. Pars ante fuit Cataloniæ, & juris Hiſpanici, ſed eum ex Cataloniâ avulſit Ludovicus XIII, & anno LIX, pace ad Pyrenæos initâ, Franciæ junctus eſt. Habet à boreâ Occitaniam limitem; ab occaſu ſinum Lugdunenſem; ab auſtro montes Pyrenæos, quibus à Cataloniâ ſeparatur; & ab occaſu comitatum Cerretaniam. Scatet excelſis montibus, ac magis abundat lætis paſcuis, quàm frumento, aut vino, & annos aliquot, hodieque belli theatrum inter Francos & Hiſpanos conſtituit. Celebriora ejus loca ſunt Mons Ludovici, *Mont-Louis*, quem contra Hiſpanos in hujus Comitatûs & Cerretaniæ confinio Ludovicus XIV ante decennium extruxit; Francavilla ad Confluentes, ſeu Villa Franca Confluentum, *Villa Franca de Conflent*, intra montes ad Thetim flumen; Ceretum, *Ceret*; ad Techum amnem; Caucoliberis, ſeu (ut quidam, aliis eſt Helena) Illiberis, *Colibre* Hiſpanis, *Collioure*, Gallis; Helena, *Elna*, prope Techi oſtium, ubi antiquitus Helenæ caſtrum, cujus etiamnum videntur rudera; Perpinianum, ſeu nova Ruſcino, *Perpignan*, ad Thetim, cum arce validâ, ſedes Elnenſis Epiſcopi, Comitatûs præcipua, infra quam eſt turris Ruſcino, antiquæ urbis Ruſcinonis

nonis vestigium, quæ nomen dedit Comitatui; Salsulæ, *Salses*, in colle, firmum Franciæ munimentum juxta stagnum Salsularum in Occitaniæ confinio.

Viso Comitatu Ruscinonensi ad Occitaniam inferiorem, *hæc Languedoc*, contendimus. Hæc in ortum diffunditur, atque ab occasu terminatur à superiore Occitaniâ; à boreâ tractu Rutenensi, Gabalensi, & Vivariensi; ab ortu Rhodano; ab austro sinu Lugdunensi. Hìc oleum crescit optimum, uberrimusque salis proventus est. Ejus Tractus sunt Narbonensis, Biterrensis, & Nemausensis. Primus, *Quartier de Narbonne*, explicitam Occitaniam, & comitatum Ruscinonensem attingit, ejusque clariora loca sunt Alecta & Electa, seu Aletha, *Aleth*, ad Atacem, *Aude*, urbs Episcopalis in Redensi comitatu, atque inferiùs Limosium, *Limoux*, ac Carcassona, sive Carcasso, *Carcassone*, Episcopalis & probè munita; Masium, *Mas de Cabarde*, burgus eximius; Narbo Martius, Narbo, Narbon, & hodie Narbona, *Narbonne*, urbs olim magnifica, prima, ut ajunt, Romanorum colonia, in quâ etiamnum plura antiquitatis monumenta sese offerunt, Archiepiscopalis, valida, sita ad incile Atacis, *Robine*, à Romanis manu ductum, quod in lacum Rubrensem sive Rubresum, *Estang de la Robine*, deduxerunt, qui & Narbonensis dicitur; Fanum S. Pontii Tomeriarum, *S. Pons de Tomieres*, urbs Episcopalis. Secundus tractus hujus Occitaniæ est Biterrensis, *Quartier de Beziers*, in quo jacent Biterræ, & Bliterræ, *Beziers*, urbs Episcopalis; Luteva, vel Lutaba, *Lodeve*, etiam Episcopalis ad flumen Lergam, *Lergue*; Piscenæ, *Pezenas*; Agatha, sive Agathopolis, *Agde*, Episcopalis, prope ostium Araurii, *Lerrault*, caput comitatûs; Blascon, *Bresçon*, scopulus cum arce; Settium promontorium, *Cap. de Sette*. Tertius seu ultimus tractus est Nemausensis, *Quartier de Nîmes*, cujus clariora loca sunt Frontinianum, *Frontignan*, ad lacum Lattaram, *de la Latte*, cujus uvæ passæ & vina magnam laudem inveniunt; Mons Pessulanus, & Mons puellarum, *Montpellier*, urbs ex Franciæ pulcherrimis, caput hujus Occitaniæ, ante urbs securitatis Hugenottis, sedes Episcopi, & celeberrimæ Universitatis, præsertim in arte Medicâ, cum nobilissimo Horto regio, estque ager ipsius admodùm dives Sim-

XXI. *Occitania inferior.*

Tractus Narbonensis.

Biterrensis.

Nemausensis.

Simplicium; Lunelium, *Lunel*; Aquæ mortuæ, *Aigues-mortes*, ſitæ prope ſtagnum Magalonenſe, & diſtantes à mari unâ leucâ, exiguæ; Belloquadra & Belliquadrum, *Beaucaire*, nundinis ſuis celebre, ad Rhodanum; Nemauſus, & Nemauſum, *Nîmes*, urbs Epiſcopalis, urbium Gallicarum, ut perhibent, vetuſtiſſima, atque ſupra alias ſpectabilis ampitheatro ſuo pulcherrimo, plurimiſque venerandæ antiquitatis monumentis, antea aſylum Hugenottarum; Sommeriæ, *Sommieres*, quibus mons *Meyre*, ad quem ſitæ ſunt, nomen fecit, riganturque à Vidolio, *Vidourle*; Anduſa, *Anduſe*, ad Gardonem; Aleſia, *Alaix*, cui Horti eximii. Cæterùm Volcæ Arecomici hanc incoluerunt Occitaniam.

XXII. *Tractus Cemenius.* Reſtat hujus Præfecturæ pars ultima, quæ maximè vergit in boream, tractus Cemenius, ſive Cemmenius, *Sevennes*. Limitatur ab occaſu à Rutenio & Alverniâ; à boreâ ab Alverniâ, & agro Forenſi; ab ortu à Rhodano; ab auſtro à tractu Nemauſenſi, & Biterrenſi. Nomen Tractui imponunt Cemmeni montes, Gebenna & Gebennæ aliis, hodie *Sevennes*, excelſi admodum, qui in Vivarienſi tractu ſuperiore verſus fontes fluvii Ligeris ſumunt initium, atque hinc ſe diffundunt ad Marchiam Rutenenſem ſuperiorem, confiniaque tractûs Biterrenſis, civitatem Lutevam verſus; proinde Velaunium, quamvis pars ſit tractûs Cemenii, Cemmenii montes non pervadunt. In variis ſui partibus Tractus hìc minùs cultus eſt; in aliis tamen progenerat vinum, caſtaneas, & fructus complures, affluitque mulis & ovibus. Partes ipſius ſtatuuntur tres, Gabalium, Velaunium & Vivarienſis tractus. *Gabalium.* Gabalium, aliis Provincia Gabalenſis, *Givaudan*, quam Gabali ante inhabitârunt, inter partes tractûs Cemenii maximè vergit in occaſum. Dividitur in Superius & Inferius. In Illo ſunt Floracum, *Florac*, urbs & Baronia juxta Tarnem; Fanum S. Hieremiæ, *S. Herimie*, & Mimate, *Mende*, ad Oldum, caput totius Gabalii, habens Epiſcopum, qui ſe & urbis, & Provinciæ Comitem nuncupat; Marengium ſeu Marvecum, *Marvech* & *Marvejos*, quod alternis cum Mimate jus dicit. In inferiore Gabalio ponuntur Fanum S. Ægidii, *S. Chely en Givaudan*, & Toraſium, *Thorax*. Minus Gabalio eſt Velaunium, aliis Velaunia, *Velay*, ſedes olim Velauno- *Velaunium.*

launorum, quam ſuprema pars Ligeris bipartitur, diſpeſcitque Brietius in Cis-Nemorenſem & Trans-Nemorenſem. In illâ locat Soliniacum, *Solignac*, & Podium, *Puy*, olim Anicium, prope Ligerim in colle, poſt Toloſam urbs Occitaniæ maxima, & caput hujus Provinciæ, cujus Epiſcopus comitem ſe vocat Velaunii, & immediatè à Papâ dependet. In Trans-Nemorenſi recenſet Iſſingheacum, *Iſſingheaux*, & Miniſtrolium, *Miniſtrol*. Sequitur tractus Vivarienſis, *Vivarais*, qui inter Velaunium, Rhodanumque eſt, & quem Helvii ante occupârunt. Duplex eſt Brietio, Superior, & Inferior. Ille borealior eſt & minor, tenetque Annoniacum ſeu Annonæum, *Annonay*, Marchionatum; Turnonium, *Tournon*, amplum & benè munitum oppidum ad Rhodanum in limite Delphinatûs cum recentiore Academiâ; Curſolium ac Cruſſolium, *Curſol* & *Cruſſol*, cum caſtro nunc dejecto. Inferior tractus Vivarienſis magis in auſtrum & occaſum ſe explicat, & illi adſcribuntur Privatium, *Privas*, Baronia; Albenacium ſeu Albenacum, *Aubenas*; Vivario ſive Vivarium, *Viviers*, Provinciæ caput, crevitque ex ruinis Albæ Helviorum, quæ parùm hinc abfuit, urbs Epiſcopalis, cujus Epiſcopus tractus Vivarienſis comes exiſtit. Notandum verò hunc Vivarienſem tractum ab omnibus non æqualiter protendi in auſtrum. Sunt, qui ipſi attribuunt Fanum, ſeu Pontem S. Spiritûs, *Pont S. Eſprit*, aut *S. Eſprit*, ad Rhodanum cum arce oblongoque ponte lapideo; Ucetiam, *Uſez*, Epiſcopalem & titulo Ducatûs decoratam; Villam novam, *Ville neuve lez Avignon*, contra Avenionem, aliaque minoris notæ loca; quæ tamen alii malunt Nemauſenſi tractui adſcribere.

Tractus Vivarienſis.

Succedit Præfectura Provinciæ, *Gouvernement de Provence*, quam terminat à boreâ Delphinatus; ab ortu comitatus Niceenſis; ab auſtro mare Mediterraneum & varii ipſius Sinus; ab occaſu Rhodanus, qui ipſam ab Occitaniâ inferiore ſeparat. Maximè ab occaſu in ortum inter Rhodanum & Varum extenditur, leucis circiter quinquaginta inter utrumque terminum intercedentibus; latitudo verò ab auſtro in boream leucas triginta ſupergreditur. Habitus ipſius variat; nam pars in ſeptentrionem ſita propter excelſa juga montium, quæ nive ferè teguntur, magis friget, minùſque fœcunda eſt; at quæ

XXIII. *Præfectura Provinciæ.*

mari propinquior aerem calidiorem obtinet, cælumque, quod rariùs pluit, sæpiùs tonat, grandinat, & spirat valentiùs. Affluit nobilissimis fructibus, malis granatis, citreis, aurantiis, ficibus, olivis, amygdalis, prunis, vinis, sale.

XXIV. *Varia Divisio.* Dispescunt vulgò Provinciam in partem minorem, quæ non est juris Francici, ac majorem, quæ imperium ejus agnoscit. Hanc denuò subdividunt in Provinciam superiorem sive montanam, mediam, inferiorem seu maritimam, & insulas. Alii præter ea, quæ alieni juris sunt, atque insulas, Provinciam in XIII Diœceses distribuunt. Nos quidem cum Sanson eam partimur in partem, quæ est versus Rhodanum; quæ in mediâ regione; quæ versus mare; & tandem quæ versus Alpes.

XXV. *Pars versus Rhodanum.* Versus Rhodanum primò se pandit Comitatus Vindascinus, *Comtat de Venaissin*, qui adjacet à boreâ Delphinatui; ab ortu Provinciæ Francici juris; ab austro Druentiæ, nunc Duranciæ; ab occasu Rhodano. Intra hujus Comitatûs limites continetur Principatus Arausicanus, sive Arausionensis, *Principauté d'Orange*, figurâ propemodùm semilunari, cornibus septentrioni obversis, & occidentaliori Rhodanum attingente, sub dominio celsissimi Arausionensium Principis, Serenissimi Regis magnæ Britanniæ, cui, flagrante hoc bello, Principatum Gallus eripuit. Ambitus ejus vix sex leucas complectitur, & caput est Arausio, *Orange*, civitas antiquissima, quæ hodieque ostendit Amphitheatrum, & Arcum triumphalem Marii, prope Rhodanum, parvi circuitûs cum Academiâ, habuitque arcem in monte validissimam, quam ante annos triginta rex Franciæ demolitus est. Præter Arausionem in hoc Principatu numerantur XV Vici sive Castra.

Principatus Arausicensis.

Comitatus Vindascinus. In Comitatu Vindascino, qui summo subest Pontifici, eminent Vasio, *Vaison*, Episcopalis, in cujus viciniâ mons est editissimus, qui Ventosus appellatur; Carpentoracte, *Carpentras*, etiam Episcopalis, sedes Quæstoris Pontificii, Comitatûs præcipua, quæ aliàs Vindasca, *Venasque*, fuit, cognomentum ipsi imponens; Cabellio, *Cavaillon*, ad Druentiam, Episcopalis. Avenionem, *Avignon*, negat Baudrand esse in Comitatu Vindascino, aut partem ejus constituere, sed juxta & proximè eum statuit; Alii verò Comitatum Vindascinum,

Digitized by Google

num, & Avenionenſem habent Synonyma, & quæ loca illi ſtatim adſcripſimus, huic attribuunt, aut Avenionem inter urbes Comitatûs Vindaſcini numerant. Etiam juris Pontificii eſt Avenio, caput ante Cavarum, ſeu Cavarorum, qui & explicitum Principatum ac Comitatum inhabitârunt, ſita ad Rhodanum, ampla, ſedes Archiepiſcopi, Academiæ, & olim Pontificum per ſeptuaginta quatuor annos continuos ob factiones Gibellinorum in Italiâ, quò Clemens V ipſam ex urbe Româ tranſtulit, & poſtea Schiſmatis tempore etiam Anti-Pontificum. Præter hunc Comitatum ad Rhodanum ſunt Taraſco, *Taraſcon*, & Arelatum ſeu Arelate, *Arles*, Archiepiſcopalis, multis antiquitatum veſtigiis conſpicua, caput olim regni Arelatenſis, quod magnam Galliæ partem continuit, quamvis in magnitudine omnes non conſentiant. Urbs utraque eſt ſub dominio Franciæ, uti quæ reſtant ex Provinciâ.

In medio Provinciæ jacet Salona & Salone, *Salon*, & *Salon de Crau*, patria Michaëlis Noſtrodami, Aſtrologi peritiſſimi, præcipua Camporum lapideorum, *la Crau*, qui inter Rhodani oſtia & ſtagnum Aſtromelam, *Mer de Martigues*, per octo leucas extenduntur, ac, quamvis lapidibus obducti jaceant, valdè tamen feraces ſunt. Apta, *Apt*, ad flumen Colonem, *Coulon*, cujus pruna eximia, Epiſcopalis; Forum Neronis, *Forcalquier*, caput Comitatûs; Reii, *Riez*, urbs Epiſcopalis, cujus vina laudem inveniunt; Draguinianum, *Draguignan*; Brinolium, *Brignole*, cujus pruna celebria; Aquæ Sextiæ, *Aix*, caput totius Præfecturæ, ſedes Archiepiſcopi & Parlamenti Provinciæ, ampla, in planitie ad Arcum flumen. Circa littus maris Mediterranei eminent Maſſilia, *Marſeille*, olim ſtudiis optimarum Diſciplinarum florentiſſima, quam ob rem Romani pro peregrinatione Atticâ Maſſilioticum petebant Gymnaſium, hodie Epiſcopalis, clauſtrum maritimum cum geminâ arce, quod rupes præmunit, cui inædificatum Caſtrum Iphium, ſeu Taxianum, *Chaſteau d'If*, vix leucam diſtans Maſſiliâ, Emporium & portus Provinciæ non tantùm, ſed & maris Interni celeberrimus; Telo, ſeu Telona, *Toulon*, portus patentiſſimus, ubi triremium Regiarum ſtatio; Olbia & Thuano Arearum oppidum, *Hieres*,

XXVI. *Pars Media.*

Littoralis.

contra quod ſitæ ſunt inſulæ Aureæ, nempe Crucigera, *Porte Croix*, vel *Portecros*, & inſula Titanis, *l'Iſle du Titan, ou Levant*; Fanum S. Eutropii, *S. Tropes*, ad ſinum Grimaldinum; Forum Julium, *Freius*, quod ſub dominio eſt ſui Epiſcopi; Gannæ, *Cannes*, ſtatio non contemnenda; Antipolis, *Antibe*; Graſſa, variis Grinnicum, *Grace*, Epiſcopalis loco Antipolis, cui ſucceſſit, & Vincium, *Vence*, nonnihil abſunt à mari.

Verſus Alpes. Tandem verſus Alpes ſunt Glanatenna, Glandova & Glanon, *Glandeve*, ad flumen Varum, *Var*, Epiſcopalis; Caſtellana, *Caſtellane*, ad Verdonem; Sanitium, *Senez*, Epiſcopalis dignitatis; Dinia, *Digne*, ſedes Epiſcopi; Siſtaria, Seguſtero, & Siſtero, *Siſteron*, ad Druentiam, clavis ac ſuperioris Provinciæ nobiliſſima.

XXVII. *Præfectura Delphinatûs.* Ultima Præfecturarum trans Ligerim eſt Delphinatus, *Gouvernement de Dauphiné*, quem Humbertus ultimus ejus Princeps Philippo Valeſio, regi Franciæ, eâ conditione vendidit, ut in poſterum primogenitus filius cujuſque Regis Chriſtianiſſimi ſui ſtemmatis lilia decuſſaret Delphinis, ipſeque Delphinus vocaretur; quod primùm Carolus V, filius Philippi, anno quinquageſimo ſeculi decimi quarti præſtitit, hodièque in uſu eſt. Delphinatus ab occaſu adjacet Rhodano, qui ipſum à provinciis Vivarienſi & Lugdunenſi ſeparat; à ſeptentrione partim eidem flumini, quod eundem à Breſſiâ dividit, partim Sabaudiæ; ab ortu Pedemontio; à meridie Provinciæ. Pars ejus, quæ verſus ortum procedit, anguſtior longè eſt alterâ, quæ ad occaſum. Valentiam prope Rhodanum, & Pinarolium in Pedemontii limite Leucæ circiter XLV interjacent, maxima Delphinatûs diffuſio. Scatet montibus, in quibus ſunt ferri & aliorum metallorum fodinæ, ſylvas habet, & copiam eximiorum Simplicium, vini verò minùs ferax eſt.

XXVIII. *Delphinatus Superior.* Diſpeſcitur Delphinatus communiter in ſuperiorem & inferiorem. Prior, *haut Dauphiné*, in ortum porrigitur, ejuſque partes ſunt ager Vapincenſis, Ebrodunenſis, Brigantinus, Vallis Griſivodana, ager Dienſis, & Baroniæ. In agro Vapincenſi,

Ager Vapincenſis. *Gapençois*, ſunt Talamontis, *Tallard*, vicecomitatus, ac Vapincum, *Gap*, Agri & Comitatûs caput, uti ante populorum Caturigum, quorum nomen in oppido Caturigo, *Chorges*, etiamnum

num ſupereſſe volunt, urbs Epiſcopalis. In Agro Ebrodu- *Ebrodunenſis.*
nenſi, *Ambrunois*, jacet Ebrodunum, *Ambrun*, in colle prope flumen Druentiam, urbs valida, Agri clariſſima, Archiepiſcopalis, cujus Archiepiſcopus diviſum cum Rege habet imperium, & Gileſtra, *Guileſtre*, munimentum. Agro Briganti- *Brigantinus.*
no, *Briançonois*, adſcribuntur Quiraſium, *Queras*, nobile caſtrum; Pinarolium, ſeu Pinarolis, *Pignerol*, ad radices Alpium in colle, cum arce eximiâ, in Pedemontio, ante juris Sabaudici, nunc Francico ſceptro accrevit, & proinde à variis pars hujus Agri ſtatuitur; Peruſa, *Perouſe*, quæ valli nomen concedit, atque Brigantio ſeu Brigantium, *Briançon*, urbs in edito monte collocata, Epiſcopalis, ad quam ſciſſa rupes conſpicitur, quam Cæſarem tranſiiſſe perhibent, Agri præcipua. Griſivodanæ Vallis, *Greſivaudan*, ſunt Carthuſia, *Griſivodana Vallis.*
la Grande Chartreuſe, eremus intra montes altiſſimos, atque hìc primum fuit celeberrimumque Cœnobium ordinis Carthuſianorum, ſedes Prioris generalis, nomenque à Carthuſiâ, vico adjacente, obtinuit, & Gratianopolis, *Grenoble*, hujus Vallis non ſolùm, ſed univerſi Delphinatûs primaria, urbs antiqua, culta munitaque ad Iſaram, cui Parlamentum & Epiſcopus. Agri Dienſis, *Diois*, quem Delphinatui inferiori *Ager Dienſis.*
quidam attribuunt, urbes ſunt Dea, ſeu Dea Auguſta, & Dea Vocontiorum, qui ipſam olim, uti & partem Provinciæ habitârunt, aliis Dia, *Die*, Epiſcopalis ad flumen Drumam, *Drome*, & montium radices, Agri caput, nec non Creſtidium, & Creſta, *Creſt*, cum caſtro, eidem fluvio appoſita, quam ad inferiorem agrum Valentinum, de quo ſtatim, alii referunt. Tandem Baroniæ, *les Baronies*, tenent Bu- *Baroniæ.*
ſium ſeu Buxium, *le Buys*, præcipuum, ad flumen *Louveſe*, cujus ditio magnam olim Delphinatûs partem continuit, atque Næomagum, *Nions*, ad Ægam, *Aigues.*

Viſo ſuperiore Delphinatu, inſpiciendus eſt Inferior, *bas* XXIX.
Dauphiné, qui tractum occidentalem occupat, ejuſque partes *Delphinatus Inferior.*
ſunt ager Viennenſis, Valentinus, & Tricaſtinus. Hujus, *Ager Tri-*
Tricaſtinois, loca ſunt Fanum S. Pauli Tricaſtinenſis, ſive Au- *caſtinus.*
guſta Tricaſtinorum, ab incolis, *S. Paul*, ſive *S. Paul trois Châteaux*, Epiſcopalis, cujus Epiſcopus Comes dicitur, Agri clariſſima; item Grignanum, *Grignan*. Valentinus, *Valentinois*, *Valentinus.*

ſubdividitur in ſuperiorem & inferiorem. In hoc jacent Tulignanum, *Taulignan*, atque Montilium Audemari, ſeu Mons Æmarorum, *Montelimar*, ad flumen Robionem prope Rhodanum. In Superiore occurrunt Lubronium, *Liuron*; Valentia, *Valence*, & *Valence en Dauphiné*, ad diſcrimen Valentiæ Italicæ ac Hiſpanicæ, ideoque & Valentia Gallica quibuſdam dicitur, urbs Epiſcopalis, Agri nobiliſſima, ampla, elegans, prope Rhodanum, ubi Iſaram recipit, cum illuſtri Academiâ, caput antiquitus Segalaunorum, ſive Segovellanorum; *Ager Viennenſis.* Romonum ſeu Romanum, *Romans*, ad Iſaram. In agro Viennenſi, *Viennois*, ſunt San-Rambertus, *S. Rambert*; Vienna, *Vienne*, aliis *Vienne en Dauphiné*, ut evitetur confuſio, ad Rhodanum, in quem inibi Gera defluit, olim ampliſſima, celeberrima, in quâ Pilatus, & rex Archelaus, Herodis magni filius atque ſucceſſor, exulârunt, metropolis Allobrogum, qui & in vicinis Provinciis conſederunt, nunc ſui Agri, Archiepiſcopatu decora, cujus Archiepiſcopus titulum Primatis Primatum ſibi tribuit; Vulpilleriæ, *Vulpilliere* atque Cremiacum, *Cremieu*.

CAPUT XII.

Gallia ſupra & circa Ligerim.

I. *Præfectura Burgundia.* ATQUE ita quatuor Galliæ Præfecturas trans Ligerim percurrimus, nunc quatuor ſupra & circa Ligerim luſtrandæ veniunt, Burgundia, Lugdunenſis, Aurelianenſis atque Britannia. Burgundiam, *Gouvernement de Bourgogne*, ab ortu limitant Sabaudia, exigua pars Helvetiæ, & comitatus Burgundiæ; à boreâ Campania; ab occaſu provinciæ Vaſtinienſis, Nivernenſis, ac Borbonenſis; ab auſtro Forenſis, Baujovienſis, Lugdunenſis & Delphinatus. Abundat hæc Præfectura vino vendibili, frumento, fructibus, ſylvis, pecoribus, neque ferri mineris deſtituitur. Continet Breſſiam, & ducatum Burgundiæ.

II. *Breſſia.* Breſſia, *Breſſe*, pars Præfecturæ eſt longè minor, maximèque excurrens in meridiem, ſita inter Ararim & Rhodanum, atque ab Idano, *l'Ain*, in duas partes diſpeſcitur. Fuit hæc

hæc ante juris Sabaudici, verum Henrico Magno Marchionatum Salutiarum, provinciam Pedemontii, Francici juris, repetente, conventum eſt anno hujus ſeculi primo, ut Marchionatus Sabaudo relinqueretur, ejuſque loco Rex Franciæ Breſſiam atque adjacentes regiunculas poſſideret, quæ ſub Breſſiæ nomine ſæpiùs comprehenduntur. Dividit Brietius Breſſiam in Breſſiam veram, & Beugeſiam. Hæc, *Bugey*, Idanum Rhodanumque interjacens, ipſi complectitur Beugeſiam veram, quæ maxima eſt, & in quâ eminent Bellicum & Belica, *Bellay*, Epiſcopalis, caput Beugeſiæ, juxta Rhodanum, atque ſuperiùs Seſſelium, aliis Seſellium, *Seyſſel*; Verromæos ſeu Vallem Romanam, *Valromey*, quæ ad boream eſt, caſtraque ſeu vicos tenet octodecim, & Geſiam ſeu Geſſiam, *Baillage de Gex*, partem orientaliſſimam, ubi Geſium, *Gex*, ad radicem Iuraſſi montis. Breſſiam veram, quæ titulo Comitatûs clara eſt, & inter Idanum jacet & Ararim, ſubdividit in ſuperiorem & inferiorem. Hujus oppida ſunt Fanum S. Juliani, *S. Iulien*, atque Pons Velius, *Pont de Veyle*; Illius Burgus, *Bourg en breſſe*, Breſſiæ caput, in tractu paludoſo ad amnem Reſſuſium, cui adjacet Abbatia *Brou*, in quâ ſepulchra ſunt Principum Sabaudorum; Calamonium, *Chalamon*, ad lacum, & Monlupellium, *Montluel*. Breſſiæ inſertus eſt Principatus Dombenſis, ſive Dumbarum, *Principauté de Dombes*, ubi ſunt Trevoltium, *Trevoux*, Principatûs clariſſimum, & Thogiſſium, *Thoyſſei*.

Bugeſia.

Breſſia vera.

Principatus Dombenſis.

III. *Ducatus Burgundiæ.*

Pars altera Præfecturæ Burgundicæ eſt ducatus Burgundicus, ſive Burgundia inferior, *Bourgogne*, quam Ædui, fratres Populi Romani antiquitus appellati, atque inter potentiſſimos populos Galliæ Celticæ, tenuerunt. Eam quidam in octo, alii in novem exiguas partes diſtribuunt, ſuntque Juriſdictio Matiſconenſis, Cabillonenſis, Divionenſis, Montanenſis, ager Antiſſiodorenſis, juriſdictio Alexienſis, Auguſtodunenſis, cujus pars quibuſdam eſt ager Brionenſis, quem alii partem diſtinctam faciunt, & Carroleſium; quas partes ordine recenſebimus. In tractu meridionali juxta Ararim occurrit juriſdictio Matiſconenſis, *Mâconnois*; cujus loca præcipua ſunt Matiſcona, *Mâcon*, Epiſcopalis ad memoratum flumen, in valle jucundâ, Agri caput; Cluniacum, *Clugny*, ad amnem Gro-

Juriſdictio Matiſconenſis.

Gronam cum celebri Abbatiâ; Trenorethium, ſeu Tornuſium, *Tornus.* Supra Matiſconenſem conſpicitur Cabillonenſis juriſdictio, *Chalonnois*, quam biſecat Araris; ubi eminent Cabillonum, *Châlon*, & ſæpiùs *Châlon ſur Saone*, urbs munita ad Ararim, ante Burgundorum Regia, nunc Juriſdictionis caput; Virodunum, *Verdun*, Comitatûs titulo inſigne ad Araris & Dubis concurſum, ac Bellogardia, *Bellegarde.* Huic confinis eſt Burgundia propria, ſive Divionenſis juriſdictio, *Dyonnois*, Arari quoque appoſita; in quâ jacent Belna, *Beaune*, cujus vina in pretio ſunt; Fanum S. Joannis Alnetenenſis, *S. Iean de Laune*, ad Ararim; ab alterâ ejus ripâ Auſſona, *Auxone*, & ad occaſum Divio, *Dyon*, clariſſima, ubi ſepulchra Ducum. Montanenſis juriſdictio, *païs de Montagne*, longiſſimè abit in boream, atque à ſupremâ parte fluminis Sequanæ perfunditur. Ejus nobiliora loca ſunt Caſtillio ſuper Sequanam, *Chaſtillon ſur Seyne*, caput Tractûs, nec non Barium ad idem flumen, *Bar ſur Seyne*, in ipſo Campaniæ limite. In boreali parte Burgundiæ & maximè occiduâ ſe pandit ager Antiſſiodorenſis, *Auxerrois*, in quo reliquis clariora ſunt Antiſſiodorum, *Auxerre*, urbs Epiſcopalis ad flumen Icaunam, Agri præcipua; ad alteram ripam Crevantium, *Crevan*; Coulangia, *Coulange.* Sequitur juriſdictio Alexienſis, *Auxois*, ubi oppida Aballum, *Avallon*; Flaviniacum, *Flavigny*; Semurium, *Semur* cognomento *en Auxois*, ad Armantionem fluvium, caput Juriſdictionis, in cujus vicinià eſt vicus *Aliſe*, ubi fuit vetus Alexia; Sidolocus, *Saulieu.* Alexienſi contermina eſt juriſdictio Auguſtodunenſis, *Autunois*, cujus urbes ſunt Auguſtodunum, Tacito Auguſtodunum Æduorum, quorum fuit primaria, *Autun*, antiquiſſima, Epiſcopalis dignitatis; Borbonium Anſelmium, *Bourbon Lancy*, ad Ligerim, balneis ſuis inclytum; Semurium, *Semur*, ut à ſtatim recenſito diſtinguatur, adjiciunt interdum in agro Brionenſi, *en Briennois*, quem quidam ad tractum, ſeu juriſdictionem Auguſtodunenſem non reducunt, quibus idcircò novem ſtatuuntur partes Burgundiæ. Reſtat denique Carolatenſis principatus, aliis Comitatus, ſive Carroleſium, cui adſcribuntur Tullonium, *Toullon*; Carroliæ, *Charolles*, urbecula elegans, quæ olim primogenito Ducis Burgundici, quam diu ſuperabat parens, nomen impoſuit, caput Carroleſii.

Juriſdictio Cabillonenſis.

Divionenſis.

Montanenſis.

Ager Antiſſiodorenſis.

Juriſd. Alexienſis.

Auguſtodunenſis.

Carroleſienſ.

Ex

Digitized by Google

Ex præfecturâ Burgundicâ ad Lugdunenſem, *Gouvernement Lionnois*, progredimur. Limites ejus à boreâ ſunt provinciæ Nivernenſis & Biturícenſis; ab occaſu Pictavienſis, Engoleſmenſis, Lemovicenſis, & Cadurcenſis; ab auſtro Rutenenſis, & tractus Cemenius; ab ortu Delphinatus, Breſſia atque ducatus Burgundiæ. Ab ortu in occaſum inter agrum Lugdunenſem & Marchiam ad octuaginta ferè Leucas extenditur. Minùs fertilis hæc Præfectura eſt, quia ubique ſylvis ſcatet & montibus. IV. *Præfectura Lugdunenſis.*

Partes ejus ſunt ager Baujovienſis, Lugdunenſis, Forenſis, Alvernia, Marchia, nec non ager Borbonius. Ager Baujovienſis, *Beaujolois*, ut ab eo fiat initium, inter Ligerim jacet & Ararim, pars ejus Campeſtris prope Ararim lætior eſt parte Montanâ, quæ ad occaſum eſt. Clariora loca ſunt Baujovium, *Beaujeu*, Agri caput; Bella villa, *Belle ville*; Lunna ſeu Villa Franca, *Ville Franche*. V. *Ager Baujovienſis.*

Agro Baujovienſi connectitur à meridie Lugdunenſis, *Lionnois*, exiguus quidem, ſed nobilis, vini optimi, & plurimorum fructuum, imprimis caſtanearum, dives. Inter urbes hujus Agri non tantùm, ſed univerſæ Præfecturæ excellit Lugdunum, *Lion*, aliàs Lugdunum Celtarum & Seguſianorum. Horum caput extitit, qui & in Foriſio, agro Baujovienſi, atque Breſſiâ habitârunt. Jacet ad confluentes Araris ac Rhodani in Breſſiæ & Delphinatûs limite, urbs ampliſſima, populoſiſſima, probè munita, Archiepiſcopalis, emporiumque opulentiſſimum, ac nundinis per univerſam Europam celebre. Inferiùs eſt Fanum S. Anemundi, *S. Chaumont*. VI. *Ager Lugdunenſis.*

Agros Baujovienſem & Lugdunenſem æquat Forenſis ſeu Foriſium, *Forez*, ac ab ortu ipſis conjungitur, ipſumque ab auſtro in boream pervadit Ligeris. Parciùs vinum producit. Clariora ejus loca ſunt Fanum S. Stephani, ſeu Furanium, *S. Etienne*, & *Etienne de Furan*, clarum tormentis, ſclopetis, gladiis & ferreis quibuſvis inſtrumentis, quæ ibidem parantur; Monbriſſonium, ſive Mons Ariſſonis, *Mont Briſon*, Agri caput; Forum Seguſianorum, *Feurs*, ad Ligerim, atque ad alteram ejus ripam paulò inferiùs, ubi lintrium capax fit, Rodumna, *Roanne*. VII. *Foriſium.*

Foriſio proxima eſt Alvernia, *l'Auvergne*, explicitis Agris longè VIII. *Alvernia.*

longè amplior, quam antiquitus Arverni ſeu Alverni incoluerunt. Ab ortu contingit Foriſium; à boreâ agrum Borbonium; ab occaſu Marchiam, agrum Lemovicenſem & Cadurcenſem; ab auſtro Rutenenſem & tractum Cemenium.

Superior. Diſpeſcitur in ſuperiorem ac inferiorem. Illa, *haute Auvergne*, in meridiem magis ſita eſt, & minùs diffuſa, abundatque excelſis montibus, in quibus magnus Simplicium proventus eſt, item mulis & equis. Urbes clariores ſunt Aureliacum ſeu Orillacum, *Orillac* & *Aurillac*, amplum ac pulchrum; Muratum, *Murat*, vicecomitatus; Fanum S. Flori, *S. Flour*, urbs Epiſcopalis, ſublimi rupi impoſita, caput hujus Alverniæ, propemodùm inexpugnabile.

Inferior. Inferior Alvernia, *baſſe Auvergne*, nobiliſſimis Franciæ partibus accenſetur, affluitque frumento, vino, fructibus, thermis, fontibus medicinalibus, chartâ, atque à fluvio Elavere, *l'Allier*, qui per ipſam ab auſtro in boream defluit, perfunditur. Inter urbes eminent Brivas ſeu Brivate, vetus & nova, *Brioude*, ad Elaverem; inferiùs Iſſodorum ſeu Iſidorum, ac Iſſorium, *Iſſoire*; Thierrium, *Thiers*, juxta Doram fluvium; Claromontium ſeu Claromons, *Clermont*, urbs Epiſcopalis, ampla, in colle ad radicem Montis *Puy Dome*, totius Alverniæ primaria, dicta olim Avernæ ſeu Auguſtonetum; Montferrantium, *Montferrant*; Rigodunum, Rigomagus & Riomum, *Riom*, caput Ducatûs Alverniæ.

IX. *Marchia.* Inferiori Alverniæ cohæret Marchia, *Marche*, quæ ſe occaſum verſus ad agros Pictavienſem, & Engoleſmenſem explicat, ut inter præfecturæ Lugdunenſis partes omnium ſit occidentaliſſima. A boreâ contingit agrum Bituricenſem, atque ab auſtro Lemovicenſem. Copiam habet equorum, boum, porcorum & ovium. Pars, quæ in occaſum maximè deflectit, Marchia inferior, *baſſe Marche*; & quæ in ortum, ſuperior, *haute Marche*, nuncupatur.

Inferior. Illius clariora loca ſunt Bellacum, *Bellac*; Oratorium, *Dorat*, caput hujus

Superior. Marchiæ, atque Brideria, *Bridieres*. In Superiore jacent Muratum, *Murat*; Gueretum, *Gueret*, ad flumen Vartempam, *Gartempe*, nobiliſſimum; Agedunum, *Ahun*, ad Creuſam fluvium.

X. *Ager Borbonenſis.* Supereſt ex præfecturâ Lugdunenſi ager Borbonenſis, ſeu Bor-

Borbonius, *Bourbonnois*, quem terminat ab occaſu exigua pars Marchiæ, & ager Bituricenſis; à boreâ idem & Nivernenſis; ab ortu ducatus Burgundiæ atque Foriſium; ab auſtro inferior Alvernia. Olim Boiorum ſedes fuit, hodieque titulo Ducatûs inſignitur. Hinc etiam hodierna familia Regia nomen derivat. Frequentes ſylvas nutrit, & aquæ minerales in ipſo ſcaturiunt, variorum morborum medicina, perque eundem fluvius Elaver labitur. Inſigniores urbes ſunt Monluſſonium, *Montluçon*; Varennæ, *Varennes*, ad Elaverem; Molinum, *Moulins*, ad eandem ripam inferiùs, Agri princeps, celebre thermis, & fabricâ cultrorum ac forficum; Sylviniacum, *Souvigny*, & Borbonium Arcimbaldi, *Bourbon l'Archambaut*, quod & balneis gaudet, & ſitûs eſt amœniſſimi.

XI. *Præfectura Aurelianenſis.*

Sequitur tertia Præfectura ſupra & circa Ligerim, Aurelianenſis, *Gouvernement Orléanois*, ex jucundiſſimis ampliſſimiſque totius Franciæ. Ab ortu ipſam limitat ducatus Burgundiæ, atque Campania; à boreâ Inſula Franciæ, & Normannia; ab occaſu minor Britannia, ac pars ſinûs Francici; ab auſtro ager Santonenſis, Petrocorienſis, Marchia, & ager Borbonius. Maxima ejus longitudo ab occaſu in ortum eſt inter agros Pictavienſem & Nivernenſem, quam centum circiter Leucas implere ſtatuunt. Maxima latitudo, quæ ab auſtro in boream eſt inter agros Engoliſmenſem atque Cenomanenſem, ſeptuaginta ferè complectitur. Feraciſſima eſt frumenti, vini, fructuum, ſylvarum, pecorum. Fluminibus multis interſcinditur, &, quæ vita deſideret, abunde miniſtrat. Tredecim aut quatuordecim partes continet, quas ut diſtinctiùs contemplemur, primùm expendemus eas, quæ ſunt cis Ligerim, dein quæ ſupra Ligerim, & tandem quæ trans Ligerim.

XII. *Nivernium.*

Cis Ligerim jacent Nivernium, Vaſtinium, Belſia, Perchium, & Cenomania. Nivernium, aliis ager Nivernenſis, *Nivernois*, inter hujus Præfecturæ partes maximè ortivus & inſignitè fertilis. Pars ejus occidua Ligerim tranſgreditur. Clariora loca habentur Monaſterium S. Petri, *S. Pierre le Montier*, Deceſia, *Deciſe*, munita ad Ligerim; inferiùs Nivernum ſive Nivernium, *Nevers*, urbs Epiſcopalis, titulo Ducatûs decora, primaria hujus Agri, ampla & elegans, quam Vadicaſſes, ſeu

Vadicaſſii, pars olim Æduorum, inhabitârunt; Charitas ſeu Charitæum, *Charité*, ad idem flumen, Prioratus ditiſſimus; Donciacum, *Donzy*; Clamenciacum, *Clamecy*, ad Icaunam.

XIII. *Vaſtinium.* Nivernio à boreâ cohæret Vaſtinium, *Gâtinois*, cujus pars occidentalis Ligeri adjacet, borealis verò ad Inſulam Franciæ revocatur. Præcipua ejus oppida ſunt Fanum S. Salvatoris, *S. Sauveur*; Brivodurum, aliis Breviodurus, *Briare*, ad Ligerim, ubi hic fluvius, medio incili à paucis annis ducto, Lupiæ ſeu Lupæ, & Luvæ, *Loing*, atque hâc mediâ Sequanæ conjungitur; Giennum, *Gien*; Loriacum, *Loris*; Montargium, quaſi Mons Argi, *Montargis*, ad Lupam, caput Vaſtinii.

XIV. *Belſia.* Quæ reſtant partes cis Ligerim, magis vergunt in boream, longiùſque ab hoc flumine abeunt, & inter eas primùm ſe offert Belſia, *Beauce*. Hæc aliàs diffudit ſe inter Inſulam Franciæ, Normanniam, Britanniam minorem & Ligerim; nunc arctiùs conſtringitur, continetque exiguam partem agri Aurelianenſis cis Ligerim, & Perticenſis, agroſque Carnotenſem, Dunenſem, ac Vindocinenſem. Magnâ ſui parte ſiccior eſt, attamen ferax. Majoris in eâ nominis ſunt Eſpernonium, *Eſpernon*; Nongentium Regium, *Nogent le Roy*; Drocum ſeu Druidæ, *Dreux*, oppidum antiquiſſimum, Comitatûs titulo inſigne, quod veterum Druidum ſedem fuiſſe arbitrantur. Alii ad Inſulam Franciæ ipſum referunt. Autricum, poſtea Carnotum & Carnutum, *Chartres*, caput olim Carnutum, ſeu Carnutorum, uti nunc ſui Agri & Belſiæ, urbs, quæ cum Droco antiquitate certat, quamque non longè à Diluvio conditam volunt, Epiſcopalis ad flumen Auram, *Eure*, ubi induſium B. Virginis ſervari perhibent. Bonavallis, *Bonneval*, ad Lædum, *Loir*; Caſtrodunum, ſive Caſtellodunum, *Chaſteaudun*, etiam ad Lædum, Dunenſis Comitatûs præcipuum; Vindocinum, *Vendoſme*, eidem flumini appoſitum, caput ducatûs Vindocinenſis, atque inferiùs Montorium, *Montoire*.

XV. *Perchium.* Ad boream hujus Ducatûs jacet Perchium, ſeu Perchius ager, Thuano Perticenſis, aliis Perticus, *Perche*, inter minores Præfecturæ, pinguis arvi, & ſylvis præditus. Ipſum incoluerunt antiquitus Aulerci Diablintres, ſeu Diablintes, dividiturque hodie in magnum Perchium, *grand Perche*, atque

que parvum, ſive Goetium, *petit Perche*, aut *Perche Goet.* Huic attribuit Brietius Monmiralium, vel Montem mirabilem, *Monmiral*, in edito colle, caput; Bazochium cognomine Goetanum, *Bazoche gouet*, & Brovium, *Brou.* Illi Nogentum Rotrodum, & Novigentum Rotrudum, *Nogent le Rotrou*, maximum Burgum Galliæ ad Huinam, *l'Huîne*, Perchii caput; Mortaniam, & Moritaniam, *Mortaigne*, Comitatum, ac Beleſmam, & Belliſmum, *Belleſme*, ejuſdem Tituli. *Parvum.* *Magnum.*

Sequitur Cenomania, ſeu ager Cenomanenſis, *le Maine*, ultimus ex iis, qui ſunt cis Ligerim. Attingit à boreâ Normanniam; ab occaſu Britanniam minorem; ab auſtro agrum Andegavenſem, & Turonenſem; ab ortu Vindocinenſem & Perchium. Profert abunde vinum, frumentum, cannabem. Habet caſtratos Gallos optimæ notæ nec non ferri fodinas. Diſpeſcunt in partem ſuperiorem & inferiorem, quarum hæc tractum borealem, illa meridionalem occupat. Præcipua oppida ſunt Firmitas Bernardi, *la Ferté Bernard*, ad Huinam; Caſtrum ad Lædum, *Chaſteau du Loir*; Cenomanum, olim Vindunum, vel Vindinum, *le Mans*, urbs Epiſcopalis, ampla ad Sartham, cui proximè Huina ſe jungit, ſedes olim primaria Aulercorum Cenomanorum, qui Cenomaniam tenuerunt, nunc caput Provinciæ; Bellomontium, *Beaumont*; Meduana, *Mayenne*, ad fluvium cognominem, Ducatus; atque infra Lavallium, *Laval.* XVI. *Cenomania.*

Viſis hujus Præfecturæ partibus cis Ligerim, eas, quæ ſupra Ligerim jacent, contemplabimur, ſuntque ager Andegavenſis, Turonenſis, Bleſenſis & Aurelianenſis. Horum occidentaliſſimus eſt Andegavenſis, *Anjou*, Ducatûs titulo inſignis, ubi aliàs Andegavi populi, qui & Andes. Ab occaſu ipſum limitat Britannia minor; ab auſtro ager Pictavienſis; ab ortu Turonenſis; à boreâ Cenomanenſis. Abundat fluminibus, & vini nobilis proventu, ac Tertiogenitum Regis Galliæ, aut, ſi regius Frater in vivis ſit, Secundogenitum denominat. Dividitur in partem ſuperiorem, cis Ligerim, atque inferiorem, quæ anguſtior eſt, trans fluvium. Illius urbes ſunt Caſtrum Gonteri, *Chaſteau Gontier*; Flexia, *la Fleche*, juxta Lædum, ubi Societatis Jeſu regium Collegium; Ludum, *Lude*; Balgium, *Baugé*, ſedes Juridica; Balfortium, XVII. *Ager Andegavenſis.* *Superior.*

Beaufort, atque olim Juliomagus, jam Andegavum, *Angers*, ad Meduanam, quæ hìc flumen Ligerim Sarthâ ditatum re-
Inferior. cipit, Epiſcopalis cum celebri Academiâ. In parte trans Ligerim occurrunt Pontes Cæſaris, *Pont de Cé*; Briſacum, *Briſac*, cui ædes magnificæ; Monaſteriolum Berlaii, *Monſtreuil Bellay*, atque, quo nihil clarius eſt, Salmurium, *Saumur*, ante aſylum Hugenottis cum Academiâ ſtudio Theologico maximè celebri, ad Ligerim.

XVIII. *Turonia.* Agro Andegavenſi ab ortu conjunctus eſt Turonenſis ſive Turonicus, & Turonia, *Touraine*, quam populi Turones habitârunt. Dicitur hortus & paradiſus Galliæ ob ſitum amœniſſimum ſolique fœcunditatem, ac variis fluminibus interſcinditur. Pars Agri, quæ cis Ligerim eſt, appellatur ſupe-
Inferior. rior, atque quæ trans Flumen, inferior. Hujus alterâ longè amplioris & in meridiem diffuſæ oppida ſunt Caino ſeu Chinonium, *Chinon*, ad Vigennam, *Vienne*; Haga Turonum, *la Haye en Touraine*; Lochia, item Lochæ & Luſcha, *Loches*, arx ad Ingerem, *Indre*; Mons Ricardi, *Mont Richard*, atque Ambacia, *Amboiſe*, ad Ligerim cum ponte, & arce amplâ,
Superior. frequentiori Regum ſeceſſu inferioris Agri præcipua. In Superiore occurrit Cæſarodunum, jam Turones, *Tours*, etiam ad Ligerim, in peninſulâ, quam hoc flumen & Caris, *le Cher*, conſtituunt, urbs Archiepiſcopalis, caput Turoniæ, ubi magnus ſerici mercatus eſt; & Caſtrum Reginaldi, *Chaſteau Renault.*

XIX. *Ager Bleſenſis.* Agro Turonenſi ab ortu proximus eſt Bleſenſis, *Blaiſois.* Optimæ notæ fructus progenerat. Etiam à Ligeri in ſuperiorem & inferiorem diſpeſcitur. Illius loca ſunt Horrea Cæſa-
Superior. ris, *Orcheze*, ubi terra Lemnia effoditur; Bleſæ, ſeu Bleſenſe Caſtrum, *Blois*, ad Ligerim cum ponte lapideo, & arce magnificâ, Agri clariſſimum. Vulgò Regalis Civitas nuncupatur, quandoquidem propter pulcherrimum ſitum ac ſaluberrimum aërem Reges perſæpè ipſam frequentant, & horum & Principum Liberi inibi educantur. Penes exteros civium humanitate ac ſingulari linguæ gratiâ laudem invenit; Me-
Inferior. rium, *Mer.* In inferiore Agro eſt Pons ad Saldriam, *Pont de Sauldre*; Remorantinum, *Remorantin*, olim Soloniæ, ſeu Secalauniæ præcipuum, nunc hujus Agri; Caſtrum vetus, *Chaſteau vieux.* Ulti-

Digitized by Google

Ultimus ager ſuper Ligerim eſt Aurelianenſis, *Orleans*. Titulum gerit Ducatûs & Fratrem regium denominat. Sylvam ingentem habet, quæ nunc in dies minuitur. Diſpeſcit Agrum Brietius in ſuperiorem & inferiorem. In illo locantur Balgenciacum, *Baugency*; Magdunum, *Meun*, atque Aurelia ſeu Aureliæ, *Orleans*, urbs pulcherrima, quam ideò Carolus V & Franciſcus I, rex Galliæ, per excellentiam Urbem dixerunt, caput totius Præfecturæ, nobileque Emporium ad Ligerim cum Academiâ, ſtudio Juriſprudentiæ perquàm celebri. Hìc etiamnum quotannis celebratur memoria Heroinæ Joannæ d'Arc, communiter Puellæ Aurelianenſis, quæ urbem ab Anglis validâ obſidione cinctam fortiter liberavit. In inferiore Agro numerantur Cleriacum, *Clery*; Firmitas S. Albini, *la Ferté S. Aubin*, atque Sulliacum, *Sully*, Ligeri adjacens. XX. *Ager Aurelianenſis.* *Superior.* *Inferior.*

Superſunt denique ex Aurelianenſi præfecturâ partes trans Ligerim, ſuntque ager Bituricenſis, Pictavienſis, Inculiſmenſis, Alnetenſis, cum inſulis quibuſdam. Bituricenſis, *Berri*, ut ab eo fiat initium, titulum gerit Ducatûs, quem Bituriges Cubi antea inhabitârunt. Medium ferè occupat Franciæ, contingitque à boreâ agros Vaſtinienſem, Aurelianenſem, & Bleſenſem; ab occaſu Turonenſem; ab auſtro Marchiam; ab ortu Borbonenſem ac Nivernenſem. Amplus hic Ager eſt & fertilis, magnamque ac copioſam pannorum mercaturam facit. Pars ejus, quæ cis Carim, *le Cher*, ſita eſt, ſuperior appellatur; at quæ trans flumen, inferior. Illius urbes ſunt Saltus Concordiæ, *Concreſſault*; Sacrum Cereris, ſive Sancerræ, *Sancerre*, ad Ligerim, celebres ex graviſſimâ obſidione ſeculi proximè præcedentis, & fame verè Saguntinâ; Regiodunum, *Dun le Roy*, ad Avarum flumen; Avaricum, ſeu Biturix & Bituriges, *Bourges*, caput ante horum Populorum, nunc Agri totius, urbs Archiepiſcopalis, ſtudio Juridico clariſſimiſque in eo nominibus incluta; Magdunum ſeu Medunum, *Mehun*. In parte trans Carim, ſeu Inferiore eſt Exelodunum ſeu Exſoldunum, *Iſſoudun*, nobiliſſimum; Caſtrum Rodulphium, *Caſteau Roux*, ad Angerem, *Indre*; Oblincum, *Blanc en Berry*, ad Creuſiam amnem in agri Pictavienſis & Marchiæ limite, quod quidam Galliæ centrum conſtituunt. XXI. *Ager Bituricenſis.* *Superior.* *Inferior.*

Tranſi-

XXII. *Ager Pictavienſis.* Tranſimus ad agrum Pictavienſem, *Poictou.* Hic totius Præfecturæ Aurelianenſis ampliſſimus eſt, maximèque ab ortu in occaſum diffunditur, patriaque fuit Pictonum, ſeu Pictavorum. A boreâ adjacet Britanniæ minori, agroque Andegavenſi, & Turonenſi; ab ortu huic & Marchiæ; ab auſtro Inculiſmenſi, Santonenſi, Alnetenſi; ab occaſu ſinui Francico. Abundat omnibus, quæ vita expoſcit. Diſpeſcitur Ager *Inferior.* in inferiorem, & ſuperiorem. Ille obtinet partem occiduam, ejuſque clariores urbes ſunt Lucionum, *Luſſon*, Epiſcopalis dignitatis, ubi aliàs Epiſcopus fuit Cardinalis Richelius, parvum & ſine muris; Fontenæum, *Fontenay le Comte*, dives ob *Superior.* nundinas, caput agri Inferioris; Mallcacum, *Maillezais.* Ager ſuperior in ortum contendit, ejuſque majoris momenti loca habentur Niortium, *Niort*, ad Separam ſeu Sebrim Niortenſem, *Seure Niortoiſe*; Luſignanum, *Luſignan*; hinc reges Cyprii, & Hieroſolymæ; Limonum olim, nunc Pictavium & Pictavia, *Poictiers*, ad flumen Clanim, *le Clain*, Epiſcopalis, poſt Lutetiam Pariſiorum maxima, referta hortis & areis, quam ideo Carolus V Pagum dixit, ornataque variis antiquitatibus & Academiâ; Parthenæum, *Parthenay*, ad Touam, *Toue*; Breſſuria, *Breſſuire*; Duracium, *Thoars*, ad flumen Toret; Loſdunum, aliter Laudunum & Loviodunum, *Loudun*; Ricolocus, ſeu Richeleum, *Richelieu*, clarum cunis & nomine Cardinalis Richelii; Caſtrum Heraldi vel Eraldi, *Châtelleraut*, ad flumen Vigennam; Mons Morillonis, *Mont Morillon*, ad Vartempam, *Guartempe*, & Siuræa, *Siuray*, ad Carentonum, *Charente.*

XXIII. *Ager Inculiſmenſis.* Agro Pictavienſi ſuperiori ab auſtro connectitur Inculiſmenſis, aliis Engoleſmenſis, *Angoumois.* Minor quidem hic Ager eſt, ſat tamen fertilis, progignitque inter cætera magno proventu læta paſcua, frumentum, cannabem, crocum, ſimplicia, nec ferri fodinis deſtituitur. Oppida ejus ſunt Ruffecum, *Ruffec*; Montinacum, *Montignac*, ad Carentonum, cujus vina laudem inveniunt; inferiùs Inculiſma, ſeu Engoliſma, *Angouléme*, Agri primaria, Epiſcopalis, tituloque Ducatûs inſignis, cum caſtro, quod Reginæ vocant; Iarnacum, *Iarnac*, & Connacum, *Cognac*, ad dictum flumen, Franciſci I clarum natalibus.

Agro

Agro Pictavienſi inferiori confinis eſt ager Alnetenſis, aliis Alnenſis, & Oniſium, *le Païs d'Aunis.* Exiguum habet circuitum, ejuſque oppida ſunt Maranum, *Marans*, in agri Pictavienſis limite; Surgeriæ, *Surgeres*; Rupi-Fortium, *Rochefort*, prope Carentoni oſtium, recenter extructum cum tuto portu, ubi Navium fabrica, & armamentarium inſtructiſſimum; Rupella, aut Rupecula, *la Rochelle*, urbs ante munitiſſima atque Aſylum Hugenottarum, quemadmodum diuturna oſtendit obſidio, quam hoc ſeculo labente ſuſtinuit, ſed ab eâ perierunt muri & propugnacula. Epiſcopalis eſt, & emporium, ſi quod, celebre. Contra hunc Agrum jacent celebres inſulæ; Uliarus, *I. d'Oleron*, cum caſtro munitiſſimo ejuſdem nominis, atque Rea, ſeu Reacus, & S. Martini, *I. de Re*, in quâ S. Martini Fanum, *S. Martin.* Contra Pictavienſem oram conſpicitur inſula Dei, *I. d'Dieu*, & Nigri Monaſterii, *I. de Nermontier.* XXIV. *Ager Alnetenſis.* *Inſulæ.*

Miſſâ Aurelianenſi Præfecturâ, ad quartam & ultimam, quæ ſupra & circa Ligerim eſt, contendimus, eaque eſt ſola minor Britannia, *Gouvernement de Bretagne.* Britanniæ nomen à Britannis obtinuit, qui ex magnâ Britanniâ à Saxonibus pulſi hìc habitârunt. Ante Armorica dicebatur, id eſt juxta veterem linguam Britannorum, regio ad Mare. Et rectè quidem, nam ab auſtro, præter exiguam partem agri Pictavienſis, ipſam limitat ſinus Francicus; ab occaſu idem; à boreâ mare Britannicum, adeo ut accedat ad peninſulam; ab ortu pars minor Normanniæ, agrique Cenomanenſis & Andegavenſis. Ex omnibus provinciis Franciæ occidentaliſſima eſt, & inter ortum ac occaſum magis diffunditur. Supputant enim, Vitriacum & Portum Conqueſtum ſexaginta circiter Leucas interjacere; at ab auſtro in boream inter inſulam Bovinam, & confinia littoris Britannici & Normannici quadraginta numerantur. Perhibent Franci, in orâ littorali hujus Provinciæ portus centum & viginti duos reperiri, ſat opportunos. Abundat piſcibus, ſale, qui paratur ad littora, lætis paſcuis, fructibus, ſed vinum parciùs largitur. XXV. *Præfectura Britanniæ.*

Diſpeſcunt Britanniam in ſuperiorem, quæ ad ortum eſt, & inferiorem, quæ ad occaſum. Illa, *la haute Bretagne*, quinque Epiſcopatus ſeu Dioeceſes complectitur, Nannetenſem, XXVI. *Britannia Superior.*

Rhedonenſem, Dolenſem, Maclovienſem & Briocenſem.

Epiſc. Namnetenſis. Nannetenſem ſeu Namnetenſem, qui Comitatus eſt, *le Comté Nantois*, biſecat Ligeris, ejuſque populi fuerunt Nannetes ſeu Namnetæ. Oppida ejus ſunt Machicolium, *Machecou*; Condivincum, item Nannetes & Namnetæ, *Nantes*, urbs olim Nannetum primaria, nunc Epiſcopalis, ad Ligerim, caput Comitatûs, Emporium celeberrimum, munitumque feliciter, cum Academiâ, ubi conditum fuit celebre iſtud Edictum

Rhedonenſis. Nannetenſe; Gueranda, *Guerande*, gaudens Salinis. In Epiſcopatu Rhedonenſi, *l'Eveſché de Rennes*, occurrunt Rhedonum, *Rhedon*, quod Cluverio & aliis eſt Condate Rhedonum ob nominis affinitatem, nunc Abbatia illuſtris; Maleſtrictum, *Maleſtroit*, ad flumen Oueſtam, *Aouſt*, quod alii epiſcopatui Venetenſi, qui pars eſt inferioris Britanniæ, attribuunt; Rhedones, ante, omnium fermè judicio, Condate, urbs primaria Rhedonum, *Rennes*, jam Epiſcopalis, ad Vidanam, *Vilaine*, ſedes Parlamenti hujus Provinciæ, & caput; Vitriacum, *Vitray*, prope fontem Vidanæ; Fulgerium, *Fougeres*. Cæterùm Rhedones hunc Epiſcopatum, & qui reſtant

Dolenſis. ex ſuperiore Britanniâ, tenuêre. In Dolenſi Epiſcopatu cla-

Maclovienſis. riſſima eſt Dola, *Dol*, Epiſcopalis. In Maclovienſi præſtant Macloviopolis, item Maclovium, & Sanmaclovium, *S. Malo*, Epiſcopalis, cum optimo portu, Epiſcopatûs primaria, ſita in parvâ inſulâ S. Aaronis, continenti ponte juncta, ad oſtium Rincti, *Rance*, fluminis; Dinantium, *Dinan*, ad idem; Fanum S. Mevenii, *S. Mein*, Abbatia, in quâ ſcabioſi ſanan-

Briocenſis. tur; Pleremelum, *Plouermel*. Denique in Epiſcopatu Briocenſi jacent Quintinum, *Quintin*, ubi telæ parantur nobiliſſimæ; Fanum S. Brioci, ſive Briocum, *S. Brieux*, ad ſinum, caput Epiſcopatûs, & ſedes Epiſcopi, atque *Pontrieux*.

XXVII. *Britannia inferior.* Britannia inferior, *la baſſe Bretagne*, numerat quatuor Epiſcopatus, ſeu Diœceſes, Trecorienſem, Leonenſem, Cornubienſem, & Venetenſem. Duos priores olim poſſederunt

Epiſc. Trecorienſis. Oſiſmii. In Trecorienſi eminent Trecorium, *Triguier*, incolis *Lantriguet*, ante, ut quidam volunt, Vorganium, caput Oſiſmiorum, nunc Epiſcopatûs, Epiſcopalis dignitatis; Lemmu-

Leonenſis. rium, *Lemmur*; Mons Relaxus, *Morlaix*. In Epiſcopatu Leonenſi eſt Fanum S. Pauli, ſive Leona, *S. Pol de Leon*, primaria

maria atque Episcopalis; Conquestus Portus, *le Conquest*; Brestum, *Brest*, juxta varios veterum Brivates, portus, quem Galli totius Europæ commodissimum & capacissimum prædicant, ob securitatem *la Chambre* appellantes. In Episcopatu Cornubiensi sunt Curiosolitæ, seu Coriſopitum, *Quimper*, *Kimper*, aut *Kimper-Corantin*, ad Oderam, urbs præcipua, nec non Episcopalis; Conquarnæum, *Concarneau*; Kimperlæum, *Quimperlay*, ad *Isolle*. Tandem in Venetensi Episcopatu occurrunt Hannebontum, *Hennebont*; Blavia, *Blavet*, aliàs Ludovici Portus, *Port Louys*, capax & celebris, ad ostium Blabiæ fluminis; Venetiæ, *Vennes*, & *Vannes*, sedes Episcopi, prope æstuarium *le Morbihan*, caput inferioris Britanniæ, atque antiquitus Venetorum, qui in hoc Episcopatu degerunt. *Cornubiensis.* *Venetensis.*

Contra Britanniæ minoris littora variæ conspiciuntur Insulæ. Contra oram meridionalem maxima est Calonesus, incolis *Belle Isle*, Belgis *Boulyn*, quam ad comitatum Nannetensem refert Brietius. Contra occidentalem clarissima est Uxantus, *Oueſſant*, Belgis *Heyſſant*, quæ ad episcopatum Leonensem reducitur. Contra septentrionalem insulæ minores sunt; excipe, quæ Normanniæ propinquiores, Cæsarea, *Iarsey*, Belgis *Iarzee*; Sarnia, *Gransey*, Belgis *Garnzee*; Ebodia, Gallis *Origny*, Belgis *Ornay*, Anglis *Aldernay*. Has insulas quidam ad Britanniam; alii Normanniam; sunt, qui ad comitatum Hantoniæ referunt, quia ab aliquot seculis Anglici juris fuêre, easque Henricus VIII dicto Comitatui annexuit. XXVIII. *Insulæ contra Britanniam.*

CAPUT XIII.

Gallia cis Ligerim cum novis duabus Præfecturis.

LUSTRATIS Præfecturis, quæ supra & circa Ligerim sunt, ad eas, quæ cis Ligerim jacent, progredimur, Normanniam, Picardiam, Insulam Franciæ, atque Campaniam. Priores duæ maritimæ sunt; posteriores verò mediterraneæ. Explicitæ Britanniæ minori proxima est Normannia, *Gouvernement de Normandie*. Nomen à Normannis (sic Dani atque Norvegi appellabantur) obtinuit, quibus, postquam Galliam suis incursibus multum diuque afflixerant I. *Præfectura Normanniæ.*

& delaſſârant, tandem Carolus Simplex, Rex Galliæ, coactus fuit hanc Provinciam concedere, iis debellandis impar. A boreâ longo tractu terminatur mari Britannico; ab ortu Picardiâ & Inſula Franciæ; ab auſtro Perchio, Cenomaniâ, atque Britanniâ minore; ab occaſu etiam mari Britannico. Maximè inter ortum occaſumque ſe explicat, ſtatuiturque limes Picardiæ ab occiduo Normanniæ littore ſeptuaginta ferè Leucas remotus, cujus intercapedinis dimidium maxima Latitudo, quæ à meridie in ſeptentrionem eſt, non adimplet. Abundat hæc Provincia piſcibus, arvis pinguibus, ſylvis, diverſi generis fructibus, nec non ferri fodinis. Vinum vix profert, communiſque potus cereviſia eſt, & ſuccus ex pomis expreſſus, quem *Cidre* appellant, palato jucundum.

II. *Normannia inferior.* Dividitur Normannia variis variè; ſæpiùs in ſuperiorem & inferiorem. Hæc partem tenet occiduam, & tres Juriſdictiones complectitur, Conſtantienſem, Alenconienſem, ac Cadomenſem. *Juriſd. Conſtantienſis.* Conſtantienſis, *le Bailliage de Coutance*, tractûs hujus Normanniæ maximè occidentalis urbes præcipuæ ſunt Caroburgus, *Cherbourg*; Valoniæ, *Valogne*; Carentonium, olim Crociatonum, caput Venelorum ſeu Unellorum, qui hanc Juriſdictionem tenuêre, *Carentan*; Conſtantia, *Coutances*, Epiſcopalis, Juriſdictionis primaria; Abrincæ, *Auranches*, etiam Epiſcopalis dignitatis, ubi Brietio Abrincatui olim; Helenæ tumulus, *Tombelaine*; Mons S. Michaelis, *Mont S. Michel* & *S. Michel*, aliàs Fanum in periculo maris, Leucam diſtans à littore, Abbatia magni nominis; Pons Urſonis, *Pont Orſon*, *Alenconienſis.* ad oſtium Lerræ, *Coneſnon*, ac Moretonium, *Mortain.* In Juriſdictione Alenconienſi eſt, cui nomen debet, Alenconium, *Alençon*, ad Sartham, *Sarthe*; Sagium, *Seez*, urbs Epiſcopalis, ante Seſſui & Vagoritum Seſſuorum, ab incolis; Argen- *Cadomenſis.* tanum, *Argentan*, ad Olinam. In Cadomenſi jacent Vira, *Vire*, ad Viram flumen; Torigniacum, *Torigny*; Baiocæ & Baiocaſſes, ante Juliobona, *Bayeux*, urbs Epiſcopalis, quam Baiocaſſes, ſeu Biducaſſes Populi & affinem diſtrictum habitârunt; Cadomus, *Caen*, caput inferioris Normanniæ, ad Olinam, *Olne*, vel *Orne*, cum illuſtri Academiâ.

III. *Normannia ſuperior.* Reliqua pars Normanniæ appellatur Superior, ejuſque Juriſdictiones ſunt Ebroicenſis, Vexinum Normannicum, Rotoma-

tomagenſis, & Caletenſis. In Ebroicenſi Juriſdictione occurrunt Lexovium, *Liſieux*, ſive Lexovii, urbs Epiſcopalis, à populis cognominibus inhabitata; Bellomontium Rogerii, *Beaumont le Roger*, ad flumen Rillam; Mediolanum Eburovicûm, nunc Ebroicum, *Evreux*, ſedes Epiſcopi, atque olim Aulercorum Eburovicûm, ad Itomen, *Iton*, fluvium, qui paulò inferiùs in Eburam, *Aure*, incidit; Vernonium, *Vernon*, ad Sequanam. In Vexino Normannico, *Vexin Normand*, aut *Bailliage de Giſors*, ſunt Andelium, *Andelys*, atque Giſortium, *Giſors*. In Rotomagenſi Juriſdictione eſt Rothomagus, & Rotomagus, *Rouën*, quondam caput Velocaſſium, uti nunc ſuæ Juriſdictionis non ſolùm, ſed totius Normanniæ, ſedes Gubernatoris, Archiepiſcopi, & Parlamenti hujus Provinciæ, ad Sequanam, emporium dives & celebre, in quo Puellam Aurelianenſem Angli vivam cremavêre; Quillebovium, *Quillebœuf*; Pons Epiſcopi, *Pont l'Eveſque*; Ellebovium, *Elbeuf*, & Pons Arcuenſis, *Pont de l'Arche*. Tandem in Caletenſi Juriſdictione, *le Bailliage de Caux*, eminent Gornæum, *Gournay*; Albamala, *Aumale*; Novum Caſtrum, *Neufchaſtel*, ad flumen Deppam, *Dieppe*; Calidobecum, *Caudebec*, ad Sequanæ æſtuarium; Juliobona, Brietio *Liſlebone*, caput Caletum, qui in hâc olim Juriſdictione habitârunt; Portus Gratiæ, *Havre de Grace*, cum inſtructiſſimâ arce & portu in introitu æſtuarii Sequanæ fluminis; San-Valericus, *S. Valery en Caux*; Deppa & Dieppa, *Dieppe*, ad oſtium fluvii cognominis; Augæ, *Eu*, in confinio Picardiæ.

Juriſd. Ebroicenſis.

Vexinum Normannicum.

Juriſd. Rotomagenſis.

Caletenſis.

IV. *Præfectura Picardiæ.*

Altera Præfectura cis Ligerim, quæ mari adjacet, eſt Picardia, *Gouvernement de Picardie*. A paucis annis huic Præfecturæ adjecta eſt Arteſia, ſed de hâc ſermo fiet in Belgio. A boreâ terminatur freto Gallico, Arteſiâ atque Hannonia; ab ortu Campaniâ; ab auſtro inſula Franciæ; ab occaſu Normanniâ, & mari Britannico. In tractu maximè borco admodùm anguſta eſt, cæterâ parte amplior. Provincia exiſtit ſatis fertilis, quæ tamen vinum non gignit; quod nec cælo, nec ſolo, ſed incolarum imputant negligentiæ, qui vites non ſerunt. Aliàs fuit amplior, dividiturque in Inferiorem, Mediam & Superiorem.

V. *Picardia Inferior.*

Inferior continet Recuperatam Ditionem, comitatum Bolonien-

lonienſem, ſeu Bononienſem, Ponticum atque Vimeſium, ſive Vimeuſium. Prima eſt, ſi à Freto incipimus, Recuperata Ditio, *Païs Reconquis*, ſic vocata, ex quo Henricus II, Francorum Rex, eam Anglis eripuit. Huic adſcribuntur Caliſium, ſive Caletum, *Calais*, Belg. *Cales*, caput Ditionis, urbs dives & munita ad Fretum, cui cognomentum imponit, emporium celebre, cum portu capaci. Portam Galliæ vocabant Angli, ſeque ajebant, quamdiu illò potirentur, claves Galliæ geſtare è cingulo. Inſuper Guina, *Guines*, præcipua Comitatûs, in quo Ardra ſive Ardea, *Ardres*, eſt, in paludibus. Ager ſive comitatus Bolonienſis, *Boulonois*, ante pagus Geſſoriacus, habet Boloniam, ſive Bononiam, *Boulogne* & *Boulogne ſur Mer*, Belg. *Beunen*, quæ primaria eſt, olim portus Geſſoriacus, ſeu Geſſoriacum Navale, & ante juxta quoſdam Portus Itius, quem alii Caletum eſſe aſſerunt, aut locum huic vicinum; item Stapulas, *Etaples*, ad oſtia Cancii, *Canche*. In hoc Comitatu ac Recuperatâ ditione, nec non Flandriâ Teutonicâ Morini vixerunt. In Pontico, *Ponthieu*, jacet Monſtrolium, *Monſtreüil*, ad Cancium; Creſſiacum, *Creſſy*; Abbavilla, *Abbeville*, ad Sommonam, *Somme*, urbs recentior, ſed benè munita. Vimeſium, *Vimeu*, complectitur Fanum S. Galerici, *S. Valery*, ad oſtium Sommonæ, & Autum, *Aut*.

Recuperata ditio. *Ager Bolonienſis.* *Ponticum.* *Vimeſium.*

VI. Picardia Media poſſidet agros Ambianenſem & Sancterienſem. Ambianenſis ager, ſeu vera Picardia, *l'Amienois*, tenet Dulendium, *Dourlens*; Ambianum, *Amiens*, olim Samarobrigam, Ciceroni Samarobrinam, caput olim Ambianorum, qui hunc Agrum incoluêre, jam Picardiæ principem, validam, atque Epiſcopalem, ad Sommonam; Corbeiam, *Corbie*, ad idem flumen. In Sanguitersâ, ſeu Sancterienſi agro, *Santerre*, numerantur Mondiderium, *Mondidier*; Roia, *Roye*; Perona, *Perone*, oppidum munitum ad Sommonam, Agri caput, quod tamen quibuſdam Roia eſt.

Picardia Media. Ager Ambianenſis. *Sancterienſis.*

VII. Tertia & ultima pars Picardiæ eſt Superior, cujus partes ſunt ager Veromanduus, atque Tiraſcia. In Veromanduo, ſeu Veromanduenſi agro jacent Auguſta Veromanduorum, antiquitus urbs primaria horum Populorum, qui in hoc Agro vixerunt, nunc Vicus atque Abbatia, *Vermand*; Fanum S. Quin-

Picardia ſuperior. Ager Veromanduus.

Quintini, ſeu Quintinopolis, *S. Quentin*, urbs munita ad Sommonam, celebris propter prælium, quod ſuperiore ſeculo Philippus II & Henricus II hìc iniverunt, Agri hujus præcipua. Tandem in Tiraſciâ, *Tiraſche*, ſunt Guiſa, *Guiſe*, cum caſtro ad Oeſiam, *Oiſe*, primaria; Verbinum, *Verbins*; Marla, *Marle*, ad Serram, *Serre*; Fara, *Fere*, ad Oeſiam, cincta paludibus. *Tiraſcia.*

VIII. *Præfectura Inſula Franciæ.*

Hactenus de binis maritimis Præfecturis cis Ligerim, ſequuntur mediterraneæ, Inſula Franciæ, atque Campania. Illa, *Gouvernement de l'Iſle de France*, terminatur ab ortu Campaniâ & Briâ; ab auſtro Vaſtinio & Belſia; ab occaſu Normanniâ; à boreâ Picardiâ. Ex minimis Præfecturis eſt, ſat tamen fœcunda frumenti, vini, fructuum, ſylvarum, læta oculis. In decem, aut undecim minores partes dividitur, quæ ſunt ager Noviodunenſis, Laudunenſis, Sueſſionenſis, Valeſium, ager Bellovacenſis, (antea partes Picardiæ) Vexinum Francicum, ager Meduntanus, Inſula Franciæ, Bria Francica, Hurepœſium, atque Vaſtinium.

IX. *Pars ejus ante ſub Picardiâ.*

Primùm Agros contemplabimur, qui ante fuerunt ſub Picardiâ. Agrum Noviodunenſem, *Noyonnois*, quidam partem faciunt agri Sueſſionenſis; alii Laudunenſis; ſunt, qui diſtinctum faciunt. Ejus caput eſt Noviodunum, ſeu Novionum, *Noyon*, urbs Epiſcopalis, cujus Epiſcopus eſt Comes & Par Franciæ. In agro Laudunenſi, *Laonnois*, eſt Creſpiacum ſeu Creſpæum, *Creſpy en Laônois*, & Laudunum, *Laon*, excelſo monti impoſitum, caput, ſedes Epiſcopi, qui Dux eſt & par Franciæ. In Sueſſionenſi, *Soiſſonnois*, jacet Villiacum, *Veilly*, atque Sueſſiones, olim Auguſta Sueſſionum, *Soiſſons*, horum Populorum primaria, uti nunc ſui Agri, Epiſcopalis, ad flumen Axonam, *Aiſne*, ampla & elegans. In Valeſio, *Valois*, offert ſe Crepiacum, ſeu Creſpæum, *Crepy*, caput Valeſii; Sylvanectum & Sylvanectæ, ante Auguſtomagus, *Senlis*, urbs Epiſcopalis, atque comitatus Sylvanectenſis præcipua, quam olim populi Silvanectes poſſedêre; Compendium, *Compiegne*, quaſi Pariſiorum Epitome. In agro Bellovacenſi, *Beauvaiſis*, occurrit Claromontium, *Clermont*; Crepacordium, *Crevecœur*; atque Bellovacum, *Beauvais*, quondam Cæſaromagus, urbs Agri primaria, ſicut olim Bellovacorum, cujus Epiſcopus Comes eſt & par Franciæ. *Ager Noviodunenſis.* *Laudunenſis.* *Sueſſionenſis.* *Valeſium.* *Ager Bellovacenſis.*

Sequi-

X. *Pars reliqua. Vexinum Francicum.* Sequitur hujus Præfecturæ pars reliqua. In Vexino Francico, *Vexin François*, eſt Calvomontium, *Chaumont*; Magniacum, *Magny*, ſitu gratum, & Pontiſara, *Pontoyſe*, ad Oſiam, hujus Vexini præcipua. *Ager Meduntanus.* In agro Meduntano, *Mantois*, qui aliis Vexini Francici pars eſt, jacent ad Sequanam Medunta, *Mante*, Agri caput; Mulanchum, *Meulan*; Piſciacum, *Poiſſy*, ubi illuſtre Virginum Cœnobium; Fanum S. Germani in Layâ Sylvâ, *S. Germain en Laye*, Regius ſeceſſus, in quo duplex palatium vetus, & novum, magnifica. *Inſula Franciæ.* In Inſulâ Franciæ locantur Mommorancium, *Montmorency*; Fanum S. Dionyſii, *S. Denis*, cui celebris Abbatia, atque Eccleſia Dionyſii, in quâ ſunt Regum Franciæ Mauſolæa; Verſaliæ, *Verſailles*, ubi palatium magnificentiſſimum; Fanum S. Clodoaldi, *S. Clou*, Burgus cultiſſimus, cui egregium Palatium, ſeceſſus Ducis Aurelianenſis; Lutetia ſeu Pariſii, *Paris*, horum Populorum olim clariſſima ad Sequanam, quam Franciſcus I, Rex Galliæ, non Urbem dici, ſed Orbem voluit, una ex ampliſſimis & populoſiſſimis Europæ urbibus, caput Franciæ, ſedes Regis Chriſtianiſſimi, Archiepiſcopi, Parlamenti, quod mediam ferè Regni partem complectitur, atque celeberrimæ Academiæ, in quâ LXIV numerantur Collegia, in quibus Sorbona eminet. *Bria Francica.* In Briâ Francicâ, *Brie Francoiſe*, ſunt Villa Nova S. Georgii; *Ville neuve S. George*; Bria Comitis Roberti, *Brie Comte Robert.* *Hurepoſium.* In Hurepoeſio, *Hurepois*, ad Sequanam eſt Corbolium, *Corbeil*, & Melodunum, *Melun*, primarium, ac ſuperiùs Fons Bellaqueus, ſeu Blaudi, *Fontaine Bleau*, Burgus optimus, ubi palatium ſplendidiſſimum, jucundiſſimus Regum ſeceſſus. *Vaſtinii pars.* Tandem Vaſtinio, *Gaſtinois*, attribuuntur Nemurtium ſeu Nemoroſium, *Nemours*, ad Lupam, *Loing*; Caſtrum Nanthonis, *Chaſteau Landon*; & Curteniacum, *Courtenay.* De reliqua parte Vaſtinii in Aurelianenſi Præfecturâ dictum eſt.

XI. *Præfectura Campana.* Ex Inſulâ Franciæ ad alteram Præfecturam mediterraneam cis Ligerim, Campaniam, *Gouvernement de Champagne*, progredimur. Ejus limites ab auſtro ſunt Burgundia; ab ortu Lotharingia; à boreâ Luxemburgum atque Hannonia; ab occaſu Picardia, Inſula Franciæ, atquæ Vaſtinium. Campis abundat latè patentibus, qui nomen ipſi fecêre, ſylvas in tractu

tractu boreali frequentiores possidet, & ferri fodinas, ac vinum optimæ notæ producit.

Dispescitur in Briam atque Campaniam. Illa, *Brie*, pars longè minor est, sita ad occasum inter Sequanæ Matronæque flumina, ac Campanica dicitur ad distinctionem Briæ Francicæ, quæ est pars ipsius exigua, cujus in Insulâ Franciæ statim meminimus. Urbes ejus præcipuæ sunt Provinum, *Provins*, aliàs sedes Comitum hujus Provinciæ, nunc Briæ inferioris caput, cujus Rosæ magnam laudem inveniunt; Sesana, *Sesane*, & *Sezane en Brie*; Meldæ, *Meaux*, urbs ad Matronam, Episcopalis, caput superioris Briæ non solùm, sed totius Provinciæ, quod tamen alii Provinum esse contendunt; superiùs ad idem flumen Castrum Theodorici, *Chasteau Thierry*, caput Briæ Pediculosæ, titulum gerens Ducatûs. XII. *Brie.*

Pars altera hujus Præfecturæ est Campania, *Champagne*, quam non eodem modo omnes subdividunt. Variis dispescitur in Campaniam propriè dictam, sive veram, & Agros adjacentes. Campaniæ veræ partes Sansoni sunt Ducatus Remensis, Campania superior, cujus caput ipsi est Vitriacum Francicum, & inferior, cujus caput Trecæ. Aliis vera Campania tantùm duplex est, superior atque inferior, quas variè extendunt, atque hinc Agri adjacentes plures aut pauciores statuuntur. Sunt, qui, quod ex hâc Præfecturâ residuum est, sub Campaniâ superiore & inferiore comprehendunt. Ad illam referuntur ducatus Remensis, ager Retellensis, Catalaunensis & Pertensis; ad hanc ager Trecensis, Senonensis, Bassiniacus, & Vallense territorium, de quibus agendum ex ordine. In ducatu Remensi, *Rémois*, occurrunt Fimæ, *Fîmes*; Remi, seu Durocortorum, *Reims*, ad Vesiam fluvium, urbs olim Remorum præcipua, uti hodie Ducatûs, ampla, elegans, Archiepiscopalis, cujus Archiepiscopus est primus Dux & par Franciæ, qui hujus Reges sacrâ Ampullâ inungit, quæ in Ecclesiâ Abbatiali S. Remigii custoditur, gaudens variis quoque antiquitatibus & Academiâ; Pons Favergii, *Pont Favergue*, ad Suippam fluvium. In agro Retellensi, *Rethelois*, eminet Retellium, & Retelium, *Rethel*, ad Axonam, *Aisne*, cui in parte boreâ ad confinia ducatus Luxemburgensis adjiciuntur Rupes Regia, *Rocroy*; Carolopolis, *Charleville*, recens & mu- XIII. *Campaniæ varia divisio.* *Campania superior.* *Ducatus Remensis.* *Ager Retellensis.*

nita ad Moſam, cui proximæ ſunt Meſieriæ, ſive Maceriæ, *Mézieres*, ad alteram ripam fluminis; Doncheriacum, *Donchery*; Sedanum, *Sedan*, ad idem flumen, in colle cum arce validiſſimâ, ubi ante florebat purioris Theologiæ ſtudium; Racurtium, *Raucourt*. In agro Catalaunenſi, *Châlonois*, clariora ſunt Fanum S. Menehildis, *S. Menehou*, ad Axonam cum caſtro in colle; Ageium, *Ay*, vino ſuo celebre; Catalaunum, & Catalauni, *Châlons*, ſeu *Chaalons ſur Marne*, urbs elegans ad Matronam in amœnâ planitie, cujus Epiſcopus Comes eſt & Par Franciæ, ſedes quondam Catalaunorum. In agro Pertenſi, *Pertois*, ſupra ad idem flumen jacent Victoriacum ſeu Vitriacum Francicum, *Vitry le François*, & Fanum S. Deſiderii, *S. Dizier*.

Ager Catalaunenſis.

Pertenſis.

XIV. In inferioris Campaniæ agro Trecenſi, *territoire de Troies*, eſt Ramerucum, *Ramerü*, & clariſſimæ Trecæ, ante Auguſtobona, *Troyes*, caput olim Trecaſſium populorum, hodieque totius Campaniæ, urbs inter Franciæ præcipuas, Epiſcopalis ad Sequanam. In agro Senonenſi, *Sénonois*, eminent Senones ſive Agendicum, *Sens*, quod caput fuit Senonum, qui terror erant populi Romani, jam ſui Agri, urbs Archiepiſcopalis ad flumen Icaunam, *Tonne*, antiquiſſima, ac Tornodorus, & Tornodorum, *Tonnerre*, Comitatûs antiqui titulo inſignitum. In agro Baſſiniaco, *Baſſigny*, nobiliores ſunt Lingones, ſeu Andematunum, *Langres*, urbs olim Lingonum primaria, antiquiſſima in colle ad fontes Matronæ, cujus Epiſcopus Dux & Par Franciæ exiſtit; Nogentium Regium, *Nogent le Roy*, & Calvomontium, *Chaumont*, & *Chaumont en Baſſigny*. Denique in Vallenſi Territorio, *Vallage*, ſitum eſt Barium ſuper Albam, ſeu Albulam, *Bar ſur Aube*, vino ſuo celebre, ac Ianvilla, & Iovilla, *Ioinville*, ad Matronam cum titulo principatûs.

Campaniæ inferioris agri: Trecenſis.

Senonenſis.

Baſſiniacus.

Vallenſis.

XV. Atque ita duodecim Præfecturas, quæ Galliam ante complectebantur, luſtravimus. Nunc illis adjiciendæ ſunt Præfectura Lotharingiæ & Comitatûs Burgundiæ, ſub Francici Regis dominio. Limites Lotharingiæ, *Lorraine*, à boreâ ſunt ducatus Luxemburgenſis, & ditio Trevirenſis; ab ortu ducatus Bipontinus, atque Alſatia; ab auſtro comitatus Burgundiæ; ab occaſu Campania. Titulum gerit Ducatûs, habet

Nova præfectura Lotharingia.

Digitized by Google

bet frequentes montes, thermas, ſylvas, fodinas ferri atque aliorum metallorum, & ferax eſt frumenti, vini, ſalis, piſcium, pars ante Imperii Germanici.

XVI. *Ducatus Barrenſis.*

Diſpeſcitur in ducatum Barrenſem, atque ducatum Lotharingiæ ſtrictè ſumptum. Ille, *Barrois*, altero longè minor, in occaſum deflectit, & à Mosâ à meridie in ſeptentrionem perfunditur. Celebriora ejus oppida habentur Valculeriæ, *Vaucouleurs*; quibus Arquæ, *Arques*, propinquæ ſunt, patria Puellæ Aurelianenſis; Ligniacum, *Ligny*; Barro-Ducum, *Bar le Duc*, caput Ducatûs in clivo cum arce munitâ ad Orneam, *l'Ornain*; Claromons ſeu Claromontium, *Clermont*; Muſſipontum, *Pont à Mouſſon*, ad Moſellam, Marchionatûs clariſſimum, ubi recentior atque illuſtris Academia; Fanum S. Michaëlis, *S. Mihel.*

XVII. *Epiſcopatus Tullenſis.*

Intra fines Ducatûs Lotharingiæ, quamvis ex ipſo propriè non pendeant, jacent epiſcopatus Tullenſis, Virdunenſis, Metenſis. In Tullenſi eſt Tullum, *Toul*, civitas ad Moſellam, à Leucis olim habitata, ante, uti Virdunum & Metæ, Imperialis ac libera, ſedes Epiſcopi; & inferiùs Liberdunum, *Liverdun*. In Virdunenſi eminet Virdunum, ſeu Verodunum, *Verdun*, caput quondam Verodunorum, nunc ſui Epiſcopatûs, ad Moſam, amplum, elegans, cum arce munitâ. In Epiſcopatu Metenſi, qui nunc ſæpiùs Metenſis tractus, *païs Meſſin*, appellatur, occurrit Divodurum, ſeu Divodurus, hodie Metæ, *Metz*, urbs ante primaria Mediomatricum, qui in hâc Diœceſi, Lotharingiâ, & tractu confini Rhenum verſus habitârunt, ac ſedes regum Auſtraſiæ, quæ tunc regnum Metenſe nuncupabatur, jam ſui Agri facile princeps, ad Sellam ſeu Saliam, *Seille*, fluvium, qui hìc in Moſellam ſe effundit, feliciter munita, ſedes Epiſcopi & Parlamenti recentioris, ſub quo hi tres Epiſcopatus cum Lotharingiâ continentur. Præter Metas etiam in hoc Epiſcopatu ſunt oppida Nomenium, *Nomeny*; Vicum, *Vic*; Marſalia, *Marſal*, dives Salinarum, quam ad præfecturam Nanceianam alii referunt; ut & Diuſam, *Dieuze*, ad Sellam prope lacum Linderum, *Lindre*, Cyprinorum feracem.

Virdunenſis.

Metenſis.

XVIII. *Ducatus Lotharingiæ.*

Quod reſtat ex Lotharingiâ, eſt ducatus Lotharingiæ ſtrictè ſumptus, quem dividunt in præfecturam Valdelſinganam,

Præfect. Valdelfingana. Nanceianam, & Vogeſianam. Valdelfingana, aliàs Germanica, *Bailliage de Vaudrevange*, ac *Allemand*, in boream vergit, ejuſque primarium oppidum eſt Valdelfinga, ſeu Valderfinga, *Vaudefrange* Gallis, Germ. *Walderfang*, ad flumen Saravum, *Sar*, ad quam nobile Lazurum effoditur; Saravum Ludovici, *Sare* vel *Saar Louis*, munimentum recens & egregium ad idem flumen, vix mille paſſus ſupra Valderfingam. Quæ reliqua ſunt ad Saravum oppida fontem verſus, quidam huic *Nanceianæ.* præfecturæ, alii Nanceianæ attribunt. In præfecturâ Nanceianâ, *Bailliage de Nancy*, aliàs Gallicâ, clariſſimum eſt Nanceium, *Nancy*, civitas ad Murtam, *Meurthe*, antea Ducum ſedes, primaria totius ducatûs Lotharingiæ, cum palatio, firmiſſimis propugnaculis, inſtructiſſimoque armamentario. Inter alia oppida ſunt Valdemontium, *Vaudemont*, Comitatûs titulo inſigne; Lunevilla, *Luneville*; Fanum S. Deſiderii, *Vogeſiana.* *S. Diey*, ubi celebres fodinæ metallicæ. Tandem in præfecturâ Vogeſianâ ſeu Vogeſanâ, *Bailliage de Vauge*, quæ omnium auſtraliſſima eſt, & à Vogeſo monte nomen accepit, aliàs Burgundicâ, ſunt Rambervilleriæ, *Rambervillers*, circa quas ſylvæ ampliſſimæ; Mirecurtium, *Mirecourt*, primarium, ubi equi generoſiſſimi; Spinalium, *Eſpinal*, hinc mappæ exquiſiti operis; Remiremontium, *Remiremont*, verſus Moſellæ principium, cum illuſtri Abbatiâ fœminarum nobilium.

XIX. *Nova præfectura Comitatûs Burgundiæ.* Altera Præfectura ante recenſitis adjecta, & quæ agmen claudet, eſt comitatus Burgundiæ, ſeu Burgundia ſuperior, item libera, *Franche Comté*. Hoc nomen à vectigalium immunitate obtinuit, & hinc Princeps ejus eo redactus eſt inopiæ, ut ab Epiſcopis & Clero nutriri neceſſum habuerit. Limitatur ab ortu epiſcopatu Baſileenſi, atque Helvetiâ; ab auſtro Breſſiâ; ab occaſu ducatu Burgundiæ & Campaniâ; à boreâ Lotharingiâ. Imperialis juris fuit, poſt Hiſpanici, nunc Francicum Sceptrum agnoſcit. Patria fuit Sequanorum, abundatque ſylvis, ſalinis, frumento & vino nobili.

XX. *Præfectura ſuperior.* Diſpeſcitur in Præfecturam ſuperiorem, mediam, & inferiorem. Superior, *Bailliage d'Amont*, & *de Veſoul*, ſeptentrionalem partem Comitatûs occupat, cujus tamen pars non eſt comitatus Montis Belligardi, *Montbeliart Comté*, nam ſuo Comite regitur ex Ducum Wurtemburgenſium familiâ. Hujus

Præ-

Præfecturæ oppida clariora ſunt Luxovium, *Luxeuil*; Veſulium, ſeu Veſulum, *Veſoul*, caput, parvum & cultum; Græum, & Graium, *Gray*, ad Ararim. In mediâ, ſive Dolanâ præfecturâ, *Bailliage de Dole*, occurrit Dola, *Dole*, urbs ad Dubim, *Doux*, probè munita, caput hujus Præfecturæ non ſolùm, ſed integri comitatûs Burgundiæ, cum Academiâ; Biſontium, aliàs Veſontio & Veſuntium, *Beſançon*, ad idem flumen, olim libera & Imperialis, poſt Imperii matriculâ exempta, Archiepiſcopalis, & ſedes Parlamenti, quæ antea Dolæ reperiebatur, & Academiæ. Hanc quidam primariam faciunt hujus Provinciæ. Ornanum, *Ornans*, & Quingium, *Quingey*; hìc lapides in cavernis offenduntur, Naturæ ludentis opera. Denique in inferiore Præfecturâ, *Bailliage d'Aval*, aut *de Poligny*, jacent Salinæ, *Salins*, urbs cum geminâ arce inter duos montes, ex cujus ſalſis fontibus beneficio ignis ſal paratur candidiſſimum, Præfecturæ hujus præcipua; Polignium, *Poligny*, lepidum cognominatum, quod alii caput conſtituunt; Orgeletum, *Orgelet*; Fanum S. Claudii, aliàs Jurenſe Monaſterium, *S. Claude*, ubi celebris Abbatia, in Breſſiæ, Geſſiæque confinio, ad Juram montem, qui in hoc tractu mons S. Claudii appellatur.

Præfect. media.

Inferior.

CAPUT XIV.

Gallia Antiqua. Celeberrima Galliæ Flumina, & quæ alibi poſſidet.

SIC Galliæ terminos, atque XIV generales Præfecturas, in quas hodie dividitur, luſtravimus. Antiqua verò Gallia diffudit ſe ab initio ad Rhenum, atque ab hujus fontibus per fontes Rhodani & Alpes ad Varum amnem. At longiùs hoc nomen extenſum eſt, quando ingens Gallorum multitudo, ſuperatis Alpibus, partem Italiæ ſubjugavit, quæ Alpes & Apenninum montem ad Æſim amnem interjacet. Hanc verò Galliam Romani vocârunt Italicam, Ciſalpinam, Citeriorem, & Togatam, quia Romanorum veſtitu utebatur. At quæ nunc Gallia propriè dicta eſt, appellabatur Ulterior

I. *Antiqua Galliæ varii limites.*

& Tranſalpina, quæ ab habitu corporis in Braccatam & Comatam diviſa erat.

II. *Gallia Braccata.* Gallia Braccata, aliàs Romanorum Provincia, & poſt Gallia Narbonenſis, mari Interno imminebat, atque ab Hiſpaniâ ſeparabatur montibus Pyrenæis; à Gallià Comatâ Garumnâ, Gebennâ, Rhodano; denique ab Italiâ Alpibus, ac Varo flumine. Complectitur nunc integram Occitaniam, Provinciam, in quâ hodieque veteris appellationis exiſtit veſtigium, Delphinatum, atque Sabaudiam, de quâ in Italiâ. De Populis verò hìc quondam claris ſupra diximus, quo uſque licuit, quando de hâc Galliæ parte loquebamur.

III. *Gallia Comata Cæſaris.* Gallia Comata tribus conſtabat partibus; Aquitanicâ, Celticâ, nec non Belgicâ, quas non iiſdem finibus omnes diſterminârunt. Julius Cæſar cum Pomponio Aquitaniam coercuit intra Pyrenæos montes, Garumnam, & Oceanum; Celticam, quæ ipſi propriè eſt Gallia, & incolæ ipſius Galli, intra Garumnam, Gebennam montem, Rhodanum, Rhenum, Vogeſum montem, Matronam, Sequanam atque Oceanum; Belgicam intra Sequanam, Matronam, Vogeſum montem, Rhenum atque Oceanum. *Strabonis.* Strabo limites Aquitaniæ poſuit Pyrenæa juga, partem Garumnæ, Gebennam, Ligerim & Oceanum, idque ex Auguſti inſtituto, qui ad Ligerim Aquitaniam extendit, cui Ptolemæus, & alii complures ſuffragantur. Celticæ, ſeu Lugdunenſi à ſuo capite Lugduno, terminos dedit Ligerim, Gebennam, Rhodanum, ad introitum lacûs Lemani, lineam ad fontem Matronæ, Matronam, Sequanam & Oceanum. Belgicæ limites conſtituit Sequanam, Matronam, lineam ad Rhodanum, quâ parte Lacum ingreditur, Rhodanum, lineam ad Rhenum, Rhenum & Oceanum. Sic cum Strabone plures alii. De celebrioribus populis, qui hodiernam Franciam inhabitârunt, ſuo loco jam diximus, neque difficile erit, obſervatis probè variis limitibus intelligere, quas Provincias ex hodiernâ Franciâ varia Gallia, Aquitanica, Celtica, Belgicaque, tenuerint. Alias Galliæ diviſiones tranſeo, quas poſtera ætas plurifariàm inſtituit.

IV. *Flumina Galliæ.* Tandem nobiliora Galliæ flumina, quorum ſuperiùs jam frequens mentio injecta eſt, contemplemur, quæ in mare Britan-

Britannicum, Aquitanicum & Mediterraneum effundit. Et primùm quidem Sequanam, *Seyne*. Naſcitur hic Fluvius in montano tractu ducatûs Burgundiæ, & ſylvâ Belſaiâ, prope oppidum S. Sequani; hinc defluit in ſeptentrionem, tranſitque Campaniam, in quâ Trecas rigat, & ditatur ad dextram ripam Albâ ſeu Albulâ, *Aube*, infra quam navigiorum fit capax, ad ſiniſtram Icaunâ, *Tonne*, & Lupiâ, *Loing*; pergit per Inſulam Franciæ, admittitque ad Carentonium Matronam, *Marne*, cujus in Campaniâ prope Lingones ortus eſt; paulò poſt ſecat Lutetiam, atque poſt varios flexus augetur Oeſiâ, *Oiſe*; dein intrat Normanniam, admiſſâque Eburâ, *Eure*, rigatoque Rotomago, infra Calidobecum, facto Æſtuario, quod, ubi latiſſimum eſt, decies mille paſſus complectitur, in mare Britannicum ſe præcipitat.

Sequana. *Alba.* *Icauna. Lupia.* *Matrona.* *Oeſia. Eburâ.*

V. Sequitur Liger, ſeu Ligeris, *Loire*, Flumen admodùm celebre, atque ampliſſimum, quod Franciam propemodùm bipartitur, & cujus ratione ſuperiùs ipſius Præfecturas diviſimus. Fontem habet in Vivarienſi provinciâ, & Velaunii limite inter montes Cemenios, curſumque in boream inſtituit per Velaunium, Foriſium, (ubi ad Rodumnam primùm evadit navigabilis) ducatum Burgundiæ, Nivernium, in quo parùm infra Nivernum Elaverem, *Allier*, recipit; dein inter Bituricenſem agrum, atque Vaſtinium (hìc ad oppidum Brivodurum incile recens occurrit, per quod lintres ex Ligeri in Lupiam, atque ex hâc in Sequanam tranſire poſſunt) progrediens, ſecat agrum Aurelianenſem, Bleſenſem, Turonicum; hìc infra Turones augetur Caro, *Cher*, mox Ingere, *Indre*, atque Vigennâ, *Vienne*, quæ infra Hagam Turonum Croſam, *Crouſe*, Vartempâ, *Gartempe*, ditatam, admiſit in ſuum alveum. Ex agro Turonico per Andegavenſem decurrit, ubi in ipſum Meduana, *Mayenne*, ſe exonerat, poſtquam Sartam, *Sarte*, auctam Lædo, *Loir*, recepit, hinc per Britanniam minorem, rigatis Namnetis, atque inſigne oſtium in mare Aquitanicum properat, confecto ducentarum Leucarum itinere.

Ligeris. *Incile recent.* *Carum. Inger.* *Vigenna. Croſa.* *Vartempa.* *Meduana.* *Sarta. Ladus.*

VI. Poſt Ligerim Garumna, *Garonne*, occurrit, maximus fluviorum, qui ex montibus Pyrenæis ſcaturiunt. Exoritur in Araniâ valle, parte regni Aragoniæ cis Pyrenæos, ditionis Hiſpa-

Garumna.

Hiſpanicæ, prope oppidum Salardam; hinc delabitur per agrum Conſoranenſem, & limites ſuperioris Occitaniæ, rigatâ Tolosâ; dein infra Moſſiacum Tarnum, *Tarn*, admittit, atque inter Vaſconiam, atque Guiennam progrediens juxta Aguillonium Oldâ, *Lot*, & infra Burdegalam Duranio, *Dordonne*, oneratur, ac tandem facto ingenti Æſtuario, quod Gerunnam, *Gironde*, nuncupant, ad Pharum, ſeu Turrim Corduanam, *Tour de Corduan*, prope paſſum Aſinarium Aquitanico mari ſe immittit.

Tarnus.

Olda. Duranius.

VII. In mare Internum labitur Atax, *Ande*, amnis, qui in comitatu Ruſcinonenſi in limite Cerretaniæ ex montibus Pyrenæis ſumit initium, defluitque per Occitaniam, perfundens Alethum, Limoſium, Carcaſſonam; hinc in ortum progreditur, atque ſupra Narbonem duplex acquirit brachium, quorum ſiniſtrum eſt alveus Atacis, dextrum verò incile, ducens per mediam Narbonem in ſtagnum Bagenſe, ſeu Rubrenſe, atque ex hoc in mare Mediterraneum. Nuper Rex Franciæ hoc flumen Garumnæ junxit, facto amplo incili, vulgò *Canal de Languedoc*, & *Nouveau Canal*, cum duodecim Cataractis, ducente Tolosâ per montem Nigrum, mediis quibuſdam rivulis ex ipſo defluentibus, Carcaſſonam, unde per Atacem in mare Internum pervia via eſt, atque ita lintres ire & redire poſſunt inſigni commodo Occitaniæ; ut mirum non ſit, Toloſam à Gallis utriuſque Maris emporium appellari.

Atax.

Incile magnum.

VIII. Denique conſiderandus nobis eſt Rhodanus, *Rhoſne*, flumen Galliæ, ſi quod, celebre & rapidum. Pronaſcitur in comitatu Valleſiâ in limite pagi Urienſis ex monte Furcâ, biniſque ipſius fontibus, non procul à Rheni principio; hinc biſectâ Valleſiâ, lacum Lemanum ingreditur, è quo ad urbem Genevam egreſſus, poſt quinque Leucas parumper ſub terræ viſceribus ſeſe abdit; renaſcens fluxum inter Beugeſiam atque Sabaudiam continuat, & juxta Seſſelium primò lintres admittit; porrò inter Breſſiam & Delphinatum Lugdunum petit, ubi in eum Araris, *Saone*, ſe exonerat; poſt in auſtrum deſcendit inter Delphinatum & agros Lugdunenſem & Vivarienſem, infra Turnonium vehens Iſaram, *Iſere*, atque inter Occitaniam inferiorem & Provinciam, ubi infra Avenionem Druentia, *Durance*, ſe illi immiſcet. Tandem ſupra Are-

Rhodanus.

Araris.

Iſara.

Druentia.

Digitized by Google

Arelaten in duo brachia ſcinditur, atque inferiùs in plura; adeò ut per varia oſtia ſive gradus, quorum tamen quædam arena opplevit, in mare decurrat Mediterraneum.

Ante tamen, quàm è Galliâ eximus, monendum, præter Belgium Francicum atque Alſatiam, Francico ſceptro ſubeſſe novam Franciam in ſeptentrionali Americâ, tractum borealem Hiſpaniolæ, varias inſulas ex Antillis, coloniaſque aliquot in Guaianæ Africæque littoribus, de quibus ſuo loco plura. IX. *Quæ Juris Galliæ ſunt extra Galliam.*

Tandem quæ de Galliâ prolixè protulimus, proxima Tabula in genere, & quæ ſequuntur, ſingulas Præfecturas ex ordine exhibent. X. *Gallia Tabula.*

GALLIÆ Præfecturæ ſunt XIV:

- **IV Præfecturæ** trans Ligerim,
  - I. *Aquitania*, ubi — Vaſconia. / Guienna.
  - II. *Occitania*, ubi — Occitania Superior. / Comit. Ruſcinonenſis *hic inſertus eſt.* / Occitania Inferior. / Tractus Cemenius.
  - III. *Provincia*, cujus pars — Verſus Rhodanum. / In medio Regionis. / Circa mare Internum. / Verſus Alpes.
  - IV. *Delphinatus*, — Superior. / Inferior.
- **IV Præfecturæ** ſupra & circa Ligerim,
  - V. *Burgundia*, ubi — Breſſia. / Ducat. Burgundiæ.
  - VI. *Lugdunenſis*, ubi — Ager Baujovienſis. / Ager Lugdunenſis. / Ager Forenſis. / Alvernia, / Marchia, / Ager Borbonius.
  - VII. *Aurelianenſis*, ſita — Cis Ligerim. / Supra Ligerim. / Trans Ligerim.
  - VIII. *Britannia*, — Superior. / Inferior.
- **IV Præfecturæ** cis Ligerim,
  - IX. *Normannia*, — Inferior. / Superior.
  - X. *Picardia*, — Inferior. / Media. / Superior.
  - XI. *Inſula Franciæ*, ubi — Pars ante Picardiæ. / Pars reliqua.
  - XII. *Campania*, ubi — Bria Campanica. / Campania.
- **II Præfecturæ** recentes,
  - XIII. *Lotharingia*, ubi — Ducatus Barrenſis. / Tres Epiſcopatus. / Duc. Lotharingiæ.
  - *Comitatus Montis Belligardi ſui juris eſt.*
  - XIV. *Comit. Burgundiæ*, ubi — Præfectura Superior. / Præfectura Media. / Præfectura Inferior.

- **I. Aquitania**, *in quâ*
  - **Vaſconia**, ubi
    - *Vaſcitania*: Andaya. Fan. S. I. Luzii. Baiona. Bidaſcia. Baſtida Clarenciæ. F. S. I. Pedeportuenſis. F. S. Palarii. Mauleo. S. Gratia.
    - *Beneharnia*: Olorona. Navareſium. Monteſium. Laſcura. Palus.
    - *Comit. Bigerrenſis*: Tarba. Bigorra. Lapurdum. Balneria. Campanum. Canteria.
    - *Com. Convenenſis*: Maſſacum. F. S. Licerii. F. S. Bertrandi. Inſ. Dodonis. Lombaria. Muretum.
    - *Com. Armeniacenſis*: Laſtora. Auxis. Manſum Verodunenſe. Verdunum. Granata. Inſ. Jordani. Gimontis. Caſtr. N. Barbarenſii. Miranda. Monteſquium. Eluſa.
    - *Vera Vaſconia*: Arurus. Severopolis. Mugronium.
    - *Tract. Landarum*: Petra forata. Aquæ. Tartaſſium. Lebretum.
    - *Ag. Condomenſis*: Mons Martiani. Gabaretum. Condomum.
  - **Guienna**, ubi Agri
    - *Vaſatenſis*: Neracum. Caſtrum geloſum. Regula. Vaſatum.
    - *Burdegalenſis*: F. S. Pauli Bornenſis. Buchſium. Comprianum. Certæ. Caſtrum novum. Sovillacum. Caſtellio. Burdegala, *Caput Aquitaniæ*. Rionum. S. Macarium. Liburnia. Burgus. Blavia.
    - *Santonenſis*: Moricania. Broagium. Subiſia. Angeriacum. Santones. Barbezillum. Albaterra.
    - *Petrocorienſis*: Petrocorium. Muſſidanium. Bergeracum. Linelium. Sarlatum. Montaniacum. Terraſſonium.
    - *Lemovicenſis*: Segurium. Lemovicum. F. S. Leonardi. Petra Bufferia. Uſarcha. Tutela. Briva. Turenia. Bellilocus.
    - *Aginnenſis*: Mons Flanquinus. Tonneſium. Clariacum. Eſquillonium. Aginnum. Valentia.
    - *Cadurcenſis*: Moiſſacum. Mons Albanus. Monpeſatium. Caſtellum novum. Cadurcum. Gordonium. Rhocemadurium. Figeacum.
    - *Rutenenſis*: Marchilliacum. Rutena. Villa Franca. F. S. Antonii. Salvaterra. Segurium. Millialdum. San-Romus. Vabræ. Pons Camareti.

II. Occi-

II. Occitania, *in quâ*

- Occitania Superior, ubi
  - *Tract. Albigenſis*, — Valencia. Albia. Regius Mons. Caſtra.
  - *Ag. Auragienſis*, — F. S. Papuli. Caſtelavium Auracium. Villa Franca. Revellium. Vaurium.
  - *Ag. Tholoſanus*, — Villemurium. Caſtrum Saraceni. Montichium. Fronto. Tholoſa, *Caput Occitaniæ*. Rivi.
  - *Comit. Fuxenſis*, — Mirapincium. Apamæa. Fuxium. Taraſco. Aquæ.
- Comit. Ruſcinonenſis, hîc inſertus, ubi — Mons Ludovici. Villa Franca Confluentum. Ceretum. Illiberis. Helena. Perpinianum. Salſulæ.
- Occitania Inferior, ubi Tractus
  - *Narbonenſis*, — Aletha. Limoſium. Carcaſſona. Maſium. Narbona. F. S. Pontii Tomeriarum.
  - *Biterrenſis*, — Biterræ. Luteva. Piſcenæ. Agatha. Blaſcon. Setium Promont.
  - *Nemauſenſis*, — Frontinianum. Mons Peſſulanus. Lunelium. Aquæ mortuæ. Belloquadra. Nemauſus. Sommeriæ. Anduſa. Aleſia.
- Tractus Cemenius, ubi
  - *Gabalium*, — Floracum. Fanum S. Hieremiæ. Mimate. Marvecum. F. S. Ægidii. Torafium.
  - *Velaunium*, — Soliniacum. Podium. Yſſingheacum. Miniſtrolium.
  - *Tract. Vivarienſis*, — Annoniacum. Turnonium. Curſolium. Privanum. Albenacum. Vivario. Pons S. Spiritus. Ucetia. Villa nova.

III. Provincia, *in quâ*

- Verſus Rhodanum,
  - *Princ. Arauſicanus*, — Arauſio.
  - *Comit. Vindaſcinus*, — Vaſio. Carpentoracte. Cabellio. Avenio.
  - . . . . . — Taraſco. Arelate.
- In medio Regionis, — Salona. Apta. Forum Neronis. Reii. Draguinianum. Brinolium. Aquæ Sextiæ, *Caput Provinciæ*.
- Circa Mare Internum, — Maſſilia. Telona. Olbia. Inſ. Crucigera. Inſ. Tiranis. F. S. Eutropii. Forum Julium. Cannæ. Antipolis. Graſſa. Vincium.
- Verſus regionem Alpium, — Ghandova. Caſtellana. Sanitium. Dinia. Silleto.

- IV. Delphinatus,
  - Superior, ubi
    - *Ager Vapincenſis*, { Talamontis. Vapincum. Caturigum.
    - *Ag. Ebrodunenſis*, { Ebrodunum. Gileſtra.
    - *Ag. Brigantinus*, { Quirafium. Pinarolium. Peruſa. Brigantium.
    - *Vallis Griſivodana*, { Carthuſia. Gratianopolis, *Caput Delphinatus.*
    - *Ag. Dienſis*, { Dia. Creſta.
    - *Baroniæ*, { Buſium. Næomagus.
  - Inferior, ubi Agri
    - *Tricaſtinus*, { F. S. Pauli Tricaſtinenſis. Grignanum.
    - *Valentinus*, { Tulignanum. Montilium Audemari. Lubronium. Valentia. Romanum.
    - *Viennenſis*, { San-Rambertus. Vienna. Vulpilleriæ. Cremiacum.
- V. Burgundia, *in quâ*
  - Breſſia, ubi
    - *Beugeſia*, { Bellicum. Seſſelium. Geſium.
    - *Breſſia vera*, { F. S. Juliani. Pons Velius. Burgus. Calamonium. Monlupellium.
    - *Princ. Dombenſis*, { Trevoltium. Thogiſium.
  - Ducatus Burgundiæ, ubi
    - *Iuriſd. Matiſconenſis*, { Matiſcona. Cluniacum. Tornuſium.
    - *I. Cabillonenſis*, { Cabillonum. Virodunum. Bellogardia.
    - *I. Divionenſis*, { Belna. F. S. Joann. Alnetenenſis. Auſtona. Divio, *Caput Burgundiæ.*
    - *I. Montanenſis*, { Caſtillio. Barium.
    - *Ag. Antiſſiodorenſis*, { Antiſſiodorum. Crevantium. Coulangia.
    - *I. Alexienſis*, { Aballum. Flaviniacum. Semurium. Sidolocus.
    - *I. Auguſtodunenſis*, { Auguſtodunum. Borbonium Anſelmium. Semurium.
    - *Carroleſium*, { Tullonium. Carroliæ.
- Ager Baujovienſis, ubi { Baujovium. Bellavilla. Villa Franca.
- Ager Lugdunenſis, ubi { Lugdunum, *Caput Præfecturæ.* F. S. Anemundi.
- Ager Forenſis, ubi { F. S. Stephani. Monbriſſonium. Forum Seguſianorum. Rodumna.

VI. Præ-

VI. Præfect. Lugdunenſis, *in quâ*

- Alvernia,
  - *Superior*, — Orillacum. Muratum. F. S. Flori.
  - *Inferior*, — Brivate. Iſſorium. Thuerium. Claromontium. Monferrantium. Riomum.
- Marchia,
  - *Inferior*, — Bellacum. Oratorium. Brideria.
  - *Superior*, — Muratum. Gueretum. Agedunum.
- Ager Borbonius, ubi — Monluſſonium. Varennæ. Molinum. Sylviniacum. Borbonium Archambaldi.

VII. Præfect. Aurelianenſis, *in quâ*

- Cis Ligerim,
  - *Nivernium*, — Monaſterium S. Petri. Decetia. Nivernum. Charitas. Donziacum. Clamenciacum.
  - *Vaſtinium*, — F. S. Salvatoris. Brivodurum. Giennum. Loriacum. Montargium.
  - *Belſia*, — Eſpernonium. Nongentum Regium. Drocum. Carnutum. Bonavallis. Caſtrodunum. Vindocinum. Montorium.
  - *Perchium*, — Mons Mirabilis. Bazochium. Brovium. Novigentum Rotrudum. Mortania. Beleſma.
  - *Cenomania*, — Firmitas Bernardi. Caſtrum ad Laedum. Cenomanum. Bellomontium. Meduana. Lavallium.
- Supra Ligerim, Agri
  - *Andegavenſis*, — Caſtr. Gonteri. Flexia. Ludum. Balgium. Balfortium. Andegavum. Pontes Cæſaris. Briſacum. Monaſterium Berlai. Salmurium.
  - *Turonenſis*, — Chinonium. Haga Turonica. Lochia. Mons Richardi. Ambacia. Turones. Caſtr. Reginaldi.
  - *Bleſenſis*, — Horrea Cæſaris. Bleſæ. Merum. Pons ad Saldriam. Remorantinum. Caſtr. vetus.
  - *Aurelianenſis*, — Balgenciacum. Magdunum. Aurelia, *Caput Præfecturæ*. Cleriacum. Firmitas S. Albini. Sulliacum.
- Trans Ligerim, Agri
  - *Bituricenſis*, — Saltus Concordiæ. Sancerræ. Rocodunum. Bituriges. Medunum. Exoldunum. Caſtr. Rodulphi in. Obricum.
  - *Piſtavenſis*, — Lucionium. Fontenetum. Malleacum. Nortum. Lutgudicum. Pictones. Tartonacum. Briſſura. Dancaſtum. Landerium. Rupella. Caſtr. Heraldi. Mons Maurilionis. Sorus.
  - *Inculiſmenſis*, — Ruffecum. Montemolinum. Inculiſma. Jarnacum. Cognacum.

- VIII. Britannia,
  - Superior, ubi Epiſcopat.
    - *Alnetenſis*, — Maranum. Surgeriæ. Rupi-Fortium. Rupella.
    - *Inſulæ*, — Inſ. Uliarus. I. Rea, *cum* F. S. Martini. I. Dei. I. Nigri Monaſterii.
    - *Nannetenſis*, — Machicolium. Nannetes. Gueranda.
    - *Rhedonenſis*, — Rhedonum. Maleſtrictum. Rhedones, *Caput Britanniæ*. Vitracum. Fulgerium.
    - *Dolenſis*, — Dola.
    - *Maclovienſis*, — Maclovium. Dinantium. F. S. Mevenii. Pleremelum.
    - *Briocenſis*, — Quintinum. Fanum S. Brioci.
  - Inferior, ubi Epiſcopat.
    - *Trecorienſis*, — Trecorium. Lemmurium. Mons Relaxus.
    - *Leonenſis*, — F. S. Pauli. Conquetus Portus. Breſtum.
    - *Cornubienſis*, — Curioſolitæ. Conquarneum. Kimperlæum.
    - *Venetenſis*, — Hannebontum. Blavia. Venetiæ.
  - Inſulæ, quæ ſunt — I. Caloneſus. I. Uxantus. I. Cæſarea. I. Sarnia. I. Ebodia.
- IX. Normannia,
  - Inferior, ubi Juriſdict.
    - *Conſtantienſis*, — Caroburgus. Valoniæ. Carentonium. Conſtantia. Abrincæ. Helenæ tumulus. Mons S. Michaelis. Pons Urſonis. Moreconium.
    - *Alenconienſis*, — Alenconium. Sagium. Argentanum.
    - *Cadomenſis*, — Vira. Torigniacum. Baiocæ. Cadomus.
  - Superior, ubi Juriſdict.
    - *Ebroicenſis*, — Lexovium. Bellomontium Rogerii. Ebroicum. Vernonium.
    - *Vexinum Normannicum*, — Andelium. Giſortium.
    - *Rotomagenſis*, — Rotomagus, *Caput Normanniæ*. Quillebovium. Ellebovium. Pons Arcuenſis.
    - *Caletenſis*, — Gornæum. Albanala. Novum Caſtrum. Caldobecum. Iuliobona. Portus Gratiæ. San-Valericus. Dieppa. Augæ.
  - Inferior, ubi
    - *Recuperata Ditio*, — Caletum. Guina. Ardra.
    - *Ag. Bolonienſis*, — Bolonia. Stapulæ.
    - *Ponticum*, — Monſtrolium. Creſſiacum. Abbavilla.
    - *Vimeſium*, — F. S. Galericii. Autum.

X. Picar-

- **X. Picardia,**
  - Media, ubi
    - *Vera Picardia,* — Dulendium. Ambianum, *Caput Picardiæ.* Corbeia.
    - *Sanguiterſa,* — Mondiderium. Roia. Perona.
  - Superior, ubi
    - *Ag. Veromanduus,* — Auguſta Veromanduorum, Quintunopolis.
    - *Tiraſcia,* — Guiſa. Verbinum. Marla. Fara.
- **XI. Inſula Franciæ,** *in qua*
  - Pars ante Picardiæ, ubi Agri
    - *Novioduneſis,* — Novionum.
    - *Laudunenſis,* — Creſpæum. Laudunum.
    - *Sueſſionenſis,* — Villiacum. Sueſſiones.
    - *Valeſium,* — Crepiacum. Sylvanectæ. Compendium.
    - *Bellovacenſis,* — Claromontium. Crepacordium. Bellovacum.
  - Pars reliqua, ubi
    - *Veximum Francicum,* — Calvomontium. Magniacum. Pontiſara.
    - *Ag. Meduntanus,* — Medunta. Mulanchum. Piſciacum. F. S. Germani.
    - *Inſula Franciæ,* — Monmorancium. Fanum S. Dionyſii. Verſaliæ. F. S. Clodoaldi. Lutetia, *Caput Franciæ.*
    - *Bria Francica,* — Villa nova S. Georgii. Bria Comitis Roberti.
    - *Hurepoeſium,* — Corbolium. Melodunum. Fons Bellaqueus.
    - *Paſtinium,* — Nemurtium. Caſtrum Nanthonis. Curtenſiacum.
- **XII. Campania,** *in quâ*
  - Bria Campanica,
    - *Inferior,* — Provinum.
    - *Superior,* — Meldæ.
    - *Pediculoſa,* — Caſtr. Theodorici.
  - Campania, ubi
    - *Ducat. Remenſis,* — Fimæ. Remi. Retelium. Pons Faveri.
    - *Ag. Retelenſis.* — Rupes Regia. Carolopolis. Mediolanum. Donchericum. Sedanum. Raucourtium.
    - *A. Catalaunenſis,* — F. S. Menehildis. Agenum. Catalaunum.
    - *A. Pertenſis,* — Vernacum. Fragetum. F. S. Deſiderii.
    - *A. Trecenſis,* — Ramerupum. Trecæ, *Caput Campaniæ.*
    - *A. Senonenſis,* — Sezanna. Tornodurum.
    - *A. Baſſiniacus,* — Latiſcona. Saponariorum Regium. Caſtrum Landonis.
    - *Territ. Vallenſis,* — Barrum ſuper Albam. Lupa.

XIII. Lotha-

- XIII. Lotharingia, *in quâ*
  - Ducatus Barrenſis, ubi — Valcuriæ. Arquæ. Lignacum. Claromontium. Muſſipontum. F. S. Michaëlis.
  - Epiſcopatus,
    - *Tullenſis*, — Tullum. Liberdunum.
    - *Virdunenſis*, — Virdunum.
    - *Metenſis*, — Metæ. Nomenium. Vicum. Marſalia. Diuſa.
  - Ducat. Lotharingiæ, ubi Præfect.
    - *Valderfingana*, — Valderfingæ. Saravum Ludovici.
    - *Nanceiana*, — Nanceium, *Caput Lotharingiæ*. Valdemontium. Lunevilla. F. S. Deſiderii.
    - *Vogeſiana*, — Rambervilleriæ. Mirecurtium. Spinalium. Remiremontium.
- XIV. Comit. Burgundiæ, *in quo*
  - *Comitatus ſui juris eſt* — Mons Belligardus.
  - Præfectura Superior, ubi — Luxovium. Veſulum. Gratium.
  - Præfectura Media, ubi — Dola, *Caput Comit. Burgundiæ*. Veſontio. Ornanum. Quingium.
  - Præfectura Inferior, ubi — Salinæ. Polignium. Orgeletum. F. S. Claudii.
- Flumina Galliæ celebriora exeunt in mare
  - Britannicum, *Sequana*, vehens — Albam. Icaunam. Lupiam. Matronam. Oeſiam. Eburam.
  - Aquitanicum,
    - *Ligeris*, vehens — Elaverem. Carum. Ingerem. Vigennam, cum Croſi. Varrempi. Meduanam, cum Sarti. Lædo.
    - *Garumna*, vehens — Tarnum. Oldam. Duranium.
  - Internum,
    - *Atax*.
    - *Rhodanus*, vehens — Ararim. Iſaram. Druentiam.

CAPUT XV.

Helvetia cum ſuis Subditis, Confœderatis, nec non Subditis Confœderatorum.

I. *Helvetia limites.*

MISSA Gallia, ad Helvetiam, incolis Gallicè loquentibus, *Suiſſe*, Germanicè verò *Schweitzerland*, properamus, quam ab occaſu limitat comitatus Burgundiæ, *Bourgogne Comté*; à boreâ Alſatia, Gall. *Alſace*, & Suevia,

via, *Sevabe*; ab ortu Rhenus ac Rhætia, *Grisons*; ab auſtro ducatus Mediolanenſis, Valleſia & lacus Lemanus.

II. *Quantitas.* Maximè ab occaſu in ortum ſe explicat inter montem S. Claudii, qui eſt in confinio comitatûs Burgundiæ, ac vallem Rhenanam juxta oppidum Rhyneggum, infra quod Rhenus lacum Brigantinum ingreditur, intervallum ſexaginta ferè Leucarum. Summam verò latitudinem obtinet inter præfecturam Mendriſii ad meridiem, & pagum Schaphuſianum ad ſeptentrionem, quos quadraginta quinque Leucæ interjacent.

III. *Conſtitutio.* Abundat, ſi quæ regio, excelſis atque præruptis montibus, præſertim verſus meridiem, in quorum faſtigiis vel ipsâ æſtate nix conſpicitur. Hinc quidam pronuntiârunt, tutam fore Helvetiam, donec Natura montes non ſuſtulerit; quod tamen de mediâ ipſius parte, & eâ, quæ magis in Italiam vergit, in primis intelligendum eſt. In montibus, ex quibus plurimi fontes fluminaque ſcaturiunt, paſcuntur pecora; convalles verò, quæ copioſos Lacus recipiunt, item planiora loca, frumentum & vinum ferunt modicâ quantitate, ſi frequentia incolarum ſpectetur, quibus idcircò grave non accidit, quando interdum peſte fruges conſumere nati abſumuntur, quò cæteris major ſit affluentia. Cæterùm Helvetii habentur fortes, robuſti, procerioris ſtaturæ, procul à fraude, fidei obſervantes, tenaces propoſiti, amantiſſimi libertatis, juſtitiæ, nummorum. Lubentes Exterorum caſtra, quibus etiam in pretio ſunt, ſequuntur, quando ſeparatam Legionem conſtituunt, & promptiſſimè ipſis ſolvuntur ſtipendia, aliàs militare detrectant, juxta tritum Proverbium; *Point d'argent, Point de Suiſſe.* Utuntur linguâ partim Gallicâ, partim Germanicâ, ſed, ſi honoratiores excipias, inelegante.

IV. *Diviſio.* Complectitur Helvetia Pagos XIII, nec non Subditos Pagorum. Pagi, ſeu Cantones, Germanis *Oorden*, Gallis & Italis *Cantons*, ſunt Bernenſis, Friburgenſis, Salodorenſis, Baſileenſis, Schaphuſianus, Tigurinus, Abbatiſcellenſis, Glaronenſis, Suitienſis, Tugienſis, Lucernenſis, Sylvanienſis, & Urienſis. Ex hiſce Abbatiſcellenſis, Glaronenſis atque Suitienſis nomen à vicis ferunt; at ſex primi Pagi cum Tugienſi & Lucernenſi ab urbibus.

V. *Pagorum habitat.*

Quiſque verò Pagus eſt Reſpublica, ſitus extra Germaniam, ab Imperio independens, ſui juris, amans regimen Democraticum, omneſque alio & alio tempore perpetuum fœdus percuſſêre. Urii quidem, Suitii, & Sylvanienſes anno 1308, ut hi jecerint fortiſſimi hujus Syſtematis fundamenta. Secuti ſunt Lucernates anno 32; Tigurini 51; Tugienſes & Glaronenſes 52; Bernates 53; Friburgii & Salodorii 1481; Baſileenſes & Schaphuſiani 1501; denique Abbatiſcellenſes 1513. In Comitiis autem generalibus primum locum tenent Tigurini, quibus proximi ſunt Bernates, dein Lucernates, Urii, Suitii, Sylvanienſes, Tugii, Glaronenſes, Baſileenſes, Friburgii, Salodorii, Scaphuſiani, &, qui omnium ultimi, Abbatiſcellenſes. Religionem ſi attendimus, tripliciter dividuntur. Proteſtantium quatuor Pagi profitentur, Bernates, Baſileenſes, Tigurini & Schaphuſiani; Romano-Catholicam ſeptem, Friburgii, Salodorii, Lucernates, Tugienſes, Suitii, Sylvanienſes, Urii; Mixtam duo, Glaronenſes, & Abbatiſcellenſes.

VI. *Pagus Bernenſis.*

Nos quidem in Pagorum recenſione eum ſervabimus ordinem, quem in enumeratione ipſorum Par. IV expreſſimus, atque ita ſe primùm prodit Pagus Bernenſis, Gall. *Canton de Berne*, quem limitat ab occaſu Geſia, comitatus Burgundiæ, Neocomenſis & reſpublica Biennenſis; à boreâ pagus Salodorenſis, & Suevia; ab ortu præfectura Badenſis, pagus Lucernenſis, Sylvanienſis, & Urienſis; ab auſtro comitatus Valeſiæ, nec non lacus Lemanus. Inter Pagos hic longè maximus eſt, & tertiam circiter Helvetiæ partem ſolus complectitur, & poteſt, ut ferunt, intra νυχθήμερον cogere quadraginta militum millia, centumque millia nondum elapſo triduo. In parte hujus Pagi occiduâ occurrit Vaudum, Gall. *le païs de Vaud*, provincia, quæ à lacu Lemano ſeptentrionem verſus ſe explicat, & ante fuit ſub imperio Ducis Sabaudiæ, nunc pagi Bernenſis, exceptis comitatibus Remontii, & Gueriarum, qui ſubſunt Friburgiis. Oppida ejus ad aut prope lacum Lemanum ſunt Nevidunum, *Nion*; Rotulum, *Rolle*, caput Baroniæ; Morſea, *Morges*; Lauſana, ſive Lauſonium, *Lauſanne*, Vaudi præcipua, vicinum Lacum ab hâc parte denominans, quam & ſuperiore ſeculo Bernates Academiâ

demiâ ornârunt; Ubiſcum ſeu Viviacum, *Vevay*, atque ad boream Minnodunum, ſeu Minnidunum, *Mouldon*, Germ. *Milden*, ad flumen *Broye*, inferiùs Peterlinga, & Paterniacum, *Payerne*, Germ. *Peterlingen*; Aventicum, *Avenches*, Germ. *Wiflisburg*, olim amplum, & caput Helvetiorum, nunc munita urbecula juxta lacum Murtanum. Adhæc in Pago Bernenſi jacent Arberga, *Arberg*, in inſulâ Arolæ fluminis; Vanga, *Wangen*; Arovium, *Arauw*, parvum, ſed elegans; Lentzburgum, *Lentzburg*; Tobinium, *Zoffingen*; Berna, *Berne*, Germ. *Bern*, hujus Pagi clariſſima, cui ab urſo nomen eſt, ad Arolam, quæ ipſam circundat, cum illuſtri Gymnaſio; Thunum, *Thun*, ad idem flumen, ubi Thunenſi lacu egreditur.

VII. *Pagus Friburgenſis.*

In medio pago Bernenſi ſitus eſt Friburgenſis, Gall. *Canton de Fribourg*, habens provinciam Vaudi ab occaſu, & ab ortu tractum ejuſdem Pagi cis Arolam. Magnitudo ipſius longiſſimè minor eſt, quàm Pagi expliciti, & à Sanâ amne, qui per eum ab auſtro in boream defluit, in duas partes dividitur. Majoris notæ loca ſunt Gueriæ, *Griers*, & *Gruyers*, ad Sanam, caput Comitatûs; Remontium, *Remont*, ac *Romont*, caput etiam Comitatûs; Friburgum, *Fribourg*, & interdum cognomento *en Suiſſe*, Germ. *Freyburg*, quaſi liber Burgus, urbs ad Sanam, Pagi ſui nobiliſſima, ſedes Lauſanenſis Epiſcopi.

VIII. *Pagus Salodorenſis.*

Pago Friburgenſi proximus eſt Salodorenſis, ſeu Salodorius, Gall. *Canton de Soleure*, quem à meridie & ortu limitat pagus Bernenſis; à ſeptentrione pagus Baſileenſis; tandem ab occaſu Baſileenſis Epiſcopatus. Hic pagus in variis partibus admodum anguſtus eſt, atque celebriora ejus loca ſunt Salodurum, ſeu Salodorum, *Soleure*, Germ. *Solothurn*, urbs Pagi hujus clariſſima ad amnem Arolam, qui ipſam in magnam, parvamque diſtribuit, ſedes Legati Regis Galliæ, in quâ, ſicut & Friburgi, pro religione Pontificiâ plus ſtudii, quàm in ipsâ Franciâ, Italiâve obſervatur; Baliſtella, *Baliſtel*, burgus amplus, ferri optimi dives; Oltena, *Olten*, ad Arolam.

IX. *Pagus Baſileenſis.*

Progredimur ad pagum Baſileenſem, Gall. *Canton de Baſle*, qui ab auſtro terminatur pago Salodorenſi; ab occaſu eodem, & Suntgoviâ; à boreâ & ortu Briſigaviâ & Sylvâ nigrâ. Clariora ejus loca ſunt Vallenburgum, *Wallenburg*; Siſſachum,

Siſſach; Liechſtalium, *Liechſtal*; Auguſta Rauracorum, *Augſt*, olim horum Populorum caput, nunc vicus in colle ad Rhenum cum pluribus antiquitatum veſtigiis; Baſilea, *Baſle*, Germ. *Baſel*, quæ ex Auguſtæ Rauracorum decremento increvit, urbs ampla, magnifica, pluribus in locis picta, celebris Academiâ & Concilio, Pagi ſui caput, & princeps inter urbes Helvetiæ, diviſa per Rhenum in partem majorem, quæ cis flumen exiſtit, ac minorem, quæ ultra.

X. *Pagus Schaphuſianus.* Longiùs ab hoc Pago pagus Schaphuſianus, Gall. *Canton de Schafhouſe*, in ortum abit, ad Sylvam nigram, & dextram Rheni ripam locatus, in quo jacent Nova Kilia, *Neukilch*, atque Scaphuſia, *Schafhouſe*, Germ. *Schafhauſen*, urbs recentior, Pagi ſui clariſſima, infra quam ad tria circiter paſſuum millia Rhenus admodùm coarctatus graviore lapſu ruit per ſcopulos, & tranſitum negat lintribus.

XI. *Pagus Tigurinus.* Explicitos Pagos, ſi Bernenſem excipimus, magnitudine vincit pagus Tigurinus, Gall. *Canton de Zurich*, quem à boreâ contingit pagus Schaphuſianus; ab occaſu præfectura Badenſis & Bremogartenſis; ab auſtro pagus Tugienſis, ac Suitienſis; ab ortu Turgea. Majoris momenti loca ſunt Egliſovia, *Egliſow*, ad Rhenum, ubi ponte jungitur; Bulachum, *Bulach*; Regenſperga, *Regenſperg*; Tigurum, ſeu Turigum, *Zurich*, urbs pervetuſta, ampla, elegans, incluta ſuo Gymnaſio, quam amnis Limagus, quando ex Tigurino lacu egreditur, in duas partes diſtribuit; Griffenſa, *Griffenzée*, ad lacum ejuſdem ſecum nominis; Gruninga, *Gruningen*.

XII. *Pagus Abbatiſcellenſis.* Sequitur Pagus Abbatiſcellenſis, Gall. *Canton d'Appenzeel*, qui inter ditionem Abbatis S. Galli ad occaſum, & Rhenum ad ortum extenditur, omnium Pagorum orientaliſſimus. In ipſo duodecim ordines, ſive partes ſunt, quas *Roden* appellant, quarum ſex Exteriores vocantur; ſex verò reliquæ, conjunctæ Burgo Abbatiſcellæ, Interiores. Caput Pagi eſt Abbatiſcella, burgus ſeu vicus prædives, & hinc in occaſum Urnaſcha, *Urnaſchen*.

XIII. *Pagus Glaronenſis.* Nunc ordo ducit ad pagum Glaronenſem, Gall. *Canton de Glaris*, quem ab ortu limitat comitatus Sarunetes; à meridie Rhætia; ab occaſu pagus Urienſis, & Suitienſis; à boreâ flumen Limagus, & lacus Rivarius. Clariſſima Pagi eſt Glarona,

rona, *Glaris*, vicus peramplus in valle, cui cognomentum imponit, inter montes editiſſimos, qui incolis *Glarniſchberg* appellantur. Supra Glaronam jacet Suvandia, *Schwanden*, ubi hujus Pagi Comitia celebrantur.

XIV. *Pagus Suitienſis.*

Pago Glaronenſi confinis eſt ab occaſu Suitienſis, Gall. *Canton de Schweitz*, ſeu *de Suiſſe*, unde recens nomen trahunt Helvetii. A boreâ habet lacum & pagum Tigurinum; ab occaſu pagum Tugienſem & Lacum quatuor urbium Sylveſtrium; ab auſtro Urienſem. Caput Pagi eſt Suitia, *Schweitz*, ſive *Suiſſe*, ſita in valle cinctâ montibus, vicus nobilis. Juxta lacum Tugienſem occurrit Arta, *Art*, pagus dives.

XV. *Pagus Tugienſis.*

Inter minimos Pagos referendus eſt Tugienſis, Gall. *Canton de Zug*, quem à meridie & partim ab ortu terminat pagus Suitienſis; ab ortu etiam & ſeptentrione Tigurinus; ab occaſu Lucernenſis. Hìc præſtat Tugium, *Zug*, oppidum colli inſidens, ad Lacum cognominem, *Zuger See*, qui & interdum à pago adjacente Artenſis dicitur. Fanum S. Wolfangi, S. *Wolffgang*, cultus vicus eſt.

XVI. *Pagus Lucernenſis.*

Pago Tugienſi aliquoties major exiſtit Lucernenſis, ſeu Lucerinus, Gall. *Canton de Lucerne*. Terminatur ab ortu pagis Tugienſi, Suitienſi, & Sylvanienſi, atque ab auſtro, occaſu & boreâ Bernenſi. Celebriora ejus loca ſunt Sempachum, *Sempach*, ad Lacum cognominem; Suria, *Surzée*; Williſovium, *Williſow*; Lucerna & Lacocerna, *Lucern*, urbs benè culta, Pagi primaria, ad lacum cognominem, aliàs Sylvanium, ſeu quatuor urbium Sylveſtrium, Lucernæ, Suitiæ, Altorfii & Stantiæ, *Der Vier Waldſtetten See*, ubi ex ipſo effluit fluvius Urſa, *Ruſs*, qui urbem interfluens, ipſam in majorem minoremque diſtribuit. In vicinià Lucernæ eſt mons Fraoti, ſeu Pilati, vulgò *Fracmont*, in cujus vertice ſtagnum inveniri perhibent, ex quo ingens ſurgit tempeſtas, regioque aquis redundat, quando in ipſum lapillus de induſtriâ (caſu enim ſi quis incidit, nullus effectus eſt) injicitur. Sed tàm parùm hoc videtur veriſimile, quàm quòd inquiant, Pilatum judicis ſpecie hìc quotannis videri, & qui ipſum conſpiciunt, intra annum naturæ concedere.

XVII. *Pagus Sylvanenſis.*

Pagus Sylvanienſis, ſeu Sylvania, nec non Undervaldienſis, Gall. *Canton d'Underwald*, terminatur à boreâ lacu Lu-

cernenſi ; ab occaſu Pago ejuſdem nominis ; ab auſtro Bernenſi; ab ortu Urienſi. Ipſum Sylva quercea, *Kern Wald*, in duas partes partitur, in eam, quæ ſupra, atque in eam, quæ infra illam exiſtit, atque ab hâc parte univerſus Pagus ſuam ſortitur adpellationem. Vici ejus ſunt Alpenachum, *Alpenach*, & Stantia, *Stantz*, primarius, amplus, ad montium radices ſedens, non procul à lacu Lucernenſi.

XVIII. *Pagus Urienſis.* Denique ſe offert, qui nobis inter Pagos ultimus eſt, pagus Urienſis ſeu Uranius, & Urania, Gall. *Canton d'Uri*, omnium meridionaliſſimus, atque in primis à boreâ in auſtrum ſe diffundens. Nomen habet, teſte Brietio, à capite Urſi ſylveſtris in ſtemmate, quem Uri nuncupant. In hoc Pago princeps eſt Altorfium, quaſi vetus Vicus, *Altorf*, interdum Urania, ſedens in planitie ad montis radicem, prope Urſam fluvium, qui paulò infra ipſum lacum Lucernenſem ingreditur. Superiùs occurrit Attinghuſia, *Attinghauſen*.

XIX. *Helvetia antigua.* Hactenus dictum de hodiernâ Helvetiâ. Antiquam limitavit à ſeptentrione & ortu Rhenus ; à meridie linea in fontes Rhodani, Rhodanus, & lacus Lemanus; ab occaſu mons Juraſſus ſive Jura, excurrens ab urbe Genevâ ad oppidum Confluentes, juxta quod Arola in Rhenum effunditur, fuitque in quatuor Pagos diſtributa, Tigurinum, Tugenum, Ambronicum, & Urbigenum, quos Helvetii, à ſuo quiſque Pago cognominati, inhabitârunt. Pagus Tigurinus erat inter Rhenum & Limagum, ubi nunc ſunt pagus Abbatiſcellenſis, tractus Turgea, ac pagus Tigurinus. Pagum Tugenum includebat Limagus, Urſa, monteſque inter utriuſque fontes interpoſiti, ubi hodie occurrunt pagus Tugienſis, Suitienſis, Glaronenſis, & Uranius. Pagus Ambronicus, cujus incolæ (Ambrones dicti à flumine Amma, nunc Emma, ad quod ſederunt) ex rapto vivere ſolebant, ſitus erat inter Urſam & Sanam flumina, ac Juram atque penninas Alpes, ejuſque loco jam conſpiciuntur pagi Sylvanienſis, Lucernenſis atque pars pagi Bernenſis & Friburgenſis. Denique pagus Urbigenus, cui ab Urbâ, fluvio, aut urbe, nomen eſt, inter Sanam & Juram extendebatur, quo tractu in præſens eſt pars pagi Friburgenſis, Vaudum, & comitatus Neocomenſis.

Pro-

Digitized by Google

Progredimur ad præcipuos Subditos Helvetiorum. Bernatibus Friburgiiſque obtemperant præfectura Urbana, in quâ eſt Urba, *Orbe*, juxta fluvium cognominem; Granſoniana, ubi Granſonium, *Granſon*; Moratenſis, ubi Moratum, *Morat*, Germ. *Murten*, ad lacum cognominem. Octo veteribus Pagis (confer. § V.) ſubſunt præfectura Bremogartenſis, ubi Bremogartum, *Bremgarten*, ad flumen Urſam; Melingenſis, ubi Melinga, *Melingen*, paulò inferius ad idem flumen; & Badenſis, ſive Aquenſis, ubi Aquæ Helvetiorum ſeu Thermæ ſuperiores, nunc Bada, *Baden*, ſeu *Oberbaden*, ad Limagum, balneis publiciſque totius Gentis Comitiis incluta. Septem veteribus Pagis paret pars Turgeæ, *Turgow*, ſita inter pagum Tigurinum, atque epiſcopatum Conſtantienſem, in quâ ſunt Dieſſenhovium, *Dieſſenhofen*, Rheno adjacens, Fines, *Pfin*, & Frauenfeldum, *Frauenfeld*, clariſſimum; item comitatus Sarunetes, ſive Sargantia, ad ortum pagi Glaronenſis, à populis Sarunetibus ante inculta, ubi præter Rivam, *Wallenſtat*, eſt Sarenugantium, ſeu Sargantium, *Sargans*, caput comitatûs. Iiſdem Pagis & Abbatiſcellenſi ſubeſt Vallis ad Rhenum ſeu Rhenana, *Rheinthal*, prope lacum Bodamicum, in quâ occurrunt Alterſtettum, *Alſtetten*, & Rhyneggum, *Rheineck*. Tribus veteribus pagis ac Glaronenſi obedit Raperſvila, ſeu villa Ruperti, *Rapperſchwyl*, oppidum ad lacum Tigurinum cum ponte ligneo & arce veteri; pago Suitienſi & Glaronenſi præfectura Uſnacenſis, ubi Uſnacum, *Uznach*, & Gaſtalenſis, ubi Gaſtalum, *Gaſtal*, ſeu *Gaſteren*; pago Glaronenſi Comitatus Verdenbergenſis, ubi Verdenberga, *Werdenberg*. XX. *Subditi Helvetiorum ex parte.*

Reſtant ex Subditis Helvetiorum præfecturæ Italicæ, quæ à pago Urienſi in ortum vergunt ac meridiem. Tribus veteribus Pagis parent Vallis Palenſa, *Palenſer Thal*, ſat ferax; præfectura Riparia, *Riviera*, & Bilitionenſis, cujus caput eſt Bilitio, aliàs Bilitionum & Bellizona, incolis *Belinzona*, Germ. *Bellentz*. Omnibus verò Pagis, excepto Abbatiſcellenſi, obtemperant præfectura Madiana, *Val de Madia*, Germ. *Mayental*, à flumine Madiâ; Locarnenſis, ubi Locarnum, *Locarno*, ad lacum Majorem, olim Verbanum; Luganenſis, ubi Luganum, *Lugano*, ad lacum ejuſdem nominis; & tandem Mendriſia- XXI. *Præfecturæ Italicæ iiſdem ſubjectæ.*

drisiana, ubi Mendrisium, *Mendrys*. Hæc autem omnia reguntur à Pagis, quibus obediunt, missis eò Præfectis ex ordine.

XXII. *Varii Helvetiorum Socii.* Post Subditos Helvetiorum recensendi sunt eorum Confœderati & Socii, quorum quidam cum pluribus, alii paucioribus Pagis vario tempore contraxerunt. Inter confœderatos est Geneva, *Geneve*, quæ cum pagis Bernensi & Tigurino fœdus percussit, urbs ampla, benè munita, clavis Helvetiæ, ad Lacum cognominem, quâ parte ex eo egreditur Rhodanus, libera, illustris suâ Academiâ, & professione religionis Protestantium. Comitatus Neocomensis, medius inter comitatum Burgundiæ & pagum Bernensem, huic junctus est, atque, teste Brietio, etiam pagis Friburgensi & Lucernensi, ubi Neocomum, *Neufchastel*, Germ. *Neuenburg*, cum palatio eximio ad lacum ejusdem nominis. Huic verò Comitatui perpetuò unitus est comitatus Valanginus, constans ex quatuor vallibus in monte Jurâ. Confœderata quoque est Bienna, *Bienne*, Germ. *Biel*, juxta lacum cognominem, exigua; Episcopus Basileensis, in cujus Episcopatu, medio inter comitatum Burgundiæ, & pagum Salodorium, est Delmontium, *Delmont*, Germ. *Delsperg*, & Bruntrutum, aliis Brunduſium & Brundusia, *Porentru*, Germ. *Bruntrutt*, sedes Episcopi; urbes Mulhusia, *Mulhausen*, in Sundgoviâ, & Rotevilla, *Rotweil*, in Sueviâ, quæ omnibus Pagis se conjunxerunt; Episcopus Constantiensis, in cujus Episcopatu, qui lacui Constantiensi adjacet, sunt Mersoburgum, *Mersburg*, Arbor felix, *Arbon*, & Episcopi Cella, *Bischofszell*; Abbas S. Galli, qui perenne fœdus iniit cum pagis Glaronensi, Suitiensi, Tigurino & Lucernensi, & Fanum S. Galli, *S. Gal*, cum hisce & pagis Bernensi & Tugiensi. Abbati verò S. Galli paret comitatus Toggenburgensis, in quo est Liechtenstega, *Liechtensteg*, castrum,

XXIII. *Rhætia.* Nunc ad præcipuos Helvetiorum Socios, Rhætos Vallesiosque, progredimur. Rhæti, qui perenne cum omnibus Helvetiis fœdus fecerunt, olim inter fontes Rheni & Dravi, qui in Danubium se exonerat, ac versus lacum Brigantinum & urbem Veronam habitârunt, ut pars Tractûs ipsorum fuerit, ubi hodie est comitatus Tirolis, episcopatus Brixinensis & Tri-

& Tridentinus, per quos hodierni Rhæti ſe non diffundunt, partem ſolùm veteris Rhætiæ occidentalem occupantes. Nunc enim Rhætia ab ortu terminatur comitatu Tirolenſi; ab auſtro ditione Venetâ, & Mediolanenſi ducatu; ab occaſu Helvetiâ; à boreâ eâdem & comitatu Brigantino. Incolæ aliis vocantur non nudè Rhæti, ſed Rhæti Alpini, quia intra Alpes exiſtunt; item Cani, & Cani fœderati, Gall. *Griſons*, Germ. *Graubunden*, ſeu *Graupünter*, id eſt Fœdera Griſonum, nam uti cum Helvetiis, ſic mutuo inter ſe fœdere ſunt colligati, aliàs ſui juris. Scatet Regio montibus ſteriliorque eſt; proinde Legatus Galliæ dixiſſe fertur, hìc inveniſſe ſe montes ſuperbiæ & valles miſeriæ, ſuperbos Gentis mores intuens. Iidem ipſam adeo muniunt, ut inquiant, viginti homines ſufficere ad quatuor anguſtos aditus (plures non habet) contra hoſtilem impetum defendendos.

XXIV. *Rhæti Fœderati.*

Diſpeſcitur Rhætia in Rhætos, ſeu Griſones fœderatos, atque in Subditos ipſorum. Rhæti fœderati ſubdividuntur in Fœdus ſuperius, Fœdus domûs Dei & Fœdus decem Juriſdictionum. Fœdus decem Juriſdictionum, aliàs Judiciorum ac Communitatum, Germ. *Zehen Gerichten punt*, Gall. *la Ligue des dix Droitures*, ut ab eo, quamvis tertium locum obtineat, fiat initium, decem parvas Juriſdictiones complectitur, & magis vergit in boream, atque inter ejus loca ſunt Maiævilla, ſeu Lupinum, *Meyenfeld*, prope Rhenum; Ienatia, *Ienatz*; Davoſium, *Davos*, vicus, ubi hujus Fœderis eſt curia; Albanova, *Alveneu*. Fœdus Superius, ſeu Canum, Gall. *la Ligue Griſe*, Germ. *Oberpunt*, cui primus locus eſt inter Griſones, maximè abit in occaſum, atque novendecim poſſidet Communitates ſeu Territoria, Brictio tamen partes viginti duas ſtatuente. Clariora loca ſunt Iliantum, *Ilantz*, ad Rhenum, atque ſuperiùs Tronum, *Tront*, ubi hujus Fœderis Comitia celebrantur, & Diſcentiſium, *Diſentis*, nobilis Abbatia, cui jus ſignandæ monetæ competit. Huic Fœderi ab ortu adjacet Fœdus Domûs Dei, ſeu Cathedrale, Gall. *la Ligue de la Maiſon Dieu*, Germ. *Gotthesſpunt*, ordine ſecundum & maximum, cui viginti & unum ſunt Territoria ſeu Communitates, quæ non rarò ad undecim revocantur. Urbs hujus Fœderis, quin Rhætiæ totius primaria eſt Curia, Gall. *Coire*,

Fœdus x Judiciorum.

Fœdus Superius.

Fœdus Domûs Dei.

Germ. *Chur*, ſita ad radices duorum montium ad amnem *Pleſſur*, qui paulò inferiùs Rhenum ingreditur, ejuſque Epiſcopus Imperii princeps eſt. Supra occurrit Furſtenavia, *Furſtenau*.

XXV. *Rhætorum Subditi.* Sequuntur Griſonum, ſive Rhætorum Subditi, qui tres ſunt, comitatus Bormienſis, vallis Tellina & comitatus Clavennenſis. *Comitatus Bormienſis.* Comitatus Bormienſis, *Comté de Bormio*, Fœderi Cathedrali ab ortu contiguus, verſus fontes Adduæ fluminis, cinctus jugis altiſſimis, & per ea à Valle Tellinâ ſeparatus, in quinque communitates dividitur. Clariſſima ejus urbs eſt Bormium, *Bormio*, Germ. *Worms*, non procul ab Adduæ fontibus & Valle Tellinâ. *Vallis Tellina.* Vallis Tellina ſeu Volturena, *Valtelline*, cujus partem quidam explicitum modò Comitatum conſtituunt, ab ortu in occaſum inter comitatum Tirolenſem & ducatum Mediolanenſem ad LX Milliaria Italica ſeſe explicat, Adduâ ipſam bipartiente. Aliàs pars fuit Italiæ, & tres partes, ſeu Tertianas complectitur. Oppida ejus clariora jacent juxta Adduam, ſuntque Tiranum, *Tirano*; Tellium, *Teglio*, Germ. *Tell*, quod Valli nomen impoſuit; Sondrium, *Sondrio*, Germ. *Sonders*; Morbenium ſeu Morbonium, *Morbegno*, atque Trahonium, *Trahona*. *Comitatus Clavennenſis.* Valli Tellinæ ab occaſu finitimus eſt comitatus Clavennenſis, *Comté de Chiavenne*, Germ. *Gr. von Cleven*, ultimi Rhætorum ſubditi. Diſpeſcitur in Iuriſdictionem Clavennenſem, & Plurienſem. Hujus clariſſimum erat Plurium, *Pleurs*, ſeu *Plurs*, quod ex montis imminentis lapſu interiit, ejuſque loco exiguus lacus à Merâ flumine provenit. Clavennenſis Iuriſdictionis, quin integri Comitatûs caput Clavenna eſt, Gall. *Chiavenne*, Germ. *Cleven*, ſita ad Alpium radices, & Meram, clavis & porta Italiæ. Samolicum, *Samolico*, burgus elegans ad lacum Clavennæ eſt.

XXVI. *Valeſii Fœderati.* Reſtant ex Sociis Helvetiorum Valleſii. Comitatum Valleſiam ſeu Valeſiam, Gall. *Vallais*, Germ. *Walliſſerland*, terminat ab ortu & ſeptentrione Helvetia propria; ab occaſu Sabaudia; à meridie ducatus Auguſtanus & Mediolanenſis. Perpetuum Fœdus ſancivit ſuperiore ſeculo cum ſeptem Pagis Romano-Catholicis, quò hæc fides Romana ſarta tecta ſervetur. *Valeſia ſuperior.* Diſpeſcitur Valeſia in ſuperiorem & inferiorem. Illa, quæ Germanicâ linguâ utitur, partem tenet ortivam, in quâ Rhodanus

danus oritur, qui hinc in occaſum per medium Comitatum defluit. Ad fontes hujus Fluminis vixerunt Viberi. Clariora loca hujus Valeſiæ, quæ in ſeptem Iuriſdictiones ſeu Communitates ſubdividitur, ſunt Viſpia, *Viſp*, burgus, ubi cryſtallifodinæ; Leucia, *Leuck*, amplus burgus cum balneis; Sideria, *Sider*, ubi melioris notæ vinum, & croci abundantia; Sedunum, *Sion* Gall., Germ. *Sitten*, urbs ad Rhodanum cum geminâ arce, totius Valeſiæ clariſſima, Epiſcopalis, cujus Epiſcopus univerſi Tractûs Comitem ſeſe nuncupat, Princeps Imperii, qui & jus Gladii exercet. Circa hanc Urbem habitârunt Seduni. In inferiore Valeſiâ, ubi lingua viget Sabaudica, & quæ ſex Communitates complectitur, occurrunt Contegium, *Gundis*, vini, croci, cryſtalli dives; Octodurus, nunc Martiniacum, *Martinach*, ſedes olim Veragrorum, ubi ferrum eximium; Fanum S. Mauritii, *S. Maurice en Vallais*, & *S. Moritz*, cui porta eſt rupibus circumvallata, quâ regio ab hâc parte concluditur. Hìc atque in tractu vicino Nantuates degerunt. *Valeſia inferior.*

Pleraque Flumina, quibus Helvetia rigatur, minora ſunt. Nobiliſſimum quidem eſt Arola, *l'Aar*, quod ex monte Adulâ, nunc D. Gothardi, non procul à Rhodani fontibus, ſcaturit, &, curſu in boream directo, pervadit duos lacus pagi Bernenſis, Brientinum & Thunenſem, Bernam rigat, paulò ſupra Arbergam Sanâ ditatur, infra Salodurum Emmâ, juxta *Brugg* Ursâ, *Ruſs*, mox Limago, *Limmat*, tandem circa Waldhuſtum, oppidum Sueviæ, in Rhenum ſe exonerat. Tranſeo duo celeberrima flumina, Rhodanum, quem in Valeſiâ oriri modò diximus, & de quo dictum ſuperiùs, quando de Fluviis Galliæ; item Rhenum, qui ex parte Rhætiæ occiduâ, quæ Fœdus Superius appellatur, ducit initium, quem, ubi de fluminibus Germaniæ ſermo fiet, recenſebimus. XXVII. *Helvetia Flumina.*

Hactenus de Helvetiâ laxiùs ſumptâ, quam ſequentes Tabulæ breviter & ſummatim repræſentant; Prima Pagos; Secunda Subditos Pagorum; Tertia Confœderatos Pagorum; Quarta ſeu ultima Subditos Confœderatorum. XXVIII. *Helvetia Tabulæ.*

I. Pagi XIII,

I.	Bernenſis,	*Relig. Proteſtant.*,	Neuidunum. Roculum. Morſea. Lauſana. Viviacum. Minnodunum. Peterlinga. Aventicum. Arberga. Vanga. Arovium. Lenczburgum. Tobinlum. Berna, *Caput Pagi.* Thunum.
II.	Friburgenſis,	*R. Pontificiæ*,	Gueriæ. Remontium. Friburgum, *Caput P.*
III.	Salodorenſis,	*R. Pontificiæ*,	Salodorum, *Caput P.* Baſiſtella. Oltena.
IV.	Baſileenſis,	*R. Proteſtant.*,	Vallenburgum. Siſſachum. Liechſtalium. Auguſta Rauracorum. Baſilea, *Caput P.*
V.	Schaphuſianus,	*R. Proteſtant.*,	Nova Kilia. Schaphuſia, *Caput P.*
VI.	Tigurinus,	*R. Proteſtant.*,	Egliſovia. Bulachum. Regenſperga. Tigurum, *Caput P.* Griffenſa. Gruninga.
VII.	Abbatiſcellenſis,	*R. Mixtæ*,	Abbatiſcella, *Caput P.* Urnaſcha.
VIII.	Glaronenſis,	*R. Mixtæ*,	Glarona, *Caput P.* Suvandra.
IX.	Suitienſis,	*R. Pontificiæ*,	Suitia, *Caput P.* Arta.
X.	Tugienſis,	*R. Pontificiæ*,	Tugium, *Caput P.* Fanum S. Wolfangi.
XI.	Lucernenſis,	*R. Pontificiæ*,	Sempachum. Suria. Williſovium. Lucerna, *Caput P.* Mons Pilati.
XII.	Sylvanienſis,	*R. Pontificiæ*,	Alpenachum. Stantia, *Caput P.*
XIII.	Urienſis,	*R. Pontificiæ*,	Altorfium, *Caput P.* Aninghuſia.

Bernenſis & Friburg. Pagi Præfecturæ	*Urbana*,	Urba.
	Granſoniana,	Granſonium.
	Moratenſis,	Moratum.
VIII Veterum Pagorum Præfecturæ	*Bremogartenſis*,	Bremogartum.
	Melingenſis,	Melinga.
	Badenſis,	Bada.

II. Sub-

II. Subditi Pagorum,

- VII Veter. Pagorum.
  - *Pars Turgeæ*, — Dieſſenhovium. Fines. Frauenfeldum.
  - *Comit. Sargantia*, — Riva. Sargantium.
- Horum & Abbatiſc. Pagi *Vallis Rhenana*, — Alterſtetum. Rhyneggum.
- III Veter. P. & Glaron. *Civitas*, — Raperſvilla.
- Pagi Suit. & Glaron. Præfecturæ
  - *Uſnacenſis*, — Uſnacum.
  - *Gaſtalenſis*, — Gaſtalum.
- Pagi Glaron. comitæ. *Verdenbergenſis*, — Verdenberga.
- III Veterum Pagor.
  - *Vallis Palenſa.*
  - *Præfect. Riparia &*
  - *Bilitionenſis*, — Bilitia.
- XII Veter. P. Præfecturæ
  - *Madiana.*
  - *Locarnenſis*, — Locarnum.
  - *Luganenſis*, — Luganum.
  - *Mendriſiana*, — Mendriſium.

III. Confœderati Pagorum,

- Reſp. Genevenſis, *Urbs*, — Geneva.
- Com. Neocomenſis, *Urbs*, — Neocomum.
- Reſp. Biennenſis, *Urbs*, — Bienna.
- Epiſcopus Baſileenſis, *Urbes*, — Delmontium. Brunetrutum.
- Reſp. Mulhuſienſis, *Urbs*, — Mulhuſia.
- Reſp. Rotevillenſis, *Urbs*, — Rotevilla.
- Epiſc. Conſtantienſis, *Urbes*, — Merſoburgum. Arbor felix. Epiſcopi Cella.
- Abbas S. Galli, & *Urbs*, — Fanum S. Galli.
- Rhætia, diviſa in
  - *Fœdus x Judiciorum*, — Maienvilla. Jenatia. Davoſium. Albanova.
  - *Fœdus Superius*, — Iliantum. Tronum. Diſcentiſium.
  - *Fœdus Domûs Dei*, — Curia, *Caput Rhætiæ*. Furſtenavia.
- Valeſia,
  - *Superior*, — Viſpia. Leucia. Sideria. Sedunum, *Cap. Valeſiæ*.
  - *Inferior*, — Contegium. Martinacum. Fanum S. Mauritii.

IV. Subditi Confœderatorum,

- Abbatis S. Galli Comit. *Toggenburgenſis*, — Lochtenſtega, arx.
- Rhætorum,
  - *Com. Bormienſis*, — Bormium.
  - *Vallis Tellina*, — Tiranium. Tellium. Sondrium. Morbennum. Trahonium.
  - *Com. Clavennenſis*, — Plurium. Clavenna. Samolicum.

Flumen Helvetiæ clariſſimum eſt *Arola*, vehens — Saram. Emmam. Urſam. Limagum.

CAPUT XVI.

Italia in genere.

I. *Italiæ nomina & limites.*

PERGIMUS ad Italiam, Gall. *l'Italie*, regionem, ſi quæ in Orbe, clariſſimam, penes quam ſub Romanis ſtetit cogniti Orbis imperium. Hanc Græci etiam Heſperiam appellârunt à ſtellâ Heſpero, quia ipſis vergebat in occaſum; item Saturniam, Oenotriam, Auſoniam, Latium, quæ nomina quoque uſurpata ſunt Latinis Poëtis, propriè quaſdam tantùm partes Italiæ ſignificantia. Limites hodiernæ Italiæ (de Veteris limitibus infra loquemur) ab occaſu ſunt Alpes, ſive Provincia, Delphinatus, & Beugeſia, partes Galliæ; à boreâ itidem Alpes, ſeu reſpublica & lacus Genevenſis, comitatus Valeſia, Helvetia, Griſonum Subditi, comitatus Tirolis, ducatus Carinthiæ & Carniolæ; ab ortu mare Superum & Ionium; ab auſtro Inferum atque Liguſticum.

II. *Figura. Varia quantitas.*

Italiam cum crure humano communiter comparant, niſi ſi malumus cum ocreâ calcari inſtructâ. Continetur Italia continens intra gradus XXXVII & XLVII Latitudinis borealis, maximaque ipſius Longitudo, ſi unâ rectâ lineâ menſuretur, extendit ſe à ducatu Genevenſi, quâ parte Beugeſiam contingit, ad maritimam urbem Hydruntum in Hydruntino territorio; quod intervallum quinquaginta circiter milliaria Italica ſupra ſeptingenta complectitur. Latitudo Italiæ in variis ſui partibus longè variat; maximam quidem obtinet ab occaſu in ortum inter ducatum Sabaudiæ & Iſtriam, quæ diſtantia quadringenta Milliaria ſupergreditur. Tandem hujus Regionis ambitum ter mille trecentaque Milliaria poſſidere, ſunt, qui ſuſtinent.

III. *Confinia.*

Italiam contra hoſtilem impetum excelſa montium juga, & variæ partes maris Interni undique muniunt. Cælum in plurimis tractibus temperatiſſimum nacta eſt, cujus calorem circumpoſitum Mare multùm temperat. Solum copioſos lacus poſſidet, & ex Alpibus ac Apennino fluviis ab omni parte perfunditur, producitque inſigni copiâ optimæ notæ vinum, oleum, mala aurea, citria, granata, amygdalas, mora, crocum, ſaccharum.

Digitized by Google

Digitized by Google

ITALIE
Par N. Sanson le fils Geo: du Roy
EMAGNE
GOLFE DE VENISE
TVRQVIE en EVROPE
MER IONIENE
MER DE SICILE
ROY
Belgrad
Ancona
Pescara
Napoli
Sorrento
Amalfi
Policastro
Tropea
Stromboli
Lipara
Isles de
Palermo
Messina
Catania
Siracusa
Brindisi
Otranto
Corfou
Cattaro
Ragusi
Spalatro
Zara
Trieste
Venise
Barri
Bari
Tarente
Golfe de Tarente
Golfe de Galipoli
Cap de Sparti vento
C. Passaro
C. Nouq
Durazzo
Orso
Cerigo
Zante
Cefalonie
Modon
Coron
Navarin
Patras
Vienne
Ratisbonne
Trieste
Fiume
Segna
Scardona
Sebenico
Raguse
Lesina
Curzola
Lissa
Pesaro
Rimini
Ravenne
Ferrare
Mantoue
Milan
Turin
Gennes
Nice
Aix
Marseille
Toulon
Antibes
Genes
Livourne
Piombino
Orbitello
Civita Vecchia
Terracine
Gaete
Capoue
Benevent
Manfredonia
Barletta
Trani
Molfetta
Bisignano
Cosenza
Rossano
Cassano
Amante
Belcastro
Squillace
Stilo
Reggio
Oppido
Melazzo
Cefalu
Termini
Sciacca
Girgenti
Noto
Augusta
Taormine
Etna
Enna
Milazzo
Lipari
Stromboli
Vulcano
Salina
Panari
Alicudi
Filicudi
Ustica
Trapani
Marsala
Mazara
Sicile
Malte
Gozo
Comino
Lampedouse
Pantalarie
Tripoli
Barbarie
Tunis
Bizerte
Bone
Alger
Oran
Tlemsen
Fez
Maroc
Mequinez
Salé
Tanger
Ceuta
Gibraltar
Malaga
Almeria
Carthagene
Alicante
Valence
Denia
Peniscola
Tortose
Barcelone
Rosas
Perpignan
Narbonne
Agde
Montpellier
Aigues Mortes
Arles
Avignon
Orange
Nismes
Frejus
Hieres
Antibes
Nice
Villefranche
Monaco
Vintimille
Oneille
Savone
Final
Albenga
Loano
Noli
Voltri
Gennes
Rapallo
Chiavari
Sestri
Levant
Porto Venere
Spezia
Carrare
Massa
Pietra Santa
Lucques
Pise
Livourne
Piombino
Orbitello
Civita Vecchia
Corneto
Viterbe
Toscanella
Ronciglione
Sutri
Rome
Tivoli
Palestrine
Velletri
Terracine
Fondi
Gaete
Mola
Capoue
Aversa
Naples
Portici
Torre del Greco
Castellamare
Sorrento
Amalfi
Salerne
Ste Marie della B
Policastro
Benevent
Ariano

Digitized by Google

charum. Sylvas nutrit ingentes, læta habet paſcua, atque ex agris & montibus varia metalla eruuntur, item marmora, gemmæ, cryſtallus, alumen, ſulphur, hydrargyrum; proinde jucundiſſima eſt Regio, Europæ & Orbis Paradiſus. Unam Itali religionem, Pontificiam, profitentur, ingenioſi, callidi, affabiles, largi in promiſſis, fidei parùm obſervantes, artis ſimulandi & diſſimulandi callentiſſimi, propenſiſſimi in iram, vindictam, nummos, venerem, zelotypiam, ſupra quam dici poteſt; quibus tamen vitiis non adeo obnoxii feruntur, qui intra Alpes habitant & Apenninum. Diem civilem à Solis occaſu auſpicantur, quando primam horam numerant, à quâ, ſerie non interruptâ, horas pergunt numerare, ut vigeſima quarta diem ipſorum finiat. Non ſubeſt uni Principi Italia, ſed pluribus; è quibus præcipui ſunt Dux Sabaudiæ, (eo illos ordine recenſemus, quo poſtmodùm partes explicabuntur) reſpublica Genuenſis, Rex Hiſpaniarum, reſpublica Veneta, magnus Dux Hetruriæ, & Papa Romanus, quorum quiſque ex ſuo voto Ditionem ſuam adminiſtrat, & in Titulis ſcribit *Dei gratiâ*.

IV. *Diviſio.*

Italiam non eodem modo omnes partiuntur. Sanſoni placet quadripartitio, in Lombardiam, Italiam, regnum Neapolitanum, nec non Inſulas & Regna; quicum varii conſentiunt, qui continentem Italiam ſub cruris humani, aut ocreæ figurâ ſibi imaginantes, ipſam pro variâ latitudine in tres partes diſtribuunt. Nos Italiam dividimus in partem Septentrionalem, Meridionalem, & Inſulas, quarum maximæ jacent in mari Infero, à littore meridionali plus minùs remotæ.

CAPUT XVII.

Italia Septentrionalis.

I. *Italia Septentrionalis.*

ITALIA Septentrionalis ab occaſu, ſeptentrione, & ortu eoſdem limites habet, quos Italiæ ſuperiùs aſſignavimus; à meridie ipſam limitant mare Superum, ſtatus Eccleſiæ & Hetruriæ, nec non mare Liguſticum. Ipſius partes præcipuæ ſunt regio Ducis Sabaudiæ, ducatus Montisferrati, reſpublica Genuenſis, ducatus Mediolanenſis, Parmenſis, Muti-

Mutinenſis, Mirandulanus, Mantuanus, & tandem reſpublica Veneta.

II. *Regio Ducis Sabaudiæ.* Regio Ducis Sabaudiæ terminatur à boreâ republicâ & lacu Genevenſi, ac Valeſiâ; ab ortu ducatu Mediolanenſi, Montisferrati, & Genuenſi republicâ; ab auſtro exiguâ parte maris Liguſtici; ab occaſu Provinciâ, Delphinatu, & Beugeſiâ. Dividitur bifariam ab Alpibus, in partem Ciſmontanam ac Tranſmontanam.

III. *Ducatus Sabaudiæ.* In Ciſmontanâ jacent ducatus Sabaudiæ & comitatus Nicææ, ſeu Niciæ, quos varii excludunt ex Italiâ, quia cis Alpes collocantur eo in loco, ubi ante pars extitit Galliæ Narbonenſis. Ducatus Sabaudiæ, *Ducato di Savoia*, Gall. *Savoye*, inter reliquas ditiones Ducis Sabaudici maximè in boream & occaſum deflectit, atque frigidioris Cæli eſt, quia vertices montium, quibus abundat, perpetuâ nive teguntur, dives pecorum, ſylvarumque. Sex provincias cum parte Beugeſiæ complectitur, ſuntque Caballica, Foſſiniaca, Genevenſis, Sabaudiæ, Tarentaſiæ, & Maurianæ. Harum tres priores in boream, reliquæ in auſtrum extenduntur. In ducatu Caballico, aliis Caballiacenſi, ſeu Chablaſſii, *Duc. di Chablais*, qui lacui Lemano adjacet, occurrunt Fanum S. Gingulphi, *S. Gingoult*; Aquianum, *Evian*, atque Tunonium, *Thonon*, caput Ducatûs, prope Lacum. In Baronatu Foſſiniaco, item Focunatii & Faucignii, *Foſſigny*, ſunt Bonnopolis, *Bonneville*; Cluſæ, *Cluſe*, clariſſimæ; Sallanchiæ, *Salanches*. In ducatu Genevenſi, *D. di Geneva*, jacent Thononium, *Thonnes*; Rochia, *Roche*; Annecium, *Annecy*, caput, parvum atque à paucis inhabitatum, ad lacum ejuſdem nominis, *Lac d'Annecy*, qui, medio flumine *Tioud*, Rhodano jungitur. Inter Rhodanum & ducatum Sabaudiæ propriæ occurrit exigua pars Beugeſiæ, quæ Sabaudici juris eſt, ejuſque oppida ſunt Yenna, *Yenne*, ad Rhodanum, atque inferiùs Fanum S. Geneſii, *S. Genis*. De cæterâ parte Beugeſiæ actum in præfecturâ Burgundicâ. In Sabaudiâ propriâ majoris notæ habentur Rumiliacum, *Rumilly*; Aquæ, *Aix*; Burgetium, *Bourget*, quòd proximo Lacui, *Lac du Bourget*, appellationem imponit; Camberium, *Chambery*, caput non tantùm Sabaudiæ propriæ, ſed univerſi Ducatûs, in planitie collocatum; Mon-Melianum,

Duc. Caballicum. *B. Foſſiniacum.* *D. Genevenſis.* *Pars Beugeſiæ.* *Sabaudia propria.*

M. Me-

M. Melian; Confluentiæ, *Conflans*; Befordia, *Beauford*, præcipua ejuſdem nominis Præfecturæ. In comitatu Tarentaſiæ, *Contado di Tarenteſe*, ſunt Burgus S. Mauritii, *S. Morice*, & Tarentaſia, ſeu Forum Claudii, nunc Monaſterium, *Mouſtiers*, ſive *Mouſtiers en Tarenteſe*, nobiliſſima, Archiepiſcopalis, quæ caput fuit Centronum, qui hanc incoluêre Provinciam. Tandem in comitatu Maurianæ, *Maurienne*, ſe offerunt Cambrius, *Chambre*; Fanum S. Joannis, incolis *S. Jean*, exteris *S. Jean de Maurienne*, clariſſimum, ſitum in exiguâ planitie, abſque mœnibus, aliàs non inelegans; Modania, *Modane*. *Comit. Tarentaſia.* *Com. Mauriana.*

IV. *Comitatus Nicæenſis.*

Pars altera Regionis Ducis Sabaudici cis Alpes eſt comitatus Nicæenſis, C. *di Nizza*, explicitâ parte longè minor, quæ inter Provinciam & Principatum Pedemontii maximè ſe diffundit. Solum habet inſignitè aſperum, ac propter calles ubique anguſtos munitum naturâ, palmarum ferax. Dividitur hic Comitatus quibuſdam in quatuor Vicariatus, Barcellonenſem, Puerinum, Nicæenſem, & Suſpellanum, quibus addunt comitatum Bobienſem & vallem S. Stephani. Alii eundem diſtribuunt in vicariatum Barcellonenſem, comitatus Bobienſem, Nicienſem propriè dictum, & Tendæ. In vicariatu Barcellonenſi, aliis Barcinonis eſt Loſettum, *Lauſet*, atque Barcellona, ſeu Barcellonetta, *Barcellonette*. In comitatu Bobienſi, ſeu Bovilii, & Bolei occurrit Bovilium, item Bobium & Boglia, *Boglio*. Comitatus Nicienſis proprius complectitur vicariatum Puerinum, ſeu Podietanum, in quo eſt Puerinum, *Poggieto*, *& Poggiet*, in limite Galliæ ad Varum, quod tamen quædam Tabulæ in comitatu Bobienſi collocant; vicariatum Nicienſem, in quo ſunt Nicæa, ſeu Nicia, *Nizza*, & *Nizza di Provenza*, Ital., urbs ad oram maris Interni, Vediantiis olim inhabitata, ampla, Epiſcopalis, caput hujus non ſolùm Vicariatûs, ſed univerſi Comitatûs Nicienſis, cum inſigni arce & portu, cui ferunt Cromwellum aliquando inſidiatum fuiſſe, item Villa Franca, *Villa Franca*, portus pulcherrimus; vicariatum Suſpellanum, ſeu Ceſpitellanum, in quo jacent Suſpellum, *Soſpello*, & Saorgium, *Saorgio*; & vallem S. Stephani, ubi Fanum S. Stephani, *S. Stefano*. Tandem in comitatu Tendæ præſtat Tenda, *Tende*, cui caſtrum benè munitum eſt. Cæterùm hunc Comitatum, *V. Barcinon.* *C. Bobienſis.* *C. Nicienſis proprius.* *C. Tendæ.*

quin universum comitatum Nicæensem varii ad Pedemontii principatum referunt.

V. *Principatus Pedemontanus.*

Pars Transmontana regionis Ducis Sabaudici complectitur principatum Pedemontanum, partem ducatûs Montisferrati, & principatum Marrii, & Oneliæ, sed de hoc in orâ Genuensi loquemur, atque de illâ, quando de Pedemontio diximus. Principatum Pedemontii, *Prencipato di Piemonte*, Gall. *Piemont*, varii variè extendunt. Quidam ducatum Augustanum Sabaudiæ largiuntur; aliis distinctus Ducatus est; sunt, qui ipsum partem faciunt Pedemontii. Hos quando sequimur, limitant ab occasu principatum Pedemontii Sabaudia, & Delphinatus; à meridie comitatus Nicæensis, ac respublica Genuensis; ab ortu ducatus Montisferrati & Mediolanensis; à septentrione Valesia. Nomen à situ obtinet, nam ad radices, seu pedes Alpium extenditur, & copiam habet metallorum, frumenti, vini, cannabis, castanearum, casei, ferinæ, atque inter meliores Italiæ partes numeratur. Ducatus Augustanus, *Ducato di Aousta*, partem occupat Pedemontii maximè boream, ejusque clarissima urbs est Augusta Prætoria, *Avosta*, caput olim Salassorum, qui & Eporediam, de quâ statim, possederunt, ad radices Alpium, & Duriam, Episcopalis; inferiùs est Castellio, *Castiglione*, & Bardum, *Barda*. Reliquam partem Pedemontii, quæ aliis principatûs Pedemontani nomine tantùm venit, novissimæ Tabulæ in sedecim exiguas partes distribuunt, quæ sunt territorium Bugellæ, principatus Masseranensis, dominium Vercellense, comitatus Canapitii, territorium Taurinense, marchionatus Segusii, territorium Saviliani, comitatus Lucernæ, marchionatus Salutiarum, territorium Cunei, marchionatus Cevanus, territorium Montis Regalis, Cherasci, Salutiarum, Chierii, nec non Astensis Comitatus. In territorio Bugellæ sunt Bugella, *Biella*, ampla & dives, atque Andornum, *Andorno*, Marchionatûs caput. Principatus Masseranensis sub dominio est proprii Principis, feudum Ecclesiæ, dives metallorum, ubi occurrunt Crepacorium, *Crevacor*, castrum, & Masseranum, *Masseran*, Principis sedes & deliciæ. In dominio Vercellensi, *Sig. di Vercelli*, quod aliàs pars erat ducatûs Mediolanensis, jacent Vercellæ, *Vercelli*, in limite ducatûs Mediolanensis,

Duc. Augustanum.

Terr. Bugella.

Princ. Masseranensis.

Dom. Vercellense.

Dominii

Dominii nobiliſſima, uti antea Libycorum, feliciter munita, Epiſcopalis; Fanum S. Agathæ, *Santia*; Creſcentium, *Creſcentin*, In comitatu Canapitii, *Canaveſe*, præſtant Eporedia, *Ivrea*, caput Comitatûs, Epiſc., & Clavaſium, *Chivaſſo*. In territorio Taurinenſi clariſſimum eſt Taurinum, *Turino*, olim Auguſta Taurinorum, quorum ſedes erat præcipua, urbs ampla, pulcherrima, munitiſſima, cum arce ſpectabili, Archiepiſcopalis, illuſtris ſuâ Academiâ, Principis habitatione, ac ſindone, quâ Salvatoris cadaver involutum fuiſſe ferunt, caput univerſi Principatûs. In marchionatu Seguſii, ſeu Seguſino ſunt Suſa, ſive Seguſium, *Suſe*, Seguſianis inhabitatum, ad Duriam, unde in Delphinatum pervia via eſt, hodie ſub Gallis, & Aviliana, *Avigliana*. In territorio Saviliani ſe offerunt Carignanum, *Carignan*; Raconiſium, *Raconiggi*, quæ oppida propter pulcherrimas & copioſiſſimas moros uberem ſerici proventum habent; Savilianum, *Savigliano*, urbs elegans. In comitatu Lucernæ ſunt Fanum S. Martini, *S. Martin*; Angrogna, *Angrogne*; Lucerna, *Lucerna*, caput famoſiſſimi Comitatûs, & vallis ampliſſimæ, in quâ atque vicinis tractibus jam ante quingentos annos habitârunt Waldenſes, qui quoniam Eccleſiam Romanam Apoſtaticam judicabant, ſæpiùs, atque hoc ipſo ſeculo, quin nuperrimè, victimæ fuerunt odii Pontificii, inque omnem eorum ſexum adeò ſæviêre hoſtes, ut admodùm Alpinæ nives rubuerint. In marchionatu Salutiarum clariſſimæ ſunt Salutiæ, ſeu Salutium, *Saluzze*, urbs Epiſcopalis, lauta, temperatiſſimi aëris, & Demontium, *Demont*. Fuit hic Marchionatus aliàs pars Galliæ, nunc juris Sabaudici. Conferatur CAP. XII, § II. In territorio Cunei ſunt Centale, *Centallo*, atque Cuneum, & Conium, *Cuneo*, ſeu *Conio*, validum. In marchionatu Cevano, qui pars eſt Aſtenſis comitatûs, de quo ſtatim, jacet Cevanum, ſeu Ceva, *Ceva*, cum arce. In territorio Montis Regalis occurrunt Mons Regalis, *Mondovi*, urbs Epiſcopalis, populoſa, in colle, & Bena, *Bene*. In territorio Cheraſci, ſeu Foſſani eſt Foſſanum, *Foſſano*, munimentum ad Sturam, atque Claraſcum, item Cheraſcum, *Cheraſco*. In territorio Salutiarum præſtat Carmaniola, *Carmagnola*, culta munitaque, quæ pendet ex marchionatu Salutiarum, de quo

C. Canapitii.
Territ. Taurinenſe.
March. Seguſii.
Territ. Savilliani.
Com. Lucernæ.
March. Salutiarum.
Territ. Cunei.
M. Cevanm.
Territ. Mont. Regalis.
T. Cheraſci.
T. Salutiarum.

Terr. Chieri. mox diximus. In territorio Chieri eſt Caſtrum Chiericum;
Comit. Aſtenſis. ſive Chierium, *Chieri.* Denique in Aſtenſi comitatu, qui antea pars fuit ducatus Mediolanenſis, nunc verò paret Duci Sabaudiæ, ſe offerunt Villa Nova, *Villa nova*; Aſta, *Aſti*, Epiſcopalis, valida, vetus, potens olim Reſpublica, caput Comitatûs; Veruca ac Verrucola, *Verua*, arx ad Padum monti inſidens.

VI. *Mons Ferratus:* Progredimur ad Montem Ferratum, ſive ducatum Montisferrati, *Ducato di Monferrato*, cui à Collibus mirè fœcundis nomen eſt. Terminatur ab occaſu & boreâ principatu Pedemontano; ab ortu ducatu Mediolanenſi & ditione Genuenſi; ab auſtro eâdem. Maximè à meridie in ſeptentrionem protenditur, at in latere ortivo, occiduoque admodùm ſinuoſus eſt, variæ latitudinis, in quibuſdam locis perquàm exiguæ. Totus amœnus eſt & fructifer, rerum ad vitam fertilis, frumenti, orizæ, vini delicatiſſimi, frequens incolis. Diſpeſcitur in partem occidentalem & orientalem. Illa minor eſt, & Mons Ferratus Pedemontanus appellatur, ſub imperio Ducis Sabaudiæ, cujus nobiliora loca ſunt Alba, *Alba*, olim cognominata Alba Pompeia, antiquus Epiſcopatus ad flumen Tanarum, caput Albenſis Territorii, à paucis hodie inhabitatum, indieſque deficiens; Fanum S. Damiani, *S. Damiano*, munitum; Liburnum, *Livorno*, in paludibus; Tridinum, vel Trinum, *Trino*, ſui Territorii & hujus Ditionis præcipuum. Pars orientalis Montisferrati, explicitâ amplior, ſub Duce Mantuano eſt, & Mons Ferratus propriè dictus nuncupatur, in quo occurrunt Caſale, aliàs diſcriminis ergo Caſale S. Evaſii, *Caſale* & *Caſale di S. Vaſo*, à S. Evaſio, patrono ſuo, Gall. *Caſal*, urbs Epiſcopalis ad Padum, ſui Territorii non tantùm, ſed & hujus Montisferrati clariſſima, munimentum, ſi quod, celebre, quod ante paucos annos Dux Mantuanus Galliarum Regi certis legibus vendidit, qui aſſiduè ingens in illo alit præſidium; Occimianum, *Occimiano*, quondam Marchionum Montis Ferrati habitatio; Nicæa, cui à Paleâ cognomentum eſt, *Nizza della Paglia*, parva, ſitûs amœni, quam Sabaudici juris alii ſtatuunt; Aquæ, olim Stateliæ, ſeu Aquæ Statielorum, *Acqui*, quarum balnea cæteris hujus Ducatûs longè præſtant, & ingente hominum

Pedemontani;

Propriè dictus.

con-

Digitized by Google

confluxu, variis morbis laborantium, menſibus Majo atque Septembri, celebrantur. Caput eſt ſui Territorii.

VII. *Reſpublica Genuenſis.*

Viſo Monte Ferrato, pandit ſe Ditio, ſeu Reſpublica Genuenſis, *Republica di Genoua*, Gall. *Eſtat* aut *Republique de Genes*, quam limitant à boreâ Pedemontium, Mons Ferratus, Status Mediolanenſis & Parmenſis; ab ortu vallis Macræ, & Domin. Ducis Maſſæ; ab auſtro mare Liguſticum; ab occaſu principatus Monachii, & comitatus Nicæenſis. Occupat partem Liguriæ, quæ inter flumina Varum, Padum ad uſque Placentiam, Macram, & mare Liguſticum ſe diffudit. Figuram habet Lunæ falcatæ, extenditurque ab occaſu in ortum, ad centum & quadraginta circiter milliaria, aſt exiguæ eſt latitudinis, in primis inter Montem Ferratum & Savonam; unde nec mirum, Ripariam quoque, ſeu Oram Genuenſem, *Riviera di Genoua*, *appellari*. Solum habet plurimis in locis montoſum, quod fertiliſſimum eſt, & optimè quidem cultum verſus littora; multo autem minùs illo in tractu, qui longiùs à mari removetur. Olim Domina maris fuit hæc Reſpublica, Venetamque fermè attrivit, nunc viribus longè inferior. Caput ejus, & quod nomen ipſi imponit, eſt ſuperba ſeu magnifica Genua, *Genoua*, Janua recentioribus, caput antiquitus Liguriæ, locata in medio littore, leniter in collem ad modum Theatri aſſurgens, Archiepiſcopalis, populoſa, ampla, marmorea, cujus viæ antiquæ anguſtæ ſunt, & propter excelſa ædificia tenebroſæ, contrà recentes, plurimis ſuperbiſſimis palatiis, inter quæ eminet palatium Auriarum, *des Doria*, planè regium, exornatæ, emporium celebratiſſimum, cum portu capace, ſed minùs tuto, in cujus vicinià tot occurrunt villæ magnificæ, ut unius urbis amœnæ ſpeciem ferè exprimant.

VIII. *Ora ejus occidentalis.*

Diſpeſcit hæc Civitas ſuo ſitu Rempublicam in Oram orientalem, & occidentalem. Hæc, *Riviera di Genoua di Ponente*, inſertum ſibi habet Marchionatum Finalii, Principatum Oncliæ, atque confinem in tractu maximè occiduo Principatum Monachii, quos primùm juvat expendere. Principatus Monachii ſuo Principi ſubeſt, qui ſe in Regis Franciæ clientelam tradidit, ejuſque oppida ſunt Herculis Monœci portus, *Monaco*, cui caſtrum in ſaxo, & palatium Principis, Gallicum-

Princ. Monachii.

Digitized by Google

Princ. Oniliæ. que Præsidium, & Mentonium, *Menton.* In Principatu Oniliæ seu Uneliæ, qui paret Duci Sabaudico, jacet Onilia, *Oneglia*, in fertili valle, atque Marrum, *Marro*, Brietio caput Comitatûs cognominis, quod intra Oniliæ principatum recentes Tabulæ delineant. *Marchion. Finalii.* In Marchionatu Finalii, seu Finarii, qui Oram occidentalem prorsùs intersecat, & Regi Catholico obedit, appendix regni Castellæ, caput est Finarium, seu Finalium, *Finale*, cui ab aëris puritate nomen impositum esse volunt, munitum feliciter. *Urbes hujus Oræ.* In ipsâ Orâ Genuensi occidentali præstant Albium Intemelium, & contractè Albintemelium, nunc Vintimilia, *Vintimiglia*; Fanum S. Remi, *S. Remo*; Tabia, *Taggia*, castrum remotius à mari, vino Apiano, *Muscat*, celebre; Albium Ingaunum, item Albingaunum, *Albenga*; Naulum, *Noli*; Vada Sabatia, *Savona*, aliis *Vado*; Coguaretum, *Cogoreto*, Christophori Columbi solum natale.

IX. *Ora orientalis Genuæ.* In Orâ orientali, *Riviera di Genoua di Levante*, ad quam & Genuam referunt, conspiciuntur Nervium, *Nervi*; Rapalum, *Rapallo*, unde nomen proximæ valli, & sinui, oleum habens laudatissimum; Segestum orientale, item Sisterium, *Sistri di Levante* & *Sestri*; Spetia, *Spezza*, quæ sinum adjacentem cognominat; Serezana, *Sarzana*, urbs Episcopalis cum validâ arce, ad Macram fluvium, non longè ab ostio. Loca mediterranea sunt Brunetum, *Brugneto*; Rosanium, *Rosagni*; Torelia, *Toriglia*, caput Marchionatûs, quem ab Auriis, *les Doria*, possideri, tradit Brietius. Subsunt denique huic Reipublicæ in mari Tyrrheno insula Capraria, *Capraia*, parva cum castro contra Piratas; atque in Corsico mari Corsica, *Corsica*, ampla, à quâ prior dependet; verum de hâc loquemur, quando de Italiæ Insulis.

X. *Status Mediolanensis.* Sequitur Status, seu Ducatus Mediolanensis, *Stato*, seu *Ducato di Milano*, Gall. *Estat de Milan*, & *Milanez.* Limites ejus ab austro sunt Respublica Genuensis; ab occasu ducatus Montisferrati, & Pedemontium; à boreâ Valesia, præfecturæ Italicæ sub Helvetiis, & Grisonum Subditi; ab ortu dominium Venetum, ducatus Mantuanus & status Parmensis. Totus Ducatus propemodùm jacet in planitie, & propter fluminum ac fluviolorum abundantiam, nec non lacuum in parte

Digitized by Google

parte boreâ optimè rigatur, adeoque fertilis est & amœnus, ut merito habeatur pars præstantissima, & paradisus Italiæ. Pars ipsius cis Padum partem continet Liguriæ, at in parte transpadanâ habitârunt Insubres, omnium Gallicarum gentium in Italiâ validissimi, quorum regio Insubria nuncupata est. Paret hic Status Regi Catholico, & appendix habetur regni Castellæ.

XI. *Ejus Territoria sunt* XII:

Dividitur in partes XII, inter quas sunt cis, aut in Pado territorium Bobiense, Papiense, Dertonense, Alexandrinum, Laumellina; trans eum comitatus Viglebani, territorium Novariense, comitatus Angleriæ, territorium Comense, Mediolanense, Laudense & Cremonense. In territorio Bobiensi, *Bobbiese*, jacent Rossariolum, *Rossariulo* ad flumen Trebiam, atque inferiùs Bobium, *Bobbio*, urbs Episcopalis. In Papiensi, seu Ticinensi, *Paveſe*, quod Padus in duas partes distribuit, & mirabili rerum abundat copiâ, excellit Papia, ante Ticinum, *Pavia*, ad amnem Ticinum, sedes quondam Regni Longobardorum egregiè exculta, Lævorum caput, uti nunc sui Territorii, urbs Episcopalis cum castro & Academiâ; cis Padum occurrit Vogheria, *Voghera*. In Dertonensi, *Tortoneſe*, præstant Dertona, *Tortone*, Episcopalis, & Castellum Novum, C. *Nuovo Tortoneſe*. In Alexandrino, *Aleſſandrino* sunt Boscum, *Boſco*, atque, quæ longè præcipua est, Alexandria, cognomento à Paleâ, *Aleſſandria* simpliciter, & *Aleſſandria della Paglia*, Episcopalis ad Tanarum. Laumellina, Sansoni regio Lævomellina, Brietio ager Laumelinus, *Laumellina*, quem Padus perfundit, variis pars occidentalis statuitur Ticinensis territorii, in quâ quidam præferunt Valentiam, *Valenza*, alii Mortariam, *Mortara*. Nomen ipsi facit Laumellum, *Laumello*, olim amplum & nobile, nunc vicus parùm frequens ædificiis. In comitatu Viglebani, qui ab occasu in ortum longiùs se diffundit inter fluvios Sessiam atque Ticinum, at exiguæ est latitudinis, clarissimum est Viglebanum, *Vigevano*, urbs Episcopalis, distans parùm à Ticino. Multo amplius est Novariense territorium, *Novareſe*, quod isdem limitatur fluminibus. In eo clarissima est Novaria, *Novara*, urbs Episcopalis, antiqua, uti multæ testantur Inscriptiones marmoreæ; Orta, *Orta*, castrum est ad lacum Orta-

T. Bobienſe.

T. Papienſe.

T. Dertonenſe.

T. Alexandrinum.

T. Laumellinum.

Com. Viglebani.

T. Novarienſe.

Com. Angleria. Ortanum, *Lago d'Orta.* Comitatus Angleriæ, *Contado di Anghiera*, pars eſt omnium occidentaliſſima, in quâ occurrunt Domodoſcella, aliàs Oſcella, *Domo d'Oſcella*, oppidum munitum, Lepontiorum olim Caput, qui hunc Comitatum inhabitârunt; Voconia, *Ugogna*, & *Vogogno*; Margotia, *Margozzo*; ad lacum Margotium, *Lago di Margozzo*; Palantius Vicus; *Palanza*; Arona, *Arona*, arx munitiſſima cum tuto portu ad ripam lacûs Verbani, ſeu Majoris, *Lago Maggiore*, in tractu maximè auſtrali. Major vocatur, quia inter vicinos Lacus maximus eſt, qui & aquas ſuas in ipſum exonerant. Sub limacis cornuti ſpecie maximè in boream ſeſe explicat, ubi verò anguſtiſſimus eſt, vix mille paſſuum obtinet latitudinum. In oppoſitâ ripâ eſt Angleria, *Anghiera*, titulo Comitatûs antiquiſſimi illuſtris; Trinatium, *Terna*, juxta lacum Trinatium, *Lago di Terna*; Gaviratium, *Ghivira*, ad os Lacûs cognominis, qui per foſſam, ſeu flumen Botiam in lacum Verbanum ſe effundit. *Territ. Comenſe.* Territorium Comenſe, ſeu regio Lario lacui circumpoſita, *Comaſco*, pars eſt ducatûs Mediolanenſis borealiſſima, quam lacus Larius, nunc Comenſis, *Lago di Como*, ſupremâ ſui parte ſimplex, poſt ſciſſus in duo brachia, à boreâ in auſtrum perfundit. Ejus loca ſunt Comum, *Como*, urbs Epiſcopalis, ad dictum Lacum, caput Territorii; Pianellum, *Pianella*, ubi egregia eſt lapidum molarium Lapicidina; Bellanum, *Bellano*; Leucum, *Lecco*. *T. Mediolanenſe proprium.* Territorio Comenſi ab auſtro adjacet Mediolanenſe proprium, *Milaneſe*, ampliſſimum, in quo ſunt Montia, *Monza*; Mediolanum, *Milano*, urbs & hujus Territorii, & univerſi Statûs Mediolanenſis primaria, ſicut olim populorum Inſubrium, Archiepiſcopalis, cum Academiâ, capiens, ut ferunt, ducenta ac triginta hominum millia, interque ea tot Artifices, ut omnibus Italiæ urbibus poſſent ſufficere. Muri, qui ipſam ambiunt, dicuntur ad octo millia paſſuum ſe extendere, & ſuburbia ejus poſſe cum magnis urbibus conferri; ut mirum non ſit, Italis *Milano la Grande* appellari. Circa urbem tantus Orizæ proventus eſt, ut per omnem Italiam & Galliam diſtribuatur. *T. Laudenſe.* Inferiùs jacet Melignanum, *Melignano*. Mediolanenſi territorio confine eſt Laudenſe, *Lodegiano*, paſcuorum dives, ubi eſt Laus nova Pompeia, nunc Lauda, *Lodi*, Epiſcopalis ad

Ad-

Digitized by Google

Adduam, clariſſima, & Cotoneum, *Codogno*. Tandem ſuper- *T. Cremonenſe.*
eſt territorium Cremonenſe, *Cremoneſe*, vini ac fructuum maximè ferax, cujus celebriora loca ſunt Piceleo, *Picighitone*, egregium oppidum, ad cujus arcem validiſſimam deductus eſt Franciſcus I, captus ad Papiam; Cremona, *Cremona*, Epiſcopalis, caput Territorii cum arce, & turri celeberrimâ; Caſale majus, *Caſale Maggiore*.

Viſo Statu Mediolanenſi, proximus eſt Parmenſis, *Stato del Duca di Parma*, quem terminat à boreâ & occaſu ducatus Mediolanenſis; ab auſtro ditio Genuenſis; ab ortu ducatus Mutinenſis. Antiquitus hìc habitârunt Ananes, ſeu Anamani Populi. Aërem habet ſaluberrimum, & vitam incolæ longiùs protrahunt, abundatque frumento, vino, oleo, lino, armentis, velleribus, & caſeo, qui in Italiâ & penes exteros magni eſt nominis. Eſt verò hic Status Feudum Pontificis, ſeu Eccleſiæ, atque idcirco Dux Parmenſis ipſi certam pecuniæ vim ſingulis annis dependit. Partes ejus ſtatuuntur quatuor, ducatus Parmenſis, territorium Buſſetinum, ducatus Placentinus, & ſtatus Vallis Tari pro majori parte, quarum tres priores jacent ad Padum, & quarta verſus fontem Tari fluminis ad radices Apennini. In ducatu Parmenſi, *Ducato di Parma*, eſt Parma, *Parma*, urbs antiqua, ſplendida, frequens incolis, ad Parmam fluvium, quo bifariàm dividitur, Epiſcopalis, cum arce pentagonâ, palatio hortis, aquis, picturis eximio, habitatione Ducum Parmenſium, & Academiâ; Mons Ceritus, ſeu Cheruculus, *M. Chiarugolo*; Roſſena, *Roſſena*, caput comitatûs; Forum Novum, *Fornovo*. In territorio Buſſetino, ſeu Statu Buxeti ſunt Burgus S. Donini, *Borgo S. Donino*; Epiſcopalis, & Buſſetum ſive Buxetum; *Buſſeto*, nobile oppidum. In ducatu Placentino, *D. di Piacenza*, qui æris ac ferri, potiſſimùm in monte Apennino & limite Genuenſi, dives eſt, nec non puteorum aquæ ſalſæ, ex quibus ſal candidiſſimum virtute ignis conficitur, ſunt Placentia, *Piacenza*, urbs Epiſcopalis ad Padum munitiſſima, in quâ & Ducis palatium non ignobile; Nibianum, *Nibiano*; Magnanum, *Magnano*. Status Vallis Tari ſuos ante habuit Principes, nunc verò Principi Vallis Tari ſubſunt Bardium, *Bardi*; Campianum, *Campiano*, & aliquot loca in viciniis; cætera Parmenſi

XII. *Status Parmenſis.*

Duc. Parmenſis.

Territ. Buſſetinum.

Duc. Placentinum.

Status Vallis Tari.

menſi Duci obediunt, oppidumque præcipuum eſt Burgus Vallis Tarenſis, *Borgo di Val di Taro*, ad flumen Tarum, munimentum laudabile.

XIII. *Ditio Mutinenſis.* Pergimùs ad ditionem Ducis Mutinenſis, *Modeneſe*, quam limitat ab auſtro ditio Magni Ducis Hetruriæ, & reſp. Lucenſis; ab ortu territorium Bononienſe; à boreâ ducatus Mirandulanus ac Mantuanus; ab occaſu ducatus Parmenſis. Complectitur hæc Ditio ſeptem partes exiguas, quæ ſunt Carferoniana, ſeu Grafiniana pro majori parte, Friniana, dominium Saxulonenſe, ducatus Mutinenſis, Rhegienſis, & principatus Corregienſis, ac Carpenſis, inter quas tres primæ *Carferoniana.* magis ad auſtrum, reliquæ ad boream ſitæ ſunt. In Carferonianâ, ſeu agro Carfiniano, *Carfagnana*, qui eſt in tractu hujus Ditionis meridionali, & celebres poſſidet ferri fodinas, ac copiam armentorum & pecoris, clariſſimum eſt Caſtrum Novum, cognomento Carfinianum, *Caſtro Novo di Carfagnana.* *Friniana.* In Frinianâ, *Frignana*, ubi magna vini ubertas eſt, jacent Seſtula, *Seſtola*, ſedes Præfecti, & Aquarium, *Acquaria*, cu- *Domin. Saxulanum.* jus aquæ medicatæ celebrantur. In dominio Saxulonenſi, ſeu Saxulano, *Signoria di Saſſuolo*, eſt Saxulum, *Saſſuolo.* In *Duc. Mutinenſis.* ducatu Mutinenſi, *D. di Modena*, ubi multum frumenti, orizæ ac vini exquiſiti eſt, ſunt Mutina, *Modena*, urbs Epiſcopalis, vetus, ampla, valida, caput univerſæ Ditionis, & Ba- *Duc. Rhegienſis.* ſtia, *Baſtia.* In ducatu Rhegienſi, qui licet gravioris Cœli ſit, vinum tamen profert ac fructus egregios, eminet Rhegium, *Reggio*, urbs Epiſcopalis, ac Brixilium, *Breſſello.* In *Princ. Corregienſis & Carpenſis.* principatu Corregienſi, *Prencipato di Corregio*, eſt Corregium, *Corregio*, atque in Carpenſi, Carpium, *Carpi.*

XIV. *Ducatus Mirandulanus.* Inter ditionem Mutinenſem, atque ducatum Mantuanum medius eſt ducatus Mirandulanus, in cujus ambitu quinquaginta circiter paſſuum millia numerantur. Abundantiam habet vini, frumenti, orizæ, & pecorum, ſuoque Duci obedit. In eo jacent Concordia, *Concordia*, caput Comitatûs, atque Mirandula, *Mirandola*, parva, ſed munita feliciter, unde nomen Ducatui.

XV. *Ducatus Mantuanus.* Amplior hoc Ducatu eſt Mantuanus, *D. di Mantoua*, cujus terminus ab ortu eſt ducatus Ferrariæ; à boreâ territorium Veronenſe, & Breſcianum; ab occaſu Cremonenſe; ab auſtro

ſtro ditio Mutinenſis, & ducatus Mirandulanus. Frumentum fert iſtâ quantitate, ut & vicinas ditiones nutrire poſſit; vinum habet auſterius, ſed læta paſcua, & tapetes ex lanâ & ſerico, magni nominis. Proprio Duce regitur, cujus celebriora loca ſunt Guardiſtallum, *Guaſtalla*, gerens titulum Ducatûs; Burgus Fortis, *Borgo Forte*, ad Padum, qui per Ducatum delabitur, & Mantua, *Mantoua*, urbs antiquiſſima, magnifica, Epiſcopalis, caput Ducatûs, cum recente Academiâ, ſita in lacu Mantuano, qui inſigniter piſcoſus à Mincio flumine hìc ſtagnante efficitur, ut ad eam via non pateat, niſi per pontes & aggeres. Palatium Ducis ampliſſimum eſt, atque pretioſis ſtragulis & aulæis abundè veſtitum. Plura loca hic Ducatus complectitur, quæ ſuis ſubſunt Principibus, quorum præcipua ſunt Novellaria, *Novellara*, Sabuloneta, *Sabioneta*, Bozolum, *Bozolo*, Caſtilio Stiverorum, *Caſtiglione della Stivere*, & Sulphurinum, *Solforino*. Cæterùm, ut dictum ſuperiùs, pars major Montis Ferrati ſub hoc Duce eſt.

Loca ſub Duce.

Sub ſuis Principibus.

XVI. *Dominium Venetum.*

Reſtat ex Septentrionali Italiâ Dominium Venetum, *Dominio Veneto*, Gall. *Eſtat de Veniſe*; Reſpublica totius Europæ antiquiſſima, potens, celebris. Termini hujus Dominii in Italiâ, ſeu terrâ firmâ (quæ enim extra Italiam poſſidet, inferiùs recenſebimus) ſunt ab occaſu ducatus Mediolanenſis; ab auſtro Mantuanus, Ferrara, & ſinus Venetus; ab ortu ducatus Carniola; à boreâ Carinthia, comitatus Tirolis, Bormienſis, atque vallis Tellina. Maximè ab occaſu in ortum ſe explicat inter territorium Bergamenſe & Foroiulienſe, quæ intercapedo ducenta & decem circiter milliaria Italica poſſidet; maximè verò lata eſt Reſpublica ab auſtro in boream inter territorium Roviginum & Cadorinum, quæ diſtantia centum & decem eſt milliarium.

XVII. *Ejus Territoria in Italiâ ſunt XIV.*

Diſpeſcunt Dominium Venetum noviſſimæ Tabulæ in partes XIV, quæ, ſi ab occaſu ipſum ingredimur, ſunt territorium Bergamenſe, Cremenſe, Breſcianum, Veronenſe, Paduanum, Vicenſe, Feltrinum, Bellunenſe, Cadorinum, Foroiulienſe, Treviſanum, ducatus Venetus, territorium Roviginum, & denique Iſtria; ex quibus novem primæ partes à mari plus minùs removentur, reliquæ quinque ſinui Veneto adjacent. In Territorio Bergamenſi, vulgò Bergomenſi, *Ber-*

Pars à mari remotior:

T. Bergamenſe.

ſi, *Bergamaſco*, quod ferax eſt caſtanearum, vini, pecorum, habetque ferrum, marmor, cotes, & lapides molares egregios, ſunt Cluſonium, *Cluſon*, in cujus tractu xv ſunt anguſtiæ, quibus ad Rhætos itur; Bergomum, & Bergamum, *Bergamo*, urbs Epiſcopalis, lateri montis impoſita, caput Territorii, & juxta quoſdam Orobiorum, qui & in ducatu Mediolanenſi circa Lacum Larium habitârunt; Martinengum, *Martinengo*. In territorio Cremenſi, *Cremaſco*, quod ducatu Mediolanenſi cingitur, atque exigui eſt circuitûs, ſed frumenti, vini, lini fertilis, eſt Crema, *Crema*, ante caſtrum, jam urbs probè munita in amœniſſimâ planitie. Explicitis territoriis majus eſt Breſcianum, ſeu Brixianum, *Breſciano*, cæli temperatiſſimi, ſoli optimè culti & fertilis, ubique frumentum, vites, atque in vallibus æs & ferrum, neque deſunt iaſpis, alabaſtrum & nigrum marmor. Celebriora ejus loca ſunt caſtrum Iſeum, *Iſeo*, ad lacum Sebinum, ſeu Sevinum, nunc Iſeum, *lago d'Iſeo*, qui territorium Bergamenſe, & Breſcianum interjacet; Idrinum, *Idro*, ad lacum Idrinum, olim Edrinum, *Lago d'Idro*; Brixinum, & Brixia, *Breſcia*, urbs Epiſcopalis, caput Territorii, atque antea Cenomanorum, qui & in agro Cremonenſi, parte ducatûs Mantuani, & agro Veronenſi ſedes ſuas habuêre; Lonatum, *Lonato*. Sequitur territorium Veronenſe, *Veroneſe*, ubi, quemadmodum & in proximo tractu agri Breſciani, dominium Venetum valdè conſtringitur. Gaudet puriſſimo aëre, thermis, aquis & herbis medicatis. Hìc excellunt Manzambanum, *Manzambano*, ad Mincium; Piſcaria, *Peſchiera*, caſtrum ad idem flumen, ubi lacu egreditur; Garda, *Garda*, ad lacum Benacum, nunc Gardanum, *lago di Garda*, qui inter territorium Brixianum & Veronenſe eſt medius, ingens, qui ſæpiùs maris inſtar concutitur, in quibus optimi ſaporis piſces ſunt; Verona, *Verona*, urbs Epiſcopalis ad Atheſim, Territorii præcipua, valida, ubi Scaligerorum, qui hìc rerum potiti ſunt, tumuli, atque integrum Amphitheatrum; Portus, *Porto*, & Liniacum, *Legnago*, munita oppida ad Atheſim. Territorio Veronenſi ab ortu confine eſt Paduanum, ſeu Patavinum, *Padouano*, cujus fertilitas ex hoc liquet Proverbio, *Bologna la Graſſa, ma Padoüa la paſſa*; proinde & Nobiles Veneti magnam ipſius partem

Territ. Cremenſe.

T. Breſcianum.

T. Veronenſe.

T. Paduanum.

partem villis ſuis magnificis, palatiiſque occupârunt. In eo jacent Caſtellum Baldum, C. *Baldo*; Montaniana, *Montagnana*, dives cannabis, cujus frequens uſus ad rem Nauticam; Ateſte, *Eſte*; Patavium, *Padoua*, urbs Epiſcopalis, munita, ampla, cum celeberrimâ Academiâ, ob quam, & eruditorum Civium multitudinem Italis *Padua la Dotta* appellatur, caput Agri, uti antiquitus Venetorum, quorum regio dicta fuit Venetia, fuitque ubi hodie ſunt agri Paduanus, Vicentinus, Marchia Tarviſina, pars occidua agri Foroiulienſis, ducatus Venetus, ager Roviginus, & major portio ducatûs Ferrarae; Campus S. Petri, *Campo S. Pietro*; Civitatula, *Cittadella*. Tranſimus ad territorium Vicenſe, aliàs Vicentinum, *Vicentino*, quod feris pecoribuſque affluit, item moris ad ſericum, nec non pyris ac pomis, unde Hortus & Macellum Venetum non immeritò appellatur. In ipſo occurrunt Orgianum, *Orgiano*; Mons Bellus, *Monte Bello*; Vicentia, *Vicenza*, urbs Epiſcopalis, Agri clariſſima, ubi ſpina coronæ Chriſti dicitur cuſtodiri; Maroſtica, *Maroſtica*, intra montes, munimentum Territorii. Longè minùs eſt, & plus ſitum in Boream territorium Feltrinum, ſeu Feltrenſe, *Feltrino*, ex cujus montibus varia metalla eruuntur. In eo præſtat Feltrium, *Feltri* & *Feltre*, urbs Epiſcopalis, ac Vedana, *Vedana*. Supra hoc Territorium eſt Bellunenſe, *Belluneſe*, in quo jacent Bellunum, *Belluno*, urbs parva, culta, ſedes Epiſcopi, & Zoltum, *Zoldo*, cujus montes aſperrimi ſunt, ferri præſertim divites. Supra Bellunenſe eſt territorium Cadorinum, item Cadubrium, *Cadorino*, locatum in montibus, cujus incolæ ob fidem Reipublicæ præſtitam ſuis legibus vivunt, perpetuâque gaudent tributorum immunitate. Clariſſima hìc eſt Plebs ſeu Caſtrum Plebis, aliis dicitur Parœcia Cadorini, & Parœcia Cadorina, *Pieve*, ſeu *Pieve di Cadore*, & *Cadore*, juxta Planim fluvium, *Piave*. Cæterùm tria hæc ultima Territoria cum Treviſano, atque Ducatu Veneto Brietius appellat Marchiam Tarviſinam antiquam; hodiernæ verò, *Marca Trevigiana*, quidam detrahunt ducat. Venetum, alii & hunc, & Cadorinum Territorium.

Territ. Vicentinum.

T. Feltrinum.

T. Bellunenſe.

T. Cadorinum.

Sequitur pars Dominii Veneti maritima, in quâ jacent territorium Foroiulienſe, Treviſanum, ducatus Venetus, Roviginum territorium & Iſtria. Territorium Foroiulienſe, ſeu

XVIII. *Pars Dom. Veneti ad mare.* *T. Foroiulienſe.*

Forum Iulium, *Friuli*, & interdum *Patria del Friuli*, Marchiam Tarviſinam & ducatum Carniolæ interjacet, ampliſſimum, dives mororum, ſerici, vini nobilis, diverſi generis fructuum, & metallorum. Quidam territorium Cadorinum partem ejus conſtituunt. Loca hujus Territorii præcipua ſunt Tulmetium, *Tolmezo*; Glemona, *Gemona*; Civitas Fori Iulii, ſeu Forum Julii, *Cividal di Friuli*; Utinum, *Udine*, caput Territorii & ſedes Patriarchæ Aquileienſis; Palma, ſeu Palma Nova, *Palma Nuova*, arx contra Auſtriacos abſolutiſſima. Comitatus Goritienſis, in quo ſunt Goritia, *Goritia*, clariſſima Comitatûs, & Gradiſcia, *Gradiſca*, eſt juris Auſtriaci, uti & Aquileia, *Aquileia*, cum ſuo territorio, urbs olim clara, potens, atque ſub poſterioribus Imperatoribus caput univerſæ Venetiæ, nunc uſque eo exciſa, ut vix ſexaginta ædes contineat. Maranum, *Marano*, in paludibus, cum caſtro eximio; Gradus, *Grado*; Caprulæ, *Caorle*; Concordia, *Concordia*, magnæ urbis cadaver, in quâ, præter Eccleſiam Stephani, non niſi pauca Tuguria. Cæterùm in parte orientali territorii Foroiulienſis, comitatu Goritiæ, & ſeptentrionali Iſtriæ tractu Carni habitârunt, quorum primaria urbs erat tradita ſtatim Aquileia. Nunc proximum eſt ad occaſum territorium Treviſanum, aliis Tarviſinum, *Trevigiano*, ſat fertile, ubi Ceneda, ſeu Ceneta, *Ceneda*; Conegianum, *Conegliano*, caſtrum dives; Tarviſium, *Trevigi*, urbs Epiſcopalis, caput Territorii, natale ſolum Benedicti XI, cui mater egena placuit, non magnificè veſtita. Longè minor eſt hoc Territorio ducatus Venetus, *Dogado*, multò plus à boreâ in auſtrum, quàm ab occaſu in ortum diffuſus, piſcium mirè dives, cujus littori copia minorum inſularum obtenditur. Ejus oppida ſunt Meſtrium, *Meſtre*; Marghera, *Marghera*, contra quam in mediis undis jacent Venetiæ, *Venetia*, Gall. *Veniſe*, civitas & hujus Ducatûs, & univerſi dominii Veneti clariſſima, hodie ex LXXII duabus parvis inſulis compoſita, locataque intra ſtagna Adriatica, ambitûs IX milliarium, numerans pontes D, verè magnifica, ſedes Ducis, *Doge*, Senatûs Veneti, Patriarchæ, emporium toto orbe celeberrimum, ditiſſimumque, ut jure Italis appelletur *Venigia la Ricca*; Loretum, *Loredo*, in ſolo paluſtri, ſed amœno, in limite Rovigini territorii. Hoc territorium

Territ. Treviſanum.

Duc. Venetus.

T. Rovigianum.

torium aliàs dicitur Polesinum Rovigii, vel Rhodogini, item Peninsula Rodigina, *Polesino di Rovigo*, quam Athesis, Padus, nec non Tartarus efficiunt. Insigniter fertilis est, atque ob abundantiam frumenti & pecorum minor nominatur Apulia. Oppida ejus sunt Lendenaria, *Lendenara*; Rhodigium, *Rovigo*, parvum, Episcopale, ad alveum Athesis, caput Peninsulæ; Atria seu Adria & Hadria, *Adria*, quam cingit Tartarus, Piscatorum habitatio, aquis ex parte absorpta, cui mare Adriaticum suum debet cognomentum. Supereſt ex parte maritimâ Dominii Veneti Istria, seu Histria, *Istria*, è regione Rodiginæ Peninsulæ ad sinum Venetum, divisa à territorio Foroiulienſi per sinum Tergestinum. Formam habet peninsulæ, cordis figuræ non absimilis. Pars juxta littus gravioris cœli est & minùs culta. Abundat sale, pascuis, lignis ad navium fabricam, neque oleo, vino, marmore destituitur. Histriam Histri populi antea incoluêre. Subest partim ditioni Venetæ, partim Austriacæ. Celebriores ejus urbes sunt Tergeste, *Trieste*, ad sinum cognominem sub Austriaco; Caput Istriæ, *Capo d'Istria*, caput Istriæ, urbs sita in insulâ, quæ continenti versatili ponte jungitur, dicta olim Ægis & Iustinopolis, sub dominio Veneto, uti & quæ sequuntur, Piranum, *Pirano*, ad sinum Largonem, *Largono*; Civitas Nova seu Novetium, *Citta Nuova*; Parentium, *Parenzo*, urbs est in peninsulâ, capax & munitus portus; Ursarium, *Orsera*; Rovinium, *Rovigno*, cum gemino portu, in cujus agro marmor, quod Istricum vocant, cæditur; Pola, *Pola*, excelso monti impoſita, portus egregius. *Istria.*

XIX. *Quæ Dominio Veneto subsunt extra Italiam.*

Hactenus de dominio Veneto strictè sumpto, seu Terrâ Firmâ verba fecimus. Extra eam huic Reipublicæ subsunt Dalmatia, & Oriens. Sub Dalmatiâ comprehenditur ora ejus, cujus præcipuæ urbes sunt Ænona, *Nona*, Iadera, *Zara*, Sebenicum, *Sebenico*, Spalatum, *Spalato*, & Catara, *Cataro*; item complures insulæ oram Dalmatiæ prætexentes, inter quas eminent Absyrtides, *Cherso* & *Osero*, Vegia, *Vegia*, Arbe, *Arbe*, Gissa, *Pago*, Insula Grandis, *I. Grande*, I. Incoronata, *Incoronada*, Bratia, *Brazza*, Pharos seu Pharia, *Lesina*, Issa, *Issa* seu *Lissa*. Sub Oriente, *Levante*, sunt Insulæ maris Ionii, Corcyra, *Corfu*, Leucadia, *S. Maura*, Cephalenia, *Cefalonia*, Zacynthus,

cynthus, *Zante*, & aliæ minores; item Insulæ maris Ægæi, Cythera, *Cerigo*, Tenos, *Tine*, ac arces quædam in septentrionali littore Cretæ Insulæ. Adde nobilissima munimenta Moreæ, quæ victrix Respublica Turcis hoc bello eripuit, Naupliam, *Napoli di Romania*; Malvasiam, *Malvasia*; Coronen, *Coron*; Methonen, *Modon*; Navarinum, *Navarino*; item in Albaniâ superiore juxta fauces Sinûs Veneti Valonam, *Valona*.

XX. *Lombardia.* Atque ita Italiam Septentrionalem perlustravimus, quæ Sansoni, dempto ex eâ ducatu Sabaudiæ, atque addito ipsi Tridentino Episcopatu, Lombardia, aliis Longobardia appellatur, quam in Superiorem & Inferiorem subdividit. Superiori adscribit Principatum Pedemontii, Montem Ferratum, Statum Mediolanensem, & Genuensem. Hunc verò ab hâc Lombardiâ alii separant. Lombardiæ Inferiori attribuit Episcopatum Tridentinum, & quæ restant ex septentrionali Italiâ. Alii ex ipsâ recîdunt tractum orientalem dominii Veneti, Istriam, territorium Foroiulienſe, Cadorinum, Bellunense, Feltrinum, Trevisanum, ducatum Venetum, atque peninsulam Rodiginam, atque ex Statu Ecclesiæ ipsi adjiciunt Ferraram ducatum cum Bolonienſi territorio. Neque cum hisce cæteri consentiunt. Sæpiùs etiam Longobardia in Cispadanam, & Transpadanam dividitur, quarum illa à Pado flumine in austrum, hæc in boream deflectit, & partes utriusque plures aut pauciores statuuntur pro variâ Longobardiæ extensione. Cæterùm tradita huc usque Italia maximam partem constituit regni Longobardorum, quod ultra duo secula duravit, & tandem à Carolo Magno, Francorum Rege, deletum est, anno Christi 774, qui illud ad sese transtulit, capto ultimo ipsorum Rege Desiderio, abductoque in Galliam.

CAPUT XVIII.

Italia Meridionalis.

I. *Italia Meridionalis.* EXPLICITA Septentrionali parte Italiæ, ad Meridionalem progredimur, quæ, quod restat ex continente Italiâ, exhibebit. Dividitur à Septentrionali parte per Rempubli-

publicam Genuæ, ſtatum Parmenſem, Mutinenſem, ducatum Mirandulanum, Mantuanum, atque dominii Veneti duo territoria, Veronenſe & Roviginum, habetque ab ortu mare Superum & Ionium, atque ab auſtro Inferum, complectiturque ſtatum Hetruriæ, Eccleſiæ, cum regno Neapolitano. Urbes Epiſcopales in hâc parte Italiæ propter ingentem ipſarum numerum non recenſebimus.

II. *Etruria vetus & vetus.*

Statum Hetruriæ limitat ab occaſu reſpublica Genuenſis; à boreâ ſtatus Parmenſis, Mutinenſis, & ex ſtatu Eccleſiæ territorium Bolonienſe, & Romandiola; ab ortu ducatus Urbinas, comitatus Civitatis Caſtellanæ, territorium Peruſinum, Orvietanum, & ducatus Caſtrenſis, partes ſtatûs Eccleſiæ; ab auſtro & occaſu mare Thuſcum. Antiqua Hetruria, quæ & Etruria, Tuſcia, Thuſciaque dicta eſt, habuit ab occaſu amnem Macram; à boreâ montem Apenninum; ab ortu Tiberim; ab auſtro mare Thuſcum, proinde & partem ſtatûs Eccleſiæ, quæ cis Tiberim jacet, continuit. Incolæ Romanis appellabantur Etruſci, Hetruſci, item Thuſci & Tuſci; at Græcis Tyrrheni, qui & trans Apenninum ad Padi oſtia & utramque ipſius ripam habitârunt, ſed hinc à Gallis pulſi intra delineatos ſtatim fines ſe receperunt.

III. *Novæ partes.*

Præcipuæ partes hodiernæ Hetruriæ ſunt magnus Ducatus Hetruriæ, Vallis Macræ, dominium Ducis Maſſæ, atque reſpublica Lucenſis. Magnus Ducatus Hetruriæ, ſeu Thoſcanæ, incolis *Toſcana*, Gall. *Toſcane*, continet partem ipſius longè maximam, abundatque leguminibus, frumento, vino, oleo, marmoribus, lapide alabaſtrite, porphyretico, alumine, ære, ferro, neque argento deſtituitur, poſſidetque dominium Florentinum, territorium Senenſe, & Piſanum.

M. Ducat. Hetruria.

IV. *Dominium Florentinum.*

Dominium, aliàs ditio & ager Florentinus, *Florentino*, maximus eſt, atque partem ſeptentrionalem magni Ducatûs occupat, & bifariàm ab Arno dividitur. Clariores ejus urbes & oppida ſunt Barga, *Barga*; Piſtorium, *Piſtoia*; Bientina, *Bientina*, ad lacum Bientinum, *L. di Bientina*, aliter *di Seſto*, à loco agri Lucenſis; Fucechium, *Fucechio*, Burgus ad lacum Fucechium; Fanum S. Miniati, *S. Miniato*, prope Arnum; Empoliæ, *Empoli*, caſtrum ad Arnum; Pratum, *Prato*, locus inter amœniſſima Italiæ; Florentia, *Fiorenza*, quam Arnus in-

æqualiter biſecat, urbs cultiſſima, venuſtiſſima, ideo dicta Italis *Fiorenza la Bella*, ampla, populoſa, Archiepiſcopalis, caput magni Ducatûs Etruriæ, Ducis ſedes, cum palatio ſuperbiſſimo, validiſſimâ arce & propugnaculis; Florentiola, *Fiorenzuola*; Civitas Solis, *Citta del Sole*, munimentum contra Romandiolam; Camaldulorum Cœnobium, *Camaldoli*, in altiſſimis montibus; Burgus ſeu Burgum S. Sepulchri, *Borgo S. Sepulchro*; Aretium, *Arezzo*, ſitûs amœni; Cortona, *Cortona*; Mons Politianus, *M. Pulciano*, Cardinalis Bellarmini & Angeli Politiani patria. Dialectus Florentinorum laudem invenit.

V. *Territorium Senenſe.*

Dominio Florentino ab auſtro confine eſt territorium Senenſe, *Saneſe*, quod ad mare Tyrrhenum ſeſe explicat. Fertile eſt, cùm ritè colitur, aëris, excepto tractu maritimo ſatis puri, dives aquarum ſalutarium, mororum, ſerici. Medium fluvius Umbro, *Ombrone*, perlabitur. Loca nobiliora hujus Agri ſunt Piencia, *Pienza*; Sena, *Siena*, caput Territorii, urbs intra colles, ampla, culta, Archiepiſcopalis, olim libera & potens, cujus linguam & Univerſitatem prædicant; Mons Alcinoi, *M. Alcino*, vino ſuo celebris; Suana, *Sovana*, in monte inter duo flumina; Roſſetum ſeu Groſſetum, *Groſſeto*, juxta lacum Bernardi, *L. Bernardo*; Caſtilio Piſcaliæ dicta à monte Piſcalo, *Caſtiglione*, ad lacum Caſtilionæum; Maſſa, cognomento Veternenſis, *Maſſa*, parva in monte. In citeriore tractu maritimo hujus Territorii occurrit Principatus Plumbinenſis, ſeu Piombini, *Prencipato di Piombino*, feudum ducatûs Mediolanenſis & ſub Hiſpanorum clientelâ, in quo ſunt Portus Baratus, *Porto Barato*; Plumbinum, *Piombino*, oppidum amplum, Hiſpanico munitum præſidio, portus laudabilis; Scarlinum, *Scarlino*, in colle, ferax fructuum. In ulteriore tractu maritimo ſitus eſt Status Præſidii, *Stato delli Preſidii*, ſub Hiſpanorum dominio, quorum præſidia nomen ipſi fecerunt. Ejus loca ſunt Telamon, *Talamone*, portus geminus; novus, probè munitus, & vetus deficiens; Orbetellum, *Orbetello*, portus validus, ad lacum Orbetellum, *Orbitelli Stagno*, qui ſalſus eſt, & per fauces anguſtas in mare Tyrrhenum ſe exonerat; Portus S. Stephani, *P. S. Stephano*, ad occaſum peninſulæ, uti ad ortum Portus Herculis, *P. Hercole*,

Principatus Plumbinenſis.

Status Præſidii.

le, tutus & celebris. Tandem Insulæ hujus Territorii clariores sunt Insula Herculis, *Isola di Hercole*; Ganutum, *Gianuti*; Igilium, *Giglio Isola*, in quâ arx; Mons Christi, *M. Christo*, ubi castrum & oppidum; Planusa, *Pianosa*; Ilua, *Elba*, in quâ sunt Portus Ferrarius, *Porto Ferraio*, portus insignis cum oppido munito ejusdem nominis sub magno Duce, cujus loco frustra à quibusdam statuitur Cosmopolis, quam in totâ insulâ non reperiri, Baudrandus, plus semel oculatus testis, asserit; item Portus Longonis, sive Longus, *P. Longone*, sic, quia in longum excurrit, appellatus, arx munita cum tuto & spatioso portu. Denique proximè littus Senense insula Troia, *isola Troia*, est. *Insula contra T. Senense.*

VI. *Territorium Pisanum.*

Restat ex magno Ducatu Hetruriæ pars minima, territorium Pisanum, *Pisano*, quod explicitum Senense, & rempublicam Lucensem interjacet, ac Thusco mari, & in tractu boreo Arno flumine perfunditur. Celebriora ejus loca sunt Volaterræ, *Volterra*, in monte sitæ prope Eram fluvium; Pons Eræ, *Pont à Era*, juxta Eram, qui paulò inferiùs Arnum ingreditur; Collis Salviati, *Collo Salvieti*; Vada, *Vadi*, ad ostium Cecinæ fluminis; Fanum S. Salvatoris, *Il Salvadore*; Portus Liburnus, *Livorno*, urbs nova, culta, munita, jacens in planitie intra paludes, antea sub republicâ Genuensi, nunc Magno Duce, qui hujus loco Serezanam, quam possidebat, dedit Genuensibus, emporium celeberrimum, portus Ducis clarissimus, & inter principes totius Italiæ, ante quem Pharus conspicitur, & objecta moles, quæ portum claudit. Non longè ab his occurrit insula Mænaria, veriùs scopulus, vix apparens, nunc *Mallora*, at plus distat insula Gorgon, *Gorgona*, montosa cum castro. Ad boream Portûs Liburni sunt Pisæ, seu Pisa, *Pisa*, ad Arnum, non procul ab ostio, olim caput potentissimæ Reipublicæ, nunc urbs Archiepiscopalis, quæ huic Territorio cognomentum imponit, exornata Academiâ & sede Equitum S. Stephani.

VII. *Vallis Macræ, &c.*

Porrò Magno Duci etiam obedit vallis Macræ, seu Macrana, sic dicta à flumine Macrâ, *Magra*, quod per hanc vallem descendit, olim Liguriæ, Hetruriæque terminus. Sita est inter ditionem Mutinensem, & Genuensem rempublicam, ejusque loca sunt Pontremulum, *Pontremoli*, ante sub Hispa-

no, ad radicem Apennini montis in confinio ditionis Genuenſis; Filaterra, *Filaterra*; Favitianum, *Fivizano*. Foſſa Nova verò, ſeu Foſdinovum, *Foſdinovo*, & Gragniola, *Gragnuola*, oppida ejuſdem Vallis, parent ſuo Marchioni è gente Malaſpinâ. His adde inter dominium ducis Maſſæ & rempublicam Lucenſem Petram Sanctam, *Pietra Santa*; Saltum Cervi, ſeu Cerviam, *Salto della Cerva*, atque Lacum Cerviam, *Lago di Monte Igneſo*, ſub Magni Ducis imperio.

VIII. *Dominium Ducis Maſſæ.* Sequitur Ducis Maſſæ dominium, quod inter ditionem Lucenſem & Genuenſem interjacet, & Lunegiana dicitur, complectiturque exiguum principatum Carariæ, ſeu Carreræ, & Carreæ, in quo clariſſimum eſt oppidum Cararia, *Carrara*, in colle ad radices montium ejuſdem nominis, ex quibus varium marmor, in primis candidum, & ad fingendas ſtatuas aptiſſimum, magnâ copiâ eruitur; item parvum ducatum Maſſæ, ubi Maſſa, *Maſſa*, eminet, quæ, ad diſcrimen Senenſis, Lunegiana cognominatur, aliis Maſſa Carariæ.

IX. *Reſpublica Lucenſis.* Supereſt ex Hetruriâ reſpublica Lucenſis, *Republica di Lucca*, quam ditio Magni Ducis Hetruriæ undique fermè cingit. Nam ab auſtro ipſam limitat territorium Piſanum; ab ortu Florentinum; à boreâ, præter ditionem magni Ducis, ditio Mutinenſis; ab occaſu dominium Ducis Maſſæ, magni Ducis, nec non mare Tyrrhenum. Parva eſt hæc Reſpublica, ideoque Italis *Republichetta* appellatur, libera tamen, quamvis ab imperio Germanico non omni ratione independens. Abundat caſtaneis, vino, oleo, ſerico, ſale, villis pulcherrimis. Incolæ libertatis ſunt amantiſſimi. Nobiliora ejus loca ſunt Montanioſa, *M. Igneſo*, optimè firmata, inter dominium Ducis Maſſæ & Hetruriæ; Caſa Major, *Ca Maggiore*, valida; Viaregium, *Viaregio*, cui portus exiguus cum turri in littore, per quem, quæ Reipublicæ ſunt neceſſaria, nanciſcitur; Maſſanicolium, *Maſſanicoli*, unde Lacui nomen; Luca, *Lucca*, Caput Reipublicæ, ſita ad alveum Anſeris, nunc Sercii, *Sercio*, ambitûs duorum, triumve milliarium Italicorum, munitiſſima, populoſiſſima, in quâ ingens ſerici mercatus eſt; Coludium, *Colodi*, ad flumen Colodum; Caſtilio, *Caſtiglione*, & Minuccianum, *Minucciano*, monti impoſitum, ſat firma oppida.

Viſâ

X. *Status Ecclesiæ.*

Visâ Hetruriâ, primâ parte Italiæ Meridionalis, ad secundam accedimus, Ditionem Ecclesiæ, aliàs Dominium temporale summi Pontificis, seu sanctæ Sedis, item Statum Ecclesiasticum, Italis *Stato della Chiesa*, statum Cathedræ Pontificiæ, Gall. *Estat de l'Egliſe*. Terminatur à boreâ exiguâ parte territorii Veronensis, territorio Rovigino, partibus dominii Veneti, & mari Supero; ab ortu regno Neapolitano; ab austro mari Infero; ab occasu agris Senensi, Florentino, statu Mutinensi, ducatu Mirandulano, & Mantuano. Maximè sese explicat inter Francolinum, *Francolino*, quod in ducatu Ferrariensi supra Ferrariam ad Padum est, atque Terracinam, *Terracina*, quæ est in Campania Romanâ, in limite regni Neapolitani juxta mare Inferum, quæ distantia quatuor circiter gradus, seu CCXL milliaria Italica complectitur. Latitudo hujus Statûs multùm variat. Minimam obtinet inter dominium Florentinum, & mare Superum, seu in provinciâ Romandiolâ; at maximam inter Anconam, urbem Marchiæ Anconitanæ ad idem mare, atque Centumcellas, seu Civitatem veterem, *Civita Vecchia*, in Patrimonio S. Petri ad mare Inferum, quæ intercapedo centum & triginta est milliarium Italicorum.

XI. *Divisio ejus.*

Statûs hujus partes sunt XIII, puta territorium Bolonienſe, ducatus Ferrara, Romanula, ducatus Urbinas, Marchia Anconitana, comitatus Civitatis Castellanæ, territorium Perusinum, Urbivetanum, ducatus Castrensis, Patrimonium S. Petri, ducatus Spoletanus, ager Sabinensis, & Campania Romana. Harum verò partium quinque priores jacent inter montem Apenninum, & mare Superum; reliquæ octo inter eundem montem & mare Inferum.

XII. *Territorium Bolonienſe.*

Inter partes, quæ montem Apenninum, atque Superum mare interjacent, primùm nobis se pandit territorium Bolonienſe, aliis Bononienſe, *Bologneſe*, quod solum mediterraneum est, habetque ab occasu ditionem Mutinensem; à boreâ Ferrariensem; ab ortu Romanulam; ab austro dominium Florentinum. Fertilissimus hic ager est, habetque vina Apiana magni nominis, copiam ferri, aluminis, & ipsius bissus, tæniæ argenti textiles, tibialia ex serico, panni, laudem inveniunt. Nobiliora ejus loca sunt Casia, *Caſio*, monti

appoſita ; Vergatus, *Vergato*, burgus amœniſſimus; Creſpellanum, *Creſpellano*; Caſtellum Francum, *Caſtro Franco*; Bononia, *Bologna*, urbs in ſolo Italiæ fertiliſſimo collocata ad torrentem Apeſam inter flumina Savenam & Rhenum, ut mirum non ſit, Italis Pinguem, *Bologna la Graſſa*, appellari. Archiepiſcopalis eſt, prima Italiæ Academia, caput Territorii, uti ante Boiorum, gentis poſt Inſubres inter Gallos Italicos potentiſſimæ, qui & ditionem Mutinenſem, & Parmenſem inhabitârunt. Sequuntur Caſale Fumineſium, *Caſale Fumeneſo*; Caſtellum S. Petri, *C. S. Pietro*; Medicina, *Medicina*, caſtellum ; Butrium, *Budrio*, oppidum dives, ubi cannabis abundantia; Bentivolium, *Bentivoglio*.

XIII. *Ducatus Ferrarienſis.* Quæ reſtant inter montem Apenninum & mare Superum partes quatuor ex Statu Eccleſiæ, omnes huic Mari ex ordine adjacent, interque eas borealiſſimus eſt ducatus Ferrarienſis, ſeu Ferrara, *Ducato di Ferrara*, ſeu *Ferrareſe*, qui parte ſui boreali dominium Venetum attingit & à variis Padi brachiis perfunditur. Craſſioris Cœli eſt propter ſolum uliginoſum, & paluſtre, à Pado ſæpiùs inundatur, ferax piſcium, frumentorum, leguminum, lini, laborans incolarum defectu, unde nec ager, uti oportet, colitur. Loca majoris notæ habentur Centum, *Cento*, oppidum frequens & dives ; Buondenum, *Buondeno*; Caſtrum Novum, *C. Nuovo*; Fichariolum, *Fichariuolo*, munitum; Francolinum, *Francolino*, ante propugnaculum, nunc vicus; Ferraria, *Ferrara*, caput Ducatûs cum Academiâ, ſita in loco paludoſo ad Padi ramum, ampla, aliàs inter præcipuas urbes Italiæ, jam paucioribus inhabitata, quotidieque deficiens; Berigardum, *Belriguardo*, ſplendidum olim palatium; Arianum, *Ariano*; Comacula, ſeu Comaclum, *Comachio*, jacens in ſtagno cognomini, *valli di Comachio*, ambitûs duodecim milliarium, urbs quondam potentiſſima, nunc ob aerem malignum paucis inculta piſcatoribus, cujus piſces ſaliti per Italiam expetuntur; Mania Vacca, *Magnavacca*, propugnaculum, & portus, in quem Comaclium ſtagnum ſe exonerat; Longaſtrinum, *Logaſtrino*, vicus amœnus; Conſilice, *Conſelice*.

XIV. *Romandiola.* Ducatui Ferrarienſi ab auſtro conjungitur Romanula, ſeu Romandiola, *Romagna*, quam limitat ab ortu mare ſuperum; ab au-

ab auſtro Urbinas ducatus & territorium Florentinum, & ab occaſu Bononienſe. Olim multo longiùs patuit atque ſub ſeſe complectebatur agrum Ferrarienſem, Bononienſem & partem ducatûs Urbinatis. At nunc, uti dictum, reſtringitur, & dicitur Romandiola propria ſeu vera, cujus pars minor & meridionalis Romandiola Florentina dicitur, in quâ jacet Civitas Solis cum aliquot caſtris, quæ Magno Duci obediunt, illamque in dominio Florentino recenſuimus. In Romandiolâ ſummi Pontificis, quæ copiam frumenti producit, majoris momenti loca ſunt Imola, ante Forum Cornelii, *Imola*; Caſtrum Bononienſe, *C. Bologneſe*; Faventia, *Faenza*, cujus lina ob candorem, & vaſa ex cretâ celebrantur; Forum Livii, *Forli*; Bretinorium, *Bertinoro*, urbs in colle vitifero, cœli ſalubris cum arce; Meldola, *Meldola*, ſub dominio utili principis Pamfilii; Sarſina, *Sarſina*; Ceſena, *Ceſena*. Vicinæ mari ſunt Ravenna, *Ravenna*, caput Romandiolæ, urbs Archiepiſcopalis, olim inter clariſſimas Italiæ, ſedes Exarchorum, cum portu capace, quem nunc arena opplevit, atque à mari removit ad duo milliaria, antiquiſſima, ut non immeritò Italis *Ravenna l'Antica* appelletur; Cervia, *Cervia*, in ſolo paludoſo, infrequens, ubi per æſtatem tantum ſalis paratur, ut & huic & vicinis provinciis ſufficiat; Ariminum, *Rimino*, celebre Concilio, in quo Orbis prope Arianum ſe factum ingemuit. Hinc incipiebat via Æmilia, quæ ducebat Placentiam.

XV. *Ducatus Urbinas.*

Sequitur ducatus Urbinas, ſeu Urbinum, *D. di Urbino*, quem limitat à boreâ Romanula, & mare Superum; ab ortu Marchia Anconitana; ab auſtro ducatus Spoletanus, & territorium Peruſinum; ab occaſu ager Civitatis Caſtellanæ, & Florentinus. Aërem habet inſalubrem, ficus ſuaviſſimas, & fructus diverſi generis magnâ copiâ. In hoc Ducatu juxta limitem Romandiolæ jacet Reſpublica Sancti Marini, exigua admodùm, ideo vocata Italis non ſine contemptu *Republichetta*, ſui juris, libertatis amantiſſima, quæ rempublicam Venetam chariſſimam Sororem nominat. Caput habet Fanum S. Marini, *San Marino*, urbem munitam in monte Acri, præter quam duodecim Pagos complectitur. Reliquæ urbes & loca nobiliora hujus Ducatûs ſunt Fanum S. Leonis, *S. Leo*, urbs

urbs habita ferè inexpugnabilis, in quâ Duces Urbini theſauros ſolebant cuſtodire; Macerata, *Macerata*; Caſtellum S. Angeli Vadani, *S. Angelo in vado*; Urbinum, *Urbino*, caput Ducatûs, urbs Archiepiſcopalis, cum antiquâ arce & Ducum palatio; Gradaria, *Gradara*. Ad mare iacent Piſaurum, *Peſaro*, cujus incolæ brevioris vitæ dicuntur, & portum limus opplevit; Fanum, dictum à Fano fortunæ, *Fano*, quod, quamvis in hoc Ducatu ſit, ab ipſo tamen diſtinguitur, paruitque ante Pontifici, quàm ipſi Ducatus ipſe paruit, unde ejus Ager in novis Tabulis *parte della Chieſa* appellatur; Senogallia, vel Senagallica, *Sinigaglia*, cæli gravioris & aquæ dulcis indiga. Ex reſiduâ parte mediterraneâ notamus Corinaldum, *Corinaldo*; Foſſumbrunum, *Foſſombrone*, ex ruderibus Fori Sempronii ædificatum; Calium, *Cagli*; Eugubium, *Eugubio*, ad radices Apennini in jucundiſſimâ planitie. Verſus oram maris Superi in Romandiolâ, ducatu Urbinate exiguoque tractu Marchiæ Anconitanæ vixerunt Senones, inter urbem Ravennam & flumen Æſim, nunc *Fiumecino*, quod inter urbes Senam Gallicam, & Anconam, quarum illa Gentis caput fuit, ſuperum Mare ingreditur.

XVI. *Marchia Anconitana.*

Reſtat pars quinta ſeu ultima Statûs Eccleſiæ inter Apenninum ac mare Superum, Marchia Anconitana, *Marca d'Ancona*. Ejus limites ſunt à boreâ mare; ab ortu Aprutium Ulterius; ab auſtro Apenninus, qui à ducatu Spoletano ipſam dividit; ab occaſu ducatus Urbinas. Hìc antiquitus atque in confini Aprutio Ulteriore habitârunt Picentes, inter Æſim, & Aternum, *Peſcara*, ſeu, ut alii malunt, Matrinum, *Atri*, flumina, regioque ipſorum Picenum appellabatur. Habet Marchia Anconitana ceram candidiſſimam, copiam cannabis, & lini optimi, ſat fertilis, ſed variis in locis aër impurior dominatur. Loca ipſius ſunt Ancona, *Ancona*, portus olim clariſſimus, ut in proverbium abierit, *unicus Portus Anconæ*, hodieque ſat amplus eſt, ſed limoſus, & minùs tutus, urbs in colle, nuper Terræmotu quaſſata; Lauretum, ſeu Fanum D. Mariæ Lauretanæ, *Loreto*, ſeu *S. Maria Lauretana*, oppidum in colle oblongo, feliciter munitum, cum templo ditiſſimo, in quo ædicula eſt Virginis Deiparæ, quam ab urbe Nazareth in Illyricum, hinc Venetias, & tandem Loretum ab Angelo tranſla-

tranſlatam perhibent, ad quam religionis ergo ex omni Europæ angulo peregrini confluunt; Recinetum, *Recanati*, urbs elegans, & nundinis ſuis inclyta; Auximus, & Oximum, *Oſimo*, in fertili jacens planitie; Æſis, *Ieſi*, ad flumen Æſim, jam *Fiumieſino*; Fabrianum, *Fabriano in Ancona*, unum ex quatuor oppidis, quæ multis præſtant civitatibus; Camerinum, *Camerino*; Tolentinum, *Tolentino*; Macerata, *Macerata*, urbs frequens cum Academiâ; Firmum, *Fermo*; urbs Archiepiſcopalis, culta; Ripa Traſſonia, *Ripa Tranſone*, benè firmata, populoſa; Mons Altus, *M. Alto*; Aſculum, *Aſcoli*, cognomento Anconitanum.

XVII. *Pars altera ſtatûs Eccleſiaſtici.*

Viſis quinque partibus Statûs Eccleſiaſtici, quæ jacent inter Apenninum, & mare Superum, nunc ad reſiduas octo progredimur, quæ inter Apenninum & Inferum mare collocantur. Confer. præcedens Paragr. XI. Hæ diverſum ſitum habent ad Tiberim; ſupra hoc flumen eſt Comitatus Civitatis Caſtellanæ, & territorium Peruſinum; citra idem occurrunt territorium Urbivetanum, ducatus Caſtrenſis, ac patrimonium S. Petri; ultra verò ipſum ſunt ducatus Spoletanus, ager Sabinenſis & Campania Romana. Inter haſce partes borealiſſimus eſt Comitatus Civitatis Caſtellanæ, *Contado di Citta di Caſtello*, qui inter ducatum Urbinatem, territorium Florentinum, & Peruſinum interjacet. In ipſo eminent Caſtrum Guelphorum, C. *Guelfo*; Ripa, *Ripa*, ad Apennini radices; Tifernum, cognomine Tiberinum, nunc Civitas Caſtellana, *Citta di Caſtello*, urbs culta munitaque ad Tiberim, caput comitatûs; Triſtina, *Treſtina*, trans fluvium.

Comit. civitatis Caſtellang.

XVIII. *Territorium Perufinum.*

Ad auſtrum hujus Comitatûs eſt territorium Peruſinum, ſeu Peruginum, *Territorio Perugino*, & *Perugiano*, quod terminat ab occaſu magnus Ducatus Hetruriæ; ab auſtro territorium Urbivetanum; ab ortu ducatus Spoletanus & Urbinas. Abundat vino vendibili, frumento, piſcibus, ejuſque pars minima verſus ortum Tiberim tranſgreditur. Oppida nobiliora ſunt Fratta, *Fratta*, ad Tiberim, cum ponte; Paſſinianum, *Paſſignano*, & Caſtilio, *Caſtiglione di Laco*, utrumque ad lacum Traſumenum, vel Traſimenum, hodie Peruſinum, *Lago di Perugia*, item ab oppidis proximè recenſitis, *L. di Paſſignano* & *Caſtiglione*, ambitûs viginti duorum milliarium,

piſcoſiſſimum, lociſque cinctum amœniſſimis, in cujus parte boreali ſunt Inſulæ major & minor, uti in auſtrali Polveſia; Mons Sperellus, *M. Sperello*, munitus in colle; Peruſia, *Perugia*, primaria, benè firmata; Diruta, *Druida*, Caſtellum trans Tiberim, celebris ob vaſa fictilia, quæ inaurata videntur; Compinianum, *Campignano*, cis flumen.

XIX. *Territorium Urbivetanum.* Sequitur territorium Urbivetanum, aliàs Orivetanum, & Orvietanum, *Territorio Orvietano*, medium inter territorium Senenſe atque ducatum Spoletanum. Aer ſalubris eſt & ſolum lætum, cujus loca ſunt Moranum, *Morano*; Orvietum, item Orivetum, ac Urbetana, *Orvieto*, caput Agri, rupibus præcipitiiſque circumvallata; Balneum Regium, *Bagnarea*, patria Bonaventuræ; Aquila, Acula & Aquapendens, *Acqua Pendente*, cui à copiâ aquarum nomen eſt; Onanum, *Onano*, cum titulo Ducatûs.

XX. *Ducatus Caſtrenſis.* Ab hoc Territorio ad mare Inferum extendit ſe inter territorium Senenſe & patrimonium S. Petri ducatus Caſtrenſis, *Ducato di Caſtro*, antea ſub ducis Parmenſis, jam Papæ imperio. In eo jacent Borghetium, *Borghetto*, ad lacum, & Marta, *Marta*, ad oſtium ejuſdem, ex quo fluvius Marta defluit, diciturque hic Lacus interdum *Lago di Marta*, ab oppido ſtatim nominato, communiter verò Vulſinienſis ſeu Volſinienſis, *L. di Bolſena*, ab oppido Vulſinio, ſeu Volſinio, *Bolſena*, de quo in Patrimonio S. Petri; hoc enim & ducatum Caſtrenſem hic Lacus interjacet, circuitûs xx circiter milliarium, in quo ſunt inſulæ Martana & Biſentina. Addimus caſtrum Farneſium, C. *Farneſe*, & Caſtrum, *Caſtro*, caput Ducatûs ad rivum Olpitam, nunc exciſum; Mons Altus, *M. Alto*.

XXI. *Patrimonium S. Petri.* Tandem cis Tiberim jacet Patrimonium S. Petri, *Patrimonio S. Pietro*, quod terminatur à boreâ agro Urbivetano, & ducatu Spoletano; ab ortu agro Sabinenſi, ac Campaniâ Romanâ; ab auſtro mari Infero; ab occaſu ducatu Caſtrenſi. Intra hoſce verò terminos ab omnibus non concluditur; quidam ipſi adjiciunt ducatum Caſtrenſem, alii inſuper & territorium Urbivetanum, quin Peruſinum, nos illud juxta priores limites conſiderabimus. Abundat alumine, unde multi ad Pontificem reditus, balneis, frumento, vino, oleo. Oppida ejus

ejus ſunt Centum Cellæ, nunc Civitas Vetus, *Civita Vecchia*, ad mare Inferum, triremium Pontificiarum ſtatio, aëris inſalubris; Cornuetum, *Corneto*; Volſinium ſeu Vulſinium, *Bolſena*, ad lacum cognominem, de quo in ducatu Caſtrenſi; Mons Phiſco, Phiaſconus, item Mons Faliſcorum, *M. Fiaſcone*, urbs in agro fertili & amœno, vino ſuo celebris; Viturchianum, *Vitorchiano*; Viterbium, *Viterbo*, caput Patrimonii; comitatus ſeu ager Roncilionenſis, ante ſub Ducis Parmenſis, nunc Papæ dominio, in quo ſunt Caprariola, *Caprarola*, atque Roncilio, *Ronciglione*, caput Comitatûs juxta lacum Roncilionæum; ducatus Braccianus ſub familiâ Urſinorum, in quo occurrunt Vicarellum, *Vicarello*, Anguillara, *Anguillara*, & Braccianum, *Bracciano*, ad lacum Sabatinum, ſeu Sabatium, jam Braccianenſem, *Bago di Bracciano*, caput Ducatûs; Portus ſeu Civitas Portuenſis, *Porto*, ante portus egregius, nunc ob inclementiam aëris civibus deſtituitur, ejuſque Epiſcopus unus eſt ex ſeptem Cardinalibus, qui Papæ aſſiſtunt; Malianum, *Magliano*, infra Romam ad Tiberim, receſſus Pontificum; Nepetum, *Nepe*, antiquum; Civitas Caſtellana, *Citta Caſtellana*, culta; Hortanum & Hortia, *Orta*, in dies deficiens.

XXII. *Umbria.*

Progredimur ad tres ultimas partes Statûs Eccleſiaſtici trans Tiberim. Confer præcedentem Paragr. XVII. Inter eas primùm expendemus Umbriam, ſive ducatum Spoletanum, *Ombria*, & *ducato di Spoleto*, cujus exigua tantùm portio occidentalis cis Tiberim eſt. Limitatur ab occaſu territoriis Urbivetano & Peruſino; à boreâ ducatu Urbinate, ac Marchiâ Anconitanâ; ab ortu Aprutio Ulteriore; ab auſtro agro Sabinenſi. Alii hiſce limitibus non contenti ſub Umbriâ agrum Peruſinum & Civitatis Caſtellanæ comprehendunt, urbem primariam Umbriæ ſtatuentes Peruſiam; quam verò Umbriam priùs delineavimus, Umbriam propriam nuncupant. Antiqua Umbria, quamvis eandem magnitudinem ſemper non obtinuerit, hodiernâ longè fuit amplior, diffuditque ſe & citra & ultra Apenninum, ubi nunc ſunt pars Romandiolæ, ducatus Urbinas, minor pars Marchiæ Anconitanæ, comitatus civitatis Caſtellanæ, portio territorii Peruſini, & major tractus ducatûs Spoletani. Incolæ Umbri dicti

ſunt. Sed miſsâ hac Umbriâ, ad propriam ſeu ducatum Spoletanum, mirè, ut ajunt, fertilem, pergimus, cujus celebriora loca ſunt Ameria, *Amelia*, colli incumbens; Tuder ſeu Tudertium, *Todi*; Mevania, *Bevagna*, oppidum antiquiſſimum in valle lætiſſimâ; Fulginium, *Fuligno*; Aſſiſium, *Aſſiſio*; Nuceria, *Nocera*; Spoletum, *Spoleto*, caput Ducatûs, urbs munita; Nurſia, *Norcia*, inter montes, multùm frigida; Reate, *Rieti*, antiqua in ſolo paluſtri, cui proximus eſt lacus Reatinus; *Lago di Rieti*; Pedelucum, *Piediluco*, ad lacum Pedelucenſem; Interamnia, item Interamna & Ternum, *Terni*, ad Narem fluvium, in valle, quæ Anguſtiarum dicitur, inſigniter ſaxosâ, & editiſſimis cinctâ rupibus; Narnia, *Narni*, in colle, ad idem flumen; Ocriculum, *Otricoli*.

XXIII. *Ager Sabinenſis.* Longè minor eſt ducatu Spoletano ager Sabinus ſeu Sabinenſis, & Sabina, *Sabina*, & *Sabio*, quem Ducatus Spoletanus, Aprutium ulterius, territorium Romanum ac Patrimonium S. Petri limitant. Olim magis extenſus fuit in ſeptentrionem & ortum, quàm hodie; nam partem ducatûs Spoletani, & Aprutii ulterioris continuit, fuitque incultus à Sabinis, qui à flumine Velino dividebantur in Sabinos cis & trans flumen, interque horum urbes fuêre Reate, & Nurſia, quarum in Umbriâ mox meminimus. In locis hodierni agri Sabinenſis Auctores non conſentiunt, ſunt qui Ternum, Narniam & Ocriculum, de quibus in Umbriâ, huic Agro attribuunt, quæ nos Umbriæ relinquimus. Itaque in Sabinâ jacent Maglianum, *Magliano*, juxta Tiberim, in colle, urbs ipſius, ex mente Leandri & aliorum primaria; Veſcovia, *Veſcovia*, caſtrum, quæ variis eſt Cures (aliis tamen id negantibus) caput olim Sabinorum, qui ab hâc urbe Cures, & poſtmodùm Romani Quirites dicti ſunt; Abbatia Farfa, *Farfa*; Curenſe Caſtrum, *Correſe*, ad flumen ejuſdem nominis, pluribus Cures; Nerula; *Nerola*; Vicus Varronis, ſeu Valerius, *Vico Varo*.

XXIV. *Territorium Romanum.* Supereſt trans Tiberim territorium ſeu ager Romanus, item Campania Romana, *Campagna di Roma*, quam finiunt à boreâ Sabina, & Aprutium ulterius; ab ortu terra Laboris; ab auſtro mare Inferum; ab occaſu Patrimonium S. Petri. In occidentali parte hujus Territorii fuit antiquum Latium, ſitum

ſitum inter Anienem, *Teverone*, Tiberim, mare Inferum ad promontorium Circæum, nunc *Circelli*, atque à Latinis, quorum pars Rutuli fuêrunt, gente non ſolùm Italiæ, ſed totius Orbis clariſſimâ, inhabitatum. At novum Latium ad Lirim amnem, jam *Garigliano*, qui per terram Laboris labitur, diffudit ſe, cujus populi erant Æqui, Hernici, Volſci, & Aurunci ſeu Auſones, qui antiquiſſimis temporibus à Volſcis ad Fretum Siculum Italiam incoluêre, unde ſenſim ab Oenotro expulſi ſunt, tandemque ſe infra Volſcos continuerunt, Aurunci dicti; omnes verò hi Populi ſub eodem Latinorum nomine computabantur. Aëre gaudet territorium Romanum minùs ſalubri ob ſolum humidum & paludoſum, atque ſi, uti oportet, coleretur, ſatis lætum foret & fertile, ſed deſunt incolæ. Urbes & loca clariora ſunt Tibur, *Tivoli*, cæli temperatiſſimi; Prænefte, *Paleſtrina*, nunc minùs munita; Alatrium, *Alatri*; Verulæ, *Veroli*; Fruſinum, *Froſinone*; Anagnia, *Anagni*, jam deſolata; Velitræ, *Velletri*, antiquæ; Alba, *Albano*, cujus vinum cæteris præfertur, & ſuperſunt in monte Albano rudera templi & amphitheatri; Fraſcata, *Fraſcati*, ante ex variorum mente Tuſculum, nunc prædita villis magnificis, cujus Epiſcopus, Tuſculanus dictus, ſemper unus eſt ex ſex antiquioribus Cardinalibus; Roma, *Roma*, caput hujus Territorii ad Tiberim, olim Latii, atque Imperii Romani, hodie Statûs Eccleſiaſtici, quin totius Italiæ clariſſima, &, quia Eccleſiæ Romano-Catholicæ prima ſedes eſt, Italis *Roma la Santa*, appellata; Oſtia, *Oſtia*, aliis Oſtia Tiberina, impræſens ob gravius Cœlum vix ulli inculta; Anxur, nunc Terracina, *Terracina*, in regni Neapolitani limite prope littus, exigua & parùm culta ob aëris impuritatem, quam contrahit ex Pomptinis paludibus, quæ ſunt ad urbis occaſum, & propter ſolum humilius, amplitudinem, fontes & flumina, quæ ipſas inundant & diluunt, difficulter poſſunt exſiccari.

XXV. *Reliqua, quæ pendent à Pontifice.*

Atque ita omnes & ſingulas partes Statûs Eccleſiaſtici pertranſivimus, præter quas etiam ſubſunt Pontifici in Principatu ulteriore regni Neapolitani civitas Beneventum cum agro ejuſdem nominis, & in præfecturâ Galliæ, quæ Provincia appellatur, comitatus Vindaſcinus ſeu Avenionenſis,

uti ſuo loco notavimus. Denique præcipua Feuda Eccleſiæ ſunt Principatus Maſſeranenſis, qui pars eſt Pedemontii, ſtatus Parmenſis, regnum Neapolitanum, & Siciliæ.

XXVI. *Regnum Neapolitanum.*

Reſtat pars tertia ſive ultima Italiæ Meridionalis, maximeque in meridiem excurrens, regnum Neapolitanum, *Regno di Napoli*, Gall. *Royaume de Naples*, quod aliàs vocabatur Sicilia citerior, & cis Pharum ſeu fretum. Ejus limites ab occaſu ſunt territorium Romanum, Sabina, Umbria, ac Marchia Anconitana, partes ſtatûs Eccleſiaſtici; à boreâ mare Superum; ab ortu ſinus Tarentinus & mare Ionium; ab auſtro Inferum. Longiſſimè extendit ſe inter oſtium Truenti, *Tronto*, fluminis, quod eſt in Aprutio ulteriore, & fretum Siculum, quæ diſtantia ſex circiter gradus complectitur; at nullibi latius eſt, quàm inter promontorium Minervæ, *Capo di Minerva*, in principatu Citeriore, & Vieſtam, *Vieſte*, urbem maritimæ Capitanatæ, quod intervallum duos gradus ſupergreditur. Ambitum ejus quidam faciunt 1460 milliarium. Obnoxium eſt hoc Reguum magno æſtui in primis cis Apenninum, ex quo copia fontium fluminumque in omnem partem effunditur. Læta habet paſcua, vini, & olei abundantiam, metalla, marmora, lapides Lydios, ut non immeritò Italis Paradiſus dicatur, quibus & incolæ ſunt Dæmones. Feudum Eccleſiæ eſt, ut modò diximus, obeditque Regi Hiſpaniarum, appendix regni Aragoniæ.

XXVII. *Ejus diviſio.*

Olim in quatuor duntaxat provincias dividebatur, terram Laboris, Aprutium, Apuliam & Calabriam; at hodie numerat duodecim, quæ omnes etiamnum juxta quoſdam ad quatuor dictas revocantur, ſuntque, ſi à faucibus ſinûs Veneti incipimus, terra Hydruntina, Barienſis, Capitanata, comitatus Moliſinus, Aprutium Citerius, Ulterius, terra Laboris, principatus Ulterior, Citerior, Baſilicata, Calabria Citerior, & Ulterior. Sex priores jacent verſus mare Superum, quin hæ omnes, excepto comitatu Moliſino, ſunt maritimæ; ſex poſteriores verſus Inferum, inter quas Principatus ulterior tantùm eſt mediterraneus.

XXVIII. *Terra Hydruntina.*

Priores primùm expendamus, inter quas ex tradito ordine primo loco ſe offert ager, & terra, ſeu territorium Hydruntinum, *Terra di Otranto*, atque indigenis non rarò *Terra* ſive

Provin-

Digitized by Google

Provincia di Lecce, quod ab occaſu Baſilicatam; à boreâ terram Barienſem contingit; ab ortu fauces maris Superi; ab auſtro ſinum Tarentinum. Siccius eſt, oleo & ficubus maximè abundat, item ſerpentibus amphibiis (vocant *Cherſydros*) locuſtiſque agros non rarò depaſcentibus. Præcipuæ urbes maritimæ ſunt Tarentum, *Taranto*, ſita in peninſulâ, titulo Principatûs & ſede Archiepiſcopi inſignis, exigua ad ſinum cognominem, piſcoſum, cujus portus aliàs multo fuit capacior; Gallipolis, *Gallipoli*, undis undique cincta, ponte cohærens continenti, ſaxis fulto ingentibus, munitiſſima, portus egregius; Fanum S. Mariæ Leucenſis, *S. M. de Leuca*; Hydruntum, *Otranto*, urbs Archiepiſcopalis, hujus quondam regionis caput, ex cujus portu breviſſimus in Græciam per fauces Superi maris trajectus eſt, nunc ignobilior, cum caſtro; Brunduſium, *Brindiſi*, urbs Archiepiſcopalis, portus capaciſſimus, & munitiſſimus tribus caſtris, quorum unum in mari jacens *il Forte* appellatur. Ejus ager nemora olearum poſſidet. In tractu mediterraneo ſunt Uxentum, *Ugento*, urbs olim amplior; Alexanum, *Aleſſano*, jucundi ſitûs; Caſtrum, *Caſtro*, olei mercatus; Neritum, nunc Nardum, *Nardo*, urbs antiqua; Aletium, ſeu Litium; *Lecce* & *Leccie*, amplum, populoſum, princeps in præſens hujus Territorii; Uria, ſive Oria, *Oria*, antiqua, colli impoſita; Oſtunum, *Oſtuni*, urbs ampla, cujus ager oleis amygdaliſque affluit; Motula, *Motola*; Caſtellaneta, *Caſtellanetta*; Mateola, ſeu Matera, *Matera*, urbs culta in valle, quam montes undique ambiunt. Pars hujus Territorii, quæ ſub formam peninſulæ inter urbes Tarentum, Brunduſium, & Fanum S. Mariæ Leucenſis excurrit, Meſſapia, poſt Calabria nuncupata eſt, in quâ ad mare Superum Calabri habitârunt, atque ad ſinum Tarentinum Salentini.

XXIX. *Terra Barienſis.*

Inter terram Hydruntinam, Baſilicatam, Capitanatam & mare Superum extendit ſe Terra Barienſis, aliis territorium ſeu ager Baritanus, Barianus & Barenſis, *Terra di Bari*. Cælum temperatum habet, abundatque frumento, croco, omnis generis fructibus, ſerpentibus, atque Phalangiis ſeu Tarantulis, quarum virus hìc magis, quàm in aliis Italiæ tractibus nocivum eſt. In hoc Agro, boreali parte Baſilicatæ, & terræ Hydruntinæ uſque ad urbes Tarentum & Brunduſium

ſuit

fuit Apulia Peucetia, atque incolæ Apuli Peucetii. Vixerunt & hìc Pœdiculi. Urbes ejus mediterraneæ ſunt Gravina, *Gravina*, caput Ducatûs; Minervinum, *Minerbino*; Caniſium, *Canoſa*, in colle; Cannæ ſeu Canna, *Canna deſtrutta*, vicus, celebris clade Romanorum, ex quo hodie præter rudera nihil videas; Andrium, *Andria*, cum titulo Ducatûs, cujus vaſa fictilia magni ſunt nominis; Bitontum ſeu Botuntum, *Bitonto*; Bitettum, *Bitetto*; Converſanum, *Converſano*. Ad mare. Superum jacent Monopolis, *Monopoli*, pulchra, cujus ager ditiſſimus eſt olei; Polinianum, *Polignano*, in rupe, ubi & olei & amygdalarum ubertas eſt; Mola, *Mola*; Barium, *Bari*, urbs Archiepiſcopalis, Agri princeps, frequens, munita, in quâ olim utriuſque Siciliæ reges coronabantur, atque etiamnum ſunt veſtes regiæ; Iuvenatium, *Giovenazzo*; Molfietum & Melfata, *Molfetta*; Tranium ſeu Tranum, *Trani*, in agro fertiliſſimo, urbs Archiepiſcopalis, ſed ſenſim deficiens, cujus portum limus & arena obſtruunt; Barulum, *Barletta*, unum ex quatuor Italiæ oppidis, multis anteponendum civitatibus.

XXX. *Capitanata.* Sequitur Capitanata, aliis Capitaniata, incolis Apulia Plana, *Puglia Piana*, à latiſſimis campis, qui incredibilem armentorum, pecorumque copiam nutrire poſſunt. Limitant Capitanatam præter mare Superum, in quod ex omnibus regni Neapolitani partibus maximè excurrit, ab auſtro terra Barienſis, Baſilicata, & principatus ulterior, atque ab occaſu comitatus Moliſinus. Habitârunt hic olim Apuli Daunii, quorum regio Apulia Daunia appellata, amnes Frentonem, *Fortore*, Aufidumque, *l'Offanto*, qui Capitanatam à terrâ Barienſi ſeparat, interjacuit. Caret Capitanata arboribus, aquarum pluribus in locis indiga, ſoli arenoſi, per æſtatem ſupra modum fervet, paſcuis nihilominus lætiſſima, atque à muſcis importunis vexatur. Clariores urbes mediterraneæ ſunt Salpe, *Salpe*, ante amplior, nunc exciſa, penes quam eſt lacus S. Antonii, *Canal S. Antonio*, qui inter Aufidum & Carapellam flumina juxta littus extenditur; Aſculum Apulum; *Aſcoli*, cum titulo Ducatûs; Bovinum, *Bovino*; Troia, *Troia*; Luceria cognomento Paganica, ſeu Paganorum, *Lucera*, & *Lucera delli Pagani*, ubi lana eximia, & ſedes Gubernatoris

hujus

hujus Provinciæ ; Vulturara & Vulturata , *Volturara* ; Tragonara, *Tragonara*; Fanum S. Severi, *S. Severo* , dives; Mons S. Angeli, *M. S. Angelo* , urbs naturâ munita, cum ſpecu celeberrimo. Ad mare occurrunt Manfredonia, *Manfredonia*, ad ſinum, quem facit flexura montis Gargani, *M. S. Angelo*, ſeu *Gargano*, urbs Archiepiſcopalis, quaſſata non uno terræ motu, portus egregius ; Vieſta , *Vieſte* ; Leſina , *Leſina* , ad lacum Leſinenſem ; Termulæ ſeu Terminus , *Termole*, cum titulo ducatûs in peninſulâ. Tranſeo eos , qui regnum Neapolitanum in IV hodie partes diſtribuunt (confer. proximus Par. XXVII) ad Apuliam explicitas terras Hydruntinam, Barienſem , & Capitanatam reducere ; quemadmodum & antiqua Apulia latè ſumpta Meſſapiam, atque Apuliam ſtrictè dictam, ſeu Apuliam Peucetiam, Dauniamque continuit. Contra Capitanatam jacent inſulæ Tremitanæ , *Iſole de Tremiti* , quarum præcipuæ ſunt Tremetus, ſeu Trimetus, *Tremiti*, cujus pars interdum dicitur *S. Nicola* , cum caſtro in colle ; Capraria, *Capraria*, parùm culta; San-Domini, *San-Domino.* *Inſulæ contra Capitanatam.*

XXXI. *Comitatus Moliſinus.*

Poſt Capitanatam ingredimur comitatum Moliſinum, aliis Moliſſinum, Moliſium & Moliſſenſem, *Contado di Moliſe*, medium inter Capitanatam , terram Laboris, ac Aprutium citerius , & nonnihil remotum à littore. Affluit feris , frumento , vino, croco, ſerico. Ejus inſigniores urbes & loca ſunt Larinum, *Larina*; Guarda Alfenia, ſeu Alfetia, *Guardia Alferes* ; Triventum , *Trivento* , cum titulo Comitatûs; Moliſia , & Moliſſa, *Moliſe*, burgus tenuis cum caſtro, unde nomen Comitatui ; Boianum , *Boiano*; Æſernia , *Iſernia*, antiqua , & deficiens. In hoc Comitatu & parte Capitanatæ, Principatûs ulterioris , terræ Laboris, atque citerioris Aprutii habitârunt Samnites propriè dicti , ſeu veri, quorum regio Samnium appellabatur.

XXXII. *Aprutium citerius.*

Inter comitatum Moliſinum , mare Superum , Aprutium ulterius, & terram Laboris occurrit Aprutium citerius, *Abruzzo citra.* Cœlum habet frigidius, ſolum ſylvas, oleum, vinum , crocum , nives hyeme iſtâ copiâ , ut periculum creent viatoribus. Urbes hujus Aprutii ſunt Bucellum , *Civita Burella* ; Sulmo , *Solmona* , populo frequens ; Populium , *Popolo*, oppidum , quod ex Corfinii ruinis crevit, capitis olim Pe-

lignorum, qui meridionalem tractum hujus Provinciæ incoluerunt; Hiſtonium, jam Guaſtum Amonium, *Guaſto di Amone*, caput Marchionatûs; Anxanum, nunc Lanceanum, *Lanciano*, urbs Archiepiſcopalis, emporium celebre, ad cujus nundinas menſibus Majo & Auguſto Itali non ſolùm, ſed & Dalmatæ & Græci mercatores confluunt; Ortona, *Ortona à mare*, portus, ubi D. Thomæ reliquiæ, oppida Frentanorum, qui juxta littus hujus Aprutii & Capitanatæ ex parte habitabant; Teate, *Civita di Chieti* ſeu *Chieti*, caput Marrucinorum, qui & agrum vicinum tenuêre, urbs Archiepiſcopalis, ampla, culta, clariſſima, ſedes Præſidis provinciæ; Aternum, *Peſcara*, ad oſtium fluvii cognominis.

XXXIII. *Aprutium Ulterius.* Viſo Aprutio citeriore ad Ulterius, *Abruzzo ultra*, progredimur, provinciam ſextam, ſeu ultimam regni Neapolitani, quæ verſus ſuperum Mare eſt, media inter Aprutium citerius & Marchiam Anconitanam, partem Statûs Eccleſiæ, frigida, ferax croci, frumenti, fructuum, ferinæ, cujus partem antea occupârunt Veſtini. Clariores urbes ſunt Pinna ſeu Penna, *Civita di Penna*, antiqua; Adria, ſeu Hatria, *Atri*, jugo arduo & aditûs impediti impoſita; Iulia Nova, *Giulia Nuova*; Campolium, *Campoli*; Interamnia, nunc Teranum, *Teramo*, cum titulo Ducatûs; Civitas Ducalis, *Civita Ducale*; Aquila, *Aquila*, caput hujus Aprutii, quod ex ruinis Amiterni, *Amiterno*, enatum eſt, agrum habens croci ſàm divitem, ut toti Europæ ſufficere videatur; Cælanum, *Celano*, cum titulo Comitatûs juxta lacum Celanum, *Lago di Celano*, olim Fucinum, & Marſorum, qui circa hunc Lacum habitârunt, quorum caput erat Marrubium ſeu Marruvium, *Morrea*. Qui verò regnum Neapolitanum in quatuor partes (vide § XXVII) diſtribuunt, ſub Aprutii nomine comprehendunt utrumque Aprutium & comitatum Moliſinum.

XXXIV. *Terra Laboris.* Traditis ſex Provinciis regni Neapolitani, quæ ſunt verſus mare Superum, nunc ſex reſiduas verſus Inferum percurramus, puta terram Laboris, principatum Citeriorem, Ulteriorem, Baſilicatam, Calabriam Citeriorem, & Ulteriorem. Terra Laboris, aliis Campi Laborini, *Terra di Lavora*, à boreâ terminatur Aprutio, & comitatu Moliſino; ab ortu Principatu ulteriore & citeriore; ab auſtro mari Infero; ab occaſu

caſu territorio Romano. Fuit hìc aliàs pars novi Latii (conf. §. XXIV) & Campania Felix, à Campanis inhabitata, in quâ videbatur ſummum certamen Liberi patris cum Cerere. Hodie etiam ſoli eſt fertiliſſimi, gaudetque nobili vino, aquis medicatis, ſulphure. Clariores ejus urbes & oppida mediterranea ſunt Mons Caſinus, *M. Caſino*; Aquinum, *Aquino*; Fundi, *Fondi*; Sueſſa, *Seſſa*, cum titulo Ducatûs; Carinula, *Carinola*, ubi vinum vendibile; Calves, jam Calvi, *Calvi*; Teanum, *Tiano*; Venafrum, *Venafro*, in cujus agro olei abundantia; Alifæ, *Alifi*; Teleſia, *Teleſo*; Calatia, *Caiazzo*; Caſerta, *Cazerta*; Nova Capua, *Capua*, ad Vulturnum, Archiepiſcopalis in amœniſſimâ planitie, abiens à veteris Capuæ ruderibus per duo milliaria in occaſum; Anverſa, *Averſa*; Acerra, *Acerra*, ſeu *Serra*; Nola, *Nole*, ante multo amplior; Somma ſeu Summa, *Somma*, caſtrum & burgus elegans ad radicem celebratiſſimi Veſuvii, de die ſemper fumigantis, & noctu quoque coruſcantis, qui ab eo Italis *Monte di Somma* appellatur, dives optimi ſulphuris, & vini Græci, quod ab hoc Monte *di Somma* nuncupant. Ad mare occurrunt Maſſa, *Maſſa*, cujus vina in pretio ſunt; Surrentum, *Sorrento*, urbs antiqua & Archiepiſcopalis in monte; Vicus, *Vico*, amœni ſitûs; Neapolis, *Napoli*, ante Parthenope, ad ſinum Neapolitanum, *Golfo di Napoli*, quondam Puteolanum, urbs princeps hujus Provinciæ, & totius regni Neapolitani, ſedes Proregis, Archiepiſcopali dignitate & Univerſitate conſpicua, ob Nobilium inſignem frequentiam dicta Nobilis, *Napoli la Gentile*, ampliſſima, populoſiſſima, validiſſima, emporium maris Interni, ſi quod celebre; Puteoli, *Pozzuolo*, portus olim clariſſimus, qui & integro Sinui Neapolitano, uti mox dictum, nomen impoſuit, nunc ſolùm parti ſibi proximæ, in præſens limo corrumpitur, & circa urbem, quam Terræ motus multùm deformavit, frequentia ſunt balnea; Baiæ, nunc caſtrum Baianum, *Baia*, thermis gaudens; Cumæ ſeu Cuma, *Cuma*, rudera urbis antiquæ; Patria, *Patria*, turris in ruinis Literni; Cajeta, *Gaeta*, ad ſinum Cajetanum, *G. di Gaeta*, munita, clavis regni Neapolitani. Contra littus hujus Provinciæ variæ jacent Inſulæ, quarum præcipuæ ſunt Pontia, *Ponza*; I. Sanctæ Mariæ, *I. di S. Maria*; Ænaria, nunc Iſchia,

Loca Mediterranea.

Maritima.

Inſulæ contra Terram Laboris.

Iſchia, cum urbe ejuſdem nominis, optimè munita; Capreæ & Caprea, *Capri*, in quâ urbs Caprea, *Capri*, cujus Epiſcopi reditus ſunt Coturnices, quæ hìc bis in anno maximâ copiâ capiuntur.

XXXV. *Principatus Citerior.* Nunc proximus eſt Principatus citerior, *Principato citra*, quem limitant ager Laborinus, Principatus ulterior, Baſilicata, & mare Inferum. Hìc inter Campanos & flumen Silarum, *Sello*, Picentini habitârunt, pars olim Picentium, qui à ſupero Mari, (confer §. XVI) huc à Romanis tranſlati ſunt, & ad diſcrimen Picentium, Superi maris accolarum, Picentini appellati. Eſt in hoc Principatu vini, olei, frumenti, croci, mororum, ſerici, thermarum ingens abundantia. Ad ſinum Salernitanum, *G. di Salerno*, occurrunt Melphis, ſeu Amalphis, *Amalfi*, Archiepiſcopalis, à quâ proximum littus *la Coſte d'Amalfi*, dicitur; Minora, *Minuri*; Salernum, *Salerno*, caput olim Picentinorum, uti nunc hujus Principatûs, urbs Archiepiſcopalis, cum Academiâ ſtudio Medico perquàm celebri, ſinum adjacentem denominans, ſicut antea regis Neapolitani primogenitum. Plus minus à mari abſunt Scala, *Scala*; Nuceria, *Nocera*; Sarnum, *Sarno*; Caput Aqueum, ſeu Capaccia, *Capaccia nuova*; Turris Marina Bruccana, *C. à Mare della Bruca*; Buxentum, ſeu Polycaſtrum, *Policaſtro*, cum titulo Ducatûs, unde nomen proximo Sinui, *G. di Policaſtro*; Marſicum Novum, *Marſico Nuovo*; Campania, *Campagna*.

XXXVI. *Principatus Ulterior.* Principatus ulterior, *Principato ultra*, ſolus ex partibus hujus Regni, quæ verſus Inferum mare jacent, mediterraneus eſt, quippe quem ambiunt Principatus citerior, terra Laboris, Capitanata & Baſilicata. Incultus fuit ab Hirpinis, ſeu Irpinis, conſanguineis Samnitium. Cælum habet frigidius, ſed ſalubre, item armenta, ferinam, fructus varii generis, præſertim nuces & caſtaneas. Ejus urbes ſunt Compſa, *Conza*, antiqua & Archiepiſcopalis; Mons Maranus, *M. Marano*; Avellinum, *Avellino*; Beneventum, *Benevento*, antea Maleventum, urbs Archiepiſcopalis ad amnem Sabatum, caput hujus Principatûs ſub dominio Pontificis cum Agro adjacente, qui aliàs longè amplior, nunc tantùm Caſtra quædam complectitur; Arianum, *Ariano*, in colle cum titulo Comitatûs; Fricentum, *Friſento*; Biſacium, *Bizazza*; Alcedonia, *Cedogna*;

Cedogna; Mons Viridis, *Monte Verde*. Comprehenditur autem hic Principatus atque Citerior ſub Terrâ Laboris iis, qui regnum Neapolitanum in IV partes diſtribuunt. Vide ſis §. XXVII.

Inter Principatum Ulteriorem, & ſinum Tarentinum occurrit Baſilicata, *Baſilicata*, quæ quoque exiguo tractu inter citeriorem Principatum, atque Calabriam Inferum mare attingit. Ubi verò nunc Baſilicata eſt, ante fuit Lucania, quæ & majorem partem Principatûs citerioris, Baſilicatæ proximam, & partem ſeptentrionalem citerioris Calabriæ continuit, inhabitata à Lucanis, qui ortum à Samnitibus traxêre. Admodùm aſpera eſt & minùs fertilis, producit tamen vinum, oleum, frumentum, crocum, goſſypium, mel, ceram. Urbes & oppida majoris notæ ſunt Melphi, *Melfi*; Lavellum, *Laviello*; Venuſia, *Venoſa*, exigua ac ferè deſerta, caput Principatûs; Acherontia, *Cirenza* & *Acerenza*, Baſilicatæ præcipua, Archiepiſcopalis, cui ſedes Materenſis conjuncta eſt, ubi Archiepiſcopus commoratur, unde & utraque civitas Archiepiſcopalis appellatur; Potentia, *Potenza*, deficiens; Tricaricum, *Tricarico*, elegans; Mons Peloſus, *M. Peloſo*, in monte; Bernalda, *Bernarda*; inferiùs Turris Marina, *Torre di Mari*, ſupra oſtium fluminis Baſentii, *Baſiento*, nunc propemodùm deſerta, ubi ante urbs celeberrima Metapontum; Turſus ſeu Turſia, *Turſi*, cum titulo Ducatûs. XXXVII. *Baſilicata.*

Baſilicatæ ab auſtro confinis eſt Calabria citerior, *Calabria citra*, interdùm ſuperior, quam finit à meridie Calabria Ulterior; ab occaſu mare Inferum; ab ortu ſinus Tarentinus. Abundat ferro, chalybe, ſale, quod rupes ſuppeditant, ſylvis, moris, ſerico, oleo Italis adamato, frugibus. Urbes & nobiliora loca habentur Caſſanum, *Caſſano*, in ſolo aſpero; Sybaris, *Sybari Rouinata*, olim viribus divitiſque inclyta, nunc in ruinis; Biſinianum, *Biſignano*, in colle, quem editi montes ambiunt, cum titulo principatûs; Conſentia, *Coſenza*, urbs ampla, Archiepiſcopalis, princeps totius Calabriæ, interque regni Neapolitani clariſſimas, quam terræ motus anni XXXVIII hujus ſeculi plurimùm afflixit; Amantia ſeu Adamantia, *Amantea*, cujus Ager ſacchari ferax eſt; Martoranum, *Martorano*; Aprulianum, *Aprugliano*; Roſcianum, ſeu Roſſanum, *Roſſano*, Archiepiſ- XXXVIII. *Calabria Citerior.*

chiepiſcopalis, gerens titulum principatûs, in agro lætiſſimo, qui & piper producit ; Cariathis vetus & nova, *Cariati vecchia*, & *nuova*; Umbriaticum, *Umbriatico*; Strongilus, *Strongoli*, in rupe excelsâ.

XXXIX. *Calabria Ulterior.*

Supereſt denique ex regno Neapolitano Calabria inferior, communiter ulterior, *Calabria ultra*, quæ à Citeriore ad fretum Siculum excurrit, atque ab occaſu mari Infero, & ortu Ionio alluitur. Surgit in montes, & fructus palato gratos progenerat, item mel, equos, & armenta. Inter urbes oppidaque eminent Siberena vel Siberina & Sanſeverina, *S. Severino*, parva, culta, munita, Archiepiſcopalis ; Croto ſeu Croton, ac Crotona, *Cotrone*, olim ampliſſima, & cœli ſaluberrimi, unde nobiles Athletæ, inter quos Milo eminuit, nunc à priore fortunâ defecit plurimùm; Inſula, *Iſola*, elegans ; Bellicaſtrum, *Belcaſtro* ; Cantazara, *Cantazaro*, ſedes Præfecti; Scyllatium, & Scylletium, *Squillace*, titulo Principatûs illuſtre, unde proximus Sinus appellatur Scyllatius, *Golfo de Squillace* ; Taberna, *Taverna* ; Nicaſtrum, *Nicaſtro*; Fanum S. Euphemiæ, *S. Eufemia*, olim juxta varios Lametia, unde Sinus S. Euphemiæ, *G. di S. Eufemia*, ante Lameticus ſeu Lametinus dicebatur, in quo reperitur corallium; Mons Leo, *M. Leone*; Tropia, *Tropea*; Miletum, *Mileto* ; Nicotera, *Nicotera*; Oppidum, *Oppido*, cum titulo Comitatûs ; Hieracium, *Girace*, ubi quondam Locri, cognomine Epizephyrii, urbs clariſſima, nunc in ruinis; Bova, *Bova*; Rhegium, *Regio*, & *Reggio*, ad Fretum, urbs Archiepiſcopalis, culta, licet eam ſæpiùs vexârint Turcæ, ex quâ in Siciliam commodus datur tranſitus, caput hujus Calabriæ. Hæc & citerior Calabria ſæpiùs venit communi nomine Calabriæ, ferentis titulum Ducatûs, cujus Dux antea fuit Regis Neapolitani filius primogenitus, Regni hæres. Utramque inhabitârunt Bruttii, origine tractâ à Lucanis. Tranſeo ſub Calabriâ geminam Calabriam & Baſilicatam complecti, qui Calabriam unam faciunt ex IV regni Neapolitani Provinciis. Confer. §. XXVII.

CAPUT

CAPUT XIX.

Italiæ antiquæ limites. Magna Græcia. Celeberrimi Montes, Flumina, Insulæ.

HACTENUS de continente Italiâ, quæ ex traditâ parte Meridionali & Septentrionali hodie componitur. Ast istius amplitudinis non erat, quando Galli in Italiâ rerum potiebantur. Tunc enim Italiam limitabat Arnus, *Arno*, flumen magni ducatûs Hetruriæ, & Æsis, *Fiumesino*, flumen Marchiæ Anconitaniæ, in cujus locum, deletis Senonibus Gallis, succesſit Rubicon, exiguus amnis Romandiolæ, qui variè vertitur, sæpiùs *Pisatello*, fluens non procul urbe Cesenâ, atque, dum Supero mari appropinquat, incidens in fluviolum, cui ab oppido Saviniano, juxta quod decurrit, nomen est, *Fiumicello di Savignano*, & per quem, amisso proprio nomine, circa portum Cesenaticum in dictum mare se exonerat. Sunt, qui autumant, Rubiconem, nunc Lusum, *Luso*, appellari, flumen Romandiolæ paulò orientalius. Quicquid verò hæc flumina & Alpes interjacebat, Romanis Gallia Cisalpina (confer. CAP. XIV. §. I.) dicebatur, divisa à Pado in Cispadanam & Transpadanam, quarum hæc à Pado in boream, illa in austrum deflectebat. Postmodùm tamen Gallia Cisalpinæ sub Italiâ comprehensa est, atque ita hujus termini ad Alpes promoti sunt, à Varo, *Varo*, flumine, quod per comitatum Nicæensem in Inferum mare labitur, seu, quod alii malunt, à Portu Herculis Monœci, *Monaco*, ad Arsiam, *Arsa*, flumen Histriæ, Superum mare subiens. I. *Italiæ antiquæ limites.*

Antiqua, seu vera Italia, quam statim delineavimus, unà cum Siciliâ antiquitùs Græcia Magna sive Major dicta est, quia Græci, diverso tempore in eam invecti, multas & magnas in ipsâ urbes condidêre, suisque obsederunt Coloniis non tantùm oram maritimam maris Superi, sed & Inferi, ut non malè cecinerit Poëta: *Itala nam tellus Græcia major erat.* Deinde verò hoc nomine solùm nominata est pars Italiæ, quæ inter fretum Siciliæ, urbemque Tarentum interponitur. Quin sensim usque eo Græci suis pulsi sunt sedibus, ut tandem provin- II. *Magna Græcia.*

provincia, quæ nunc Calabria ſuperior, ſeu citerior appellatur, teſte Cluverio, Græcia Magna dicta ſit.

III. *Iuga Alpium.* Nunc ordo duceret ad Italiæ Flumina, ſed hiſce celeberrimos ipſius montes, Alpes & Apenninum, quorum frequens ſuperiùs injecta mentio eſt, paucis præmittemus. Alpes Italis *l'Alpi*, Germ. *Alben*, quibus, ceu altiſſimo vallo, Italia à Galliâ, Helvetiâ, Germaniâque, ut ante dictum, ſubmovetur, inchoat Cluverius à Vadis Sabatiis, ſeu Savonâ; alii à portu Herculis Monœci; alii, ut alias ſententias ſileam, à Varo flumine. Finis Alpium communiter prope orientalem Italiæ terminum ſtatuitur, ad fontes Colapis, *Kulp*, ſitos in Vindorum Marchiâ, tractu Carniolæ, & ſinum Flanaticum, nunc Carnarium, *Quarnero*, ſeu *Golfo Carnero*, inter Iſtriam ac Liburniam ſe extendentem; ut nimiùm liberales ſint, qui aut ad finem Dalmatiæ, aut in Thraciam Alpium fines promovent. Longiſſima hæc Montium catena in variis ſui partibus varia cognomenta adipiſcitur.

IV. *Mons Apenninus.* Poſt Alpes celebratiſſimus eſt inter Italiæ montes Apenninus, Italis *l'Apennino*, altiſſimus, quamvis Alpium ſublimitatem non adæquet. In initio Apennini auctores diſſentiunt. Qui Alpes inchoant à Varo flumine, aut portu Herculis Monœci, aut Vadis Sabatiis, hinc ortum ducunt Apennini; quin alii & ab urbe Genuâ, & fontibus fluminis Trebiæ, nunc *Trebbia*. Progreditur autem perpetuis jugis à ſuo initio verſus meridionalem Italiam, quam propemodùm bipartitur, relicto hìc illic aliquo tranſitu, & quando ad Hirpinos pervenit, ſeu limitem provinciæ Baſilicatæ, ſcindit ſe (ut varii contendunt) in duo Cornua, quorum alterum per terram Barianam & Hydruntinam procedit, finiturque in Salentino ſeu Iapygio promontorio, *Capo di Santa Maria di Leuca*; alterum per Baſilicatam, nec non utramque Calabriam in Leucopetrâ promontorio, *Capo dell' Armi*. Verum huic opinioni opponit ſeſe Cluverius, ſtatuens Apenninum uno tantùm continuo lunatoque jugo à ſuo initio ad fretum Siculum excurrere. In hoc ſuo decurſu in variis ſui partibus variè appellatur.

V. *Fl. Atheſis.* Pergimus ad nobiliſſima Italiæ flumina, & primò Septentrionalis, inter quæ duo præſtant Padus & Atheſis. Atheſis, Ital.

Ital. *Adige*, Germ. *Etſch*, fluvius poſt Padum totius Italiæ maximus, provenit ex monte Brennâ, maximo Alpium in comitatu Tirolis, non procul Griſonibus, defluitque per tractum Atheſinum, agrum Tridentinum, (in ejus introitu recipit Eiſocum, *Eiſoch*, & inferiùs Nucem, *Noce*, atque Laviſium, *Lavis*, proximè ſupra Tridentum) dein agrum Veronenſem, quem, uti Veronam, biſecat; tandemque diſtinctâ à Patavino territorio Rhodiginâ peninſulâ, & minoribus aliquot fluviis ditatus, in Superum mare ſe effundit.

VI. *Fl. Padus.*

Atheſi multo amplior, & decantatior eſt Padus, *Po*, Italis & Gall., Germ. *Paw*, Poëtis Eridanus. Naſcitur ex gemino fonte in monte Veſulo, *Monviſo*, parte Alpium Cottiarum, ſitâ in Marchionatu Salutiarum in ipſo Delphinatûs limite; hinc labitur per dictum Marchionatum, Pedemontium, perfundens Auguſtam Taurinorum, Montem Ferratum, inque eo Caſalem. Tùm ſtatum Mediolanenſem ingreditur, ubi, quemadmodum & ſuperiùs, admittit varia flumina, quorum clariora ſunt in latere dextro infra Valentiam Tanarus, *Tanaro*, ſeu *Tanero*; in ſiniſtro infra Ticinum Ticinus ſeu Ticinum, *Teſino*; infra Placentiam, Addua, *Adda*. Mox Cremonam alluit; inde ad ducatum Mantuanum properans, recipit in ipſo inter alia à dextro latere primùm Ollium, *Oglio*; dein Mincium, *Menzo*. Tandem in limine ducatûs Ferrariæ ad caſtrum Stellatam in duo dividitur brachia, quorum majus, ſive borealius in ſuo decurſu in alia duo ſubdividitur; minus, ducens Ferrariam, limo ſenſim impletur, juxta quam in duo etiam ſcinditur brachia, atque ita Padus, qui olim per ſeptem oſtia, quæ ſeptem maria appellabantur, in mare exibat Adriaticum, hodie per quatuor tantùm in idem ſe exonerat.

VII. *Fl. Arnus.*

Italia Meridionalis plurima quidem fundit flumina, quæ in mare Superum Inferumque delabuntur, ſed minora, inter quæ tamen excellunt Arnus & Tiberis. Arnus, *Arno*, flumen Tuſciæ, quod ex Apennino monte in agro Florentino egreditur, per quem fluens refluenſque tranſit Florentiam, infra quam lintrium capax evadit; porrò per ſeptentrionalem tractum agri Piſani profluit, Piſas pertranſiens, infra quas,

poſtquam in ſuo curſu varios ab utroque latere rivulos admiſit, Inferum mare ingreditur.

VIII. *Fl. Tiberis.* Tandem Tiberis, Italis *Tevere*, Gall. *Tibre*, flumen, ſi quod, clariſſimum, oritur in Florentino dominio ex Apennino monte in limite ducatûs Urbini; inde defluit per hoc Dominium, comitatum civitatis Caſtellanæ, territorium Peruſinum, Umbriam, quam & à Patrimonio S. Petri dividit, recipiens à ſiniſtro latere (minoris notæ rivos tranſeo) juxta Hortam, Narem, *Nera*. Dein inter Patrimonium S. Petri & Sabinam deſcendit, proximè Romam etiam à ſiniſtrâ Aniene, *Teverone*, ditatur, mox Urbem, territorium Romanum ac patrimonium S. Petri interfluit, atque per duo oſtia, quorum dextrum, *Fiumicino* dictum, hodie tantùm pervium eſt, inter Oſtiam & Portum, urbes exciſas, in Inferum mare ſe immittit.

IX. *I. Siciliæ limites, figura, conſtitutio.* Visâ continente Italiâ, ad Italiæ Inſulas, quæ tertiam ejus partem (vide ſis CAP. XVI. §. IV.) nobis conſtituunt, navigemus, inter quas longè potiores ſunt Sicilia, Sardinia, Corſica. Sicilia, aliàs Regnum Siciliæ trans Pharum, *Regno di Sicilia*, Gall. *Sicile*, dividitur ab ulteriore Calabriâ per fretum Siculum, *Faro di Meſſina*, quod & Rhegium ac Mamertinum appellatum eſt, celebre Scyllâ ſcopulo, contra quem auſtrum verſus prope Meſſanam erat vortex Charybdis, potiùs fretum fluens & refluens. Alluitur hæc Inſula ab ortu mari Siculo; à meridie Africo, ſeu Libyco; à ſeptentrione Thuſco. Figuram obtinet triangularem, unde Græcis Latiniſque Triquetra & Trinacria dicta eſt, ejuſque angulos tria promontoria terminant, ſeptentrionalem Pelorum, C. *Faro*; meridionalem Pachynum, C. *Paſſaro*; occidentalem Lilybæum, C. *Coco*. Maxima habetur inter inſulas maris Mediterranei, ejuſque ambitum Cluverius, qui ipſam dimenſus eſt, ad ſexcenta paſſuum millia extendit. Olim adeo erat fertilis, ut eam Cato, *cellam penariam Reipublicæ, & nutricem plebis Romanæ* dixerit; quin & hodie feraciſſima eſt frumenti, vini, olei, mellis, ſacchari, ſerici, ſalis, piſcium. Habet & aurum, argentum, ferrum, alumen, ſulphur, nitrum acerrimum, balnea. Tapetes ex corio deaurato æſtimantur. Appendix eſt regni Aragoniæ.

Diſpeſci-

Digitized by Google

Diſpeſcitur impræſentiarùm Sicilia in tres Provincias ſive Valles, Nemorenſem, Neetinam & Mazaranam. X. *Vallis Nemorenſis Sicilia.* Vallis Nemorenſis, ſeu Demonæ, *Valle di Demona*, adjacet ab ortu mari & freto Siculo; à boreâ Thuſco; ab occaſu valli Mazaranæ; ab auſtro Neeſinæ. Loca maritima celebriora hìc ſunt Catana, *Catania*, urbs Epiſcopalis ad Sinum cognominem, quam Catanæi antea obtinuerunt, munita, cum illuſtri Academiâ, vergens alterâ ſui parte ad Ætnæ radices, à cujus incendiis cladem ſæpè non unam paſſa eſt. Agrum habet mirè fertilem, quod Ætnæ imputant cineribus. Tauromenium ſeu Taurominium, *Taormina*, colli inſidens, ad cujus littora (teſtibus Salluſtio & Strabone, ſi credere fas eſt) naufragia à Charybdi hauſta reddebantur; Meſſana, *Meſſina*, quam & tractum confinem Meſſenii, etiam Mamertini dicti, incoluêre, urbs hujus Vallis clariſſima, Archiepiſcopalis, ampla, ſplendida, validiſſima, ad Fretum, nobiliſſimo inſtructa portu, emporium celeberrimum, cujus ager plurimas nutrit moros, unde ingens ſerici abundantia; Mylæ, nunc Milatium, *Milazzo* & *Melazzo*, hinc nomen proximo promontorio; Pactæ, *Patti*, civitas Epiſcopalis; Tuſa, *Toſa*; Cephalæda & Ciphalædium, *Cifalu*, urbs Epiſcopalis cum divite Eccleſiâ. In mediâ Valle occurrunt Randatium, *Randazzo*, nobile oppidum; mons Ætna, *Monte Gibello*, Arabibus *Gibel*, quaſi mons per excellentiam, cujus ambitus ſeptuaginta, ut ajunt, paſſuum millia adimplet, ferax eſt croci & rhabarbari, latus auſtrale vites nutrit, boreale nemoribus obducitur, inque eo nil, niſi culmen, incultum jacet; Gaglianum, *Gagliano*, oppidum in rupe; Troyna, *Traina*, colli inſidens; Nicoſinum, *Nicoſia*, ad cujus occaſum egregia ſalina eſt ejuſdem nominis. *Loca maritima.* *Mediterranea.*

Vallem Nemorenſem ab auſtro attingit Netina ſeu Neetina, *Valle di Noto*, cujus inſigniora loca ſunt Enna, *Enna*, in ſublimi & undique prærupto monte, Siciliæ umbilicus, à quo non procul in boream ſunt montes ex nativo ſale, quod, cùm exſcinditur, iterùm ſuccreſcit; Leontina, *Leontini*, quam lacus vicinus affligit; Auguſta, *Auguſta*, quæ equites S. Ioannis Hieroſolymitani recepit, qui hìnc in Melitam abiêre; Syracuſæ, *Siracuſa*, Hiſp. *Saragoſſa*, urbs in orâ orientali, olim ampliſſima, cujus ambitus dicitur XXII paſſuum millia continuiſſe XI. *Vallis Neetina Siciliæ.*

tinuiſſe, potentiſſima, Inſulæ totius princeps, quam Syracuſii ante atque affinem tractum inhabitârunt, hodie ad priſtinam dignitatem, deficientibus colonis, minimè aſſurgit, Epiſcopalis tamen & ſuo vino incluta; Neetum, *Noto*, caput Vallis, quæ huic debet cognomentum; Raguſa, *Raguſa*; Camerina, *Camerana*, deſerta; Terra Nova, *Terra Nova*; Mazarenum, *Mazarino*.

XII. *Vallis Mazarana Sicilia.* Ad occaſum explicitarum Vallium occurrit tertia ſeu ultima, Mazarana, *Valle di Mazara*, in quâ ad aut prope mare eminent Agrigentum, *Gergenti*, urbs munita, elegans, Epiſcopalis; Mazara, *Mazara*, etiam Epiſcopalis, unde Valli cognomentum eſt; Marſalla, *Marſalla*, olim Lilybæum, valida; Drepanum, *Trapani*, emporium non ignobile cum amplo portu; Caſtellum ad mare, *C. a Mare*, frumenti dives; Panormus, *Palermo*, urbs totius Siciliæ maxima, Tetrapolis, olim Regum ſedes, nunc Proregis & Archiepiſcopi, primaria Inſulæ, cum quâ tamen de dignitate Meſſana contendit, cum portu egregio; Mons Regalis, *Mont Reale*, civitas quoque Archiepiſcopalis, exigua. Loca mediterranea minoris ſunt notæ.

XIII. *Inſula contra Siciliam ad boream:* Habet circum ſe Sicilia multas Inſulas minores. A boreâ contra Vallem Nemorenſem ſitæ ſunt Inſulæ Æoliæ, ſeu Vulcaniæ, Latinis Recentioribus Lipareæ, *Iſole di Lipari*, pendentes à regno Siciliæ, juris Hiſpanici, quarum præcipuæ numerantur octo, ſuntque Strongyle, *Stromboli*, quæ ſemper fumos, ſæpè ignes ejicit; Hiceſia, nunc Panaria, *Panari*; Didyme, nunc Salinæ, *Saline*; Lipara, *Lipara*, ubi urbecula ejuſdem nominis, Epiſcopalis. Abundat balneis, ſale ex marinâ confecto, redditque ſulphur & alumen. Hiera, nunc I. Vulcani, *Volcano*, fumum eructans; Phœnicuſa, nunc Felicudia, *Felicur*, & *Felicudi*, læta paſcuis; Ericuſa, nunc Alicudia, *Alicur*; Uſtica, *Uſtica*, ſine incolis, Piratarum ſtatio. *Ad auſtrum.* Ab auſtro contra Vallem Neetinam ſe offert inſula Melita, *Malta*, plena ſcopulis & rupibus, abundans mellis, goſſypii, equorum, falconumque nobilium. Diu paruit Siciliæ regibus, uſque dum Carolus V ſuperiore ſeculo eam Equitibus S. Ioannis Hieroſolymitani poſt amiſſam Rhodum conceſſit, eâ lege, ut ſe clientes ejus profiterentur, oblato quotannis

Siciliæ

38
10
15
20
35
55
50
45
40
MER DE
la Mellecca
Cumin
Cuminot
la Coredena
Cammea
Mugiarro
S. Nicola
Antofaga
Reduma
Tartari
FRETO
MER DE
MER MEDITER=
PONANT.
Echelle
Milles d'Italie
Lieües Com. de France
Lieues Com. d'Allemagne

SICILE
Les Isles de
MALTE, GOZE, &c.
Par N. Sanson d'Abbeville
Geographe ordinaire
du Roy
Porto de
Saline Vecchie
Salamun
Cala de
S. Paolo
Caura
Benhonorato
Gallir
Cala di Marco
Cala di S.
Giorgio
MER
Ponta delle
Forche
RANEE
DE
LE
VANT.
Marza Scala
la Serra
Port-
de Marza Sirocco
Pietra Negre
la Forfala
ou Tirfora
D' AFRIC QUE
A: de Winter sculp

Google

Siciliæ Proregi Falcone, ipſaque Sicilia contra machinationes Turcarum eſſet tutior. Inter urbes ejus validiſſima eſt Valetta, *Valette*. Ad occaſum Melitæ jacet Gaulos, Ital. *Gozo*, Incol. *Gaudiſch*, ſub dominio equitum Melitenſium. Tandem ab occaſu contra Vallem Mazaranam comparent inſulæ Favaniana, *Favagnana*; Leventia, *Levanzo*, è regione Trapani; Maritima, *Maretamo*, unde mella exquiſitiſſima. *Ad occaſum.*

XIV. *I. Sardinia.*

Ex Siciliâ in inſulam & regnum Sardiniæ, Ital. *Sardegna*, Gall. *Sardaigne*, quæ longiùs in occaſum diſtat, trajicimus. Extendit ſe ab auſtro in boream ad CLXX circiter paſſ. M., ab occaſu in ortum ad XC, & ambitus ad ſummum D ferè complectitur. Cœlum ob paludes multis in locis grave eſt, venti ex auſtro noxii, ſolum per æſtatem aquarum indigum. Appendix eſt regni Aragoniæ. Dividitur hodie in caput Calaritanum, & Logudorium. Illud, *Capo de Cagliari*, vergit in meridiem, ejuſque nobiliora loca ſunt Calaris, *Cagliari*, urbs Tetrapolis, caput Inſulæ, ubi Prorex, Nobilium pars maxima, & Archiepiſcopus habitant, gaudens Academiâ, portu ad ſinum Calaritanum patentiſſimo, campiſque frumento abundantibus; Villa Eccleſiarum, *Villa d'Igleſia*, Epiſcopalis; Mons Regalis, *M. Reale*; Arborea, *Oriſtagni*, urbs Archiepiſcopalis, portus penè ad oſtium Tyrſi, *Tyrſo*, fluminis. Caput Logudorium, ſeu Loci Aurei, *Capo de Loglidori*, ſeptentrionalem Inſulæ partem, quæ priore major eſt, complectitur, in quâ ſunt Boſa, *Boſa*; Algara, *Algeri*, Epiſcopalis, cum portu egregio; Saſſaris, *Saſſari*, civitas Archiepiſcopalis, ampla, hujus Capitis Caput, quod ex eâ Saſſaritanum nonnunquam dicitur; Caſtrum Aragonenſe, C. *Aragoneſe*, urbs elegans, in quam ſedes Epiſcopalis Terrâ novâ, ſitâ in oppoſito littore, tranſlata eſt. Circa Sardiniæ littora numerant ultra quadraginta minores Inſulas, quarum pars maxima deſerta eſt & inculta; cæteræ contra piratas turribus munitæ ſunt, inter quas reliquis præſtant prope occiduum littus inſulæ S. Antiochi, Petri, Aſinaria, & ortivum Tavolara, tàm ſurgens in altum, ut ex Italiâ navigantibus in viſum ſeſe ingerat. *Caput Calaritanum.* *Caput Logudorium.* *Inſula contra Sardiniam.*

XV. *I. Corſica.*

Tandem ad boream Sardiniæ conſpicitur Corſica, Incolis *Corſica*, Gall. *Corſe*, quam fretum Bonifacii, *le Bocche di Bonifacio*, latum novem ferè paſſuum millia, ab illa dividit. Pa-

tet Insula in longum circiter CX mill. P., in latum L, in ambitu CCLXXX. Scatet montibus sterilioreque est ob solum arenosum & saxeum. Subest Genuensi Reipublicæ, dispesciturque in partem Cismontanam & Transmontanam à monte, vulgò *Sierra*, qui Insulam intercurrit. Transmontanæ, quæ in meridiem vergit, oppida sunt Fanum S. Bonifacii, seu Bonifacium, *Bonifacio*, in chersoneso, quæ pyri in modum in fretum Bonifacii excurrit, habens divites Salinas, & portum montibus circumvallatum; Domus Barbarica, *Casa Barbarica*, dives Corallii; Portus vetus, *Porto Vecchio*, juxta sinum amplissimum; Adiacium, *Adiazzo*, ad sinum cognominem, emporium Genuensibus frequentatum, Episcopale. In Cismontanâ seu septentrionali parte sunt Curia, *Corte*, in saxo prærupto posita, Insulæ umbilicus; Calvium, *Calvi*, ad littus occidum cum arce; Bastia, *Bastia*, caput Corsicæ, sedes Gubernatoris & Episcopi, populosa in opposito littore; Fanum S. Florentii, *S. Fiorenzo*, in planitie ad sinum cognominem, ob gravius Cœlum à paucis inhabitatum. Loca in ruinis transeo. Pendet à Corsicâ insula Capraria, *I. Capraia*, contra Tusciam, cujus in republicâ Genuensi mentionem jam fecimus. Reliquæ Italiæ Insulæ ad eas Provincias relatæ fuêre, circa quarum sunt littora. Sequitur generalis Italiæ Tabula.

Pars Corsicæ Transmontana.

Cismontana.

I. Capraria.

- I. *Ducatus Sabaudiæ*, ubi
  - Ducat. Caballicus.
  - Baronatus Foffiniacus.
  - Ducat. Genevensis.
  - Pars Beugesiæ.
  - Sabaudia propria.
  - Com. Tarentasiæ. C. Maurianæ.
- II. *Comitatus Nicæensis*, ubi
  - Vicariatus Barcinonis.
  - Comit. Bobiensis.
  - Com. Nicienſis. C. Tendæ.
- III. *Principatus Pedemontanus*, ubi
  - Ducat. Augustanus.
  - Territor. Bugellæ.
  - Princip. Masseranensis.
  - Domin. Vercellense.
  - C. Canapitii. T. Taurinense.
  - March. Segusii. T. Saviliani.
  - C. Lucernæ. Mar. Salutiarum.
  - T. Cunei. March. Cevanus.
  - Territ. Montis Regalis.
  - T. Cheraſci. T. Salutiarum.
  - T. Chieri. C. Astensis.
- IV. *Mons Ferratus*,
  - Pedemontanus.
  - Propriè dictus.

ITA-

ITALIÆ partes sunt III:

- I. Septentrionalis, in quâ partes XI,
  - V. *Resp. Genuensis*, ubi { Ora Occidentalis. / Ora Orientalis.
  - VI. *Status Mediolanensis*, ubi Territoria { Bobiense. Dertonense. / Alexandrinum. Laumellinum. / Papiense. C. Viglebani. / Novariense. C. Angleriæ. / Comense. Mediolanense. / Laudense. Cremonense.
  - VII. *Status Parmensis*, ubi { D. Parmensis. T. Busseti num. / Ducat. Placentinus. / Status Vallis Tari.
  - VIII. *Ditio Mutinensis*, ubi { Carferoniana. Friniana. / Domin. Saxulanum. / D. Mutinensis. D. Rhegiensis. / Pr. Corregiensis. Pr. Carpensis.
  - IX. *Ducatus Mirandulanus*, exiguus.
  - X. *Ducat. Mantuanus*, { Sub Duce Mantuæ. / Sub suis principibus.
  - XI. *Domin. Venetum*, ubi Territoria { Bergamense. Cremense. / Brescianum. Veronense. / Paduanum. Vicentinum. / Feltrinum. Bellunense. / Cadorinum. Foroiulense. / Trevisanum. D. Venetus. / Roviginum. Istria.
- II. Meridionalis, in quâ partes III,
  - I. *Status Hetruriæ*, ubi { M. D. Hetruriæ. Vallis Macræ. / Domin. Ducis Massæ. / Respublica Lucensis.
  - II. *Status Ecclesiæ*, ubi { T. Bolonien se. D. Ferrariæ. / Romandiola. D. Urbinas. / Marchia Anconitana. / Comit. Civitatis Castellanæ. / Territ. Perusinum. / Territ. Urbivetanum. / Ducat. Castrensis. / Patrimonium S. Petri. / Umbria. Ager Sabinensis. / Territ. Romanum.
  - III. *Regnum Neapolitanum*, ubi { T. Hydruntina. T. Barien sis. / Capitanata. C. Molisinus. / Aprutium Citerius. Ulterius. / T. Laboris. Pr. Citerior. / Prin. Ulterior. Basilicata. / Calabria Citerior. Ulterior.
- III. Insulæ, quarum præcipuæ in mari Infero III,
  - I. *Sicilia*, ubi Valles { Nemorensis. / Neetina. Mazarina.
  - II. *Sardinia*, ubi Caput { Calaritanum. / Logudorium.
  - III. *Corsica*, ubi pars { Transmontana. / Cismontana.

Tabulæ speciales XI Partium Italiæ Septentrionalis.

- Ad Boream,
  - *Ducatus Caballicus*, { Fanum S. Gingulphi. / Aquianum. Tunonium.
  - *Baronatus Fossiniacus*, { Bonnopolis. Clusæ. / Sallanchiæ.
  - *Ducatus Genevensis*, { Thononium. Rochia. / Annecium.

I. Duca-

I. Ducatus Sabaudiæ, *in quo*
- Ad Auſtrum,
  - *Pars Bugeſiæ*, — Yenna. Fanum S. Geneſii.
  - *Sabaudia propria*, — Rumilliacum. Aquæ. Burgetium. Camberium, *Caput Sabaudiæ.* Monmelianum. Confluentiæ. Beſordia.
  - *Comitatus Tarentaſiæ*, — Burgus S. Mauritii. Monaſterium.
  - *Comitatus Maurianæ*, — Cambrius. F. S. Ioannis. Modania.

II. Comitatus Nicæenſis, *in quo*
- Vicariat. Barcinonis, ubi — Loſcenum. Barcellona.
- Comit. Bobienſis, ubi — Boglia.
- Com. Nicienſis proprius, ubi
  - *Vicariatus Puerinus*, — Puerinum.
  - *Vicariatus Nicienſis*, — Nicia, *Caput Comitatus Nicæenſis.* Villa Franca.
  - *Vicariatus Suſpellanus*, — Suſpellum. Saorgium.
  - *Vallis S. Stephani*, — Fanum S. Stephani
- Comit. Tendæ, ubi — Tenda.

III. Principatus Pedemontanus, *in quo*
- Ducat. Auguſtanus, ubi — Auguſta Prætoria. Caſtellio. Barduna.
- Princ. Pedemontanus ſtrictè ſumptus, ubi partes XVI,
  - *Territorium Bugellæ*, — Bugella. Andornum.
  - *Princip. Maſſeranenſis*, — Crepacorium. Maſſeranum.
  - *Domin. Vercellenſe*, — Vercellæ. Fan. S. Agathæ. Creſcentium.
  - *Comit. Canapitii*, — Eporedia. Clavaſium.
  - *Territor. Taurinenſe*, — Taurinum, *Caput Principatûs Pedemontani.*
  - *Marchion. Seguſii*, — Seguſium. Aviliana.
  - *Territ. Saviliani*, — Carignanum. Raconiſium. Savilianum.
  - *Comit. Lucernæ*, — Fanum S. Martini. Angrogna. Lucerna.
  - *Marchion. Salutiarum*, — Salutiæ. Demontium.
  - *Territor. Cunei*, — Centale. Cuneum.
  - *Marchion. Cevanus*, — Cevanum.
  - *Territ. Montis Regalis*, — Mons Regalis. Bena.
  - *Territor. Cheraſci*, — Foſſanum. Cheraſcum.
  - *Territ. Salutiarum*, — Carmaniola.
  - *Territor. Chieri*, — Caſtrum Chieſium.
  - *Comit. Aſtenſis*, — Villa nova. Aſta. Veruca.

IV. Mons

- **IV. Mons Ferratus,**
  - Pedemontanus, ubi
    - *Territ. Albense,* — Alba. Fanum S. Damiani.
    - *Territ. Trinense,* — Liburnium. Trinum, *Caput hujus M. F.*
  - Propriè dictus, ubi
    - *Territ. Casalense,* — Casale, *Caput hujus M. F.* Occimianum.
    - *Territ. Aquense,* — Nicæa. Aquæ Statellæ.
- **V. Respublica Genuensis,** *in quâ*
  - Alieni juris ad, aut in Orâ occidentali,
    - *Princip. Monachii,* — Herculis Monoeci Portus. Mentonium.
    - *Princip. Oniliæ,* — Onilia. Marrium.
    - *Marchion. Finalii,* — Finalium.
  - Sub Republicâ,
    - *Ora Occidentalis,* — Vintimilla. Fan. S. Remi. Tabia. Albingaunum. Naulum. Savona. Coguaretum.
    - *Ora Orientalis,* — Genua, *Caput Reipublicæ.* Nervium. Rapalum. Sisterium. Spetia. Serezana. Brunetum. Rosanium. Torelia.
- **VI. Status Mediolanensis,** *in quo Territoria* XII,
  - Cis Padum III,
    - *Bobiense,* — Rossiriolum. Bobium.
    - *Dertonense,* — Dertona. Castellum Novum.
    - *Alexandrinum,* — Boscum. Alexandria.
  - In Pado II,
    - *Laumellinum,* — Valentia. Mortaria. Laumellum.
    - *Papiense,* — Vogheria. Papia.
  - Trans Padum VII,
    - *Comit. Viglebani,* — Viglebanum.
    - *Novariense,* — Novaria. Orta.
    - *Comit. Angleriæ,* — Domodoscellæ. Voconia. Margotia. Palantius Vicus. Aroma. Lacus Major. Angleria. Trinacium. Gaviratium.
    - *Comense,* — Lacus Comensis. Comum. Pianellum. Bellanum. Leucum.
    - *Mediolanense proprium,* — Montia. Mediolanum, *Caput Status Mediolanensis.* Melignanum.
    - *Laudense,* — Lauda. Coconeum.
    - *Cremonense,* — Piceleo. Cremona. Casale majus.

Digitized by Google

- **VII. Status Parmenſis,** *in quo*
  - Ad Padum,
    - *Ducatus Parmenſis,* — Parma, *Caput Status Parmenſis.*; Mons Cheruculus.; Roſſena. Forum novum.
    - *Territ. Buſſetinum,* — Burgus S. Donini.; Buſſetum.
    - *Ducatus Placentinus,* — Placentia. Nibianum.; Magnanum.
  - Verſus Fontes Tari, *Status Vallis Tari,* — Bardium. Campianum.; Burgus Vallis Tarenſis.

- **VIII. Ditio Mutinenſis,** *in quâ*
  - Ad Auſtrum,
    - *Carferoniana,* — Caſtr. novum Carfinianum.
    - *Friniana,* — Seſtula.; Aquarium.
    - *Domin. Saxulanum,* — Saxulum.
  - Ad Boream,
    - *Ducatus Mutinenſis,* — Mutina, *Caput Ditionis Mutinenſis.*; Bullia.
    - *Ducatus Rhegienſis,* — Rhegium.; Brixillium.
    - *Princip. Corregienſis,* — Corregium.
    - *Princip. Carpenſis,* — Carpium.

- **IX. Ducatus Mirandulanus** admodùm exiguus, in quo — Concordia.; Mirandula, *Caput Ducatûs.*

- **X. Ducatus Mantuanus,** *in quo*
  - Sub Duce Mantuæ, — Guardiſtallum. Burgus Fortis.; Mantua, *Caput Ducatûs.*
  - Sub ſuis Principibus, — Novellaria. Sabuloneta.; Bozolum. Caſtilio Sciverorum.; Sulphurinum.

- **XI. Dominium Venetum,** *in quo*
  - Plus minus abſunt à Sinu Veneto Territoria IX,
    - *Bergamenſe,* — Cluſonium. Bergamum.; Martinengum.
    - *Cremenſe,* — Crema.
    - *Breſcianum,* — Caſtrum & lacus Iſeus.; Idrinum. Lacus Idrinus.; Brixia. Lonatum.
    - *Veronenſe,* — Manzambanum. Piſcaria.; Garda. Lacus Gardanus.; Verona. Portus. Lunacum.
    - *Paduanum,* — Caſtellum Baldum.; Montaniana. Ateſte.; Patavium. Campus S. Petri.; Civitatula.
    - *Vicentinum,* — Orgianum. Mons bellus.; Vicentia. Maroſtica.
    - *Feltrinum,* — Feltrium.; Vedana.
    - *Bellunenſe,* — Bellunum.; Zolrum.
    - *Cadorinum,* — Caſtrum Plebis.
  - *Foroiulienſe,* — Tulmetium. Glemona.; Forum Julii. Utinum.; Palma nova. Goritia.; Graduſcia. Aquileia.; Maranum. Gradus.; Caprulæ. Concordia.

Tabulæ

- Ad Sinum Venetum, Territ. V,
  - *Trevisanum*, — Ceneda. Conegianum. Tarvisium.
  - *Ducatus Venetus*, — Mestrium. Marghera. Venetiæ, *Caput Dominii Venet.* Loretum.
  - *Roviginum*, — Lendenaria. Rhodigium. Adria.
  - *Istria*, — Tergeste, *Caput Istriæ.* Piranum. Novetium. Parentium. Urfernum. Rovinium. Pola.

Tabulæ III Partium Italiæ Meridionalis.

I. Hetruria, *in quâ*

- Magnus Ducatus Hetruriæ, ubi
  - *Domin. Florentinum*, — Barga. Pistorium. Bientina. Fucechium. Fanum S. Miniati. Empoliæ. Pratum. Florentia, *Caput Magni Ducatûs.* Florentiola. Urbs Solis. Calmaldulorum Cœnobium. Burgus S. Sepulchri. Aretium. Cortona. Mons Politianus.
  - *Territor. Senense*, — Piencia. Sena. Mons Alcinoi. Suana. Grossetum. Castilio. Massa Veternensis. Portus Baratus. Plumbinum. Scarlinum. Telamon. Orbetellum. Portus S. Stephani. Herculis. I. Herculis. I. Ganutum. I. Igilium. I. Mons Christi. I. Planusa. I. Ilua, *ubi* Port. Ferrarius. Portus Longus. I. Troia.
  - *Territor. Pisanum*, — Volaterræ. Pons Eræ. Collis Salviati. Vada. Fanum S. Salvatoris. Portus Liburnus. I. Marmaria. I. Gorgon. Pisæ.
- Vallis Macræ, ubi
  - *Sub magno Duce*, — Pontremulum. Filaterra. Favitianum.
  - *Sub suo Marchione*, — Fossa nova. Gragniola.
- Domin. Ducis Massæ, ubi
  - *Princip. Carariæ*, — Cararia.
  - *Ducatus Massæ*, — Massa.
- Respublica Lucensis, ubi — Montanicsa. Casa major. Viaregium. Luca, *Caput Reipublicæ.* Coludium. Castilio. Minuccianum.

- *Territ. Bolonienſe*, — Casia. Vergatus. Crespellanum. Castel. Francum. Bononia. Casale Fumineum. Castel. S. Petri. Medicina. Butrium. Bentivolium.

- II. Status Ecclesiæ, *in quo partes* XIII,
  - Inter montem Apenninum, & mare Superum V,
    - *Ducatus Ferrariæ*, — Centum. Buondenum. Castr. novum. Fichariolum. Francolinum. Ferraria. Berigardum. Arianum. Comaclum. Mania Vacca. Longastrinum. Confilice.
    - *Romandiola*, — Imola. Cast. Bononiense. Faventia. Forum Livii. Bretinorium. Meldola. Sarsina. Sesena. Ravenna. Cervia. Ariminum.
    - *Ducatus Urbinas*, — Resp. S. Marini, *cum* F. S. Marini, *sui juris*. F. S. Leonis. Macerata. Castell. S. Angeli Vadani. Urbinum. Gradaria. Pisaurum. Fanum. Senogallia. Corinaldum. Foslumbrunum. Calium. Eugubium.
    - *Marchia Anconitana*, — Ancona. Lauretum. Recinetum. Oximum. Æsis. Fabrianum. Camerinum. Tolentinum. Macerata. Firmum. Ripa Transonia. Mons Altus. Asculum.
  - Inter montem Apenninum, & mare Inferum VIII,
    - *Com. Civit. Castellanæ*, — Castr. Guelphorum. Ripa. Civitas Castellana. Trifima.
    - *Territ. Perusinum*, — Fratta. Passinianum. Castilio. L. Perusinus. Mons Sperellus. Perusia. Diruta. Compinianum.
    - *Territ. Orvietanum*, — Moranum Orvietum. Balneum Regium. Aquula. Onanum.
    - *Ducat. Castrensis*, — Borghetium. Marta. Castrum Farnesium. Castrum. Mons Alnus.
    - *Patrimonium S. Petri*, — Civitas vetus. Cornuetum. Volsinium. Lac. Volsinius. Mons Phiasconus. Viturchianum. Capranola. Roncilio. Vicarellum. Anguillara. Braccianum. Portus. Malianum. Nepetum. Civit. Castellana. Hortia.
    - *Ducat. Spoletanus*, — Ameria. Tuder. Mevania. Fulginium. Assisium. Nuceria. Spoletum. Nursia. Reate. Pedelucum. Ternum. Narnia. Ocriculum.
    - *Ager Sabinensis*, — Magianum. Vescovia. Abbatia Farfa. Curense Castrum. Nerula. Vicus Varronis.
    - *Territ. Romanum*, — Tibur. Prænestre. Alatrium. Verulæ. Frusinum. Anagnia. Velitræ. Alba. Frascata. Roma, *Caput Status Ecclesiastici*. Ostia. Terracina.

III. Regnum


III. Regnum Neapolitanum, in quo partes XII,
Ad aut prope mare Superum VI,
Terra Hydruntina,
Tarentum. Gallipolis.
Fan. S. Mariæ Leucenſis.
Hydruntum. Brundruſium.
Uxentum. Alexanum.
Caſtrum. Nardum.
Litium. Oria.
Oſtunum. Motula.
Caſtellaneta. Matera.
Terra Barienſis,
Gravina. Minervinum.
Cannæ. Andrium.
Bitontum. Bitettum.
Converſanum. Monopolis.
Polinianum. Mola. Barium.
Iuvenatium. Molfiettum.
Tranum. Barulum.
Capitanata,
Salpe. Aſculum Apulum.
Bovinum. Troia. Luceria.
Vulturara. Tragonara.
F. S Severi. Mons S. Angeli.
Manfredonia. Vieſta.
Leſina. Termulæ.
I. Tremitanæ.
Comit. Moliſinus,
Larinum. Guarda Alfegia.
Trivencum. Moliſia.
Bojanum. Æſernia.
Aprutium Citerius,
Bucellum. Sulmo.
Populium.
Guaſtum Amonium.
Lanceanum. Ortona.
Teate. Aternum.
Aprutium Ulterius,
Penna. Adria. Iulia Nova.
Camponium. Teranum.
Urbs Ducalis. Aquila.
Cælanum. Marruvium.
Ad aut prope mare Inferum VI,
Terra Laboris,
Mons Caſinus. Aquinum.
Fundi. Sueſſa. Carinula.
Calvi. Teanum.
Venafrum. Aliſæ.
Teleſia. Calatia.
Caſerta. Nova Capua.
Anverſa. Acerra. Nola.
Somma. Maſſa.
Vicus. Surrentum.
Neapolis, Caput Regni Neapolitani.
Puteoli. Baiæ. Cuma.
Patria. Caieta.
I. Pontia. I. S. Mariæ.
Iſchia. I. Capreæ.
Princip. Citerior,
Melphis. Minora.
Salernum. Scala.
Nuceria. Sarnum.
Caput aqueum.
Turris marina Bruccina.
Polycaſtrum.
Marſicum N. Campania.
Princip. Ulterior,
Compſa. M. Maranus.
Avellinum. Beneventum.
Arianum. Fricentum.
Biſacium. Alcedonia.
Mons Viridis.

- *Baſilicata*: Melphi. Lavellum. Venuſia. Acherontia. Potentia. Tricaricum. Mons Peloſus. Bernalda. Turris Marina. Turſus.
- *Calabria Citerior*: Caſſanum. Sybaris. Biſinianum. Conſentia. Amantia. Martoranum. Aprulianum. Roſcianum. Carnathis vetus & nova. Umbriaticum. Strongilus.
- *Calabria Ulterior*: Siberina. Crotona. Inſula. Bellicaſtrum. Cantazara. Scyllatium. Taberna. Nicaſtrum. F. S. Euphemiæ. M. Leo. Tropia. Miletum. Nicotera. Oppidum. Hieracium. Bova. Rhegium.

Flumina clariora Italiæ

- Septentrionalis ſunt
  - *Athеſis*, vehens: Eiſocum. Nucem. Laviſium.
  - *Padus*, vehens: Tanarum. Ticinum. Adduam. Ollium. Mincium.
- Meridionalis ſunt
  - *Arnus*.
  - *Tiberis*, vehens: Narem. Anienem.

Tabula nobiliorum Inſularum maris Inferi.

Italiæ Inſulæ *poſitæ in mari Infero ſunt*

- Sicilia, ubi Vallis
  - *Nemorenſis*: Catana. Taurominium. Metlana. Mylanum. Pachæ. Tuſa. Cephaleda. Randatium. M. Ætna. Gaglianum. Troyna. Nicoſinum.
  - *Neetina*: Enna. Leontina. Auguſta. Syracuſæ. Neetum. Raguſa. Camerina. Terra Nova. Mazarenum.
  - *Mazarana*: Argentum. Mazara. Marſaila. Drepanum. Caſtellum ad Mare. Panormus, *Caput Siciliæ*. Mons Regalis.
- Minores contra Siciliam, ubi
  - *Liparæ* VIII: Strongyle. Pomaria. Salinæ. Lipara. Vulcani. Felicudia. Alicudia. Uſtica.
  - *Melita*, in quâ *Gaulos*. *Favaniana*. *Leventia*. *Maritima*: Valetta, *urbs*.
- Sardinia, ubi Caput
  - *Calaritanum*: Calaris, *Caput Sardiniæ*. Villa Eccleſiarum. Mons Regalis. Arborea.
  - *Logudorium*: Boſa. Algara. Saſſaris. C. Aragonenſe. T. Nova.

Mino-

Digitized by Google

Digitized by Google

OCE:
AN
D'ALLEMA=
GNE.
MER
IR:
LAN:
Dublin
DE
LANDE
Edenburgh
Barwick
Yorck
Kingston
Yarmouth
Londres
Douure
Calais
Boulogne
Pas de Calais
Wight Le
Plymouth
MER BRITANIQVE.
LES SORLINGRES
ISL. Ste Marie
FRANCE.
Penbroke
Sauerne A.
Tamise A.
55
54
53
52
51
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22

Digitized by Google

Minores contra Sardiniam, ubi	*Ad occaſum*,	I. S. Antiochi. I. S. Petri. I. Aſinaria.
	Ad ortum,	I. Tavolara.
Corſica,	*Tranſmontana*,	Bonifacium. Domus Barbarica. Portus Vetus. Adiacium.
	Ciſmontana,	Curia. Calvium. Baſtia, *Caput Corſicæ*. F. S. Florentii.
Minor contra Corſicam *eſt*		I. Capraria.

CAPUT XX.

Britannia minor, ſeu Hibernia.

ITALIAM ſequuntur Britannicæ Inſulæ, Gall. *Iſles Britanniques*, quæ ad ſiniſtrum Galliæ latus collocantur, uti illa ad dextrum, quando Europam ab Hiſpaniâ ingredimur. Harum numerus valdè inſignis eſt; ſunt, qui ultra ducentas, trecentaſque enumerant, variæ magnitudinis, inter quas duæ maximè eminent, Britannia major & minor. I. *Britannicæ Inſulæ.*

Britannia minor, ſeu parva, dicta & Iris, Iuverna, Ivernia, Ierne, nunc Inſula & Regnum Hiberniæ, Incolis *Erin*, Anglis ac Exteris *Irlandt*, Gall. *Irlande*, inter Britannicas Inſulas, quæ alicujus ſunt nominis, occidentaliſſima eſt, ipſamque à boreâ perfundit mare Deucaledonium; ab ortu Hibernicum, *mer d'Irlande*; ab auſtro Verginium, Brietio *Canal de S. George*, ſub quo & Hibernicum alii comprehendunt; ab occaſu Oceanus occidentalis. Pars Irlandiæ auſtraliſſima obtinet latitudinem borealem graduum L, & ſemiſſis; at borealiſſima graduum LV & minutorum 40, interque has plagas longiſſimè ſe diffundit à promontorio *Miſſen*, in comitatu Corcagienſi, ad ſupremum littus comitatûs Antrimenſis, quæ intercapedo gradus IV & 40 min. complectitur. Ab occaſu in ortum diverſimodè extenditur, ampliſſimè inter comitatus Kerrienſem & Vexfordienſem, ad intervallum graduum duorum, & min. 45. De ambitu ejus vix aliquid certi licet ſtatuere propter creberrima æſtuaria, quibus ab omni propemodùm parte interſcinditur. II. *Hibernia ſi, mites & quantitas.*

Abundat Irlandia lacubus, montibus, fontibus, ſylvis, pecoribus, III. *Conſtitutio.*

coribus, lanâ, melle, croco, & equi, canes atque accipitres laudem inveniunt, animalibuſque venenatis deſtituitur. Laborum Hiberni, niſi militiæ, impatientes ſunt, aſtuti, pertinaces, linguâ, quâ Scoti ſylveſtres, utuntur, & ſæpiſſimè Anglicanâ, poſtquam in hanc Inſulam ſuas Colonias miſêre Angli. Hìc hodièque inveniri perhibent homines planè barbaros, & abſque veræ Religionis notitiâ. Subeſt Hibernia Regi Angliæ, atque à Prorege gubernatur. Eam ſecant plerumque in quatuor majores Provincias, indigenis *Cugie*, ante totidem Regna, Ultoniam, Connachiam, Momoniam, Lageniam, quibus Mediam alii adjiciunt, quam ſub Lageniâ recenſebimus.

IV. *Ultonia.* Ultonia Hibernis *Ully*, Anglis *Ulſter*, partem Inſulæ ſeptentrionalem occupat, atque ab occaſu, ſeptentrione & ortu mari alluitur; à meridie verò ipſam à Lageniâ dividunt comitatus Luthenſis, Media orientalis, & comitatus Longofordienſis, atque à Connachiâ comitatus Letrimenſis. Novem in ipsâ numerantur comitatus, Dungalenſis, Tyronenſis, Londino-Derienſis, Antrimenſis, Dunenſis, Armachanus, Monachanus, Cavanenſis, & Fermanaghenſis. Hiſce Comitatibus adjiciunt alii Luthenſem, ſed ipſum in Lageniâ recenſebimus.

V. *Ejus pars borealis. Com. Dungalenſis.* Dictorum Comitatuum priores quatuor tractum Ultoniæ borealem, reliqui auſtralem occupant. Comitatus Dungaliæ, ſive Dungalenſis, item Tyrconenſis & terra Cornelii, Anglis *County of Dunghall*, ſeu *Tyrconnel*, Oceano occidentali & Deucaledonio adjacet, partemque complectitur longè maximam Inſulæ Eugenii, *Inis* ſeu *Enish Owen*, rectiùs Peninſulæ, quicquid in contrarium plurimæ Mappæ exhibeant, ſitæ inter lacum Suillium, *Lough Swilly* & Foyleum, *Foyle*. Hunc Comitatum Vennicnii olim inhabitârunt. Ejus clariora loca ſunt Portus Calebeghus, *Kalebeck*, ſat commodus; Dungala, *Dunagall*, juxta ſinum cognominem, unde & nomen Comitatui; Purgatorium S. Patritii, *S. Patricks Purgitory*, in lacu Dergho, *Derg*; Rapora, *Raphoe*. Comitatus Tyronenſis, *C. of Tyrone*, Dungalenſem & Armachanum comitatus, lacumque Neaughum, ſeu, quod alii præferunt, Eaghum, *Neagh*, vel *Eagh*, interjacet. In eo occurrunt Strabanum

Com. Tyronenſis.

banum Caſtrum, *Strabane*; Omaghum, *Omagh*; Clogera, *Cloger*, Epiſcopalis; Drunganonia, ſeu Dunganonium, *Dunganon*, caſtrum & ſedes Comitis. Supra Tyronenſem comitatum occurrit Londino-Derienſis, ſeu Derienſis, Deriæ, C. *of Londonderry*; illic loci, ubi aliàs Tabulæ delineant borealem tractum comitatûs Tyronenſis ſuperioris & inferioris, comitatumque Colranenſem. Nomen gerit ab urbe inter Ultoniæ præcipuas, Derrio, item Deriâ, & Londino-Deria, *Dery* & *Londondery*, Coloniâ ſuperiore ſeculo Londino deductâ, Epiſcopali, ſitâ in peninſulâ Eugenii, ad *Lough Foyle*, flumen, quod paulò inferiùs in lacum, ſeu ſinum ejuſdem nominis ſe effundit, maximè nobilitatâ duriſſimâ obſidione, quam fortiſſimè & feliciſſimè contra Iacobi II obſidionem nuperiùs ſuſtinuit. Sunt porrò & in hoc Comitatu Dunginum, *Dungin*; Kilrugium, *Kilrough*, ad Bannum flumen, atque ad oppoſitum littus Colranum Caſtrum, *Colran*, & *Coleraine*. Trans Bannum jacet comitatus Antrimenſis, C. *of Antrim*, quem à boreâ mare Caledonium, & ab ortu Hibernicum alluit. Hìc atque occaſum verſus vixerunt olim populi Robogdii. Clariora loca Comitatûs ſunt Oldelfleta, *Olderfleete*; Antrimum, *Antrim*, hodie ferè dirutum, juxta lacum Eaghum, caput ante Regionis; Rupes Fergi, ſeu Fergusii, *Knocfergus*, & *Carickfergus*, præcipua, portus capax ad ſinum cognominem, in quem ex Angliâ appulit imperterritus Heros, & Rex Guilielmus III, pro aris ac focis Hibernorum contra rebelles dimicaturus; ſuperiùs Belfaſtum, *Belfaſt*.

Com. Londino-Derienſis.

Com. Antrimenſis.

Sequuntur auſtrales Comitatus Ultoniæ. Comitatui Antrimenſi ab auſtro adjacet Dunenſis, C. *of Downe*, accumbens mari Hibernico, atque in eo ſe offerunt Dromora, *Dromore*; Strangofortium, *Strangford*, unde proximus lacus, ſinuſque nomen hauriunt; Dunum, *Downe*, quod comitatum denominat, ſedes Epiſcopi; Arglaſius Portus, *Arglas*; Neuriacum, *Newry*, ad flumen cognomine. Hìc Darnios volunt habitaſſe, alii magis in boream & occaſum. Nunc proximus eſt ad occaſum comitatus Armachanus, ſeu Armacenſis, C. *of Armagh*, ſeu *Ardmagh*, ubi Carolimontium, *Charlemount*, ad flumen *Black Water*, id eſt Aquam nigram, & Armachum, *Ardmagh*, urbs Archiepiſcopalis, ſed incendiis de-

VI. *Pars Auſtralis Ultoniæ.*

Com. Dunenſis.

Com. Armachanus.

Com. Monachanus. formata, atque propemodùm in ruinis. Comitatum Armachanum ab occaſu attingit Monachanus, C. *of Monaghan*, ſeu *Monoghan*, cujus capùt eſt Monachanum, aut Monoghanum, *Monaghan*. Hunc Comitatum, nec non Armacenſem & Dunenſem incoluêre Voluntii. Comitatui Monachano ab auſtro confinis eſt Cavanenſis, aliis Covanenſis, C. *of Cavan*, in quo caſtrum Cavanum, *Cavan*, atque Chilmoria, *Kilmore*, Epiſcopalis. Denique ſupra hunc Comitatum ſe offert Fermanaghenſis, C. *of Fermanagh*, Ultoniæ ultimus, cui plures ſunt lacus, inter quos maximus eſt, atque ex Hiberniæ celeberrimis, Ernus, ſeu Erno, *Lough Earne*. Habet in inſulâ Arcem Kellinam, *Inis Killin*, ſeu *Eniſhkilling*, atque inferiùs Belecum, *Beleek*. In hoc & Cavanenſi comitatu populi Erdini ſive Herdini antiquitùs ſedem habuêre.

Com. Cavanenſis.

Com. Fermanaghenſis.

VII. *Connachia.* Viſâ Ultoniâ, progredimur ad ſecundam Hiberniæ Provinciam, quæ in occaſum ſita eſt, & appellatur Connachia, ſeu Connacia, aut, ut alii exprimunt, Connacthia, incolis *Connaughty*, Anglis *Connaught*, quam à boreâ perfundit, & occaſu Oceanus occidentalis; ab auſtro flumen Sienus, ſeu Senus, *Shennon*, & *Shannon*, quo à Momoniâ ſeparatur; ab ortu idem flumen, ipſam à Momoniâ Lageniâque dividens, comitatus Longofordienſis, pars Lageniæ, atque ex Ultoniâ comitatus Cavanenſis & Fermanaghenſis. Sex comitatus complectitur, Letrimenſem, Slegenſem, Mayenſem, Roſcomenſem, Gallivenſem, Clarenſem. Sunt, qui hunc demunt Connachiæ & Momoniæ attribuunt, quinque tantùm in illâ Comitatus admittentes; ſunt, qui comitatum Longofordienſem, quem Lageniæ dabimus, adſcribunt Connachiæ; ſeptem huic tributis Comitatibus, ſed primos ſequemur.

VIII. *Ejus pars ad mare. Com. Letrimenſis.* Tribus prioribus Connachiæ comitatibus mare à boreâ allabitur, tres poſteriores Seno Fl. adjacent. Ultoniæ proximus eſt comitatus Letrimenſis, ſeu Letrumenſis, C. *of Letrim*, inter omnes hujus Provinciæ comitatus orientaliſſimus, in quo eſt Mohilum, *Mohill*; Letrimum, ſeu Letrumum, *Letrum* & *Letrim*; Achonrita, *Achonry*, infra lacum Alynam, *Lough Allyne*. Letrimenſem ab occaſu contingit comitatus Slegenſis, C. *of Slego*, quem mare rigat à boreâ, ubi Slegum, *Slego*, quod incendio vitiatum eſt, cum arce, ad ſinum Slegenſem, portus

Com. Slegenſis.

Digitized by Google

tus commodus, & Dromarda, *Dromard.* Amplior hoc Comitatu eſt conterminus Mayenſis, ſeu Mayonenſis, *C. of Mayo*, mari à boreâ atque occaſu adjacens. In eo occurrit Maya, *May*, ſeu *Moy*, juxta oſtium fluvii cognominis; Kilalum, *Kilalo*; Bothmana, *Bothmana*; Aghamora, *Aghamore.* *Com. Mayenſis.*

IX. Pergimus ad partem Connachiæ, quæ ad Senum eſt. Inter comitatum Mayenſem & amnem Senum eſt Roſcomenſis ſeu Roſcomanenſis comitatus, *C. of Roſcommon*, cujus clariora loca ſunt Boyla, *Boyle*; Olſina, *Elphin*, Epiſcopalis; Roſcomum & Roſcomanum, *Roſcommon*, cum arce; Atlona, *Athlone*, quam Senus pertranſit, ſimul atque ex lacu Rienſi, *Lough Ree*, aut *Rie*, egreditur. Roſcomenſem magnitudine multùm ſuperat vicinus comitatus Gallivenſis, *C. of Gallway*, maritimus & ſinuoſus ab occaſu, ac fertilis. Inter oppida majoris momenti ſunt Tuanum, *Tuam*, Archiepiſcopale; Galliva, *Gallway*, caput Comitatûs, & urbs totius Connachiæ nobiliſſima, ad fauces lacûs *Corrib*, ſiti in boream, pleni inſulis, in quem & lacus *Maske* ſe exonerat, juxta ſinum Gallivenſem, *the bay of Gallway*, ampliſſimum; Atherita, *Athenrey*; Clonfortia, *Clonefert*, Epiſcopalis; Letrimum, *Letrim*; Kilmacagum, *Kilmacagh.* In hoc Comitatu, & tribus ultimùm recenſitis Nagnâtæ populi habitârunt. Auteros quidam in hoc Comitatu etiam, & Clarenſi, alii Roſcomenſi, collocant. Supereſt Clarenſis comitatus, *County of Clare*, omnium auſtraliſſimus, Gallivenſi confinis, mari accumbens, & inter oſtium Seni & lacum Derghum, *Lough Derg*, diffuſior. Eminent in ipſo Killofeneragus, *Killfenneragh*, ſeu *Kilfenora*; Clara, *Clare*, Comitatûs præcipua, in Seni fluminis receſſu; Killaloa, *Killalow*, ad idem flumen, ex Dergho lacu renaſcens, Epiſcopalis. *Pars Connachiæ ad Fl. Senum. Com. Roſcomenſis.* *Com. Gallivenſis.* *Com. Clarenſis.*

X. Tertia Hiberniæ Provincia eſt Momonia, Incolis *Moun*, Anglis *Mounſter*, ſita verſus meridiem, quam limitat à ſeptentrione amnis Senus, *Shannon*, atque à Connachiâ dividit; ab occaſu & auſtro mare; ab ortu comitatus Wexfordienſis, Kilkennienſis, Reginæ, & Regis, partes Lageniæ. Sex comitatus in Momoniâ multi numerant, Tipperarienſem, Limericenſem, Kerrienſem, Deſmonienſem, Corcagienſem, & Waterfordienſem; alii comitatum Deſmonienſem expun- *Momonia.*

gunt, eumque aut ſub Corcagienſi comprehendunt, aut inter comitatum Kerrienſem & Corcagienſem, quos interjacet, partiuntur; ſunt, qui Clarenſem comitatum, de quo ultimùm diximus in Connachiâ, recenſitis Momoniæ comitatibus adjiciunt. Nos quidem inhærentes noviſſimis Tabulis quinque Comitatibus contenti erimus, Deſmonienſem, in quo nullius nominis ſunt oppida, & ad Kerrienſem, & Corcagienſem relaturi.

XI. *Momonia pars ad Senum. Com. Tipperarienſis.*

Tres priores Comitatus Seno flumini, duo poſteriores mari accubant. Borealiſſimus eſt Tipperarienſis, Sanſoni S. Crucis, item Triparienſis, ac Triperarienſis, C. *of Tipperari*, quem & ab occaſu lacus Derghus perfundit. Ejus oppida ſunt Ileagum, *Ileagh*; Monaſterium S. Crucis, *Holy Croſs*, ad flumen Suirum; Caſſilia, *Cashell*, ampla, aliàs ſedes Regum Momoniæ, nunc autem longè minor, poſtquam ante aliquot annos terribile paſſa eſt incendium, atque Archiepiſcopali dignitate conſpicua; Fethardum, *Fethard*; Caricum, *Carrick*, ad Suirum; ſuperiùs Clomnella, *Clomnell*; Tipperaria, *Tipperary*; Emelia, *Emeley*, & *Emly*, deficiens. Tipperarienſem comitatum ab occaſu contingit Limericenſis, C. *of Limerick*, in quo occurrunt Cilmalocum, *Kilmallock*; Limericum, *Limerick*, urbs Epiſcopalis ad flumen Senum, optimè munita, clariſſimaque & hujus Comitatûs, quin totius Momoniæ; Adara, *Athdara*; Aſcetona, *Askeaton*. Ad infimam Seni partem ac oſtium ſe offert comitatus Kerrienſis ſive Kilkovia, C. *of Kerry*, maritimus, cum ſinu non uno patentiore, quem, uti & partem comitatûs Limericenſis, habitârunt Gangani. In ipſo jacent Ardferta ſive Ardatum, *Ardfeart* & *Ardart*, ad ſinum; Trallium, *Trally*; Dingla, *Dingle*, Dinglano ſinui appoſita; Kilmaria, *Kilmare*, ad flumen ejuſdem appellationis, quod aliis ſinus Mærius, *Maire*, & *Mare*, nominatur.

Com. Limericenſis.

Com. Kerrienſis.

XII. *Pars maritima. Com. Corcagienſis.*

Qui reſtant duo Comitatus, plus ſiti ſunt in meridiem, maritimi, quorum occidentalior eſt, & alterum magnitudine multùm ſuperans, Corcagienſis, C. *of Kork*, cujus oppida majoris momenti ſunt Bantrum, *Bantry*, ad ſinum Bantrenſem; Baltimora, *Baltimore*, ad ſinum Baltimorenſem; Roſſia, *Roſſe*; Kinſalia, *Kinſale*, ad ſinum ejuſdem nominis, Portus non incommodus; Corcagia, *Corke*, urbs Epiſcopalis, Comitatûs nobiliſſi-

nobiliſſima, à mari remotior cum portu capace & commodo; Clona ſeu Cloxa, *Cloney* & *Cloyne*; Yogallia, *Youghal*, & *Youghil*, ad ſinum cognominem. In parte hujus Comitatûs occiduâ, atque meridionali Kerrienſis Velabori degerunt, atque in parte ortivâ comitatûs Corcagienſis Uterni, aliis Iverni & Iberni. Ad ortum comitatûs Corcagienſis ſe offert Waterfordienſis, C. *of Waterford*, Momoniæ ultimus, in quo ſunt Liſmora, *Liſmore*; Dungarvanum, *Dungarvan*, juxta ſinum Dungarvanenſem; Waterfordia, *Waterford*, Epiſcopalis, caput Comitatûs, ad flumen Suirum, cum portu, quamvis à mari longiùs abſit, egregio. Hunc comitatum & Tipperarienſem incoluêre Vodiæ. *Com. Waterfordienſis.*

XIII. *Lagenia.*

Quarta, & poſtrema Hiberniæ Provincia Lagenia, Incolis *Lein*, Anglis *Leinſter*, in ortum ſpectat, viciniſſimaque eſt Angliæ, & cultiſſima. Ab auſtro & ortu mari adjacet; à boreâ ipſam terminant comitatus Dunenſis, Armachanus, Monachanus & Cavanenſis, partes Ultoniæ; ab occaſu comitatus Letrimenſis, qui eſt Connachiæ, ac pars Seni fluminis, per quam à dictâ Connachiâ ſeparatur; item comitatus Tipperarienſis & Waterfordienſis, partes traditæ ſtatim Momoniæ. Componitur Lagenia ex XII comitatibus, qui ſunt Kilkennienſis, Caterlogenſis, Kildarienſis, Reginæ, Regis Midia occidentalis, comitatus Longofordienſis, à mari diſtantes, atque comitatus Luthenſis, Midia orientalis, comitatus Dublinenſis, Wickloenſis, ac Wexfordienſis, maritimi. In hoc tamen Comitatuum numero non conſentiunt omnes. Quidam enim tantùm ſeptem, aut octo admittunt, Luthenſem comitatum adſcribentes Ultoniæ, Midiam (ſub hâc Longofordienſem comitatum collocant, aut ipſum accenſent Connachiæ) quintam Hiberniæ Provinciam habentes, atque comitatum Wickloenſem partem comitatûs Dublinenſis, aut comitatum diſtinctum.

XIV. *Ejus pars mediterranea. Com. Kilkenniensis.*

Nos primæ diſtributioni inhærebimus, primùm ſeptem comitatus mediterraneos tradito ſtatim ordine perluſtraturi. Ad boream Waterfordienſis comitatûs, quem ultimò explicuimus, pandit ſe Kilkennienſis, C. *of Kilkenny*, cujus oppida ſunt Knocktophera, *Knocktopher*; Oppidum filii Antonii, *Thomaſtown*; Kelſa, *Kels*; Calanum, *Callen*, & *Callan*; Cella, ſeu

seu Fanum S. Canici, & Kilkennia, *Kilkenny*, urbs Episcopalis, hujusque Comitatûs palmaria; Gouranum, *Gouran*. Ad ortum proximus est comitatus Caterlogensis, C. *of Catherlagh*, minor, ubi occurrunt Fanum S. Mullini, *S. Mullin*; Laglinia, *Laghlyn*, & *Loughlin*, atque, unde nomen trahit Comitatus, Caterlogum, *Catherlagh*. In hoc & Kilkennienſi comitatu populi Coriundi, ſeu Coriondi vixerunt antiquitùs. Supra Caterlogenſem comitatum eſt Kildarienſis, C. *of Kildare*, in quo, ſi à ſeptentrionali ejus tractu incipimus, ſe offerunt Cambrena, *Carbre* & *Carbury*; Naaſium, *Naas*; Kildaria, aliàs Daria, *Kildare*, Epiſcopalis, caput Comitatûs, ante, quàm hodie, cultior; Arthia, *Arthy*. Sequitur comitatus Reginæ, *Queens County*, ubi Ballikenila, *Ballikenil*; Reginopolis, *Queeneſtowne*, aliis Mariæburgum, *Mariburow*, ſic appellata in gratiam Mariæ, Reginæ Angliæ, locus munitus, Præfecti habitatio. Hunc Comitatum, Caterlogenſem, & Kilkennienſem, ſeu, quod alii malunt, Tipperarienſem & Waterfordienſem inhabitârunt populi Brigantes, ſive Birgantes. Comitatui Reginæ adjacet Regis comitatus, *Kings County*, in quo ſunt Ballibritta, *Ballibritt*; Egliſium, *Eglish*; Philippopolis, *Philipſtowne*, extructa in gratiam Philippi, filii Caroli V, nunc Regiopolis, *Kingſtown*. Huic à boreâ contermina eſt Midia, ſeu comitatus Midiæ occidentalis, C. *of Weſt Meath*, in quo præſtant Kilbegana, *Kilbegan*; Molingaria, *Molingar*, hujus comitatûs Metropolis. Ultimus comitatuum Mediterraneorum eſt Longofordienſis, C. *of Longford*, longiſſimè in ſeptentrionem excurrens, ubi majoris notæ ſunt Ardracum, ſeu Ardacum, *Ardragh* & *Ardagh*, Epiſcopalis dignitatis; Longofortium, *Longford*, caput; Granardum, *Granard*.

Com. Caterlogenſis.

Com. Kildarienſis.

Com. Reginæ.

Com. Regii.

Midia occidentalis.

Com. Longefordienſis.

XV. Reſidui ſunt ex Lageniâ quinque Comitatus, ſiti ad mare Hibernicum, quorum borealiſſimus eſt Luthenſis, ſive Lugenſis, C. *of Louth*, cujus nobiliſſima oppida ſunt Carlinfordia, *Carlingford*, ad ſinum, cui nomen imponit; Dunkeranum, *Dundalke*, ſinui quoque cognomini, ſed parvo adpoſitum; Luthum ſeu Lugum, *Louth*, caſtrum, unde appellationem trahit Comitatus; Ardracum, *Ardee*, & *Atherde*; Drogheda, *Drogheda*, ad ſinum exiguum ejuſdem nominis, & oſtium

Pars Lageniæ ſeptentrionalis.

Com. Luthenſis.

oſtium fluminis Buvindæ olim, jam Boini, ſeu Boinæ, *Boyne*, quam, uti Droghedam, in cujus confinio res geſta eſt, celeberrimam reddidit ſereniſſimi ac potentiſſimi Britanniarum Regis Guilielmi III celerrima trajectio cum armis & equis, nil metuentis glandes igneas Iacobi exercitûs, alteram ripam obſidentis, atque, quæ trajectionem ſecuta eſt, ſubita ac lamentabilis hoſtium clades, terror Panicus, fuga, captivitas. Ad auſtrum & occaſum comitatus Luthenſis conſpicitur comitatus Midiæ orientalis, aliàs Midia propria, ac Midia, C. *of Meath*, & *Eaſt Meath*, inter cujus oppida eminent Dulecum, *Duleek*; Slaina, *Slaine*; Kellinum caſtrum, *Kells*; Navanum, *Navan*, ad flumen Boinam; Truma, ſeu Trima, *Trim*, ſuperiùs, Epiſcopalis, & Comitatûs præcipua; Ratotha, *Ratooth*. Pergimus ad comitatum Dublinenſem, C. *of Dublin*, qui longè magis, quàm Midia, ad littus extenditur. In eo iacent Colocum, *Colock*; Dublinum, *Dublin*, ad oſtium fluminis Liffii, *Liffy*, urbs & hujus Comitatûs, & totius Hiberniæ facile princeps, munita, in quâ Vice-Rex atque Archiepiſcopus degunt, cum Academiâ & tuto portu; Novum caſtrum, *Newcaſtle*. In hoc Comitatu, Kildarienſi & Midiâ volunt Blanios, ſeu Eblanios populos conſediſſe, unde varii arbitrantur, hodiernum Dublinum Eblanam antiquorum exiſtere. Confinis comitatui Dublinenſi ab auſtro eſt Wickloenſis, ſive Wiclovienſis, C. *of Wicklow*, in quo juxta mare ſunt Novum Caſtrum, *Newcaſtle*; Wickloa, aliis Wiclovium, *Wicklow*, caput Comitatûs; Arclovium, *Arklow*, quod contra noviſſimas Tabulas comitatui Caterlogenſi complures attribuunt. In hoc Comitatu explicitoque Kildarienſi Cauci olim habitârunt. E regione Wiclovienſis comitatus tres jacent Pulvini arenarii; ſeptentrionalis, *north Ground*; medius, *middle Ground*, ac meridionalis, *ſouth Ground*, inter quos & continentem Mare ſic ſatis altum eſt. Tandem Wiclovienſem comitatum Wexfordienſis, C. *of Wexford*, contingit, maritimorum Comitatuum, quin totius Lageniæ ultimus, quem ab ortu atque meridie Mare alluit. Oppida illius celebriora numerantur Fernæ, *Fernes*, & *Ferns*, Epiſcopalis dignitatis; Roſſa, *Roſſe*, & Wexfordia, *Wexford*, ad oſtium Slanæ fluvii, Comitatûs clariſſima, munita feliciter, facilique inſtructa portu. Hunc comitatum incolue-

Midia orientalis.

Com. Dublinenſis.

Com. Wickloenſis.

Com. Wexfordienſis.

Digitized by Google

incoluerunt Manapii, ſive Menapii. Hactenus de Lagenià, quin quatuor Provinciis, harumque triginta duobus Comitatibus, in quos Hibernia hodie diſtribuitur, cujus Tabulam generalem, & ſpeciales ſubjicimus.

- HIBERNIÆ Provinciæ ſunt IV:
  - I. Ultonia, in quâ ad
    - *Boream* Comitatus — Donagalenſis. Tyronenſis. Derienſis. Antrimenſis.
    - *Auſtrum* Comitatus — Dunenſis. Armachanus. Monachanus. Cavanenſis. Fermanaghenſis.
  - II. Connachia, in quâ ad
    - *Mare* Comitatus — Letrimenſis. Slegenſis. Mayenſis.
    - *Fl. Senum* Comitatus — Roſcomenſis. Gallivenſis. Clarenſis.
  - III. Momonia, in quâ ad
    - *Fl. Senum* Comitatus — Tipperarienſis. Limericenſis. Kerrienſis.
    - *Mare* Comitatus — Corcagienſis. Waterfordienſis.
  - IV. Lagenia, in quâ
    - *Mediterranei* Comit. — Kilkennienſis. Caterlogenſis. Kildarienſis. Reginæ. Regis. Midiæ occidentalis. Longofordienſis.
    - *Maritimi* Comitatus — Luthenſis. Midiæ orientalis. Dublinenſis. Wickloenſis. Wexfordienſis.

Tabulæ ſpeciales IV Provinciarum Hiberniæ.

- I. Ultonia, *in quâ Comitatus* IX, *ad*
  - Boream IV,
    - *Dungalenſis*, — Portus Calebeghus. Dungala. Purgatorium S. Patritii. Rapoa.
    - *Tyronenſis*, — Strabanum. Omaghum. Clogera. Dunganonium.
    - *Londino-Derienſis*, — Londino-Deria. Dunginum. Kilrugium. Coltanum.
    - *Antrimenſis*, — Oldelfleca. Antrimum. Rupes Fergi. Belfaſtum.
  - Auſtrum V,
    - *Dunenſis*, — Dromora. Strangofordium. Dunum. Arglaſſus portus. Neuracum.
    - *Armachanus*, — Carolimontium. Armachum.
    - *Monachanus*, — Monaghanum.
    - *Cavanenſis*, — Cavanum. Chilmoria.
    - *Fermanaghenſis*, — Arx Kellina. Belecum.

II. Conna-

II. Connachia, *in quâ Comit.* VI, *ad*
- Mare III,
  - *Letrimenſis*, — Mobilum. Letrimum. Achonrita.
  - *Slegenſis*, — Slegum. Dromarda.
  - *Mayenſis*, — Maya. Kilalum. Bothmana. Aghamora.
- Fl. Senum III,
  - *Roſcomenſis*, — Boyla. Olfina. Roſcomum. Atlona.
  - *Gallivenſis*, — Tuamum. Galliva. Acherita. Clonfortia. Letrimum. Kilmacagum.
  - *Clarenſis*, — Killofeneragu. Clara. Killaloa.

III. Momonia, *in quâ Comit.* V, *ad*
- Fl. Senum III,
  - *Tipperarienſis*, — Ileagum. Monaſterium S. Crucis. Caſſilia. Fethardum. Caricum. Clomnella. Tipperaria. Emelia.
  - *Limericenſis*, — Cilmalocum. Limericum. Adara. Aſcetona.
  - *Kerrienſis*, — Ardferta. Trallium. Dingla. Kilmaria.
- Mare II,
  - *Corcagienſis*, — Bantrum. Baltimora. Roſſia. Kinſalia. Corcagia. Clona. Yogallia.
  - *Waterfordienſis*, — Liſmora. Dungarvanum. Waterfordia.

IV. Lagenia, *in quâ Comit.* XII,
- Mediterranei VII,
  - *Kilkennienſis*, — Knocktophera. Oppidum filii Antonii. Kelſa. Calanum. Kilkennia. Gouranum.
  - *Caterlogenſis*, — Fanum S. Mullini. Laglinia. Caterlogum.
  - *Kildarienſis*, — Cambrena. Naaſium. Kildaria. Artia.
  - *Reginæ*, — Ballikenila. Reginopolis.
  - *Regis*, — Ballibritta. Egliſium. Regiopolis.
  - *Midiæ occidentalis*, — Kilbegana. Molingaria.
  - *Longofordienſis*, — Ardracum. Longofortium. Granardum.
- Maritimi V,
  - *Luthenſis*, — Carlinfordia. Dunkeranum. Luthum. Ardracum. Drogheda.
  - *Midiæ orientalis*, — Dulecum. Slaina. Kellinum. Navanum. Trima. Ratotha.
  - *Dublinenſis*, — Colocum. Dublinum, *Caput Hiberniæ*. Novum Caſtrum.
  - *Wickloenſis*, — Wicklos. Arclovium.
  - *Wexfordienſis*, — Fernæ. Roſſa. Wexfordia.

CAPUT XXI.

Britannia magna. Anglia in genere. Wallia.

I. *Magna Britannia limites.*

VIsA Hiberniâ, ſeu Britanniâ minore, ad Britanniam magnam ſive majorem properamus, quæ poſtmodùm Britanniæ nomen ob ſuam eminentiam ſola obtinuit, quando cæteræ inſulæ Britannicæ ſuis appellabantur nominibus. Dicta & ante fuit Albion, à candicantibus petris, quibus ab omni fermè parte præcingitur. Ipſam alluit ab auſtro mare Britannicum, Gall. *Mer Britanique*, Belg. *het Canaal*; ab ortu fretum Britannicum, Gall. *pas de Calais*, Belg. *de Hoofden*, per quod à Galliâ non ultra ſeptem milliaria dividitur, & mare Germanicum, Gall. *M. d'Allemagne*, Belg. *de Noort Zee*; à boreâ oceanus Caledonius, Gall. *Ocean Septentrional*, ſeu *M. d'Eſcoſſe*; ab occaſu idem, nec non mare Hibernicum, Gall. *M. d'Irlande*, & manica Briſtolienſis ſeu S. Georgii, Gall. *Canal de Briſtol.*

II. *Situs, quantitas, figura.*

Sita eſt magna Britannia intra gradum L & LIX circiter Latitudinis borealis, maximèque ab auſtro in boream inter Suſſexiæ & Strath-Naverniæ littora ſeſe explicat, facto inter utrumque graduum octo & ſemiſſis diſcrimine. At ab occaſu in ortum, ubi vel latiſſimè patet, uti in parte meridionali, multò minùs diffunditur; nam extremam Cornubiam & Cantium quinque ſolùm gradus interjacent, & verſus ſeptentrionem varii ſunt tractus, quos ne quidem duo vel unus. De ambitu propter creberrima æſtuaria, quæ ipſam lacerant, difficile eſt ſtatuere; id certum, maximam inſulam eſſe Britannicarum, imo omnium haberi, quæ in Europam obvertuntur. Figuram refert trianguli Iſoſcelii, cujus baſis, minor alterutro latere, in Galliam vergit.

III. *Anglia Conſtitutio.*

Dividitur magna Britannia in partem ſeptentrionalem, & meridionalem, quarum illa Scotiæ, hæc Angliæ regnum complectitur. Anglia, Incolis *England*, Gall. *Angleterre*, quæ & antiquitùs Britannia meridionalis, citerior atque Saxonia tranſmarina nuncupata eſt, Scotiam ſuperat magnitudine, à quâ ſeparatur per Solvæum æſtuarium, *Solway Fyrth*, lineamque,

quæ

quæ hinc per montem Zeviotam altiſſimum, atque, qua mons deficit, vallum & inferiorem partem fluminis Tuedæ, *Twede*, ducitur, & paulò ſupra Barvicum, *Barwick*, in littore maris Germanici deſinit. Solum Angliæ perquàm fœcundum eſt, cœlum clemens, & ſat temperata anni tempora. Dives eſt variorum mineralium, æris, ferri, plumbi, ſtanni, quod laudem in primis invenit. Celebrantur ipſius cereviſia, potus, qui in quibuſdam Provinciis ex pomis exprimitur, crocus, exquiſitiſſima ovium vellera, equi, canes. Mare habet piſcoſiſſimum, firmiſſimum poſt concordiam Regni munimen. Vinum non gignit, parciorem habet lignorum uſum, quem ſupplent Lithanthraces, atque alibi arborum ſubterranearum abundantia, lupos venationes extirpârunt. Incolæ, quibus ſcatet hoc Regnum, ſpectabili ſunt formâ, celeres pede, amantes religionis, cujus, ſi uſpiam, ſenſus multiplex, libertatis, literarum, ſublimioris animi, audaces, in re Nauticâ verſatiſſimi, quibus caro minùs aſſa, & Nicotianæ fumus in deliciis. Regnum hæreditarium eſt, & ſexu maſculino deficiente, fœmineus rerum potitur. Multum quoque hìc poteſt Pananglium, ſeu Parlamentum, ut vocant.

IV. *Diviſio Walliæ.*

Potentiſſimum hoc Regnum commodè in Walliam & Angliam ſtrictè ſumptam dividitur. Wallia, ſive Vallia, *Wales* Anglis, Gall. *Galles*, Cambria olim, ut ab eâ, occaſum ſpectante & explicitæ Hiberniæ propinquiori, fiat initium, alterâ parte Angliæ longè minor eſt, quippe ex LII Comitatibus, Anglis *Shire*, quos Anglia complectitur, XIII tantùm continet. Perfunditur à boreâ atque occaſu mari Hibernico; ab auſtro ſinu ſeu æſtuario fluminis Sabrinæ, *Severne*, Gallis Manicâ S. Georgii & Briſtolienſi, Angl. *Channel of Briſtoll*; ab ortu ipſam terminant comitatus Gloceſtria, Herefordia, Salopia, Ceſtria. Paruit olim ſuis Principibus uſque ad obitum Leonini Wallorum ultimi Principis, quo infeliciter cæſo, ad Henricum III, Angliæ Regem, tranſiit, cujus filius, Eduardus I, Princeps Walliæ nominatus eſt, atque poſt ipſum omnes Regum Angliæ Primogeniti. Volunt, penes Walliæ incolas etiamnum veterem Britannorum linguam vigere.

V. *Wallia ſeptentrionalis.*

Diſpeſcitur hodie Wallia in partem ſeptentrionalem, & auſtra-

auſtralem. Illa, *North Wales*, quam primùm luſtrabimus, minùs fertilis eſt, maximam partem inſigniter aſpera, & montoſa, expugnatu difficilis, quemadmodum & experientia edocuit, ipſamque antiquitùs Ordovices populi inhabitârunt. Continet ſex comitatus, Flintiam, Denbigiam, Arvoniam, inſulam Monam, Merviniam, Mongomericiam. Flintia, ſeu Comitatus Flintenſis, *Flintshire*, inter minimos univerſæ Walliæ ad æſtuarium fluminis Deæ, *Dee*, ſe explicat, exiguæ latitudinis. Clariora ejus oppida ſunt Aſaphopolis, ſeu Fanum S. Aſaphi, *S. Aſaph*, urbecula Epiſcopalis, & Flintum caſtrum, *Flint*, unde cognomen Comitatui ad memoratum modò æſtuarium. Amplior eſt hoc Comitatu Denbigia, ſive Denbigenſis, *Denbigshire*, cujus pars feliciſſima eſt media. Hìc cæteris præſtant Writeshamium, *Wrexham*, municipium; Ruthunia, *Rhutin*, in Cluydâ valle; Denbigia, *Denbig*, ad Cluydam amnem & rupis radices, parciùs frequentata, cui Comitatus nomen debet. Arvonia, aliàs Snaudonia, *Carnarvanshire*, maximam partem maritima eſt, & plus extenſa in occaſum. Montes habet editiſſimos, qui niviferi, & Alpes Britannicæ appellantur, in quorum faſtigiis nec paſcua deſunt, nec paludes. Majoris momenti habentur Covonii oſtium, *Aber Conway*, juxta oſtium amnis Covonii, atque ad fretum Menaium, *Menai*; Bangoria, *Bangor*, Epiſcopalis, & Arvonia, *Carnarvan*, Comitatum denominans. Trans hoc Fretum, patens circiter mille paſſus, ſe offert inſula Mona, *Angleſey*, in quâ ſunt Novus Burgus, *Newborough*; Aberfravia, *Aberfraw*, ante Walliæ ſeptentrionalis Regia, & Bellomariſcus, *Beaumaris*, præcipuum Inſulæ oppidum. Comitatibus Denbigiæ atque Arvoniæ ab auſtro confinis eſt Mervinia, *Merionitshire*, quæ in occiduâ parte mari alluitur. Hìc montium juga iſtius ſunt altitudinis, ut frequenter ex uno in alterum per interpoſitam vallem ſpatio integræ diei pervenire non liceat, quamvis tam parùm diſſideant, ut, qui in illis conſiſtunt, commodiſſimè ex iis poſſint colloqui. Primarium in hoc Comitatu habetur Harlecum, *Harlegh*, ad æſtuarium Majus, *Thuuith Maur*, exiguum, præter quod notamus Dolegellam, *Dolgelle*, & Balam, *Bala*, ad lacum Tegidnem. Ultimus hujus Valliæ comitatus eſt Mongomericia, aliis Montgomeria,

Comitatus Flintia.

C. Denbigia.

C. Arvonia.

Inſ. Mona.

C. Mervinia.

C. Mongomericia.

Digitized by Google

gomeria, *Montgomeryshire*, inter omnes ſola mediterranea, & maximè meridionalis, in quâ nobiliora ſunt Trellinum, *Welshpole*, Britannis *Trellin*; Mons Gomerici, *Montgomery*, in confinio comitatûs Salopiæ, caput Mongomericienſis; Maglona, *Machyleth.*

VI. *Walliæ meridionalis.*

Walliam ſeptentrionalem Meridionalis, *South Wales*, ſequitur & contingit, Septentrionali longè fertilior. Ejus comitatus à quibuſdam ſex, ab aliis ſeptem ſtatuuntur. Qui ſex ſtatuunt, comitatum Monumetenſem Walliæ Meridionali ſubtrahunt, quia ſub Henrico VIII, rege Angliæ, Parlamento jubente, à Walliâ revulſus eſt & Angliæ attributus. Mappæ tamen recentiſſimæ intra Walliæ meridionalis limites ipſum concludunt, item Cambdenus, atque plures cum ipſo, quos imitabimur. Hi autem ſeptem comitatus ſunt Ceretica, Radnoria, Brechinia, Monumetum, Morganucia, Maridunum & Penbrochia. Ceretica, aliàs Cardigania, *Cardiganshire*, inter Montgomeriam atque Penbrochiam collocatur, ejuſque latus occiduum mare perfundit, cornu aut tubæ figuram non malè exprimens. Caput eſt Ceretica, *Cardigan*, ſita in limite confinis Penbrochiæ, præter quam ſunt Lanbedera, *Lanbeder*; Tregaronium, *Tregaron*, & juxta mare Aberyſtyvium, *Aberiſtwith*. Cardiganiæ ab ortu exiguâ parte cohæret Radnoria, *Radnorshire*, exigui ambitûs, & ad figuram trianguli acutanguli accedens, in quâ occurrunt Rhaiadergovia, *Rhaiadergowy*; Knightonium, *Knighton*; Preſtana ſeu Fanum S. Andreæ, *Preſtergn*; Radnoria, *Radnor*, clariſſima, cui vetus eſt caſtrum. Radnoriæ ab auſtro adjacet Brechinia, *Brecknokshire*, amplior, & valdè aſpera, ubi Haya, *Hay*, & Brechinia, *Brecknock*, primaria. Qui reſtant ex Walliâ meridionali quatuor Comitatus, omnes Sabrinæ æſtuario accubant. In interiore receſſu eſt Monumetum, ſeu Monumethia, *Monmouthshire*; in quâ ſe offerunt Abergevennium, *Abergevenny*; Oska, *Uske*, ad flumen ejuſdem nominis; Monumethia, *Monmouth*, Comitatûs præcipua, quæ uti huic cognomentum imponit, ita impoſuerat Filio naturali, Caroli II, quem mors non ſicca haud ita pridem extinxit; Chepſtovium, *Chepſtow*, non procul à Vagæ oſtio; Civitas Legionum, *Caerlion*, ante Archiepiſcopalis; Novus Portus, *Newport*. Ex Monu-

Comitatus Ceretica.

C. Radnoria.

C. Brechinia.

C. Monumetum.

Comitatus Morganucia. methiâ tranſimus in Morganuciam, ſeu Glamorganiam, *Glamorganshire*, quæ planior eſt circa littus, ſed pars mediterranea in altum extollitur. Oppida ejus ſpectabiliora ſunt Cardiffa, *Cardif*; Fanum ad flumen Taffum; *Landaf*, Epiſcopalis dignitatis, at à paucis incultum; Bovium, *Cowbrigd*; Oſtium Avonis, *Aberavon*; Nidum, *Neath*, ad fluvium cognominem. In hoc comitatu & traditis Monumeto, Brechiniâ, Radnoriâ, & huic adjacente Herefordiâ, de quâ poſtmodùm, populi Silures, ſeu Silyres habitârunt. Plus in boream ſurgit Maridunum, ſeu comitatus Maridunenſis, aliis Caermaridunenſis, & Caermardenia, *Carmarthenshire*, planior atque campeſtrior, ubi Lanellium, *Lanelly*; Landilovaria, *Landilovawr*; Maridunum, ſeu Meridunum, *Carmarthen*, caput Comitatûs. Supereſt ex Walliâ meridionali Penbrochia, *Penbrokshire*, maximè in occaſum excurrens, quam ab auſtro, occaſu, & boreâ mare alluit. Ipſius oppida ſunt Novus portus, *Newport*; Menevia, *S. Davids*, urbs Epiſcopalis, in vicum fermè ob raros incolas redacta, ad oram maris Hibernici, ubi olim fuit Octopitarum promontorium, poſtmodùm Verginium, aut Virgivium, unde & mari nomen, nunc *S. Davids head*; Hulfordium, *Haverfordweſt*; Penbrochium, *Pembroke*, Penbrochiæ nobiliſſimum, non longè ab amplo ſinu Milfordienſi, cum arce; Tenbium, *Tenby*, cognomento piſcoſum, ad ſinum, qui ejuſdem eſt nominis. In comitatu, Maridunenſi & Cardiganenſi Demetæ ſeu Dimetæ vixerunt.

C. Maridunum.

C. Penbrokia.

CAPUT XXII.

Anglia ſtrictè ſumpta. Angliæ priſca diviſio, & nobiliora Flumina.

I. *Anglia ſtrictè ſumpta.* EXPLICITA Wallia, ſeu Occidentali parte Angliæ, ad Angliam ſtrictè dictam accedimus. Hæc, antiquitùs Lœgria appellata, Comitatus continet XXXIX, quos, ut diſtinctiùs nobis imaginemur, ad quatuor Claſſes revocabimus. Comitatus IX ſpectant meridiem; VII ortum; XVII jacent in mediâ Angliâ; VI ſeptentrionem proſpiciunt.

II. *Pars ejus ver-* Partem primam, ſeu Meridionalem terminant à boreâ æſtua-

æſtuarium Sabrinæ, comitatus Gloceſtria, Oxonia, pars Tameſis; ab ortu Cantium, atque ab auſtro mare Britannicum. Ejus Comitatus ſunt IX, Cornubia, Devonia, Somerſetia, ſitæ ad Sabrinæ æſt., uti inter Tameſim & mare Britannicum Dorcetia, Viltonia, Bercheria, Hantonia, Surria, Suſſexia. Cornubia, *Cornwall*, cui à Cornu figurâ nomen eſt, inter omnes Angliæ comitatus longiſſimè in occaſum extenditur, ubi, quemadmodum ab auſtro & boreâ ipſam mare limitat, ſitam contra Penbrochiam, de quâ ultimùm in Walliâ. Æris & ſtanni fodinas habet, atque in eâ etiamnum, ut ajunt, veteres Britanni offenduntur. Promontorium ipſius occidentaliſſimum olim Bolerium dicebatur & Antiveſtæum, nunc Finis terræ, *The Lands End*, & juxta quoſdam caput Cornubiæ, *The Cape of Cornwal*, quod aliis tamen in boream magis attollitur. Oppida plura habet minoris momenti, inter quæ minimum locum non tenent Penſancia, *Penſance*; Helſtonium, *Helſton*; Volemuthum, *Falmouth*, Belg. *Vaelmuyen*, portus munitus, amplus & celebris; Penrynum, *Penryn*; Trurovium, *Truro*; Uxella & Vexella, *Leſtwishiel*, Sanſoni Comitatûs præcipua, aliis verò Bodminia, *Bodmin*; Paſtovia, *Padſtow*; Fanum S. Stephani *Launſton* & *Lanceſton*. Cornubiam ab ortu contingit Devonia, *Devonshire*, cujus littus boreale æſtuario Sabrinæ, & auſtrale Britannico mari accumbit. Hanc atque Cornubiam populi Damnonii ſive Dumnonii habitârunt, cujus nominis veſtigium extare putatur in Devoniâ, quaſi Damnoniâ. Sunt in hoc Comitatu Lyſtonium, *Lyſton*; Plymutum, *Plymouth*, Belg. *Pleimuyen*, portus nobiliſſimus; Dermutum, *Dartmouth*, Belg. *Dortmuyen*, ſinui quoque appoſitum; hinc in aquilonem ad non magnam diſtantiam conſpicitur ſinus Torrenſis, *Torr bay*, quem appulſus Claſſis Belgicæ, & hìc factus feliciſſimus exſcenſus invictiſſimi Guilielmi cum omni exercitu, & apparatu pro inſtaurandâ religione, & reſtituendâ libertate populi Anglicani plurimùm nobilitavit; Sidemutium, *Sidmouth*; Exonia, *Exon*, & *Exceſter*, olim Iſca, vel Iſaca, urbs Epiſcopalis, ad flumen Iſcam, *Ex*, caput Devoniæ; Tivertonium, *Tiverton*; Barnaſtapla, *Barnſtaple*. Devoniæ conjuncta eſt Somerſetia, *Somerſetshire*, ad Sabrinæ æſtuarium, quâ parte magis

ſus meridiem ad Sabrinæ æſtuarium.

Comitatus Cornubiæ.

C. Devoniæ.

C. Somerſetiæ.

gis conſtringitur. In eâ ſunt variæ paludes, ob quas redditur minùs pervia. In hoc Comitatu & explicandis poſt pauca Viltoniâ atque Hantoniâ, Belgæ populi degerunt. Oppida & urbes Somerſetiæ ſunt Duneſtorium Caſtrum, *Dunſter*, juxta mare; Brigevatera, *Bridgwater*; Glaſtonium, *Glaſtonbury*; Theodorunum, ſeu Fontanenſis Eccleſia, item Wellæ, *Wells*, ſic dicta à fontibus, qui in eâ paſſim ſcaturiunt, Epiſcopalis; Briſtolium, ſeu Briſtolia, *Briſtoll*, urbs etiam Epiſcopalis, quam Avona ſic interſecat, ut pars major in Somerſetiâ, minor in Gloceſtria ſita ſit, proinde & Somerſetiæ adſcribi ſolet, ſpatioſa, munita, interque Angliæ urbes tertium locum obtinens, à quâ & proximum æſtuarium nomen trahit; ſuperiùs ad idem flumen Bathonia, *Bath*, olim Aquæ Solis & calidæ, Epiſc., caput Somerſetiæ; Brutonium, *Bruton*.

III. *Pars altera Angliæ ad meridiem. Comitatus Dorſetiæ.*

Inter Tameſim, & mare Britannicum primò occurrit Dorcetia ſeu Dorceſtria, *Dorſetshire* ac *Dorcheſter*, contigua Somerſetiæ, ubi ante fuerunt populi Durotriges. Scatet fontibus. Oppida ſunt Fons Clarus, *Sherborn*, dives lanificii; Lima, *Lime*, edito colli inſidens, ad cujus radicem navium ſtatio; Bridportus, *Bridport*; Vimutium, *Waymouth*, non infimæ notæ portus; Dorceſtria, *Dorceſter*, ad flumen Varum, *Frome*, caput Comitatûs; Warehamia, *Wareham*, ad ejuſdem oſtium; Pola, *Pool*, ad ſinum cognominem; Blandofortia, *Blandford*.

C. Viltonia.

Supra Dorcetiam eſt Viltonia, *Wiltshire*, ſatis felix, in quâ jacent Hiddona, *Hiddon*; Bradfordia, *Bradford*; Meldunum, *Malmsbury*, prope Avonæ fontes; Ambroſii vicus, *Ambresbury*; Viltonia, *Vilton*; Salisburia, *Salisbury*, urbs Epiſcopalis, longè præcipua.

C. Hantonia.

Sequitur comitatus maritimus Hantonia, *Hampshire*, cujus clariores urbes ſunt Chriſtopolis, *Chriſtchurch*; Suthamptonia, *Southamton*, portus egregius ad æſtuarium, quod olim oſtium fluminis Triſantonis dictum eſt, hodieque *Hampton Water*, ſeu *Port de Southampton* appellatur; Portus magnus, nunc Portus Oſtium, *Portsmouth*, Belg. *Porsmuyen*, portus optimus, & benè munitus; Vintonia, *Wincheſter*, caput

C. Berkeria.

Comitatûs, & urbs Epiſcopalis; Andovera, *Andover*. Inter Hantoniam atque Oxoniam ſe offert Bercheria, *Barkshire*, quam populi Atrebatii olim incoluêre. Ejus oppida ſunt Hungerfordia, *Hungerford*; Vanatinga, *Wantage*; Abindonia, *Abington*;

Abington; Valengavordia, *Wallingford*, ad Tameſim; inferiùs Readingum, *Redding*, & Vynlelora, ſeu Vindeſorium, *Windſor*, ubi palatium magnificum Eduardi III, atque Equeſter Ordo Periſcelidis traxit initium, & Equites ejus quotannis Georgii die conveniunt; Ockingamum, *Ockingham*. Bercheriæ confinis eſt Surria, aliis Suregia & Suthreia, *Surry*, comitatus, qui Tameſi adjacet, atque ad Londini ſuburbia ſe extendit, lætus oculis. In ipſo ſunt Kingſtonum, *Kingſton*, præcipuum ad Tameſim; Cradina, *Croydon*; Rygata, *Rygate*; Guildfordia, *Guildford*. Ultimus comitatus partis Meridionalis Angliæ eſt Suſſexia, *Suſſex*, Surriam & mare Britannicum interjacens. Hìc, in Surriâ & maritimâ parte Hantoniæ populi Regni vixerunt. Urbium clariſſima eſt Ciceſtria, *Chicheſter*, Epiſcopalis, præter quam occurrunt Aruntina, *Arundel*, ad flumen Aruntem, *Arun*; Cimeni portus, *Sorebam*; Leſva, *Lewes*; Haſtinga, *Haſtings*; Novus portus ſeu Ripa, *Rye*.

Comitatus Surriæ.

C. Suſſexia.

IV. *Pars Angliæ verſus Orientem.*

Miſſâ Meridionali parte Angliæ ad Orientalem progredimur, in quâ ſeptem Comitatus recenſebimus, Cantium, Middelſexiam, Harfordiam, Eſſexiam, Suffolciam, Norfolciam, & Cantabrigiam, qui, exceptis Comitatibus II, III, ac VII, mari Germanico ex ordine adjacent. Cantium, *Kent*, in quo antiquitus Cantii habitârunt, ex omnibus Angliæ comitatibus viciniſſimus eſt continenti, ſitus ad fretum Britannicum, & inferiorem partem Tameſis. Præcipua oppida ſunt Hide, *Hith*; Dubris, *Dover*, Gall. *Douure*, Belg. *Doevren*, portus clariſſimus, unde frequens in continentem navigatio; Sandvicus, *Sandwich*, Belg. *Sandwits*; Cantuaria, *Canterbury*, Belg. *Cantelberg*, urbs Archiepiſcopalis in planitie ad Sturam fluvium, quondam regni Cantii ſedes Regia; Faversham, *Faverſham*; Roffa, *Rocheſter*, urbs Epiſcopalis ad flumen Meduacum, ſeu Meduveagum, *Medway*; Graveſenda, *Graveſend*; Darentus, *Dartford*. Ex minimis Angliæ comitatibus eſt Middelſexia, ſeu Midleſexia, *Midleſex*, inter ripam Tameſis & Harfordiam, in quâ, & confini Eſſexiâ Trinobantes populi degerunt. Blandi eſt aeris, lætiſſimaſque valles & fertiliſſimos agros poſſidet. In ipſo jacent civitas ampliſſima, cultiſſima, populoſiſſima, emporium ad Tameſim celeberrimum,

C. Cantium.

C. Middelſexia.

berrimum, Londinum, *London*, Gall. *Londres*, caput hujus Comitatûs, atque totius Angliæ, ordinaria Regis, qui Fidei Defensor appellatur (nunc quidem, si unquam, summo jure) habitatio, sedes Episcopi & Pananglii; Westmonasterium, *Westmunster*, Londino ad occasum, quasi pars ejus, adjacens, ubi Abbatia S. Petri, Regum Mausolæa, nec non vetus palatium; Brentfordia, *Brentford*; Hamptoni curia, *Hamptoncourt*, castrum ad Tamesim, cum magnifico Regum palatio; Stana, *Stanes*. Middelsexiam à boreâ contingit comitatus Harfordia, seu Hartfordia, *Hartfordshire*, ubi Fanum S. Albani, *S. Albans*, & Hartfordia, *Hartford*, præcipuum oppidum ad Læam flumen. Amplior est Essexia, *Essex*, comitatus ad inferiorem partem Tamesis & mare Germanicum, diverso in tractu arenosus, in quo sunt Waldenum, *Walden*; Chelmerus, *Chelmsford*; Camalodunum, seu Malodunum, *Maldon*; Colcestria, *Colchester*, clarissima; Harvicum, *Harwich*, Belg. *Harwitz*, ad ostium Sturæ, portus commodus. Supra Essexiam, est Suffolcia, *Suffolk*, quoque maritima, cujus aër penes Medicos magnam laudem invenit. Oppida majoris momenti sunt Gippevicum, *Ipswich*, caput Comitatûs; Clara, *Clare*; Fanum S. Edmundi, *Edmund Bury*, & *Bury* simpliciter; Needhamum, *Needham*; Orefordia, *Orford*, & Dunmocha, *Dunwich*, juxta mare. In hoc Comitatu, Norfolciâ, Cantabrigiâ, de quibus proximè, & Huntingtoniâ Icem juxta varios vixerunt. Suffolciæ ad boream conjungitur Norfolcia, *Norfolk*, variis in locis deserta, ericosa, atque aquarum indiga; quam ad septentrionem Germanicum mare alluit. In eâ occurrunt Theofordia, seu Vadum Theti, *Thetford*, in Suffolciæ confinio; Norvicum, seu Nordovicum, *Norwich*, urbs Episcopalis, Norfolciæ nobilissima; Garmuthum, *Yarmouth*, Belg. *Yarmuyden*, facilis portus; Cromera, *Cromer*; Burnhamum, *Burnham*; Linum Regium, *Kingeslynne*, & *Lyn*, prope Usæ fluminis ostium. Restat ex parte Angliæ Orientali comitatus Cantabrigia. *Cambridgeshire*, in quâ propter paludes impurior aër dominatur. Excellunt Visbicum, *Wisbigh*, feraci insulæ impositum; Elia, *Ely*, urbs Episcopalis in ejusdem nominis insulâ ad flumen *Grant*, & superiùs Camboritum, hodie Cantabrigia, *Cambridg*, olim titulo Ducatûs, nunc Academiâ illustris, Comitatûs primaria. Se-

Comitatus Harfordia.

C. Essexia.

C. Suffolcia.

C. Norfolcia.

C. Cantabrigia.

Digitized by Google

V. *Anglia media pars auſtralior.*

Sequitur pars tertia Angliæ ſtrictè ſumptæ, quæ inter partem orientalem, & Walliam media, XVII Comitatus complectitur, qui ſunt Huntingtonia, Bedfordia, Buckingamia, Oxonia, Gloceſtria, Herefordia, Vigornia, Varvicum, Northantonia, Rotelandia, Liceſtria, Staffordia, Salopia, Ceſtria, Darbia, Nottingamia, atque Lincolnia; & horum novem primi magis in auſtrum, & octo reſidui in boream abeunt. Huntingtonia, *Huntingtonshire*, Cantabrigiæ ab occaſu accubat, eſtque ſylvis, ſtagnis, & lithanthracibus refertior, in quâ ſunt Fanum S. Yvonis, *S. Ives*; Huntingtonia, *Huntington*, parva & caput comitatûs; Fanum S. Neothi, *S. Neots*; Kimboltonia, *Kimbolton*. Huntingtoniam contingit Bedfordia, *Bedfordshire*, ubi Bedfordia, *Bedford*, præcipua, & Duniſtabulum, *Dunſtable*, caſtrum. Bedfordiam ſequitur Bukingamia, *Buckinghamshire*, quæ à boreâ in auſtrum maximè ſeſe explicat, & meridionalem terminum habet Tameſim. Inter oppida eminet Bukingamia, *Buckingham*, præter quam notamus Æglesburgum, *Ailesbury*, & Colebrociam, *Colebrook*, in Middelſexiæ confinio. Bukingamiæ ad occaſum proximus eſt comitatus Oxonienſis, *Oxfordshire*, cujus oppida ſunt Henleia, *Henley*, ad Tameſim; Tama, *Tame*, ad flumen ejuſdem nominis, cui Tameſis ex parte ſuam debet appellationem; Oxonium, *Oxford*, urbs Epiſcopalis, ſita ad confluentes Cherveli & Iſis, Comitatûs præcipua, quam in primis Academia nobilitat; Baranbynga, *Banbury*, in tractu ſeptentrionali ad Chervelum. Traditos comitatus hujus partis magnitudine ſuperat Gloceſtria, *Gloceſtershire*, quam inferior pars Sabrinæ fluminis in duas, ſed inæquales partes diſtribuit. Solum fertile eſt, & ſylveſtre. Hunc Comitatum & Oxonienſem Dobuni populi incoluêre. Gloceſtriæ oppida ſunt Theoci Curia, *Tewksbury*, ad Avonæ & Sabrinæ concurſum; Glovernia ſeu Gloceſtria, *Gloceſter*, Comitatûs elegantiſſima, Epiſcopalis, tituloque Ducatûs inſignita, ad Sabrinam; Circeſtria, *Cirenceſter*; Barclaium, *Barkley*; Colfordia, *Colford*. Inter Gloceſtriam & Walliam meridionalem ſe offert Herefordia, *Herefordshire*, in quâ eſt Roſſia, *Roſs*; Herefordia, *Hereford*, urbs Epiſcopalis, atque primaria; Leonis Monaſterium, *Lempſter*. Tranſimus in Vigorniam, *Worceſtershire*, ſylvarum & fontium

Comitatus Huntingtonia.

C. Bedfordia.

C. Bukingamia.

C. Oxonia.

C. Gloceſtria.

C. Herefordia.

C. Vigornia.

ſalſorum divitem, ubi Uptonia, *Upton*, ad flumen Sabrinam, uti ſuperiùs Vigornia, *Worcheſter*, urbs Epiſcopalis & longè præcipua, clade Caroli II à Cromwello illatâ celebris, ac Bellilocus, *Bewdley*; Drutvichum, *Droitwich*. Vigorniæ ad ortum conterminus eſt comitatus Varvicenſis, *Warwickſhire*, in centro quaſi Angliæ, in quo cæteris præſtant Suttonium, *Sutton Cofeild*; Coventria, *Coventry*, urbs Epiſcopalis; Varvicum, *Warwick*, ad Avonam, unde nomen Comitatui; Rugbium, *Rugby*. Comitatum Varvicenſem attingit Northantonia, *Northamptonſhire*, ubi Daventria, *Daventry*; Northantonia, *Northampton*, Caput, & Petriburgus, ſeu Petropolis, *Peterborough*, urbs Epiſcopalis in Cantabrigiæ limite.

Comitatus Varvicum.

C. Northantonia.

VI. Pergimus ad octo reſiduos Comitatus Angliæ mediæ, quæ plus vergunt in boream. Traditæ Northantoniæ contigua eſt. Rotelandia ſeu Rutlandia, *Rutlandſhire*, comitatus univerſæ Angliæ minimus, quem eques diei ſpatio poteſt, ut ferunt, obequitare. Copiam habet ſylvarum, inque valles varii & amœni fontes defluunt. Oppida habet Uppinghamum, *Uppingham*, atque, quod primarium eſt, Ochamum, *Okeham*. Occaſum verſus eſt Liceſtria, *Leiceſterſhire*, tota plana, agrorum ac nivei pecoris abundans, ubi Meltona, *Melton*; Liegenburgus, *Loughborough*, ad flumen Soarum, & ſuperiùs Liceſtria, aliis Legeceſtria ac Leogora, *Leiceſter*, clariſſima; Luttervortium, *Lutterworth*; Boſvortium, *Boſworth*. Liceſtriam exiguâ parte contingit Staffordia, *Staffordſhire*, in quâ Tamavordina, *Tamworth*, in confinio Liceſtriæ; Lichefeldia, *Lichfield*, quaſi campus Cadaverum, urbs Epiſcopalis; Staffordia, *Stafford*, parva, Caput comitatûs. Staffordiam & Walliam ſeptentrionalem interjacet Salopia, *Shropſhire*, ferro fœtens & lithanthracibus, cujus oppida ſunt Morſi-Burgus, *Bridgnorth*, ad Sabrinam; Dinanum, *Ludlow*, in Herefordiæ limite; Salopia, *Schrewsbury*, ad Sabrinam, primaria, probè & culta & munita; Crux Oſwaldi, *Oſweſtrey*. Salopiæ à ſeptentrione conjungitur Ceſtria, *Cheſhire*, in quâ ſunt Ceſtria, *Cheſter*, urbium princeps, Epiſcopalis, in limite Walliæ, ad fluminis Deæ, *Dee*, æſtuarium, unde frequens in Hiberniam navigatio; Frodeshamia, *Frodesham*, prope æſtuarium amnis Merſeji, *Merſey*; Midlevicum, *Midlewich*; Nantvicum, *Namtwich*; Con-

Anglia media pars boreal. C. Rotelandia.

C. Liceſtria.

C. Staffordia.

C. Salopia.

C. Ceſtria.

Congletonium, *Congleton.* In hoc autem Comitatu, Salopiâ, Staffordiâ, Vigorniâ, atque Varvico antiquitùs habitârunt juxta varios Cornavii. Ad ortum Ceſtriæ eſt Darbia, *Derbyshire*, in auſtrum longiùs excurrens, ejuſque oppida ſunt Buxtona, *Bakewel*, ubi thermæ; Alfretonia, *Alfreton*; Darbia, *Darby*, exigua, & Caput. Darbiæ confinis eſt Nottinghamia, *Nottinghamshire*, in quâ eſt Nottingamia, *Nottingham*, prope Trentam, primarium oppidum; Vrokopium, *Wrokop*; Retfordia, *Retford.* Inter Nottinghamiam & mare Germanicum ſita eſt Lincolnia, *Lincolnshire*, ultimus atque ampliſſimus comitatus Partis mediæ, cujus caput eſt Lindum, ſeu Lindecollinum, nunc Lincolnia, *Lincoln*, urbs Epiſcopalis, ampla, regia olim Merciorum; præter quam occurrunt Granthamum, *Grantham*; Borna, *Borne*; Croulandia, id eſt terra Cruda, *Crowland*; Fanum S. Bartolphi, *S. Boſton*; Salſfletum, *Saltfleit*; Grimiburgus, *Grimsby*, ad æſtuarium Abi, *Humber*; Bartonia, *Barton*, ſuperiùs. Hunc verò comitatum, Nottinghamiam, Darbiam, Liceſtriam, Rotelandiam, & Northantoniam ex variorum ſententiâ Coritani incoluerunt.

Comitatus Darbia.

C. Nottinghamia.

C. Lincolnia.

Supereſt pars quarta, ſeu ultima Angliæ ſtrictè ſumptæ, Septentrionalis, quæ ſex reſiduos Comitatus, partem mediam Angliæ, & Scotiam interjacentes, continet, Eboracum, Lancaſtriam, Weſtmariam, Cumbriam, Dunelmiam, atque Northumbriam. Comitatus Eboracenſis, *Yorkshire*, comitatuum totius Angliæ ampliſſimus, ſoli fœcundi & ſylveſtris, limitatur ab auſtro Lincolniâ, Nottinghamiâ, Darbiâ; ab occaſu Lancaſtriâ ac Weſtmariâ; à boreâ Dunelmiâ; ab ortu oceano Germanico. Nomen Ducis Eboracenſis Secundo genito Regis Angliæ largitur. Oppida majoris momenti ſunt Hullum, *Hull*, portus ad oſtium fluvii cognominis & Umbri æſtuarium, munitus cum armamentario; Petrovina, *Patrington*; Bridlingtonia, *Bridlington*; Scarburgum, *Scharborough*; Sinus Phari, *Whitby*; Gisburgum, *Gisborough*; Richemondia, *Richmond*; Eboracum, *York*, urbs hujus Comitatûs, quin & Angliæ ſeptentrionalis longè clariſſima, Archiepiſcopalis, ad flumen Urum; Danocaſtria, *Doncaſter*; Sacri Capilli, *Halyfax.* In parte hujus Comitatûs, quæ verſus Umbri æſtuarium eſt, habitârunt Pariſii, atque in reliquâ Anglîâ ſeptentrionali, exceptâ

VII. *Pars Anglia verſus Septentrionem.*

C. Eboracenſis.

Comitatus Lancaſtria. exceptâ Northumbriâ, Brigantes. Inter comitatum Eboracenſem, & mare Hibernicum jacet Lancaſtria, *Lancashire*, quam celebrem olim reddidit Familia Lancaſtrenſium, ſeu Roſæ Rubræ, quæ ſummâ vi impetuque cum Eboracenſium ſeu Roſæ Albæ familiâ de Angliæ ſceptro contendit. Littus valdè ſinuoſum habet, ejuſque notiora oppida ſunt Liſerpalus, *Leverpool*, ad flumen Merſeium, *Merſey*; ſuperiùs Varringtonium, *Warington*; Mancunium, *Mancheſter*; Preſtonium, *Preſton*; Lancaſtria, *Lancaſter*, caput Comitatûs, ad Lonam, *C. Weſtmaria.* *Lone*; & trans ſinum, Daltona, *Dalton*. Ad boream & ortum Lancaſtriæ ſe offert Weſtmaria, ſeu Weſtmorlandia, *Weſtmoreland*, cujus oppida ſunt Candalia, *Kendal*, ad flumen Canum; Fanum S. Stephani, *Kirbyſteven*; Aballaba, *Appleby*. *C. Cumbria.* Weſtmariæ confinis eſt Cumbria, *Cumberland*, longo tractu Hibernico mari accubans, & labyrintho non abſimilis propter aſperos & acuminatos montes, torrentes, ſtagna. Injurias frigoris poſiti contra ſeptentrionem montes multùm mitigant. Ejus loca ſunt Millum, *Millum*, caſtrum; Ravenglaſia, *Ravenglas*; Egremontium, *Egremont*, caſtrum; Cokermutium, *Cockermouth*; Ierbeya, *Ireby*; Carleolum, *Carlile*, urbs Epiſcopalis, Comitatûs nobiliſſima; Penrithum, *Penreth*, *C. Dunelmia.* in Weſtmariæ limite. Cumbriæ exiguâ parte connectitur Dunelmia, *Durham*, quæ ad mare Germanicum ampliùs ſe diffundit, abundans lithanthracibus. Oppida meliora ſunt Caſtrum Bernardi, *Bernard Caſtle*; Darlingtonium, *Darlington*; Harlepolis, *Hartlepool*, ad mare; Auklandia, *Aukland*; Dunelum, ſeu Dunelma, *Durham*, caput Comitatûs, urbs Epiſcopalis, ejuſque Epiſcopus titulo Principis ſuo præeſt Epiſcopatui, proinde hic Comitatus variis Epiſcopatus Dunel- *C. Northumbria.* menſis nuncupatur. Denique ſupra Dunelmiam eſt Northumbria, *Northumberland*, inter omnes Angliæ comitatus longiſſimè vergens in boream, ad mare Germanicum collocata, ſcatens lithanthracibus, ſterilior, ejuſque Incolæ propter Scotiæ affinitatem Scoticâ ferè linguâ utuntur. In hoc Comitatu Ottadini vixêre. Oppida ipſius nobiliora ſunt Axelodunum, *Hexham*; Novum Caſtrum, *Newcaſtle*, ad Tinam, *Tyn*, in Dunelmiæ confinio, caput Comitatûs; Morpitum, *Morpeth*; Alnevicum, *Alnwich*; Borcovicus, ſeu Bervicus, *Barwick*, juxta oſtium

oſtium Twedæ fluminis & mare Germanicum, in Scotiæ limite, quondam pars ejus, nunc Angliæ, quamvis nulli hujus diſtrictui includatur, immediatè à Rege dependens.

VIII. *Diviſio Angliæ tempore Romanorum.*

Luſtratis binis partibus, in quas diviſa nobis eſt Anglia CAP. XXI. § IV., & quinquaginta duobus ipſarum Comitatibus, nunc de priſcâ ejus diviſione aliquid ſubjungendum. Tempore Romanorum ſecta fuit in quatuor, vel, ut alii malunt, in quinque partes; Britanniam primam, Britanniam ſecundam, Flaviam Cæſarienſem, Maximam Cæſarienſem, & Valentiam. Britannia prima, ſic dicta, quia eam Romani priùs armis adorti ſunt, continuit Cantium & partem Angliæ meridionalem. Confer hujus CAP. §. II. Britannia ſecunda, quam poſteriùs ſubjugavêre, Walliam, de quâ § IV, CAP. XXI, & Herefordiam complexa eſt. Flavia Cæſarienſis, ante Maximæ Cæſarienſis pars, cui Flavius Theodoſius Imperator nomen fecit, partem tenuit orientalem & mediam, de quibus Paragr. IV, V, VI hujus CAP., detractis Cantio & Herefordiâ. Maxima Cæſarienſis, ita nuncupata ab amplitudine regionis, quam olim poſſidebat, fuit, ubi hodie pars Angliæ ſeptentrionalis eſt (vide § VII.) demptâ Brietio Northumbriâ, quam idem Valentiæ, in gratiam Imperatoris Valentiniani ſic appellatæ, attribuit. Alii Northumbriam partem Maximæ Cæſarienſis conſtituunt, & Valentiam in parte Scotiæ meridionali collocant. Qui verò Populi haſce Angliæ partes incoluerint, ſuo loco narravimus. Addendum ſolummodò, Imperatorem Severum Murum duxiſſe à Solvæo æſtuario per rupes præruptas & excelſa montium faſtigia continuo tractu ad oſtium Tinæ fluminis, atque adeo à mari Hibernico in Germanicum per mediam Inſulam, qui antiquus & ultimus terminus erat Romani Imperii in Magnâ Britanniâ, atque munimentum contra Barbaros. Extant hujus Muri veſtigia hodieque in Cumbriæ & Northumbriæ comitatibus, dictuſque fuit Murus Severi & Vallum Picticum, *Mur Sever*, ac *Pictes Wall*, à Pictis, qui in ulteriore tractu Majoris Britanniæ habitabant, & quorum incurſionibus opponebatur. Murus Antonini Pii paulò fuit borealior, at longè magis Hadriani, de quo verbum in Scotiâ.

Severi Murus.

IX. *Diviſio Ang-*

Poſtquam verò Angli, gens Saxonica, quæ Holſatiam, ut multi

glia tempore Heptarchia.

multi arbitrantur, incolebat, Angliam intravêre (huc à Britannis invitabantur, ad irrumpentes Pictos, Scotosque retundendos, quibus soli resistere non poterant, destituti legionibus Romanorum in Galliæ tutelam evocatis) atque, debellatis hostibus, ipsi ex hospitibus facti sunt Domini, Angliam (exceptâ Walliâ, quam propter excelsa montium fastigia subjugare non poterant) in septem Regna divisêre, Westsexiæ, Sussexiæ, Cantii, Essexiæ, Eastangliæ, Merciæ atque Northumbriæ. Regnum Westsexiæ, seu Saxonum occidentalium, continuit septem comitatûs ex Meridionali parte Angliæ, Cornubiam, Devoniam, Somersetiam, Dorcetiam, Viltoniam, Bercheriam, Hantoniam. Regnum Sussexiæ, seu Saxonum meridionalium tenuit comitatus Surriæ & Sussexiæ, residuos ex parte Meridionali Angliæ. Regnum Cantii possedit comitatum ejusdem nominis; regnum Essexiæ seu Saxonum orientalium Middelsexiam, majorem partem Harfordiæ, atque Essexiam; regnum Eastangliæ seu Anglorum orientalium Suffolciam, Norfolciam & Cantabrigiam, atque ita tria hæc Regna partem Angliæ, quam Orientalem suprà vocavimus, occupârunt. Regnum Merciæ seu mediterraneorum Anglorum præter minorem partem Harfordiæ septendecim Comitatus, qui nobis mediam Angliæ partem absolvunt, & § v recensiti fuêre, continuit, uti Regnum Northumbriæ seu Anglorum septentrionalium sex ultimos comitatus, seu partem Septentrionalem Angliæ, de quâ §. VII. Transeo divisionem Angliæ in Cambriam, quæ nunc Wallia est, & Loegriam, quæ residuam Angliæ partem complectebatur, quamque in inferiorem & superiorem subdivisêrunt.

X.

Flumina Anglia.

Restant tandem Flumina Angliæ, copiosissima quidem, sed minora, quorum præcipua recensebimus. Tria exeunt in mare Hibernicum, Ituna, Deva, Sabrina, & totidem in Germanicum, Tamesis, Umber, Tina. Illa primùm contemplabimur. Ituna, *Eden*, fontem habet in comitatu Westmariæ, per quam ad Cumbriæ comitatum progreditur, ex quâ infra Carleolum, quod alluit, in æstuarium Itunæ, nunc Solvæum, *Solway Firth*, se insinuat, cumque ipso in mare Hibernicum. Ab hoc Æstuario Murus Severi ducebatur, quod hodieque Angliam à Scotiâ ex parte separat.

Ituna.

Post

Poſt Ituſam ſe offert Deva, nunc Dea, *Dee*, fluvius, qui naſcitur in comitatu Merviniâ, parte Walliæ ſeptentrionalis, atque per comitatum Denbigenſem defluens, mox ad urbem Ceſtriam, quæ ab eo Devana dicitur, in æſtuarium Deæ incidit, cumque ipſo in Hibernicum mare effunditur. XI. *Flum. Dea.*

Major celebriorque Devâ eſt Sabrina ſeu Sabriana, *The Severn*, Gall. *Saverne*, amnis, qui ex monte *Plymlimon* in Mongomericiâ, comitatu Walliæ ſeptentrionalis, ducit initium, & per ipſam deſcendit, item Salopiam, Vigorniam, Gloceſtriam, admiſſis ab utrâque ripâ diverſis fluminibus, inter quæ minima non ſunt in confinio Gloceſtriæ & Monumethiæ Vaga, ac contra hujus oſtium Avona, in faucibus ampliſſimi æſtuarii, quod Sabrinanum ab hoc fluvio, qui in ipſum ſe exonerat, appellatur, Anglis *The Channel of Briſtol*, & Walliam meridionalem, ac Somerſetiam, Devoniam, Cornubiamque comitatus interfluit. XII. *Fl. Sabrina.* *Vaga. Avona.*

Sequitur Tameſis, ſeu Thamiſis *Tames*, Gall. *Tamiſe*, fluviorum Angliæ maximus & decantatiſſimus, qui, uti nomen ejus, ex duobus componitur, Tamâ, *Tame*, & Iſi, quorum ille provenit in Bukingamiâ, hic in boreali tractu Viltoniæ, qui ad Dorceſtriam, vicum Oxoniæ, aut parùm ſupra Valengafordiam, oppidum Bercheriæ, confluentes, Tameſim conſtituunt, qui ſuâ fluxione Bercheriam ab Oxoniâ & Bukingamiâ diſtinguit, item Surriam à Middelſexiâ, in quâ principem urbium Londinum perfundit, ac denique Cantium ab Eſſexiâ, inter quos Comitatus, poſtquam ex Cantio infra Roffam recepit Meduacum, ſeu Meduveagum, *Medway*, oſtio valdè patente in mare Germanicum properat. XIII. *Fl. Tameſis.* *Meduveagus*

Inter Lincolniam & Eboracum medius eſt Umber, ante Habus ſeu Abus, *Humber Flud*, æſtuarium, in quod varia flumina concurrunt, in primis ex comitatu Eboracenſi Urus, *Toure*, aliis *Ouſe*, qui Eboracum rigat, & cujus alveum inter cætera ſubeunt Derventio, Varfa, ac Ara; atque ex confinio Lincolniæ Trenta, in Staffordiæ comitatu exoriens, nobilior, quæ per Umbri æſtuarium unà cum ipſo in mare Germanicum ſe exonerant. XIV. *Fl. Umber.* *Urus. Derventio. Varfa. Ara. Trenta.*

In Northumbriâ, ac Scotiæ limite tandem Thinus ſeu Tina, *Tin*, ſcaturit, eamque perlabitur, & à Dunelmiâ ex parte di- XV. *Fl. Tina.*

te dividit, ac infra Novum Caſtrum, quod alluit, ad Caſtrum, quod Tinæ oſtio adjacet, vulgò *Tinmouth*, Germanicum mare ingreditur. Ad hoc oſtium Murus Severi deſinebat.

CAPUT XXIII.

Scotia. Ejus clariora Flumina. Inſulæ contra magnam Britanniam.

I. *Scotiæ limites.* POST Angliam ſe offert Scotia, *Scotland*, Incolis, Anglis, Belgis, *Eſcoſſe*, Gall., alterum Regnum magnæ Britanniæ. Dicta eſt antiquitùs Caledonia, Britannia ſeptentrionalis, ulterior atque veteribus Scotis Albania. Scotiam à meridie limitant duo borealiſſimi Angliæ comitatus, Northumbria, & Cumbria, item Solvæum æſtuarium, ſeu mare Hibernicum; ab occaſu mare idem, atque oceanus Caledonius, qui ipſam & à ſeptentrione alluit; ab ortu Germanicus.

II. *Conſtitutio.* Scotia Regno Angliæ minor eſt, cælum habet frigidius, ſolum plurimis in locis in montes erigitur, qui varia mineralia ſuppeditant, alibi nobile gignit hordeum, ex quo cereviſia coquitur laudatiſſima, par ferendæ ætati, greges & armenta nutrit, lupos ferociſſimos, equos ſylveſtres, boves candidos, jubatos inſtar leonum, cervoſque & numero & corporis vaſtitate præcellentes, varios mirabileſque lacus poſſidet, & ſinus longè latéque ſe diffundentes, uſque adeo, ut nulla ferè domus in eâ exiſtat, quæ ab aquâ marinâ ultra leucas viginti dirimatur, ad magnam inhabitantium commoditatem. Incolæ non ejuſdem ſunt indolis. Pars Montana incondita indomitaque eſt, Hibernorum ſimilis in moribus, linguâ & habitu; pars altera inferioris plagæ ſatis culta, atque in multis cum confini Angliâ conſentiens, Religionis & libertatis cupida, fortis, temperans, tenax propoſiti, proclivis in ſtudia diſciplinarum, ingenioſa, fertilis. Reges Scotiæ ab Angliæ regibus diſtincti fuêre ad uſque labentis ſeculi initium, quando Jacobus Stuartus, rex Scotiæ ſextus iſtius nominis, teſtamento Elizabethæ utriuſque Regni potitus eſt, qui ſe

qui ſe ilicò ſcribebat Regem Magnæ Britannæ, atque in Angliam, majus regnum, tranſmigrabat, & ab hoc tempore Rex idem Inſulæ toti præfuit.

III. *Scotia Meridionalis.*

Dividitur Scotia in Meridionalem, & Septentrionalem, ſive in Ciſtaanam ac Tranſtaanam ratione Tavi ſeu Tai, *Tay*, fluminis, qui in utriuſque Scotiæ confinio defluit. Scotia Meridionalis, cujus ſolum lætius eſt, Northumbriam Cumbriamque, Angliæ comitatus, ac æſtuarium Tai, *Fyrth of Tay*, partes Scotiæ Septentrionalis, Perthiam, Atholiam, Albaniam & Loquabriam interjacet, atque provincias inſigniores XXII, aut, ut alii volunt, XXIII, complectitur, quæ partim ſunt inter Angliam, & æſtuarium Glotæ, nunc Cludæ fluminis, *The Fyrth of Clyd*, ac æſtuarium fluminis Forthæ, *Fyrth of Forth*, partim inter hoſce Sinus & Scotiam ſeptentrionalem.

IV. *Ejus pars inter Angliam & æſt. Cludæ ac Forthæ, ubi Provincia XIII:*

Inter priores terminos occurrunt XIII ſequentes provinciæ; Marchia, Teviotia, Lidalia, Eſcia, Annandia, Nithia, Gallovidia, Carricta, Covalia, Cuninghamia, Glotiana, Twedia, Lothiana, quas ordine contemplabimur. Quatuor primæ ſeptentrionali Angliæ parti adjacent, inter quas maximè in boream & ortum vergit Marchia, aliàs Merchia & Merſia, *Merche*, ad mare Germanicum, in quâ ſunt Coldingamum, *Coldingham*, caput Provinciæ; Duglaſium, *Duglas*, caſtrum, quod Lothianæ quidam attribuunt; Langtonium, *Langtoun*; Dunſium, *Duns*, Doctoris ſubtilis patria. Marchiæ confinis eſt Teviotia, ſeu Vallis Teviotica, & Tiveotia, *Tivedale* ſeu *Teviotdale*, ubi Rosburgum, *Roxburg*, oppidum, ad quod amnis Teviota, *Teiſſe*, qui nomen Provinciæ imponit, in Tuedæ alveum delabitur, & Iedoburgum, *Iedburg*. Teviotiâ longè minor eſt Lidalia, item Vallis ad Liddam, & Liddeſdalia, *Liddiſdale*, ſeu *Lideſdale*, à Lidalo flumine, quod in Eſcam deſcendit, appellata, in quâ Eremus, *Ermitage*, caſtrum. Eſcia, item Vallis ad Eſcam, *Eskdale*, quam amnis Eſca, *Esk*, denominat & in duas partes diſtribuit, oppida non habet, quæ alicujus ſunt notæ. Sequuntur occaſum verſus Annandia, Nithia, & Gallovidia, ad Solvæum æſtuarium. In Annandiâ, ſeu valle ad Annam, *Annandale*, ſunt Mabanum, *Maban*, caſtrum ad lacum ejuſdem nominis, & Annandum, ſive Ananum, *Annan*, juxta oſtium Annandi fluminis, unde Valli

Marchia.

Teviotia.

Lidalia.

Eſcia.

Annandia.

Provincia Nithia. cognomen, præcipuum. In Nithiâ, ſeu Valle ad Niddam, *Nitheſdale*, quam fluvius Nidda, *Nith*, ſecat, & nomen largitur, occurrunt Laverochum, *Carlawrock*; Solvæum, ſeu Selgovium, *Solway*, burgus, cui adjacens æſtuarium nomen debet, ante æſtuarium Itunæ; Dunfreia, *Dumfreis*, clariſſima ad Niddam, non procul ab oſtio. In hâc Provinciâ & Annandiâ Selgovæ populi habitârunt. *Gallovidia.* Recenſitas provincias magnitudine vincit Gallovidia, ſeu Galdia, *Galloway*, quam & ab occaſu mare allabitur, efficiens in eâ peninſulam, quæ olim dicta fuit Cherſoneſus Novantum, ab incolis, qui in hâc provinciâ, Carrictâ, & Covaliâ vixêre, hodiéque vocatur roſtrum Gallovidiæ, *The Mull of Galloway.* Oppida ejus ſunt Kirkenbrigia, *Kirkoubrigt*, ad Devam, *Dee*; Arx Cardina, *Kardenes*; Vigtonium, *Wigtoun*, portus non incommodus; Caſa Candida, *Withern*, urbs Epiſcopalis, & Gallovidiæ primaria; Glenovium, *Glenhu*, ſeu *Glenlus*, quod ſinum denominat. Supra Gallovidiam, ad Glotæ æſtuarium jacent ex ordine Carricta, Covalia, Cuninghamia & Glotiana. *Carrikta.* In Carrictâ, *Carrick*, ſunt Berigonium, *Bargeny*, caput, & Blacuhanum, *Blaquhain.* *Covalia.* In Covaliâ, aliâs Coilâ, & Coviliâ, *Kile*, eminet Fanum S. Ioannis, ſeu Aëra, *Ayr*, ad oſtium fluvii cognominis, portus commodus. *Cuninghamia.* In Cuninghamiâ, *Cuningham*, eſt Irvinum, *Irwin*, juxta oſtium fluminis Irvini, cujus portum arena corrupit, præcipuum, & Largiſium, *Largis.* *Glotiana.* In Glotianâ, aliter Cluydeſdaliâ, ſeu valle ad Cluydam, *Cluydeſdale*, & *Clydeſdale*, quam fluvius Glota, nunc Cluda, *Cluid*, & *Clyd*, biſecat, & ex quâ appellationem nacta eſt hæc ampla Provincia, ſunt Sempilla, *Sempill*; Randuaria ſeu Renfroana, *Renfrew*, caput Præfecturæ cognominis ad Cludam; Glaſcovium & Glaſquum, *Glaſquo*, ad idem flumen, urbs hujus Provinciæ clariſſima, Archiepiſcopalis, cum celebri Univerſitate, cujus ager Scotiæ Paradiſus dicitur; Bothvella, *Bothwel*; arx Ha- *Tuedia.* miltonia, *Hamiltoun*; Larnigia, *Lanrick*. Glotianam ab ortu contingit Tuedia, ſeu Tuvedalia & Vallis ad Tuedam, *Twedale*, quæ ſic à flumine Tuedâ, *Tweda*, quod per ipſam deſcendit, nuncupatur. In eâ ſunt Peblisium, *Peblis*, præcipuum ad Tuedam; Selalaricum, *Selkirck*; Lodera, *Lauder*, caſtrum, *Lothiana.* caput regiunculæ cognominis. Supra Tuediam eſt Lothiana

ſeu

ſeu Laudonia, *Lothiane*, & *Louhtiane*, ſita ad æſtuarium, quod olim dicebatur Bodotria, & Boderia, jam Fortha ac Forthæ æſtuarium, à flumine Forthâ, quod in ipſum effunditur, item ſinus Edinburgicus. In hâc Præfecturâ jacent Dumbarum, *Dumbar*; Hadina, *Hadingtown*; Dalketum, *Dalket*; Edinburgum & Edenburgum, *Edinburg*, urbs Lothianæ non ſolùm, ſed totius Regni clariſſima, proximum Sinum hodie denominans, quondam Regum habitatio, ſedes Panſcotii, cum Academiâ, palatio regio, caſtro firmiſſimo in rupe editâ, quod Puellarum dicebatur, quia in eo quondam Picticæ Virgines informabantur, & uſque ad nuptias habitabant, item Caſtrum alatum; Litha, *Lyth* & *Leith* portus, vix milliare diſtans Edenburgo, emporium celebre, ad oſtium Lithi fluminis; Lindum, *Linlithquo*, ſæpiùs *Litquo*, cum palatio nobili; Falkirchena, *Falkirck*. Hanc provinciam, Marchiam & Tiveotiam Ladeni incoluêre.

V. *Scotiæ Meridionalis pars inter æſt. Cludæ at Forthæ, & Scotiam Septentr., ubi Provinciæ x:*

Miſsâ priori parte Scotiæ Meridionalis, ad alteram, quæ ſita eſt inter æſtuaria Forthæ & Cludæ, atque Scotiam ſeptentrionalem, progredimur, cujus partes alii novem, alii decem conſtituunt, ſuntque Sterlinga, Fifa, Srathernia, Menthitia, Levinia, Argathelia, Butha, quam, qui novem partes numerant, negligunt, Arania, Cantira, Lorna. Quatuor priores jacent ad, aut prope æſtuarium Forthæ & Tai. In Sterlingâ, ſeu Strivelingâ, *Sterling*, nihil clarius eſt Sterlingâ ſeu Strivelino, *Sterling*, juxta Fortham fluvium. In agro Sterlingenſi, ut ferunt, hodieque inveniuntur reliquiæ Muri Hadriani, qui ab æſtuario Cludæ ad Forthæ æſtuarium perductus fuit, imperium Romanum ab hoſtico barbaricoque ſolo dividens. Ampliór Sterlingâ eſt Fifa, *Fife*, quam æſtuarium Forthæ, ad quod longiſſimè ſe explicat, ab auſtro, æſtuarium Tai à boreâ, atque Oceanus ab ortu perfundunt, unde antiquitus Roſſiam dictam fuiſſe ajunt, id eſt peninſulam. Provincia fœcunda eſt, ejuſque loca ſunt Kingornia, *Kingorn*; Levinia, *Lewin*, ad amnem Levinum, quem lacus Levinius curſu concitatiore emittit; Fanum S. Andreæ, ſeu Andreapolis, *S. Andrew*, urbs Archiepiſcopalis, Fifæ clariſſima, cum celebri Academiâ & portu capace; Cupra, *Couper*, ad flumen Etanum. Fifæ conjungitur Strathernia, *Stratherne*, cujus caput

Sterlinga.

Fifa.

Strathernia.

eſt Abrinca, & Abrenethea, & Abernethe, *Abernethy*, prope æſtuarium Tai, olim Pictorum, qui Scotiam meridionalem incoluêre, primaria, Archiepiſcopalis, nunc à paucis inhabitata atque deficiens. Stratherniæ adjacet Menthitia, Menteitha & Taichia, *Menteith*, ubi cæteris præſtat oppidum Dumblanum, *Dumblain*, infra quod flumen Taichus in Fortham labitur. Hìc, in Sterlingâ & Glotianâ Damnii vixerunt, & juxta quoſdam etiam in Strathernià & Leviniâ. Quæ reſtant ſex aut quinque provinciæ ex poſteriori parte Scotiæ meridionalis jacent ad aut prope Cludæ æſtuarium. Levinia, alias Lelgovia, & Lennoxia, *Lennox*, Mentithiæ proxima eſt, complectiturque lacum Lominium, *L. Lomond*, qui, ſilentibus ventis, non rarò admodùm intumeſcit, & in quo XXIV inſulas quidam numerant, & inter eas natantem pecori paſcendo idoneam. Hìc maximi nominis eſt Dumbritonium, *Dumbriton*, caſtrum egregium in ſublimi & præruptâ rupe, ubi amnis Levinus, qui per Lominium lacum deſcendit, provinciamque denominat, in Cludæ flumen ſe effundit. Ab hoc Caſtro æſtuarium Cludæ etiam ſinus Dumbritonicus appellatur. Ad occaſum Leviniæ eſt Argadia ſeu Argathelia, *Argile*, cujus partes ſunt Argathelia propria, in quâ oppidum Dunvinum, *Dunvy*; atque Knapdalia, *Knapdale*, diviſa ab Argathelià propriâ per ſinum Lelanonium, in quâ ad ſinum occurrit Kilmoria, *Kilmore*, exigua. Contra Argatheliam conſpicitur inſula Butha, *Buthe*, in quâ Rotſaia, *Rotſay*; & ad majorem diſtantiam Glota ſeu Arania, *Arren*, ante paucos annos titulo Ducatûs decorata, ubi Brodvicus, *Brodwyck*, primarium, & Arania, *Arren*, caſtrum. Ex Araniâ tranſimus in Cherſoneſum Cantieræ, ſeu Cantieram & Cantyram, *Cantyr*, id eſt Caput terræ, maximè ab auſtro in boream excurrens, exiguæ latitudinis. In eâ atque ſuperiùs vixerunt Epidii, Epidiumque promontorium, nunc Cantieræ dicitur, *The Mule of Cantyr*, quod Cantieræ fretum, patens decem paſſuum millia, ab Antrimenſi comitatu, qui pars eſt Hiberniæ in Ultoniâ, disjungit. Non habet niſi quædam oppidula, ex quibus notamus, Dunovertium, *Dounavorty*; Kilcheranum, *Kilcheran*; Terbartium, *Tribart*, caſtrum in ipſo Cantieræ iſthmo, qui unius milliaris eſt. Tandem ſequitur

Provincia Menthitia.

Levinia.

Argathelia.

Inſ. Butha.

Inſ. Arania.

Cantira.

Lorna.

Digitized by Google

quitur Lorna, *Lorne*, jacens ad boream Argatheliæ, admodùm ſinuoſa, in quâ, præter ingentem Lacum *Aw*, eſt Stephanodinum, *Dunſtafag*, Lornæ præcipuum, munimentum & portus laudabilis.

VI. *Scotia Septentrionalis pars ad auſtr. & ort., ubi Provincia* VIII:

Sequitur Scotia Septentrionalis ſeu Tranſtaana, refertior montibus, lacubus, & minùs culta ac ferax, quæ, quod ex Scotia reliquum eſt, complectitur, Provincias, ut vulgò numerant, tredecim, inter quas octo verſus meridiem & ortum, ac quinque verſus occaſum & ſeptentrionem occurrunt. Illæ ſunt Albania, Atholia, Perthia, Anguſia, Merniſia, Marria, Buchania, Moravia, quarum tres priores Taus, reliquas Germanicum mare perfundit. Circa ſupremum Tai tractum jacet Albania, quæ *Braid-Albin*, id eſt pars ſuperior Albaniæ, puta Scotiæ appellatur, & *Drum-Albin*, dorſum Scotiæ. Urbes non habet; dignus tamen notatu eſt lacus Taus, *Loch Tay*, ingens, qui medium ejus occupat. Albaniæ confinis eſt Atholia, *Athole*, in quâ præter oppidum Blairiam, *Blaire*, nobiliſſimum, duo ſe offerunt majores lacus, quorum ſuperior *Loch Eyrachele*, & inferior *Rennoch* nominatur. Inter Atholiam & æſtuarium Tai eſt Perthia, *Perth*, exigua, quam in Meridionali Scotiâ locat Brietius. Ejus urbes ſunt Duncaledonia, *Dunkeld*, ad Taum; Scona, *Scone*; Perthia, *Perth*, præcipua, ubi aliàs fiebat Regum inauguratio, quæ frequentiùs Fanum S. Ioannis ad Taum, *S. Johnſtoune*, dicitur, ubi celebris pons lapideus. Perthiam contingit Anguſia, *Angus*, quam ab auſtro inferior pars Tai æſtuarii, & mare allabitur. Ejus oppida ſunt Donum Dei, *Dundee*, portus ad Taum; Coupera, *Kouper*; Forfarium, *Forfar*; Brechinia, *Brechin*, caput Anguſiæ; Mons Roſarum, *Monros*, urbs gemina. Anguſiæ proxima eſt ad mare Merniſia, item Mernia ac Marnia, *Mernis*, in quâ ad littus eſt Barvia, *Bervie*; Dunotyrum, *Dunotyr*, caſtrum; Covium, *Cowye*, ad oſtium fluvii cognominis, atque in mediterraneis Fordunum, *Forde*, parvum, ſed munitum, quod quidam, alii Dunotyrum, caput conſtituunt. Hìc, item in Anguſiâ, Perthiâ, Fifâ Vernicones habitârunt. Ad boream Merniſiæ ſe offert Marria, *Marr*, quæ ab occaſu in ortum longiſſimè, at perparùm ad mare extenditur, in quâ clariſſima eſt prope oſtium

Albania.

Atholia.

Perthia.

Anguſia.

Merniſia.

Marria.

Deæ

Deæ fluminis Aberdonia nova, *New Aberdeen*, in Merniſiæ confinio, & Aberdonia vetus, *Old Aberdeen*, ad Donæ oſtium, celebres ſulmonum piſcatione, quorum hìc ingens captura eſt. Urbs utraque gaudet Academiâ, & ſuis Collegiis. Supra Marriam conſpicitur Buchania, ſeu Bogania, *Buchan*, provincia Scotiæ orientaliſſima, quam ab ortu & boreâ mare alluit, culta feliciter, cujus loca ſunt Slanis, *Slanys*, caſtrum; Fivium, *Fivie*; Rotemavia, *Rothemay*, Banfium, *Banf*; Cullenum, *Cullen*, urbs olim egregia. In Buchaniâ & Marriâ vixerunt Tæzali, ſeu Texali. Ad occaſum Buchaniæ pandit ſe Moravia, *Murray*, cujus oppida ſunt Elginum, *Elgin*, caput Provinciæ; Forræ, *Forres*; Nardenum, *Nardin*, caſtrum; Invernium, *Invernes*, aliis Innernium, ad Varam, ſeu Varar æſtuarium, hodie *Murray Firth*, & oſtia Neſſi fluminis, quod, poſtquam ex magno lacu Neſſo, qui ſemper ferè tepidus eſt, & nunquam congelatur, deſcendit, in Varam effunditur. In Moraviâ vixerunt Vacomagi. Antequam ad reſiduas Scotiæ præfecturas progredimur, verbum adjiciendum eſt de monte Grampio, *Granzebain*, quem Romanorum ſcripta adeò nobilitârunt. Hic mediam Scotiam interſecat, & in citeriorem, ulterioremque diſtribuit, exoriens in Marriæ & Merniſiæ confinio, non procul ab oſtio Deæ fluminis apud Aberdonios, atque hinc per mediterraneas provincias, modò latior, modò conſtrictior, ad Argatheliam & mare occiduum excurrit.

Provincia Buchania.

Moravia.

Mons Grampius.

VII. Pars altera, ultimaque Scotiæ ſeptentrionalis, quæ verſus occaſum, & ſeptentrionem maximè extenditur, continet Abriam, Roſſiam, Sutherlandiam, Stranaverniam, & Cathaneſiam. In Abriâ, malè juxta quoſdam Loquabria, *Aber*, aliis *Lochquaber*, varii ſunt lacus, inter quos eminet Lochtous, *Loch Locht*, & caſtra quædam ac oppida, ſed perexigui nominis, ex quibus notamus Inverlotheam, *Inverloch*, ad oſtium fluminis Lochtoi, & Kintallum, *Kintaile*, Sciam inſulam reſpiciens. In Roſſiâ, *Roſſ*, quam mare Occiduum, Germanicumque, factis multis ſinibus, allabitur, & in quâ Lugi vixêre, quos tamen alii locant in Sutherlandiâ, item Creones & Cerones, ſunt Chanonricum, ſeu Chanoricum, *Chanonry*, & *Chanrie*, caput in lacu Lubro, *Loubroun*; Cromatium, ſeu Portus

Scotiæ ſeptentrionalis pars ad occaſ. & bor., ubi Provincia v: Abria.

Roſſia.

Portus ſalutaris, *Cromarty*, portus commodus ad ſinum cognominem; Tarbartium, *Tarbart*; Aſſinum, *Aſſin*, in tractu boreali Roſſiæ, caput Aſſini comitatûs, ad lacum ejuſdem nominis. Longè minor eſt Sutherlandia, *Southerland*, in quâ Dunrodunum, item Dornocum, *Dornoch*, præcipuum, ad ſinum, cui nomen imponit, cum tuto portu, & Donorobinum, *Dunrobin*, caſtrum. Hìc Mertæ habitârunt. Supra Sutherlandiam eſt Stranavernia, quæ & Strathnavernia, atque Navernia, *Strath-Navern*, appellatur, quaſi vallis ad Navernum flumen, in quâ plures ſylvæ ac montes, quàm vici ſunt. Juxta littus boreale jacent promontorium Orcas, ſeu Tarvedrum, Tarviſium, & Tarvidium, hodie *Faro head*, quod tamen quidam ſentiunt eſſe in Cathaneſiâ, & dici *Hoburn head*, aut *Duntby head*; caſtra quædam, Tunga, *Tung*; Farium, *Far*; Stratium, *Strathy*, & prope illud promontorium ejuſdem nominis, ante ex aliquorum ſententiâ Virvedrum. Fuerunt hìc antiquitus Carnovancæ. Tandem ſe offert ad occaſum Cathaneſia, *Caithnes*, & *Catnes*, maximè ſurgens in boream, in quâ ante Cornabii, & proximâ parte Naverniæ. Ejus loca præcipua ſunt Thurſum, *Thurſo*; Vicum, *Wyck*, caput; Cathaneſia, *Cathnes*, deſerta ferè; Gernicus, *Girnego*, caſtrum; promontorium Veruvium, &, quod alii malunt, Berubium ſeu Beruvium, nunc *Dunsby head*, contra Orcades inſulas. Septentrionalem Scotiam tenuerunt antiquitùs Caledonii, quin juxta varios etiam Argatheliam, Lornam, Cantiram, partes Scotiæ Meridionalis, ſub quibus diverſi populi, de quibus in Provinciis ſuo loco dictum eſt, continebantur. Regio ipſorum dicebatur Caledonia, perdomita nunquam, quæ communis eſt opinio, à Romanis, & mare, Scotiam ab occaſu & boreâ alluens, Caledonium ſeu Deucaledonium ab accolis. Fuit hìc quoque Sylva Caledonia in primis celebris, longiſſimè diffuſa & à Grampio monte diviſa, horribilium urſorum latibulum, cujus veſtigia hodie perquàm obſcura ſunt, & à nonnullis ſtatuuntur verſus Sterlingam oppidum. Placet aliis fuiſſe hanc Sylvam, ubi nunc ſunt loca paludoſa, Scotis *Moſs*, ex quibus ſæpiſſimè grandes arbores; & abietinæ, & quercinæ, ebeni inſtar nigricantes & illæſæ, etiamnum eruuntur.

Sutherlandia.

Stranavernia.

Cathaneſia.

Sylva Caledonia.

VIII. *Scotia Flumina.* Rigatur Scotia multis fluminibus, quorum plurima tamen parva ſunt, & minùs celebria. Clariora ſunt Cluda, Tweda, Fortha, Taus, Dea, Speus, quorum primum in æſtuarium Cludæ, & mare Hibernicum, ac reliqua in mare Germanicum ſeſe exonerant. *Cluda.* Cluda, olim Clota & Glota, *Clyd*, naſcitur in confinio Annandiæ in Glotianâ provinciâ, quam ſuo decurſu bifariàm dividit, perfuſoque Glaſcovio, incidit in æſtuarium Glotæ ſeu Cludæ, *Fyrth of Clyd*, primùm anguſtius, ſenſim verò maximè ſe explicans inter provincias Leviniam, Argatheliam, Knapdaliam, Cantiram, item Renfroanam, Cuninghamiam, Covaliam, Carrictam, & Gallovidiam, uſque dum inter Cantiram & Gallovidiam Hibernico mare ſe committit.

IX. *Tweda.* Tweda, Tueda aliis, & Tueſis, *Twede*, primus amnium, quos modò in Germanicum mare effundi diximus, ex Twediâ provenit, quam ubi rigavit, per Teviotiæ tractum borealem labitur, interque Marchiam & Northumbriam, ac paulò infra Borcovicum in mare incidit.

X. *Fortha.* Fortha, multis Forthea, *Forth*, flumen Scotiæ nobiliſſimum & ampliſſimum, defluit ex confinio Leviniæ per Menthitiam, perfuſâque Sterlingâ, ac factis plurimis mæandris, intrat Bodotriam, ſeu Boderiam olim, nunc Forthæ æſtuarium, *Fyrth of Forth*, interque Fifam & Lothianam provincias mare ſubit Germanicum.

XI. *Taus.* Taus, ante Tavus & Tava, *Tay*, cujus ratione Scotia à multis in partem Ciſtaanam, ſeu Meridionalem, & Tranſtaanam, ſeu Septentrionalem, ut ſupra dictum, diſpeſcitur, initium habet ex monte Grampio in Albaniâ, ubi ejuſdem nominis lacum, *Loch Tay*, pervadit, dein Atholiam, in quâ Timmelio ditatur, nec non Perthiam, infra Fanum S. Ioannis ad Taum illabitur in ſuum æſtuarium, *Fyrth of Tay*, interque Fifam & Anguſiam in mare Germanicum properat.

XII. *Dea.* Dea, ſive Deva, *Dee*, fluvius Marriæ provinciæ, Salmonum capturâ celebris, qui, poſtquam Marriam rigavit, & bipartitus eſt, in confinio Merniſiæ infra Novam Aberdoniam in memoratum mare deſcendit.

XIII. *Spea.* Spea, ſeu Speus, *Spey*, omnium perniciſſimus, & ſecundum Taum maximus, naſcitur ex lacu cognomini in jugis,

jugis, quæ Badenacham ab Abriâ dividunt, & ubi Moraviam perfudit, in idem mare delabitur, Salmonum dives.

Visâ magnâ Britanniâ, luſtremus obiter nobiliores Inſulas, quæ circum ipſius littora ad majorem minoremve diſtantiam obſervantur. Admodùm multæ occurrunt contra littus Scotiæ ſeptentrionale & occidentale. Quæ contra littus Septentrionale jacent in Oceano Hyperboreo, ſeu Deucaledonio, vocantur Orcades, *Orkney*, quas à Cathaneſiâ, borealiſſimâ Provinciâ Scotiæ, dividit Fretum Picticum, *Pentland Fyrth*, ſeptem patens milliaria, Nautis, vel cælo tranquillo, formidoloſum. Paruerunt olim Regi Daniæ, ſed eas ante duo ſecula Rex Chriſtianus Scotiæ Regi oppigneravit, nec redemptæ ſunt hactenùs. Triginta circiter numerant, quas Carolus II, magnæ Britanniæ Rex, Ducatûs titulo decoravit. Inter haſce clariores ſunt Hoya, *Hoy*; Ranalſa meridionalis, *South Ranals*; Mainlandia, *Mainland*, longè maxima, ideo dicta continens, in quâ Carcoviaca, *Kirkewal*, Epiſcopi Orcadum habitatio; Raſa, *Roons*; Sandia, *Sand*; Ranalſa ſeptentrionalis, *North Ranals*. Contra littus occidentale Scotiæ in eodem Oceano ſe offerunt Inſulæ Occidentales, Scotis *The Weſternes Iles of Scotland*, Veteribus dictæ Ebudæ, Hebudæ, Hebrides, & Hybrides, quas præſente pecuniâ à Norvegis Reges Scotiæ emerunt. Incolæ ipſarum Sylveſtribus Hibernis ſunt ſimillimi. Quibuſdam quadraginta quatuor Inſulæ numerantur, quarum tamen complures Scopulos potiùs, quàm Inſulas dixeris. Eminent inter alias longiùs à Scotiâ ſeparatæ Leviſſa, *Lewis*, cujus pars ſeptentrionalis Leogus; & meridionalis Haraia appellatur; Viſtus, *Euſt*; Barra, *Barra*; Collonſa, ſeu Collanſa, *Collanſa*; Tirifus, *Tyrrif*; Cola & Colena, *Col*, & *Collen*. Quæ reſtant ex Inſulis Occidentalibus, Scotico littori propinquiores ſunt, inter quas præſtant Skia, ſive Skianaka, *Skia*, à Roſſiâ exiguo freto diviſa; Mula, *Mula*; Iura, *Iura*; Ila, *Ila*; Rathlina, *Rathlin*, juxta Hiberniam.

XIV. *Inſula contra Scotiam.*

I. Orcades.

Inſulæ Occidentales.

Tandem ad Inſulas, quæ Anglico littori obtenduntur, & longè minori ſunt numero, properemus. Ab occaſu in medio mari Hibernico contra Cumbriam comitatum videtur Mannia, Incolis *Maning*, Anglis *Man*, olim Mona, Monoeda, & Monavia

XV. *Inſulæ contra Angliam.*

I. Manniæ.

Monavia nuncupata, quæ ſuos antea Reges habuit, jam verò Comes Derbienſis Regulus ejus dicitur, ſub dominio tamen Regis Angliæ. Ejus oppidula ſunt Duglaſſium, *Douglas*, & *Inſulæ Silurum.* Ruſſinum, *Ruſſin.* Ad occaſum Cornubiæ, comitatûs totius Angliæ occidentaliſſimi, jacent Silurum Inſulæ, Anglis *Silly*, Gallis *Sorlinges*, à promontorio, quod Finis Terræ, *The Lands End*, appellatur, LX circiter milliaria remotæ, plures numero, parùm diſtantes inter ſe invicem, & exiguæ, quarum potiores ſunt S. Martini; S. Helenæ; Sillina, *Silly*, quæ omnibus hodie nomen impoſuit; Anothia, *Anoth*; S. Maria, omnium præcipua, in quâ Carolus I caſtrum excitavit, perpetuo munitum præſidio. Prope littus meridionale Angliæ celebriores *I. Portlandia.* Inſulæ ſunt Portlandia, & Vectis. Portlandia, *Portland*, ante Vindelis (quam Peninſulam multi faciunt, ſed fruſtrà, cùm contrarium teſtentur Mappæ noviſſimæ) exigua, perparùm diſtans à Dorcetiæ littore, in quâ portus ejuſdem nominis non *I. Vectis.* ignobilis. Vectis, *Wicht*, plus in ortum ſita, ab Hantoniæ comitatu anguſto freto ſeparatur, circuitûs circiter, ut ferunt, LX mille paſſuum, in quâ clariſſimus eſt Novus Portus, *Newport.* *I. Ovium.* Denique in æſtuario Tameſis, proximè littus Cantii, eſt inſula Ovium dicta, & Toliapis, nunc *Shepey*, in quâ arx Regia, *Queenborow*, quaſi Burgus Regius, atque ortum verſus inſula Thanatus, *Thanet*, quam à Cantio Stura amnis *I. Thanatus.* diſtinguit.

XVI. *Quæ Res Anglia alibi poſſidet.* Præter Britannicas Inſulas, de quibus hactenùs, obediunt Britanniarum Regi in mari Britannico Inſulæ Ebodia, Cæſarea, & Sarnia, ſitæ contra Britanniam minorem, quarum CAP. XII. §. XXVIII. mentionem injecimus; item in Americâ ſeptentrionali Nova Anglia, Novum Belgium, ſeu, ſicut hodie vocari ſolet, Nova Eboracenſis provincia, Mariæ terra, Virginia, Carolina provincia, nec non inſulæ Bermudæ, aliquot ex Antillis, Iamaica; Loca quædam in Guianâ, provinciâ meridionalis Americæ; Inſula S. Helenæ in mari Æthiopico; nec non loca aliquot in Indiâ orientali, de quibus ſuo loco uberiùs diſſeretur, quare ad Magnæ Britanniæ Tabulam generalem & ſpeciales progredimur.

MAGNÆ

Digitized by Google

MAGNÆ BRITANNIÆ Regna ſunt II:

- I. Anglia, in quâ
  - *Wallia*, ubi Comitatus XIII,
    - Flintia. Denbigia. Arvonia.
    - Inſula Mona. Mervinia.
    - Mongomericia. Ceretica.
    - Radnoria. Brechinia.
    - Monumetum. Morganucia.
    - Maridunum. Penbrochia.
  - *Anglia ſtrictè ſumpta*, ubi Comitatus XXXIX,
    - Cornubia. Devonia.
    - Somerſeta. Dorcetia.
    - Viltonia. Hantonia.
    - Bercheria. Surria. Suſſexia.
    - Cantium. Middelſexia.
    - Harfordia. Eſſexia. Suffolcia.
    - Norfolcia. Cantabrigia.
    - Huntingtonia. Bedfordia.
    - Buckingamia. Oxonia.
    - Glocestria. Herefordia.
    - Vigornia. Varvicum.
    - Northantonia. Rotelandia.
    - Liceſtria. Staffordia.
    - Salopia. Ceſtria. Darbia.
    - Nottinghamia. Lincolnia.
    - Eboracum. Lancaſtria.
    - Weſtmaria. Cumbria.
    - Dunelmia. Northumbria.
- II. Scotia, duplex,
  - *Meridionalis*, ubi Provinciæ XXIII,
    - Marchia. Teviotia. Lidalia.
    - Eſcia. Annandia. Nithia.
    - Gallovidia. Carricta.
    - Covalia. Cuninghamia.
    - Glotiana. Twedia. Lothiana.
    - Sterlinga. Fifa. Stratherna.
    - Menthitia. Levinia.
    - Argathelia. Inſula Butha.
    - Arania. Cantira. Lorna.
  - *Septentrionalis*, ubi Provinciæ XIII,
    - Albania. Atholia. Perthia.
    - Anguſia. Merniſia. Marria.
    - Buchania. Moravia. Abria.
    - Roſſia. Sutherlandia.
    - Stranavernia. Cathaneſia.

Tabulæ Partium Regni Anglicani, & primùm Walliæ.

Wallia *duplex eſt*,

- Septentrionalis, ubi Comitatus VI,
  - *Flintia*, — Aſaphopolis. Flintum caſtrum.
  - *Denbigia*, — Writeshamium. Ruthunia. Denbigia.
  - *Arvonia*, — Covonii oſtium. Bangoria. Arvonia.
  - *Inſula Mona*, — Novus Burgus. Aberfraviæ. Bellomariſcus.
  - *Mervinia*, — Harlecum. Dolegella. Bala.
  - *Mongomericia*, — Trellinum. Mons Gomerici. Maglona.
- Meridionalis, ubi Comitatus VII,
  - *Ceretica*, — Ceretica. Lanbedera. Tregaronium. Aberyſtyvium.
  - *Radnoria*, — Rhaiadergovia. Knigtonium. Preſtana. Radnoria.
  - *Brechinia*, — Haya. Brechinia.
  - *Monumetum*, — Abergevennium. Otka. Monumethia. Cheptlovinna. Civitas Legionum. Novus Portus.

Digitized by Google

Tabula Angliæ ſtrictè ſumptæ.

- *Morganucia*, — Cardiffa. Fanum ad Taffum. Bovium. Oſtium Avonis. Nidum.
- *Maridunum*, — Lanellium. Landilovaria. Maridunum.
- *Penbrochia*, — Novus Portus. Menevia. Hulfordrum. Penbrochium. Tenbium.

Verſus Meridiem Comitatus IX,

- *Cornubia*, — Penſancia. Heiſtonium. Volemuthum. Penrynum. Trurovium. Uxella. Bodminia. Paſtovia. Fanum S. Stephani.
- *Devonia*, — Lyſtonium. Plymutum. Dermutum. Sidemutium. Exonia. Tivertonium. Barnaſtapia.
- *Somerſetia*, — Duneſtorium. Brigevatera. Glaſtonium. Wellæ. Briſtolium. Bathonia. Bruronium.
- *Dorcetia*, — Fons Clarus. Lima. Bridportus. Vimutium. Dorceſtria. Warehamia. Pola. Blandoforcia.
- *Viltonia*, — Hiddona. Bradfordia. Meldunum. Ambroſii vicus. Viltonia. Salisburia.
- *Hantonia*, — Chriſtopolis. Suthampconia. Portus oſtium. Vintonia. Andovera.
- *Bercheria*, — Hungerfordia. Vanacinga. Abindonia. Valengayordia. Reddingum. Vindeforium. Ockingamum.
- *Surria*, — Kingſtonum. Crudina. Rygata. Guildifordia.
- *Suſſexia*, — Ciceſtria. Aruntina. Cimeni portus. Leſva. Haſtinga. Ripa.

Verſus Ortum comitatus VII,

- *Cantium*, — Hide. Dubris. Sandvicus. Cantuaria. Favershamum. Roffa. Gravefenda. Darentus.
- *Middelſexia*, — Londinum, *Caput Angliæ*. Weſtmonaſterium. Brentfordia. Hamptoni curia. Scana.
- *Harfordia*, — Fanum S. Albani. Harfordia.
- *Eſſexia*, — Waldenum. Chelmerus. Malodunum. Colceſtria. Harvicum.
- *Suffolcia*, — Gippevicum. Clara. F. S. Edmundi. Needhamum. Orefordia. Dunnocha.

Angliæ

Angliæ ſtrictè ſumptæ *inſunt Comitatus* XXXIX;

In medio Regno Comitatus XVII,

Verſus Septentrionem Comitatus VI,

Norfolcia,	Theofordia. Norvicum. Garmuthum. Cromera. Burnhamum. Linum Regium.
Cantabrigia,	Vitbicum. Elia. Cantabrigia.
Huntingtonia,	F. S. Yvonis. Huntingtonia. F. S. Neothi. Kimboltonia.
Bedfordia,	Bedfordia. Duniſtabulum.
Bukingamia,	Bukingamia. Æglesburgum. Colebrocia.
Oxenia,	Henleia. Tama. Oxonium. Baranbyrga.
Gloceſtria,	Theeci Curia. Gloceſtria. Circeſtria. Barclaium. Coltordia.
Hereſordia,	Roſſia. Hereſordia. Leonis Monaſterium.
Vigornia,	Uptonia. Vigornia. Bellilocus. Drutvicum.
Varvicum,	Suttonium. Coventria. Varvicum. Rugbium.
Northantonia,	Daventria. Northantonia. Petropolis.
Rotelandia,	Uppinghamum. Ochamum.
Liceſtria,	Meltona. Liegenburgus. Liceſtria. Luttervortium. Boſvortium.
Staffordia,	Tamavordina. Licheſelda. Staffordia.
Salopia,	Morſi-Burgus. Dinanum. Salopia. Crux Oſwaldi.
Ceſtria,	Ceſtria. Frodeshamia. Midlevicum. Nantvicum. Congletonium.
Darbia,	Buxtona. Alfretonia. Darbia.
Nottingamia,	Nottingamia. Vrokopium. Retfordia.
Lincolnia,	Lincolnia. Granthamum. Borna. Croulandia. F. S. Bartolphi. Salsfletum. Grimburgus. Bartonia.
Eboracum,	Hullum. Petrovina. Bridlingtonia. Scarburgum. Sinus Phari. Gisburgum. Richemondia. Eboracum. Danocaſtria. Sacri Capilli.
Lancaſtria,	Liſerpalus. Varringtonium. Mancunium. Preſtonium. Lancaſtria. Daltona.
Weſtmaria,	Candalia. F. S. Stephani. Aballaba.
Cumbria,	Millum. Ravenglaſia. Egremontium. Cokermutium. Ierbeya. Carleolum. Penrithum.

Flumina

Digitized by Google

		Dunelmia,	Caſtrum Bernardi. Darlingtonium. Harlepolis. Auklandia. Dunelma.
		Northumbria,	Axelodunum. Novum Caſtrum. Morpitium. Alnevicum. Borcovicus.
Flumina Angliæ celebriora exeunt in mare	Hibernicum,	*Ituna*.	
		Dea.	
		Sabrina, vehens	Vagum. Aronam.
	Germanicum,	*Tameſis*, vehens	Meduveagum.
		Umber, vehens	Urum cum Derventione Varii. Ari. Trenam.
		Tina.	

Tabulæ utriuſque Scotiæ.

Scotiæ Meridionali *inſunt*	Inter Angliam & æſtuaria Cludæ ac Forthæ Provincias XIII,	*Marchia*,	Coldinganum. Duglaſium. Langtonium. Dunſium.
		Teviotia,	Rosburgum. Iedoburgum.
		Lidalia,	Eremus, Caſtrum.
		Eſcia,	*hic nulla Urbes.*
		Annandia,	Mabanum. Ananum.
		Nithia,	Laverochum. Solvæum. Dunfreia.
		Gallovidia,	Kirkenbrigia. Cardins. Vigtonium. Caſa Candida. Glenovium.
		Carrika,	Berigonium. Bhcuhanum.
		Covalia,	Fanum S. Ioannis.
		Cuninghamia,	Irvinum. Largiſium.
		Glotiana,	Sempilla. Renfroana. Glaſcovium. Bothvella. Hamiltonia. Lanrigia.
		Twedia,	Peblisium. Selalarium. Lodera.
		Lothiana,	Dumbarum. Hadina. Dalkerum. Edenburgum, *Caput Scotiæ.* Lita. Lindum. Falkirchena.
		Sterlinga,	Sterlinga.
		Fiſa,	Kingornia. Levinia. Andreapolis. Cupra.
		Strathernia,	Abernethea.
		Menthitia,	Dumblanum.

Scotiæ

Inter hæc Æſtuaria & Scotiam Septentrionalem Provincia I,

- *Levinia*, Dumbritonium.
- *Argathelia*, Dunvinum. Kilmoria.
- *I. Butha*, Roſſaia.
- *I. Arania*, Brodvicus. Arania.
- *Cantira*, Dunovertium. Kilcheranum. Terbardum.
- *Lorna*, Stephanodinum.

Scotiæ Septentrionalis Tabula.

Scotiæ Septentrionali *inſunt*

Ad auſtrum & ortum Provincia VIII,

- *Albania* — *hic nulla urbs.*
- *Atholia*, Blairia.
- *Pertia*, Duncaledonia. Scona. Fan. S. Ioannis ad Tavum.
- *Anguſia*, Donum Dei. Coupeta. Forfarium. Brechinia. Mons Roſarum.
- *Merniſia*, Barvia. Dunotyrum. Covium. Fordunum.
- *Marria*, Aberdonia nova. Aberdonia vetus.
- *Buchania*, Slanis. Fivium. Rotemavia. Banfium. Cullenum.
- *Moravia*, Elginum. Forræ. Nardenum. Invernium.

Ad occaſum & boream Provinciæ V,

- *Abria*, Inverlothea. Kintallum.
- *Roſſia*, Chanonricum. Cromatium. Tarbartium. Athnum.
- *Sutherlandia*, Dornocum. Donorobinum.
- *Stranavernia*, Tunga. Farium. Stratium.
- *Cathaneſia*, Thurſum. Vicum. Cathaneſiæ. Germoca.

Flumina Scotiæ celebriora exeunt in

- Æſtuarium Cludæ, *Cluda.*
- Mare Germanicum,
  - *Tweda.*
  - *Fortha.*
  - *Taus*, vehens Timmelium.
  - *Dea.*
  - *Speus.*

Dunelmia, { Caſtrum Bernardi. Darlingtonium. Harlepolis. Auklandia. Dunelma.
Northumbria, { Axelodunum. Novum Caſtrum. Morpitium. Alnevicum. Borcovicus.

Flumina Angliæ celebriora exeunt in mare

Hibernicum,
- *Ituna.*
- *Dea.*
- *Sabrina*, vehens { Vagam. Aronam.

Germanicum,
- *Tameſis*, vehens — Meduveagum.
- *Umber*, vehens { Urum cum { Derventiona Varis. Ari.
  Trentam.
- *Tina.*

Tabulæ utriuſque Scotiæ.

Scotiæ Meridionali *inſunt*

Inter Angliam & æſtuaria Cludæ ac Forthæ Provincias XIII,

- *Marchia*, { Coldinganum. Duglaſium. Langtonium. Dunſium.
- *Teviotia*, { Rosburgum. Iedoburgum.
- *Lidalia*, — Eremus, Caſtrum.
- *Eſcia*, — *hic nulla Urbes.*
- *Annandia*, { Mabanum. Ananum.
- *Nithia*, { Laverochum. Solvæum. Dunfreia.
- *Gallovidia*, { Kirkenbrigia. Cardins. Vigtonium. Caſa Candida. Glenovium.
- *Carrikia*, { Berigonium. Blacuhanum.
- *Covalia*, — Fanum S. Ioannis.
- *Cuninghamia*, { Irvinum. Largiſium.
- *Glotiana*, { Sempilla. Renfrotna. Glaſcovium. Bothvella. Hamiltonia. Lanrigia.
- *Twedia*, { Peblifium. Selalarium. Lodera.
- *Lothiana*, { Dumbarum. Hadina. Dalketum. Edenburgum, *Caput Scotiæ.* Lira. Lindum. Falkirchena.

- *Sterlinga*, — Sterlinga.
- *Fifa*, { Kingornia. Levinia. Andreapolis. Cupra.
- *Strathernia*, — Abernethea.
- *Menthitia*, — Dumblanum.

Scotiæ

- Inter hæc Æſtuaria & Scotiam Septentrionalem Provincia I,
  - *Levinia*, Dumbritonium.
  - *Argathelia*, Dunvinum. Kilmoria.
  - *I. Butha*, Rothſia.
  - *I. Arania*, Brodvicus. Arania.
  - *Cantira*, Dunovertium. Kilcheranum. Turbardum.
  - *Lorna*, Stephanodinum.

Scotiæ Septentrionalis Tabula.

- Scotiæ Septentrionali *inſunt*
  - Ad auſtrum & ortum Provincia VIII,
    - *Albania* his nulla urbs.
    - *Atholia*, Blairia.
    - *Pertia*, Duncaledonia. Scona. Fan. S. Ioannis ad Tavum.
    - *Anguſia*, Donum Dei. Coupeta. Forfarium. Brechinia. Mons Roſarum.
    - *Merniſia*, Barvia. Dunotyrum. Covium. Fordunum.
    - *Marria*, Aberdonia nova. Aberdonia vetus.
    - *Buchania*, Slanis. Fivium. Rotemavia. Banffum. Cullenum.
    - *Moravia*, Elginum. Forræ. Nardenum. Invernium.
  - Ad occaſum & boream Provincia V,
    - *Abria*, Inverlothea. Kintallum.
    - *Roſſia*, Chanonricum. Cromatium. Tarbartium. Aſſinum.
    - *Sutherlandia*, Dornocum. Donorobinum.
    - *Stranavernia*, Tunga. Farium. Scratum.
    - *Cathaneſia*, Thurſum. Vicum. Cathanoſia. Gernicus.

- Flumina Scotiæ celebriora exeunt in
  - Æſtuarium Cludæ, *Cluda.*
  - Mare Germanicum,
    - *Tweda.*
    - *Fortha.*
    - *Taus*, vehens Timmdium.
    - *Dea.*
    - *Speus.*

Digitized by Google

- *Dunelmia*, — Caſtrum Bernardi. Darlingtonium. Harlepolis. Auklandia. Dunelma.
- *Northumbria*, — Axelodunum. Novum Caſtrum. Morpitium. Alnevicum. Borcovicus.

Flumina Angliæ celebriora exeunt in mare

Hibernicum,
- *Ituna*.
- *Dea*.
- *Sabrina*, vehens — Vagam. Aronam.

Germanicum,
- *Tameſis*, vehens — Meduveagum.
- *Umber*, vehens — Urum cum Derventione Varia. Ara. Trentam.
- *Tina*.

Tabulæ utriuſque Scotiæ.

Scotiæ Meridionali *inſunt*

Inter Angliam & æſtuaria Cludæ ac Forthæ Provincias XIII,
- *Marchia*, — Coldingamum. Duglaſium. Langtonium. Dunſium.
- *Teviotia*, — Rosburgum. Iedoburgum.
- *Lidalia*, — Eremus, Caſtrum.
- *Eſcia*, — *hic nulla Urbes.*
- *Annandia*, — Mabanum. Ananum.
- *Nithia*, — Laverochum. Solvæum. Dunfreia.
- *Gallovidia*, — Kirkenbrigia. Cardina. Vigtonium. Caſa Candida. Glenovium.
- *Carrica*, — Berigonium. Blacuhanum.
- *Covalia*, — Fanum S. Ioannis.
- *Cuninghamia*, — Irvinum. Largiſium.
- *Glotiana*, — Sempilla. Renfrotna. Glaſcovium. Bothvella. Hamiltonia. Lanrigia.
- *Twedia*, — Peblisium. Selalarium. Lodera.
- *Lothiana*, — Dumbarum. Hadina. Dalketum. Edenburgum, *Caput Scotiæ*. Lita. Lindum. Falkirchena.
- *Sterlinga*, — Sterlinga.
- *Fiſa*, — Kingornia. Levinia. Andreapolis. Cupra.
- *Strathernia*, — Abernethea.
- *Menthitia*, — Dumblanum.

Scotiæ

Inter hæc Æſtuaria & Scotiam Septentrionalem Provincia X,	*Levinia*,	Dumbritonium.	
	Argathelia,	Dunvinum.	Kilmoria.
	I. Butha,	Roſſia.	
	I. Arania,	Brodvicus.	Arania.
	Cantira,	Dunovertium.	Kilcheranum. Terbartium.
	Lorna,	Stephanodinum.	

Scotiæ Septentrionalis Tabula.

Scotiæ Septentrionali *inſunt*	Ad auſtrum & ortum Provincia VIII,	*Albania*	*hic nulla urbs.*	
		Athollia,	Blairia.	
		Pertia,	Duncaledonia.	Scona. Fan. S. Ioannis ad Tavum.
		Anguſia,	Donum Dei.	Coupeta. Forfarium. Brechinia. Mons Roſarum.
		Mernſia,	Barvia.	Dunotyrum. Covium. Fordunum.
		Marria,	Aberdonia nova.	Aberdonia vetus.
		Buchania,	Slanis.	Fivium. Rotemavia. Banfium. Cullenum.
		Moravia,	Elginum.	Forræ. Nardenum. Invernium.
	Ad occaſum & boream Provincia V,	*Abria*,	Inverlothea.	Kintallum.
		Roſſia,	Chanonricum.	Cromatium. Tarbartium. Aſſinum.
		Sutherlandia,	Dornocum.	Donorobinum.
		Stranavernia,	Tunga.	Farium. Stratum.
		Cathaneſia,	Thurſum.	Vicum. Cathaneſia. Gemicum.

Flumina Scotiæ celebriora exeunt in	Æſtuarium Cludæ,	*Cluda.*	
	Mare Germanicum,	*Tweda.*	
		Fortha.	
		Taus, vbi olim	Tinnedium.
		Dea.	
		Spea.	

Digitized by Google

		Dunelmia,	Caſtrum Bernardi. Darlingtonium. Harlepolis. Auklandia. Dunelma.
		Northumbria,	Axelodunum. Novum Caſtrum. Morpitum. Alnevicum. Borcovicus.
Flumina Angliæ celebriora exeunt in mare	Hibernicum,	*Ituna*.	
		Dea.	
		Sabrina, vehens	Vagam. Aronam.
	Germanicum,	*Tameſis*, vehens	Meduveagum.
		Umber, vehens	Urum *cum* Derventione Varia. Ari. Trentam.
		Tina.	

Tabulæ utriuſque Scotiæ.

Scotiæ Meridionali *inſunt*	Inter Angliam & æſtuaria Cludæ ac Forthæ Provincias XIII,	*Marchia*,	Coldinganum. Duglaſium. Langtonium. Dunſium.
		Teviotia,	Rosburgum. Iedoburgum.
		Lidalia,	Eremus, Caſtrum.
		Eſcia,	*hic nullæ Urbes.*
		Annandia,	Mabanum. Ananum.
		Nithia,	Laverochum. Solvæum. Dunfreia.
		Gallovidia,	Kirkenbrigia. Cardina. Vigtonium. Caſa Candida. Glenovium.
		Carrikia,	Berigonium. Blacuhanum.
		Covalia,	Fanum S. Ioannis.
		Cuninghamia,	Irvinum. Largiſium.
		Glotiana,	Sempilla. Renfrona. Glaſcovium. Bothvella. Hamiltonia. Lanrigia.
		Twedia,	Peblisium. Selalarium. Lodera.
		Lothiana,	Dumbarum. Hadina. Dalkeum. Edenburgum, *Caput Scotiæ.* Lita. Lindum. Falkurchena.
		Sterlinga,	Sterlinga.
		Fifa,	Kingornia. Levinia. Andreapolis. Cupra.
		Strathernia,	Abernethea.
		Menthitia,	Dumblanum.

Scotiæ

Inter hæc Æſtuaria & Scotiam Septentrionalem Provincia X,

- *Levinia*, Dumbritonium.
- *Argathelia*, Dunvianum. Kilmoria.
- *I. Butha*, Rotſaia.
- *I. Arania*, Brodvicus. Arania.
- *Cantira*, Dunovertium. Kilcheranum. Tarbardum.
- *Lorna*, Stephanodinum.

Scotiæ Septentrionalis Tabula.

Scotiæ Septentrionali *inſunt*

Ad auſtrum & ortum Provincia VIII,

- *Albania* hic nulla urbs.
- *Atholia*, Blairia.
- *Pertia*, Duncaledonia. Scona. Fan. S. Ioannis ad Tavum.
- *Anguſia*, Donum Dei. Coupera. Forfarium. Brechinia. Mons Roſarum.
- *Merniſia*, Barvia. Dunotyrum. Covium. Fordunum.
- *Marria*, Aberdonia nova. Aberdonia vetus.
- *Buchania*, Slanis. Fivium. Rotemavia. Banfium. Cullenum.
- *Moravia*, Elginum. Forræ. Nardenum. Invernium.

Ad occaſum & boream Provincia V,

- *Abria*, Inverlothea. Kintallum.
- *Roſſia*, Chanonricum. Croſtatium. Tarbartium. Aſſinum.
- *Sutherlandia*, Dornocum. Donorobinum.
- *Stranavernia*, Tunga. Farium. Stradium.
- *Cathaneſia*, Thurſum. Vicum. Cathaneſia. Germicum.

Flumina Scotiæ celebriora exeunt in

- Æſtuarium Cludæ, *Cluda.*
- Mare Germanicum,
  - *Tweda.*
  - *Fortha.*
  - *Taus*, vehens Tinnadium.
  - *Dea.*
  - *Spea.*



CAPUT XXIV.

Belgium in genere. Belgium Romano-Catholicum.

I. *Belgii nomen & limites.* VIsIS Britannicis Insulis, in Continentem revertimur, Belgium, quod ordine proximum est, perlustraturi. Aliàs dici solet Belgica & Germania inferior, *Nederland*, Gall. *Païs-Bas*, licet hodie nulla ipsius pars Germanici juris sit. Antiquitùs verò Belgium, quod trans Rhenum est, Germaniæ accensebatur, uti quod cis Rhenum, Galliæ; nam erat hoc flumen, uti in Galliâ antiquâ dictum, Galliæ, Germaniæque terminus. Limitatur ab austro provinciis Galliæ, Picardiâ, Campaniâ, Lotharingiâ; ab ortu parte Germaniæ, Archiepiscopatu Treverensi, duc. Iuliacensi, ditione Leodiensi, Archiep. Colonensi, duc. Clivensi, Episcop. Monasterensi, com. Embdano, ac sinu Dullartio; à borcâ mari Germanico & sinu Australi; ab occasu eodem mari.

II. *Constitutio.* Situm est Belgium intra gradus Latitudinis borealis L ac LIV, maximè latum in confinio Galliæ seu tractu meridionali inter Artesiam & Luxemburgum, ubi ultra tres gradus extenditur, & maximè longum ab austro in boream inter Luxemburgum & Groningam, quæ intercapedo quatuor gradus superat. Sedenti Leoni sæpiùs assimilatur, cujus pars corporis anterior meridiei atque posterior septentrioni obvertitur.

Digitized by Google

titur. Solum multis in locis, præſertim in parte boreali, planum eſt, humidius, paſcuis lætius, quàm frumentis, abundans omnium, quæ ad vitæ, ſeu neceſſitatem, ſeu jucunditatem, expetuntur, populoſiſſimum & optimè cultum. Incolæ (*teſte Brietio*) ſimpliciores ſunt & minimè mali, niſi in fraudem induxeris, philoxeni, munditiei, nummorum, ideoque & mercaturæ amantes, deſidioſorum impatientes, religionis, ad quam compelli nolunt, retinentiſſimi, & qui amore, quàm imperio regi malunt.

III. *Provinciæ.* Communiter Belgio XVII Provinciæ adſcribuntur, quem tamen numerum quidam imminuendum eſſe autumant, Zutphaniam Gueldriæ, & Mechliniam, Marchionatum S. Imperii, quin & Limburgum nonnunquam, Brabantiæ attribuentes, quibus idcircò XIV aut XIII tantùm admittuntur. Sed trito numero inhærebimus. Inter verò haſce Provincias VII numerantur Comitatus, Hollandia, Zelandia, Flandria, Arteſia, Hannonia, Namurcum, Zutphania; IV Ducatus, Geldria, Brabantia, Limburgum, Luxemburgum; unus Marchionatus Imperii, Antverpia; & tandem V Dominia, Mechlinia, Ultrajectum, Tranſiſalania, Friſia, Groninga.

IV. *Fata earum; hinc nata Belgii diviſio.* Olim quælibet fermè ex hiſce Provinciis proprium agnoſcebat Principem, ſed poſtmodùm plures matrimonio, hæreditate, pactis coiêre, donec tandem major ipſarum numerus devolutus eſt ad domum Burgundicam, & ex hâc ad Auſtriacam, ex conjugio Maximiliani I cum Mariâ, unicâ filiâ Caroli Audacis, Ducis Burgundiæ. Poſt Carolus V, Maximiliani ex filio Philippo nepos, omnes XVII feliciter junxit; aſt quando Filius Caroli, Philippus II, quod parens cœperat, opprimere Belgas ſummâ contentione nitebatur, atque conſcientiæ ipſorum dominari, dum aliter non licebat, vim vi repulêre, quorum pars armis hoſtium tandem ſuccubuit, pars poſt bellum pertinaciſſimum avitâ libertate potita eſt. Hinc Belgii in Hiſpanicum & Fœderatum diviſio; poſtquam verò Galli magnam illius partem occupavêre, Belgium Gallicum, quod ſub Picardiæ præfecturâ quidam comprehendunt, tertiam Belgii partem conſtituit. Sunt tamen, qui Belgium bipartiuntur in Romano-Catholicum & Fœderatum, quorum ſequemur veſtigia.

V. *Belgium Romano-Catholicum.* Belgium Romano-Catholicum, Gall. *Païs-Bas Catholiques*, cui Religio, quam profitetur, nomen fecit, aliàs Regium appellatur, quòd ſubſit propemodùm Galliæ Hiſpaniæque Regibus. Pars eſt Belgii Meridionalis, in quâ novem jacent Provinciæ; Flandria, Arteſia, Hannonia, Namurcum, Luxemburgum, Limburgum, Mechlinia, Antverpia, Brabantia. Flandria, Gall. *Flandre*, Belg. *Vlaenderen*, Comitatûs titulo inſignis, una ex maximis cultiſſimiſque Belgii Provinciis, unica ex Belgio Regio Germanico mari adjacens, maximè inter Zelandiam ſeu Scaldim occidentalem, & Arteſiam ſe diffundit. Ipſam varii variè dividunt. Quidam in IV Tetrarchias, Terræ Francæ, Brugenſem, Iprenſem, Gandavenſem, & Flandriam Gallicam; alii in Flandriam Gallicam, Hiſpanicam, Batavicam; nonnulli in Teutonicam, Imperialem & Gallicanam, quibus accedimus.

Flandria, Comitatus.

VI. *Flandria Teutonica.* Flandria Teutonica ſeu ſtrictè ſumpta jacet maximâ ſui parte inter Arteſiam, fl. Liſam, ſeu Legiam, Gall. *Lis*, Fland. *Leye*, Scaldim & Oceanum, partemque Flandriæ meliorem & majorem complectitur, ex XII exiguis partibus compoſitam, quarum ſex occidentaliores Gallo, uti orientaliores Hiſpano ferè obediunt, exceptâ Flandriâ Batavâ, & pars major Officia, *Ambachten*, aut Caſtellaniæ, *Chaſtellenie*, ſeu *Caſſelerie* appellatur. Illæ ſunt officium Burburgenſe, Bergenſe, Furnenſe, Caſleti, Belliolenſe, & Yprenſe. In Officio Burburgenſi ſunt Gravelinga, *Gravelinge*, ſeu *Grevelinge*, Gall. *Gravelines*, & Burburgum, *Borborch*. In officio Bergenſi Bergæ ſeu Fanum S. Vinoci, *Wynoxbergen*, ac Dunkerka, *Duynkerke*, Gall. *Donquerque*, piraticâ, uti olim, ſic nunc infamis, quam ante annos aliquot à Rege Angliæ emit magnâ pecuniæ vi Rex Galliarum. In officio Furnenſi ſunt Furnæ, *Vuerne*. In officio Caſleti Poperinga, *Poperingen*, & Caſletum, *Caſſel*. In officio Belliolenſi eſt Belliola, *Belle*. In officio ſeu Caſtellaniâ Yprenſi ſunt Ypræ ſeu Ypra, *Yperen*, urbs Epiſcopalis, ad fl. cognominem; Meſſina, *Meeſſene*; Armenteriæ, *Armentiers*, ad Liſam, uti Varnetonium, *Varneton*, & Menenia, *Menene*; Ruſſelaria, *Rouſelaer*. In parte orientaliori Flandriæ Teutonicæ occurrunt Caſtellania Aldenarenſis, Curtracenſis, Terra Franca, territorium Brugenſe, Caſtellania Gandavenſis,

Offic. Burburgenſe.

O. Bergenſe.

O. Furnenſe.

O. Caſleti.

O. Belliolenſe.

O. Yprenſe.

davenſis, & Flandria Batavica. In caſt. Aldenarenſi eſt Aldenara, *Oudenaerde*, ad Scaldim; in Curtracenſi, Curtracum, *Cortryck*, ad Liſam, Gall. *Courtray*; in Franconatu, ſeu Terrâ Francâ, & Regione Franconum, *'t Lant van den Vrye*, ſic ab excuſſo Gandavenſium jugo appellatâ, Dixmuda, *Dixmuyde*; Novus Portus, *Nieupoort*, quem Principis Mauritii victoria nobilitavit; Oſtenda, *Oſtende*, celebris obſidione triennii, quæ centum hominum millia perdidit. Qui Franconatum faciunt Flandriæ Tetrarchiam, ipſum ad Arteſiam extendunt. In territorio Brugenſi eſt Damma, *Damme*, & Brugæ, *Brugge*, Gall. *Brugges*, urbs Epiſcopalis, ampla, elegans & amœna, nomens ferens à pontium multitudine. In caſt. Gandavenſi ſunt Deinſa, *Deinſe*, & Gandavum, *Ghendt*, Gall. *Gand*, metropolis Flandriæ, Epiſcopalis, ampliſſima, in quâ tamen multum ſpatii, ubi nec ædes, nec incolæ, ſuperbiens Caroli V & Ferdinandi I incunabulis. In Flandriâ Batavicâ, quæ ex adverſo Zelandiæ eſt ad Scaldim occidentalem, & munimenta contra Flandriam Hiſpanicam complectitur, ſunt Agger Gandavenſis, ſeu Saſſa, *'t Sas*; Ardenburgum, *Aerdenburg*; Middelburgum, *Middelburg*; Sluſa ſeu Clauſulæ, *Sluys*, Gall. *l'Eſcluſe*; inſula Cadſanda, *Cadſant*, cum munimento ejuſdem nominis; Yſendicum, *Yſendyck*; Bierfletum, *Biervliet*, inſula cum cognomini propugnaculo; Arx Philippina, *Philippyne*; Ternuſia, *Ter Neuſe*; Axella, *Axel*; Hulſta, *Hulſt*.

Caſt. Aldenar. *Caſt. Curtracț* *Franconatus.* *Terr. Brugenſis.* *Caſt. Gandavi* *Flandr. Batavica.*

Poſt Flandriam Teutonicam ad Imperialem progredimur, quæ Imperatori olim erat obnoxia, nunc Hiſpaniarum Regi, Teutonicâ minor, continebatque Vaſiam, Flandriam peculiarem & comitatum Aloſtanum. In Vaſiâ, *'t Lant van Waes*, nulla ſunt oppida. In Flandriâ peculiari, ſeu proprietariâ, ſic appellatâ, quia à ſolo Comite poſſidebatur, ſunt Teneramunda, *Dendermonde*, ad oſtium Teneræ, *Dender* & Gerardimontium, *Geersberghe*. In comitatu Aloſtano eſt Aloſtum, *Aelſt*, caput hujus Flandriæ, & Niniva, *Nienove*.

VII. *Flandria Imperialis.* *Vaſia.* *Fl. Peculiaris* *C. Aloſtanus.*

Tertia & ultima pars Flandriæ eſt Gallicana, aliàs Gallo-Flandria, Walonica, Tranſliſana, *Flandre Wallone*, ſita inter Liſam & Scaldim, ſub imperio Gallico. Linguam loquitur, quæ à Picardicâ parùm diſcrepat, niſi quod aliquanto ſit inquinatior. Ejus partes ſunt dominium Tornacenſe, Caſtellania

VIII. *Flandria Gallicana*

Dom. Tornac. lania Orcayenſis, Inſulana & Duacenſis. In dominio Tornacenſi eſt Tornacum, *Tournay* Gall., Belg. *Doornick*, urbs Epiſcopalis ad Scaldim, & Fanum S. Amandi, *S. Amand*, *Caſt. Orcayenſ.* ad Scarpam. In caſtellaniâ Orcayenſi eſt Orcaya, ſeu Or-*C. Inſulana.* cheſium, *Orchies.* In caſt. Inſulanâ, *Chaſt. de l'Iſle*, jacent Inſulæ, *Lille*, Belg. *Ryſſel*, caput Flandriæ Gallicanæ muni-*C. Duacenſis.* tum, & Baſſea, *Baſſée.* Denique in caſt. Duacenſi eſt Duacum, *Doüay*, ad Scarpam, ubi celebris Academia, quam Philippus II condidit; Arenſium, *Arleux*, & Scluſa, *l'Eſcluſe.*

IX. Inter Flandriam & Picardiam medius eſt comitatus Arte-*Artefia, Comitatus.* ſiæ, ſeu ager Atrebatenſis, *Artois*, olim pars Flandriæ, nunc diſtincta Provincia, ſed longè minor, dives tritici, ſub dominio Galliæ. Ab omnibus non eodem modo dividitur; ſunt qui XIII partes ipſi attribuunt; ſunt, qui ſex. Hæ autem ſunt advocatia Bethunenſis, territ. S. Audomari, Arienſe, balliviatus Heſdinienſis, comitatus S. Pauli, & gubernium Atrebatenſe; quarum tres priores in ſeptentrionem magis ſi-*Adv. Bethun.* tæ ſunt, reliquæ in meridiem. In advocatiâ Bethunenſi ſunt Lentiacum, *Lens*; Bethunia, *Bethune*; Lilerium, *Lilers*; Per-*T. S. Audom.* næ, *Pernes.* In territorio S. Audomari eſt Audomaropolis, ſeu Fanum S. Audomari, *S. Omer*, Epiſcopalis ad fl. Agnio-*Terr. Arienſe.* nem, *Aa.* In territ. Arienſi eſt Aria, *Arien*, & *Aire*, ad Liſam; Teruana, *Teroüane*, quam Carolus V ſolo æquavit, caput olim Morinorum, qui & in Bolonienſi & Yprenſi ter-*Dall. Heſdin.* ritorio habitârunt; Rentium, *Renty.* In balliviatu Heſdinienſi eſt Heſdinum *Heſdin*, ſeu *Heſdinfort*, à Carolo V excitatum & *Com. S. Pauli.* Heſdinum vetus in ruinis. In comitatu S. Pauli eſt Fanum *Gub. Atrebat.* S. Pauli, *S. Paul.* In Gubernio Atrebatenſe eſt Atrebatum, *Arras*, ad Scarpam, urbs ampla, benè munita, Epiſcopalis, comitatûs primaria, uti quondam Atrebatium populorum; Paſſium, *Pas*; Bapalma, *Bapaume*, in tractu ficciore.

X. Ex Arteſiâ tranſimus ad comitatum Hannoniam, Gall. *Hai-*Hannonia, Comitatus.* naut, Belg. *Henegouwen*, Flandriæ, Arteſiæque adjacentem. Temperati eſt aëris, ſolum dives ferri, plumbi, marmoris, & quæ vita expoſcit. Pars major hujus Comitatûs ſita in auſtrum ſubeſt regi Galliæ, ac minor in boream Hiſpaniæ. Diſpeſcitur in Hannoniam veram, & quæ Hannoniæ inſerta *Hannon. vera.* ſunt. Hannoniæ veræ, quæ alterâ parte amplior eſt, urbes & op-

& oppida clariora ſunt Bochanium, *Bouchain*, ad Scaldim, uti Valentianæ, *Valenchiene*, urbs ampla, elegans, munita, jacens in amœnâ valle; Quercetum, *Queſnoy*; Bavacum, *Bavay*, caput olim Nerviorum, qui in Hannoniâ, agro Cameracenſi & Flandriâ Gallicanâ habitârunt; Montes, *Mons*, Belg. *Bergen*, caput Hannoniæ, quod Gallus ſibi nuper ſubjecit; Condatum, *Condé*, ad Scaldim, unde Principibus Borboniis cognomentum; Luſa, *Leuſe*; Cervia, *Chievre*; Athum *Ath* & Leſſina, *Leſſines*, ad Teneram, *Dendre*; Angia, *Enghien*, cùm titulo Ducatûs; Hallæ, *Halle*, ad Sennam, ubi Eccleſia B. Virginis celeberrima; Brennia, *Braine le Comte*; Sogniacum, *Soignies*, ad Sennam; Fons Epiſcopi, *Fontaine l'Eveſque*; Binchium, *Binch*; Bellomontium, *Beaumont*, comitatus, qui quondam ſecundogenitis Hannoniæ Comitum concedebatur; Chimæum, *Chimay*; Malobodium, *Maubeuge*, ad Sabim, *Sambre*, atque ſuperiùs Landreceium, *Landrechies*.

Hannoniæ inſertus eſt ager Cameracenſis, & pars ditionis Leodienſis. Ager Cameracenſis, *Cambreſis*, medius eſt inter Hannoniam & Arteſiam ſub Rege Galliarum, quem poſtquam occupavit Carolus V, junxit Hannoniæ, quod hodieque in uſu eſt. Caput Agri eſt Cameracum, *Cambray*, Belg. *Camerik*, urbs Archiepiſcopalis ad Scaldim, antiquiſſima, munita, dives lintei tenuiſſimi, præter quam occurrit ſuperiùs juxta idem flumen Crepacorium, *Crevecœur*, & Caſtrum Cameracenſe, *Château Cambreſis*, ad fl. Sellam. In parte ditionis Leodienſis, quæ inter Sabim & Moſam eſt, jacent Mariæburgum, *Mariembourg*, à Mariâ Hungaricâ excitatum, munimentum inter duos fluviolos, ac Philippopolis, *Philippeville*, in gratiam Philippi II ædificata, utraque juris Gallici. XI. *Inſerta Hannoniæ. Ager Camerac.* *Pars ag. Leod.*

Hannoniæ exiguâ parte conjungitur comitatus Namurcenſis, *Namur*, Belgis *Namen*, in quo ſunt ferri & plumbi fodinæ, latomiæ, lithanthraces. Pars minor Gallo, major Hiſpano obedit. Ex ditione Leodienſi huic Comitatui attribuntur Carolomontium, *Charlemont*, ad Moſam ſub Gallo, colli impoſitum, & Vallocuriæ, *Walcourt*. Porrò eidem inſunt Caroloregium, *Charleroy*, arx recens in colle prope Sabim in confinio Hannoniæ; Namurcum, ſeu Namurum, *Namur*, Belg. *Namen*, ad Moſæ ac Sabis confluentes, urbs ampla, XII. *Namurcum, Comitatus.* *Pars ag. Leod.* *Pars reliqua.*

ampla, valida, Comitatûs primaria, Episcopalis; Boviniacum, *Bovines*, ad Mosam sub Gallo, sicut & Dionantum, *Dinant*, ante Leodiensis Episcopi, ad oppositam ripam, quod ad ditionem Leodiensem alii referunt, & circa quod nigrum marmor effoditur.

XIII. *Luxemburgum, Ducat.*

Namurco longè major est ducatus Luxemburgensis, *Luxembourg*, provincia Belgii Regii maximè ortiva & australis, perquàm montosa & saltuosa; per eam enim, nec non partem ditionis Leodiensis, quæ Campaniæ est propinquior, & meridionalem Hannoniam, extenditur sylva Galliæ & Belgii amplissima, patens hodiè ultra centum millia passuum, Arduenna, seu Ardenna, Gall. *foreſt d'Ardenne*, appellata, quæ tamen pro varietate locorum aliter, aliterque exprimitur. Aliàs altero tanto fuit amplior. Ducatus hic maximâ parte subest Galliarum Regi, ipsumque in partem occidentalem & orientalem distribuimus. In illâ Tabulæ plerumque delineant ducatum Bullionensem, comitatum Chiniacensem, Durbutensem, Rupensem, & Marchionatum Orolaunensem. Ducatus Bullionensis ante juris Leodiensis extitit, ideoque nonnullis in Leodiensi ditione recensetur, at nunc sub proprio Duce est. Nomen habet à castro Bullionio, *Bouillon*, capite Ducatûs, à quo quoque dependent Rupefortium, *Rochefort*; Fanum S. Huberti, *S. Hubert*, locus veneratione insignis (quæ tamen Galliarum Regi alii adscribunt) & alia quædam loca in vicinià. In comitatu Chiniacensi, qui sub suis olim fuit Comitibus, ac postmodùm Luxemburgo accessit, sunt Chiniacum, *Chiny*, præcipuum Comitatûs, ad fl. Sesmarum, *Semoy*, uti & Herbemontium, *Herbemont*; Yvodium, *Ivoyx*, ad fl. Charum, *Chier*; Mons maledictus, seu Monsmedius, *Monmedy*; Virtonium, *Virton* & Novum Castrum, *Neufchaſtel*. In comitatu Durbutensi est Durbutum, sive Durbis, *Durbuy*, ad fl. Urtium, *Ourt*, & in Rupensi Rupes, *la Roche*, supra ad idem flumen. In Orolaunensi Marchionatu est Orolaunum, *Arlon*. In parte orientali Luxemburgensis ducatûs eminent Theodonis, seu Theonis Villa, *Thionville*, seu *Diedenhoven*; Luxemburgum, *Luxembourg*, ad fl. Elzam, *Alſitz*, caput Ducatûs, naturâ & arte munitissimum; Bastonacum, *Baſtoigne*, oppidum juxta Arduennam sylvam adeò cultum & lepidum,

Duc. Bullion.

Com. Chiniac.

Com. Durbut.

Com. Rupenſ.

Ma. Orolaun.

lepidum, ut incolis *Paris en Ardenne* appelletur; Offaliſſa, *Offalize*; Salma, *Salme*, non procul à fonte Albæ; Fanum S. Viti, *S. Vit.*

Luxemburgo ad boream exiguâ parte adjacet Limburgenſis ducatus, *Limbourg* Gall., *Limburgh* Belg., priori Provinciâ longe minor, ac inter ditionem Leodienſem, & duc. Juliacenſem medius. Alitèr à ſuo ſitu dicitur ditio Tranſmoſana, *'t land van Over-Maes*, quaſi pars Brabantiæ, cui unita fuit, trans Moſam. Ager Limburgenſis æris & ferri dives eſt. Ducatum Belgæ Fœderati & Hiſpanus partiuntur. Hiſpano ſubeſt Limburgum, *Limburgh*, caput Ducatûs ad fl. Veſam, *Weſdret*, præcipiti ſaxo impoſitum, ſed urbem & arcem Gallus vaſtavit, & Rholducum, ſeu Rhodia Ducis, *Rolduc*, Belg. *Hertogen-Rhode*, ſeu *Hertzogenraidt*, oppidum ad fl. Vormam. Belgis Fœderatis obediunt Falcomontium, ſeu Falcoburgum, *Valckenburgh*, ſitum in agro fertili, ſed ſine mœnibus; Dalemum, *Dalem*, & Vicus, *Wyck*, probè munitus, qui Trajecto ad Moſam ponte jungitur.

XIV. *Limburgum, Ducatus.* *Pars ſub Hiſpano:* *Sub Belgis.*

Limburgum à ducatu Brabantiæ, *Brabant*, dividit Leodienſis Ditio, unius ex nobiliſſimis & ampliſſimis Belgii Regii Provinciis, cujus pars ſeptentrionalis Belgio Fœderato paret, ſicut Meridionalis Hiſpaniarum Regi. Brabantiæ inſertum eſt Mechlinienſe dominium, *de Heerlyckheyt van Mechelen*, quod uti diſtincta eſt provincia Belgii Regii, Hiſpano obediens, ita ipſum plures diſtinctè recenſent; alii tamen ſub Tetrarchiâ Antverpienſi, de quâ proximè, complectuntur. Ejus ager admodùm exiguus eſt, in quo longè præſtat Mechlinia, *Mechelen*, Gall. *Malines*, urbs ampla, Archiepiſcopalis, ad fl. Dyllam, media inter Bruxellas, Lovanium & Antverpiam, in quâ propter cœli clementiam educati ſunt Philippus I, & Carolus V. Cereviſia ejus laudem invenit.

XV. *Mechlinia, Dominium.* *Inſerta eſt Brabantiæ.*

Ipſe Brabantiæ ducatus dividitur in quatuor Tetrarchias, *Quartieren*, Lovanienſem, Bruxellenſem, Antverpienſem & Boſcoducenſem. Nos claritatis gratiâ initium faciemus à Tetrarchiâ Bruxellenſi, in quâ occurrunt Vilvordia, *Vilvorden*; Bruxellæ, *Bruſſel*, Gall. *Bruſſelles*, ad fl. Senam, *Senne*, prope Sylvam, Gall. *Soygne*, Belg. *Sonien*, urbs ampla, magnifica, cujus pars plano, altera colli inſidet, ſedes Gubernatoris

XVI. *Brabantia, Ducatus.* *Tetrarchia Bruxellenſis.*

Digitized by Google

Belgii Hiſpanici, & ſupremi totius Brabantiæ Senatûs, Tetrarchiæ ſuæ longè clariſſima; Nivella, ſeu Nivigella, *Nivelle.*

XVII. *Tetrarchia Lovanienſis.* Huic Tetrarchiæ contermina eſt Lovanienſis, in quâ ſunt Gemblacum, *Gembloux*; Hanutum, *Hannuye*; Landenum, *Landen*, urbium Brabantiæ, ut ferunt, antiquiſſima; Leva, *Leeuwe*; Halenum, *Halen*; Tenæ, ſeu Tillemontium, *Tienen*, quondam quartæ Tetrarchiæ caput, cui Sylva Ducis ſucceſſit; Geldenacum, *Iudoigne*, Cœli ſalubris; Lovanium, *Loeven*, Gall. *Louvain*, ad fl. Tillam, *Dyle*, urbs Gandavo, quin Lutetiâ, ſi ſuburbia ſupputentur, amplior, illuſtris ſuâ Academiâ, caput hujus Tetrarchiæ; Sichemum, *Sichen*, ad fl. Demeram, in cujus viciniâ eſt Aſpera collis, *Scherpen Heuvel*, celebre monaſterium; Dieſta, *Dieſt*, ad idem fl., Nicolai Clenardi patria.

XVIII. *Tetrarchia Boſcoducenſis.* Ex Lovanienſi Tetrarchiâ ad Boſcoducenſem progredimur, quæ omnium orientaliſſima & borealiſſima exiſtit, ac quibuſdam Majoratus Boſcoducenſis appellatur, qui tamen propriè Tetrarchiæ pars eſt. Omnibus non eodem modo dividitur; ſunt, quibus ſeptem partes numerantur, Campinia, Pelandia, tractus Cuicanus, Raveſteinius, Moſelandia, territorium Boſcoducenſe, & pagus Oſtervicenſis. In Campiniâ, *Campinia.* *Kempenlandt*, cujus minor pars in hâc Tetrarchiâ eſt & major in boreali tractu ditionis Leodienſis, jacet oppidum Endovia, *Pelandia.* *Eyndhoven.* In Pelandiâ, *Peellant*, eſt Helmontium, *Helmont*, in ſolo uliginoſo ſitum. Tres, quæ ſequuntur, partes ex ordine Moſæ adjacent, quas proinde nonnulli communi Moſelandiæ *Tract. Cuycan.* nomine complectuntur, ſecus alii. In tractu Cuycano, *'t land van Cuyck*, eſt Gravia, *Grave*, urbs ad Moſam munitiſſima. *T. Raveſteyn.* In tractu Raveſteinienſi eſt Raveſteinium, *Raveſteyn*, ſub duce *Moſelandia.* Neoburgico, ad idem fl., uti & Mega, *Megen*, in Moſelan- *T. Boſcoduc.* diâ ſeu Maeſlandiâ, *Maeſland.* In territorio Boſcoducenſi, quod aliis diſtinctam partem non facit, eſt Boſcum Ducis, ſeu Sylva Ducis, *s' Hertogen Boſch*, Gall. *Boſleduc*, hujus Tetrarchiæ caput ad fluvios Dommelam, & Aadam, urbs ampla, valida *P. Oſtervic.* naturâ & arte, dives panni linei. Tandem in pago Oſtervicenſi eſt Oſtervicum, *Ooſterwyck*, pagus nobilis.

XIX. *Tetr. Antverp. Bar. Bredana.* Sequitur ad occaſum ultima Tetrarchia, quæ Antverpienſis dicitur. Ejus partes ſunt Baronia Bredana, in quâ Breda, *Breda*, ad fl.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ad fl. Mercam, præcipua, munitaque egregiè; comitatus Hochſtratenſis, in qua Hochſtratium, *Hoochſtraten*, municipium; majoratus Herentalienſis, in quo Herentalia, *Herentals*; ducatus Arſcotenſis, in quo Arſcotium, *Arſcot*, oppidum ad fl. Demeram; comitatus Cantecrucius, in quo Lira, *Lier*, ad fl. Netham; tractus Ryenſis, *'t Land van Ryen*; territorium Antverpienſe, in quo Antverpia, *Antwerpen*, Gall. *Anvers*, urbs Epiſcopalis ad Scaldim, ampla, ſplendidiſſima, arcem habens pentagonam, emporium, antequam Amſtelodamum in hoc ſurrexerat faſtigium, perquàm celebre; Arx Lilloa, *Lillo*, & Sanflita, *Santvliet*, quam tamen in Marchionatu Bergenſi alii collocant. Eſt autem Antverpia diſtincta Belgii Provincia, gerens titulum Marchionatûs Sacri Imperii, qui, teſte Brietio & aliis, quondam longè fuit amplior, ac, præter caput Antverpiam, continuit Lovanium, Bruxellas & Nivellam cum territoriis. Reſtant ex Tetrarchiâ Antverpienſi Marchionatus Bergenſis, in quo Bergæ ad Zomam, *Bergen op Zoom*, munimentum in confinio Zelandiæ, hujus & Hollandiæ vinculum. Ad boream eſt Steenberga, *Steenbergen*.

C. Hochſtrat. *M. Herental.* *Duc. Arſcot.* *C. Cantecruc.* *Tr. Ryenſis.* *Terr. Antverp.* *M. Bergenſis.*

CAPUT XXV.

Belgium Fœderatum. Quæ Fœderati poſſident extra Belgium. Clariſſima Belgii Flumina.

HACTENUS de Belgio Romano-Catholico ſeu Regio breviter diſſeruimus, ſequitur pars altera priore minor, & in boream extenſa, Belgium Fœderatum ſive Unitum, *de verenigde Nederlanden*, Gall. *Provinces Unies*, ita dictum à ſociali Fœdere, in quod anno ſeptuageſimo nono Seculi ſuperioris Trajecti pro aris & focis primùm coivêre Geldria, Hollandia, Zelandia, Friſia & Ultrajectum, dein Tranſiſalania quoque & Groninga. Eſt autem hæc Ultrajectina unio fundamentum hujus Reipublicæ, quæ ex tenui initio in hoc celebritatis culmen ſurrexit. Eam limitant ab auſtro Flandria, Brabantia, Geldria Hiſpanica; nec non Clivia; ab ortu Epiſcopatus Monaſterienſis, & comitatus Embdanus; à boreâ & occaſu

I. *Belgium Fœderatum.*

& occaſu mare Germanicum. Nobiliſſimis fluminibus perfunditur, ſitûs ad mercaturam exercendam commodiſſimi.

II. *Zelandia, Comitatus.* Ex hiſce ſeptem Provinciis, quæ omnes plus minus ſunt maritimæ, in occaſum jacent Zelandia, Hollandia & Ultrajectum; at in ortum Geldria, Tranſiſalania, Friſia, & Groninga. Comitatus Zelandia, *Zeelant*, quam, quia explicitæ ultimùm Brabantiæ viciniſſima eſt, primò luſtrabimus, ex variis inſulis componitur, ſoli lœtiſſimi, ſed cœli paulò aſperioris ob interfluentem Oceanum. Hunc Comitatum & vicinas inſulas Hollandiæ auſtralis Taxandri, ſeu Toxandri incoluêre.

III. *Zelandia ciſtſtaldina.* Clariores Inſulæ ſunt ſeptem, quas Scaldis orientalis, alterum hujus Fluminis oſtium, in Cis-Scaldinas & Trans-Scaldinas diſtribuit. Illæ magis in meridiem vergunt & occaſum, quare & occidentalis Zelandia aliquibus nominantur, inter Scaldim orientalem ac occidentalem mediæ, ſuntque numero quatuor, Bevelandia Auſtralis, Walachria, Bevelandia Borealis & Wolferdicum. In Bevelandiâ Auſtrali, *Zuydt Bevelandt*, quæ ab ortu in occaſum maximè extenditur, & cujus pars Scaldi Orientali propinquior ſubmerſa eſt, jacet Goeſa, *Goes*, urbs elegans. In Walachriâ, *Walcheren*, inter Zelandiæ Inſulas orientaliſſima, nobiliſſima, & rotundioris figuræ, ſunt Armuda, *Armuyden*; arx Ramua, *Rammekens*, aliis Zeeburgum, *Zeeburg*; Fleſſinga, *Vliſſingen*, clavis Oceani Germanici, portus clariſſimus; Mediobrugum, *Middelburg*, urbs Walachriæ non ſolùm, ſed & totius Comitatûs facile princeps; Vera, *Vere*. In Bevelandiâ boreali, *Noordt Bevelandt*, quæ traditis inſulis longè minor eſt, nullæ urbes occurrunt. Inter hanc atque auſtralem Bevelandiam jacet Agger Wolfardi, ſeu Wolferdicum, *Wolfers Dijck*, inſula Cis-Scaldinarum ultima & minima, ac urbibus quoque deſtituitur.

Bevelandia auſtralis.

Walachria.

Bevelandbor.

Wolferdicum.

IV. *Zelandia tranſſtaldina.* Inſulæ Trans-Scaldinæ, quæ plus in boream & ortum ſitæ ſunt & quibuſdam Zelandia orientalis appellantur, ſunt tres, Tola, Duvelandia, Scaldia, Scaldim orientalem, & inſulas Hollandiæ Goream ac Trans-Flacqueanam interjacentes. Viciniſſima continenti Brabantiæ Tola, *Tolen*, eſt, in quâ urbs ejuſdem nominis munita. Duvelandia, *Duyvelandt*, oppidis deſtituitur. Duvelandiæ proxima eſt Scaldia, *Schouwen*, in quâ ſunt

Tola.

Duvelandia.

Scaldia.

Digitized by Google

ſunt Ziriczæa, *Zirczee*, urbs antiqua, nec non Brouweri Portus, *Brouwers Haven*, ubi copia Piſcatorum, in ipſo Hollandiæ limite.

V. *Hollandia, Comitatus.*

Amplior Zelandiâ eſt comitatus Hollandia, *Hollant*, quam ab auſtro limitant Zelandia & Brabantia; ab ortu Geldria, Trajectum ac Sinus auſtralis; à boreâ idem Sinus; ab occaſu oceanus Germanicus. Latiſſima eſt in parte auſtrali, at boream verſus maximè acuitur, cæteris Belgii Fœderati Provinciis longè potentior, populoſiſſima, civitatum numero, magnitudine, ſplendore, cultu, nulli terrarum, habitâ limitum, quibus conſtringitur, ratione, ſecunda, propter creberrima in omnes Mundi angellos commercia famigeratiſſima, rerum omnium, etiam quas natura negavit, affluens. Hinc penes exteros omne Belgium Fœderatum ſæpiſſimè Hollandia appellatur.

VI. *Hollandia Auſtralis.*

Communiſſima ejus diviſio eſt in borealem, & auſtralem, quarum limites vario tempore variârunt. Hodie hanc ab illâ ſeparat æſtuarium Ya, *het* Y, ſinus maris Auſtralis, lineaque, quæ ex illo proximè ſupra vicum Sparendamum ad mare Germanicum producitur. Hollandia auſtralis boreali major eſt atque nobilior, quippe & plures, & magis magnificas urbes complectitur. Dividunt eam varii in Inſulas & varia Territoria. Inſulæ jacent inter Zelandiam, & novam Moſam, præcipuæque ſunt Goerea, *Goeree*; Trans-Flacqueana, *Over Flackee*; Tractus Voornanus, *'t land van Voorn*; Iſelmonda, *Iſelmonde*, &c. Territoria Hollandiæ auſtralis ſunt Altenenſe, *'t land van Altena*; Gorcomienſe, *'t land van Gorcum*; Vianenſe, *'t land van Vianen*; Alblaſſenſe, *Alblaſſer Waert*; Crimpenſe, *Crimper Waert*; item Schielandia, *Schieland*; Delpholandia, *Delfland*; Rhenolandia, *Rhynland*; Woerdelandia, *'t land van Woerden*; Amſtelandia, *Aemſtelland*, & Goylandia, *Goyland*.

VII. *Urbes Hollandiæ Auſtralis. Earum clariores ſunt* XII:

Sed nos oppidis & urbibus recenſendis contenti erimus, quæ ſunt Bommenea, *Bommene*, in inſulâ Zelandiæ, Scaldiâ; Goerea, *Goeree*, in inſulâ ejuſdem nominis; Gulielmopolis, *Willemſtat*, Clundera, *Klundert*, Sevenberga, *Sevenbergen*, Mons Gertrudis ſeu Gertrudenburgum, *Geertruydeberg*, Brabantici ſoli fuêre; Heuſda, *Heuſden*; celebre munimentum Loeveſteynium, *Loeveſteyn*, ad Moſæ & Vahalis confluentes in Bom-

melienſi territorio; Worcomium, *Worcum*, oppidum munitum;
Gorcomium. Gorcomium, *Gorcom*, urbs elegans ad Mervam, *de Merwe*; Heuckelomum, *Hoeckelum*, Aſpera, *Aſperen*, Leerdamum, *Leerdam*, oppida, quæ ad fl. Lingam triangulum conſtituunt; Viana, *Vianen*, ad fl. Leccam in amœniſſimo Territorio; in-
Dordracum. ferius Neoportus, *Nieupoort*; Dordracum, *Dordrecht*, ſeu *Dort*, urbs antiqua ad Mervam, quæ in Comitiis Ordinum Hollandiæ prima ſedet, prima loquitur, ſuâ Synodo, & vini Rhenani mercatu celebris, in cujus vicinià eſt ingens ille aquarum gurges, vulgò *Bies Bos*, ſive *Verdroncken Waert*, qui ex Vahalis & Moſæ inundatione natus eſt, quâ anno 1421 abſorpti ſunt LXXII pagi, & plura hominum millia periêre, ac
Brila. ager Dordracenſis à continente Brabantiâ avulſus eſt; Brila, *Briel*, ad Moſæ oſtium, celebris ex jactis ibidem Belgicæ li-
Delphi. bertatis initiis; Delphi, *Delft*, urbs, in quâ nobile armamentarium, ac illuſtre Mauſolæum Guilielmi I, Arauſionenſium Principis, & Statoris Fœderati Belgii, cui, ſi quis unquam,
Haga Comitis. flebilis morte non ſiccâ occidit; Haga Comitis, *s' Gravenhage*, Gall. *la Haye*, ſitûs amœniſſimi, ubi Comitia Hollandiæ omni-
Leyda. umque Provinciarum celebrantur; Lugdunum Batavorum, ſeu Leyda, *Leyden*, urbs magnifica ad Rhenum, quam obſidio Hiſpanorum fortiter tolerata, & Univerſitas, fortitudinis
Gouda. præmium, maximè nobilitârunt; Gouda, *Goude*, ad fl. Iſalam, cujus templum magni eſt nominis; Vlardinga, *Vlaerdingen*, quâ non aliud in Hollandiâ antiquius eſt municipium juxta
Schiedamum. Mervam ſeu novam Moſam, uti & Schiedamum, *Schiedam*; Delphorum Portus, *Delfshaven*, municipium, ad idem flumen,
Rotterodamum. nec non Rotterodamum, *Rotterdam*, ubi Rotterus, *de Rotte*, in Moſam incidit, patria Eraſmi, urbs ampla, & florentiſſi-
Schoenhovia. mum Emporium, cujus cereviſia multis in pretio eſt; Schoonhovia, *Schoonhoven*, ad fl. Leccam; Yſelſteynium, *Yſſelſteyn*; Veteres Aquæ, *Oude Water*, peſſimè acceptæ ab Hiſpanis; Woerda, *Woerden*; Weſopum, *Weſep*, ubi cereviſia à pluribus laudata coquitur; Nardenum ſeu Narda, *Naerden*, ad finum auſtralem, recens, ſed nobile munimentum; Muda, *Muyden*, ad
Amſtelodamum. Vectæ oſtium cum arce; Amſtelodamum, *Amſteldam*, urbs ad fl. Amſtelam, & Yæ æſtuarium, palis prælongis & craſſis, quanta quanta, ſuperſtructa, totius Hollandiæ longè præcipua, de

quâ

quâ non minori jure dicere licet, quod de Lutetiâ pronuntiârunt Franciſcus I & Carolus V, non Urbem, ſed Orbem eſſe; tandem ex Hollandiâ auſtrali reſtat Harlemum, *Haerlem*, ad fl. Sparam, urbs ampla & amœna, quæ artis Typographicæ inventionem ſibi tribuit. Inter hanc urbem & Lugdunum ingens lacus conſpicitur, cujus pars major, Harlemo vicina, ab hac urbe denominatur, uti minorem vicina Leyda denominat. Ex memoratis urbibus tantùm ſequentes undecim in Comitiis Ordinum Hollandiæ, atque ſequenti ordine ſedent & vota ferunt, Dordracum, Harlemum, Delfi, Leyda, Amſtelodamum, Gouda, Rotterodamum, Gorcomium, Schiedamum, Schoonhovia, Briela. *Harlemum.*

VIII. *Hollandia Borealis.*

Trans æſtuarium Yam ſe offert minor pars Hollandiæ, quæ Borealis appellatur. Eam ſubdividunt in Kennemerlandiam, *Kennemerland*, quæ aliàs longè ultra hanc Hollandiam diffudit ſe, Waterlandiam, *Waterland*, nec non Friſiam occidentalem, *Weſt-Frieſland*. Fuerunt in hoc tractu Hollandiæ copioſi & ingentes lacus, qui incolarum induſtriâ exſiccati laudatiſſima ſunt paſcua, quorum celebriores ſunt Wormera, Purmera, Schermera, Waerda, Zypa & territorium Wieringanum, præter quas omne ſolum pecori alendo commodiſſimum eſt; proinde hìc tanta lactis copia premitur, ut fidem excedat. Contra maris Auſtralis furorem aggeres algâ muniunt, quæ maris ejectamentum eſt, & morâ temporis fit tenaciſſima.

IX. *Ejus Urbes. Alcmaria.*

Septem urbibus gaudet, ſingulæque ex Conſeſſu Ordinum Hollandiæ partem faciunt, & appellantur Alcmaria, *Alckmaer*, quæ Hiſpanum fortiter repulit, feliciter munita, & ſi quæ culta, nitida; Purmerenda, *Purmerend*, ad Beemſteram; *Purmerenda.*

Monachodamum, *Monnikedam*; Edamum, *Edam.* Tres reliquæ urbes jacent in Friſiâ occidentali ad mare auſtrale, trianguli figuram componentes, & æquis ferè ſpatiis diviſæ ab invicem. Horna, *Hoorn*, in interiore maris receſſu *læta oculis, victu commoda, gratæ ſitu eſt*, portus & emporium celebris, patria Hadriani Iunii; Enchuſa, *Enckhuyſen*, expoſita maris furiis, unde copioſæ Buſæ Halecariæ ſolvunt quotannis, qui quæſtus eſt ei longè uberrimus; Medenblicum, *Medenblick*, utrâlibet minor, mari quoque objecta admodùm, olim Regia Weſt-Friſiæ. In Comitiis verò Hollandiæ ſequentem in mo- *Monach. Edamum.* *Horna.* *Enchuſa.* *Medenblicum.*

dum

dum ſedent & loquuntur, Alcmaria, Horna, Enchuſa, Edamum, Monachodamum, Medenblicum & Purmerenda. Præter haſce urbes duo hìc ſunt vici nobiliſſimi, Beverovicus, *Beverwyck*, ad intimum Yæ receſſum, & Scaga, *Sagen*, prope Zypam.

X. *Inſulæ:* *Teſſalia.* *Eyerlandia.* *Vlielandia.* *Schellinga.* *Wiringa.* *Urca.* *Enſia. Marca.*

Inſulæ contrà borealem Hollandiam variant. Quædam Sinui auſtrali obtenduntur, objectæ oceano Germanico, ſuntque Texelia, aliis Teſſalia, *Texel*, exiguo, ſed profundo freto à continente Hollandiâ diviſa, atque ob crebras navium adpulſus longè omnium celebratiſſima; Eyerlandia, *Eyerlandt*; Flevolandia, in quâ veſtigia Flevi lacûs ſuperſunt, ſeu Vlielandia, *Flielandt*, conchyliorum marinorum dives, & Schellinga, *der Schelling*. Reliquæ ab Oceano magis abſunt; propinquior eſt Wiringa, *Wieringen*, cui ab algâ marinâ nomen, ſita contra lacum exſiccatum ejuſdem nominis; remotiores ſunt Urca, *Urck*, è regione Enchuſæ in medio Sinu; Enſia, *Ens*, non longè ab Iſalæ oſtio; & tandem Marca, *Marcken*, quæ Monachodamo prætenditur.

XI. *Trajectum, Dominium.*

Hinc trajicimus in Trajectenſe Dominium, *de Heerlyckheyt van Utrecht*, quod Sinus auſtralis à boreâ aliquâ parte perfundit, uti ab auſtro Lecca & Rhenus; ab ortu ipſum limitat Velavia, pars Geldriæ; ab occaſu Hollandiæ auſtrali plurimis flexibus & mæandris adnectitur. Provincia eſt ex minimis Fœderati Belgii, ſed omnium jucundiſſima. Solum habet paſcuum, cereale, fœtum arboribus, & venis cæſpititiis, aptis focos nutrire, altum, humile, aquam laudatiſſimam, cœlum puriſſimum, & exteris adamatiſſimum. In hoc Dominio, & confini Hollandiâ quidam vixiſſe volunt Caninefates, alii & in Hollandiâ ſeptentrionali. In hâc Provinciâ & vicinâ Geldriâ Marſaci etiam fuêre.

XII. *Ejus IV Tetrarchiæ.*

Dividitur in IV Tetrarchias, *Quartieren*, quas totidem Mareſchalli adminiſtrant, ſuntque (eo tantùm ordine recenſemus, quo pertractabimus) Montfortienſis, Abcovienſis, Emenſis & Rheno-Vicenſis, quarum duæ priores in occaſum, alteræ in ortum ſitæ ſunt. In Montfortienſi eſt Montfortium, *Montfoort*, oppidum ad Iſalam. In Tetrarchiâ Abcovienſi ſeu inferiore jacet Trajectum, ſeu Trajectum ad Rhenum, *Utrecht*, urbs ad Reni alveum & Vectim, antiqua, ampla, magnifica, amœ-

amœniſſima, media inter multas urbes & oppida, caput Provinciæ, de quo ex vero dicere liceat: *Belgium Orbis Tempe, horumque delicia Trajectum.* Plantavit Hadrianum VI, Papam Romanum, & Academiam, quam & optimè rigat. In tetrarchiâ Emenſi eſt Amisfurtum, *Amersfoort*, urbs ad radicem montis cognominis, quam fl. Ema, *de Eem*, interſecat. Tandem in Rheno-Vicenſi ſeu ſuperiore tetrarchiâ eſt Grinnes, nunc Rhena, *Rhenen*, in colle ad Rhenum, & Batavodurum, *Wyck te Duerſtede*, ad confluentes Rheni & Leccæ, olim urbs ampla cum nobili arce, nunc oppidum, ad quod ingens ceraſorum ubertas eſt. *T. Emenſis.* *T. Rheno-Vicenſis.*

XIII. Contra Dominium Trajectenſe ad alteram Leccæ ripam duo jacent Comitatus, qui ſuo quiſque Comite reguntur, Buranus, & Culenburgenſis, quos, antequam Geldriam contemplamur, dùm alibì non licet, recenſebimus. Uterque Leccam & Lingam interjacet, inque comitatu Burano orientaliore præſtat oppidum Bura, *Buren*, quemadmodum in Culenburgenſi Culenburgum, *Culenburg*, ad ſiniſtram Leccæ ripam poſitum. *Comit. Buranus & Culenburgenſis.*

XIV. Sequitur ducatus Geldria ſeu Gueldria, *Gelderlant*, ex maximis Fœderati Belgii provinciis. Cælum obtinet ſalubre, ſed ſolum partìm fertile eſt, partìm in ipſo ſteriles dominantur ericæ. Diſpeſcitur in IV Tetrarchias, *Quartieren*, Noviomagenſem, Ruremundanam, Zutphanienſem, & Arenacenſem, quarum ordine ſecunda Hiſpanici juris eſt, reliquæ Belgio unito ſubſunt. *Geldria, Ducatus.*

XV. Tetrarchia Noviomagenſis, ſeu Neomagenſis, item Betuvia, & Betavia, pars non è minimis, eſt inter Rhenum & Moſam, ac quinque partes complectitur, territorium Tielanum, Bommelienſe, tractum inter Moſam & Vahalim, Betaviam & Noviomagenſe regnum. In territorio Tielano, *de Tieler Waert*, quod inter Lingam jacet & Vahalim, præſtat Tila, *Tiel*, ad dextram hujus ripam. In territorio Bommelienſi, ſeu inſulâ Bommeliâ, quam Vahalis, Moſa, factumque ad ortum incile (ubi munitio Andreæ, quam Andreas Auſtrius Cardinalis & excitavit & appellavit à ſuo nomine) efficiunt, caput eſt Bommelia, *Bommel*, ad ſiniſtram ripam Vahalis. In tractu inter Moſam & Vahalim eſt Batenburgum, *Tetrarchia Noviomagenſis.* *T. Tielanum.* *T. Bommel.* *T. inter flum.*

Batavia. *Batenborg*, juxta Mosam. In Betuviâ, sive Betaviâ, *de Betuwe*, inter Rhenum & Vahalim, quam Linga bisecat, est Heussa, *Heusse*, & munimentum Scenckii, *Scenckenschans*, sic dictum à suo Conditore, situm in Insulâ Comitis, *s' Gravenweert*, ubi Rhenus in Rhenum & Vahalim distribuitur, quod ad Cliviæ ducatum referunt alii. Pars Betuviæ munimento propinquior Betuvia superior, altera verò inferior appellatur. *R. Noviomag.* In regno Noviomagensi, *'t Ryck van Nimmegen*, est Noviomagum, *Nimmegen*, urbs ad sinistram ripam Vahalis in colle, amœni situs, caput Noviomagensis Tetrarchiæ, quin totius Geldriæ præcipua.

XVI. *Tetrarchia Ruremundana.* Secunda Geldriæ Tetrarchia nobis est Ruremundana, seu Geldria Hispanica, & Geldria simpliciter, quam à Noviomagensi dividit tractus Cuicanus Brabantiæ, item Clivia, & *T. Kessel.* fl. Mosa intersecat. In eâ occurrunt tractus Kesselienses, seu Castellanus, cui nomen enatum à Castello Menapiorum, qui & in Brabantiâ habitârunt, *Kessel*, in confinio comitatûs Hornani, ex parte paludosus; *Urbes.* Monfortium, *Montfort*, municipium; Ruremunda, *Roermonde*, urbs ad ostium fl. Ruræ, *Roer*, in Mosam hìc incidentis, hujus Tetrarchiæ clarissima, Episcopalis; Venlonum, seu Venloa, *Venlo*, inferiùs ad idem fl., munita, unde initium ducit Fossa S. Mariæ, seu Incile Eugenianum, quo Mosa Rheno ad Rhenobergam conjungitur; Wachtendonium, *Wachtendonck*, ad fl. Nierstum; Strala, *Straele*, arx munita; Geldria, sive Gueldria, *Gelder*, urbs ad fl. Nierstum in mediâ Fossâ S. Mariæ.

XVII. *Tetrarchia Zutphaniensis.* Tertia Geldriæ Tetrarchia est Tetrarchia, seu Comitatus Zutphanienses, quem à Ruremundanâ separat interposita Clivia, medius inter Episcopatum Monasterienssem & Isalam. Comitatus hic in enumeratione Provinciarum Belgii distincta est à reliquis Provincia, licet per secula aliquot Geldriæ ducatui adnexa fuerit. *Oppida ad austrum:* Clariora ejus oppida ad austrum sunt Seventria, *Seventer*, Heerenberga, *s' Heerenberg*; Dotechemum, *Dotekom*, ad Isalam vererem, uti superiùs Burgus, *Burg*, & Anholtium, *Aenholt*; Brefortia, *Brevoort*, in solo palustri. *Ad boream.* Plus in boream jacent Lichtenfordia, *Lichtenvoort*; Grolla, *Grol*, benè munita, ad fl. Slingam; Borceloa, *Borkelo*, ad fl. Berkelam & infrà Lochemum, *Lochem*; Zutphania, *Zutphen*, Comi-

Comitatûs hujus præcipua, valida, ſita ad Iſalam, quâ parte Berkela in alveum ejus labitur; Doesburgum, ſeu ut alii malunt, Druſiburgum, *Doesburg*, ad confluentes Iſalæ novæ & veteris.

Quarta ſeu ultima Geldriæ Tetrarchia eſt Arenacenſis, aliàs Veluvia, Velavia, & Velaunia, *de Veluwe*, diviſa à Zutphanienſi per Iſalam, multùm ericoſa, & venationibus commodiſſima. In ipsâ jacent ad Rhenum Arenacum, ſeu Arnhemium, *Aernhem*, hujus Tetrachiæ caput & urbs nobiliſſima, atque inferiùs Vada, nunc Wageninga, *Wageninge*. Ad interiorem receſſum Sinûs auſtralis Hardervicum, *Harderwyck*, cujus portum arenæ plurimùm anguſtant, gaudens Academiâ, & Elburgum, *Elburg*. Hattemum, *Hattem*, juxta Iſalam. XVIII. *Tetrarchia Arenacenſis.*

Poſt viſas Geldriæ Tetrarchias proximum eſt Trans Iſalam Dominium Tranſiſalania, *Overyſſel*, quæ ab auſtro in boream inter Zutphaniam & Groningam maximè ſeſe explicat, & longè minùs ab occaſu in ortum inter Sinum auſtralem & comitatum Benthemenſem. Provincia eſt non è minimis, ſed plurimis in locis paludoſa. Dividitur in Sallandiam, Twentiam & Drentiam. Omnium nobiliſſima eſt Sallandia, *Sallandt*, quaſi Saliorum terra, quorum hìc reſervatur veſtigium, ſolaque ex Tranſiſalaniæ partibus Iſalæ & Sinui auſtrali adjacet. In ipsâ ſunt prope aut ad Sinum auſtralem Campi, *Campen*, urbs clara ad Iſalam, non procul ab hujus oſtio, quod ob arenas & limum difficilioris eſt tranſitûs; Genemuda, *Genemuyden*, ad oſtium Vidri, *Vecht*; ſuperiùs Nigræ Clauſulæ, *Swarteſluys*; Vollenhovium, *Vollenhoven*, ad Sinum auſtralem, uti Bloczila, *Blockzyl*, & Cuyndera, *Kuynder*, in Friſiæ confinio. Plus abſunt à Sinu Stenovicum, *Steenwyck*; Haſſeletum, *Haſſelt*; Swolla ſeu Swolli, *Zwoll*, urbs munitâ, ad fluviolum Aam, & quæ Sallandiæ non ſolùm, ſed & totius Tranſiſalaniæ princeps eſt, Daventria, *Deventer*, ad Iſalam cum illuſtri Gymnaſio. Meridionali parti Sallandiæ ab ortu Twentia, *Twenthe*, conjungitur, cujus oppida ſunt ad occaſum Almeloa, *Almeloo*; Ryſſena, *Ryſſen*, juxta Reggam fl.; Diepenhemium, *Diepenhem*; Gora, *Goor*; Delda, *Delde*. Ad ortum verò Enſcheda, *Enſchede*; Salii veteres ſeu Oldenſalia, *Oldenſael*, in quâ Saliorum reliquiæ; Ootmarſia, *Ootmerſum*, XIX. *Tranſiſalaniæ Dominium.* *Sallandia.* *Twentia.*

ſum, Marſorum ſervans memoriam, qui hoc in tractu & auſtrum verſus habitârunt. Tertia pars Tranſiſalaniæ eſt Drentia, *Drente*, omnium borealiſſima, in quâ primas tenent celebre munimentum Covordia, *Coevorden*, in confinio com. Benthemenſis; Meppela, *Meppel*, ubi copia bituminoſorum cæſpitum; Aſſena, *Aſſen*.

Drentia.

XX. Drentiæ ad occaſum adjacet Dominium Friſia, *Vrieſland*, quibuſdam Friſia occidentalis, ut à Friſiâ orientali, ſeu comitatu Embdano diſtinguatur; pluribus Friſia ſimpliciter, quò evitetur confuſio inter Friſiam occidentalem, partem borealis Hollandiæ, & orientalem Friſiam. Provincia hæc à Sinu auſtrali & mari vadoſo prolixè alluitur, & inſigniter fœcunda eſt. Hìc Friſii olim, item in boreali Hollandiâ, Groningâ & parte Tranſiſalaniæ habitârunt. Poſſidet hoc Dominium Continentem & Inſulas. Illius partes ſunt tres, tractus Sylveſtris, Weſtergoa & Ooſtergoa. Tractus Sylveſtris, alìàs Septem Sylvæ ſeu Saltus, *Seven Wolden*, medius eſt inter Weſtergoam ac Drentiam, partem Tranſiſalaniæ, & copiam Pagorum complectitur, oppidumque Slotam, ſeu Slotenum, *Sloten*, juxta ſtagnum cognomine. Weſtergoa, *Weſter Goe*, quondam Weſtrachia, partem Friſiæ occidentalem occupat, & variis, ut vocant, Gritaniis diſtinguitur. Oppida ejus ad mare ſunt Stauria, *Staveren*, urbs olim Friſiæ clariſſima, cujus portum arena valdè anguſtat, & circa quam conſpicitur pagus *Molquerum*, Labyrinthus, cujus incolæ callent idioma, ab omni alio, quod in Friſiâ auditur, diſtinctiſſimum; Hindelopa, *Hindelopen*, ſine mœnibus; Worcomium, *Worcom*, ubi plurimum calcis uritur; Harlinga, *Harlingen*, urbs totius Friſiæ poſt Leovardiam præcipua, & portus eximius. Abſunt à mari Franekera, *Franeker*, exigua, quam Academia nobilitat; Bolſvardia, *Bolſwert*; Iloſtum, *Ilſt*; Sneca, *Sneeck*, antiqua, prope quam eſt lacus ejuſdem nominis. Tertia pars Friſiæ eſt Ooſtergoa, *Ooſter Goe*, diverſis gaudens Iuriſdictionibus, ſita inter Weſtergoam & Groningam, ſeu fl. Lavicam. In ipsâ continetur Leovardia, *Leeuwaerden*, urbs Friſiæ maxima, cultiſſima, amœniſſima, habitatio Gubernatoris, & ſedes Conſeſsûs Iuridici totius Provinciæ, ac Doccumum, *Dockum*, longè ignobilius. A boreali Friſiæ littore inſulas Amelandiam,

Friſia, Dominium.

Tractus Sylveſtris.

Weſtergoa.

Ooſtergoa.

Amelandia.

Amc-

Amelandt, & Schiermonicogam, *Schiermonick ooge*, mare Vadoſum, *'t Wat*, ſeparat. *1. Schiermonichoga.*

XXI. Ultima tandem Fœderati Belgii, quin totius Provincia eſt Dominium Groninga, *Groeningen*, quæ inter fl. Lavicam & Epiſcopatum Monaſterienſem maximè diffunditur. Aliàs pars fuit Friſiæ, & dicebatur Friſia Cis-Lavicana, & quam proximè explicuimus, Trans-Lavicana, à flumine Lavicâ, *Lauwers*, hodieque inter utramque Provinciam termino. Diſpeſcitur hoc Dominium in Groningam cum ſuo Territorio, & tractum adjacentem. Groninga, *Groeningen*, eſt civitas vetuſta, ampla, feliciter munita, cum celebri Academiâ, caput antea totius Friſiæ, nunc Provinciæ cognominis, cujus Territorium anguſtum eſt, & Gorechta, *Goorecht*, appellatur. Tractus adjacens ſeu Omlandia, *Ommelanden*, priorem magnitudine longè ſuperat, dividiturque in partes quinque, tractum Occidentalem, Hunſingoniam, Fivelingoniam, Veterem Præfecturam & Weſterwoldiam. In tractu Occidentali, *VVeſter Quartier*, viciniſſimo Friſiæ, nulla ſunt oppida, uti neque in Hunſingoniâ, *Hunſingo*, in quâ notamus Soltcampiam, *Soltkamp*, caſtrum ad ſinum. In Fivelingoniâ, *Fivelingo*, ſunt oppida Dammona, *Dam*, ad fl. Fivelam, *Damſter*, atque ad hujus oſtium & Amaſi Delfzila, *Delfzijl*, caſtrum & portus. In vetere Præfecturâ, *Olde Ampten*, quæ adjacet Dollartio ſinui, cui fluctuum rabies nomen fecit, paludoſâ ex parte, eſt Winſchota, *VVinſchoten*. Denique in Weſterwoldiâ, *VVeſterwolt*, ſoli quoque paludoſi, & maximè in auſtrum excurrentis, non niſi pagi quidam & munimenta ſeſe offerunt. *Groninga, Dominium.* *Groninga.* *Omlandia.*

XXII. Ita inſpeximus Fœderatum Belgium, ſuiſque locis notavimus, quid Fœderati ex Flandriâ, Brabantiâ, Limburgoque poſſideant. Obiter etiam annotandum, quid illorum ſubſit imperio extra Europam in Americâ, Africâ, atque Aſiâ, ut Trajectum ſuperius in agro Leodienſi tranſeam. In Americâ tenent varias inſulas, Curaſſoam, atque ex Antillis, ſeu Caribis inſulam S. Martini ex parte, I. Sabam, I. S. Euſtachii, I. Tabagam &c., ac arcem Surinamum in Guianâ regione. In Africâ munimenta quædam habent in orâ Nigritarum, Guineâ aureâ, & ad promontorium bonæ Spei. In Aſiâ multa ipſis ſunt munita oppida & urbes in orâ Malabariæ, inſulâ *Quæ Belga Fœderati alibi poſſident.*

Ceylano, littore Coromandelis, Cherſoneſo aureâ, Iavâ. Subſunt iiſdem inſulæ Moluccæ parvæ, item Amboina, Banda &c; adeò ut ſoli Fœderati in Indiâ orientali plura, quàm omnes populi Europæi ſimul, poſſideant. Verum de hiſce ſuo loco fuſiùs & diſtinctiùs diſſeretur.

XXIII. *Belgii Flumina.* Reſtant celeberrima Belgii Flumina, Scaldis, Moſa, duo Rheni brachia, Iſala, quorum duo priora in mare Germanicum, ultimum in Sinum auſtralem, brachia Rheni partìm in mare Germanicum, partìm auſtrale per alveos non ſuos effunduntur.

Scaldis. Scaldis, Gall. *l'Eſcaut*, Belg. *de Schelde*, naſcitur in Picardiâ parùm ſupra oppidum Caſtelletum in limite agri Cameracenſis, hinc defluit per occidentalem tractum hujus Agri, Cameracum alluens, uti in Hannoniâ Valentianas (ubi lintrium capax fit) & Condatum. Mox in Flandriæ ingreſſu admittit Scarpam, *Scarpe*; dein rigat Tornacum, Aldenaram, Gandavum, ubi Lisâ, ſeu Legiâ, Gall. *Lis*, Fland. *Leye*, ditatur, flumine oriundo ex Arteſiâ. Gandavo, quo uſque Scaldis æſtum patitur, & Scaldis majoris nomine venit, ſinuoſo curſu pergit Teneramundam, ubi Teneram, *Dender*, admittit, uti inferiùs juxta Rupelmundam, Rupelam, *Rupel*, flumen, in quod Senna, Demera, Netha ſe exonerant. Hinc abit Antverpiam, cui nobilem portum concedit, infraque ipſam patentior evadens, tandem in duo ampla oſtia ſcinditur, quorum illud, quod Flandriam & Bevelandiam auſtralem interfluit, Scaldis occidentalis, *de Weſter Schelde*, ſeu Foſſa Othoniana, *de Hont*, appellatur, quemadmodum Scaldis orientalis, *de Ooſter Schelde*, oſtium, quod inter Zelandiæ inſulas ſeſe explicat.

Vehit Scarpam.

Liſam.

Teneram.

Rupelam.

XXIV. *Fl. Moſa.* Scaldi longè major eſt Moſa, Gall. *la Meuſe*, Belg. *de Maes.* Fluvius hic fontem habet in Campaniâ, provinciâ Galliæ, juxta Montiniacum regium, inde deſcendit inter Lotharingiam & ducatum Barrenſem, ubi Fanum S. Michaëlis & Virodunum rigat; inferiùs denuò tranſit partem Campaniæ, in quâ alluit Sedanum, atque Macerias. Hinc per agrum Leodienſem comitatum Namurcenſem intrat, & ad urbem Namurcum recipit Sabim, *Sambre*, fl. natum in Picardiâ, & Hannoniæ limite; poſt agrum Leodienſem iterùm ſubit, perfuſiſque Leodio & Trajecto, pergit per Geldriam Hiſpanicam, tranſiens Ruremundam, Venloam, interque tetrarchiam Novioma-

Vehit Sabim.

viomagenſem Geldriæ & Brabantiam, (ubi Graviam alluit) nec non partem Hollandiæ ad munimentum Loeveſteynium contendit, ad quod Vahali, *de Wael*, oneratur, & ad urbem Gorcomium Lingâ, *de Linge*. Inde Dordracum progreditur, ibidem in duo brachia ſe diſtribuens, quorum quod ad dextram deflectit, admittit Leccam, Iſalam, & rigato Roterodamo, tendit Vlaerdingam, infra quam cum altero brachio, quod Dordraco ad ſiniſtram abiens, inter Iſelmondam & Beyerlandiam defluit, commiſcetur, atque ita per commune æſtuarium in mare Germanicum ſe præcipitat. Pars verò Moſæ inter Worcomium & Dordracum, ac utrumque ipſius brachium, quo uſque miſcentur, Merva, *de Merwe*, ſeu *Merwede*, appellatur, & dextrum inſuper nova Moſa, atque ſiniſtrum vetus Moſa; ipſum autem commune æſtuarium ſolius Moſæ nomine exprimitur.

Vahalim. *Lingam.* *Leccam. Iſalam.* *Merva.*

De Rheno quidem ex profeſſo in Germaniâ dicemus; de ejus autem infimâ parte, ſeu binis brachiis hìc commodus dicendi locus eſt. Scilicet ad munimentum Schenckii Rhenus in duos alveos diſtribuitur, quorum ſiniſter Vahalis, *de Wael*, appellatur, defluens per tetrarchiam Noviomagenſem, Neomagum, Tilam, Bommeliamque in eâ alluens, donec ad munimentum Loeveſteinium in Moſam ſe effundit, atque ab ipsâ vehitur in Oceanum. Dexter verò Rheni alveus ab eodem munimento tranſit Arnhemium, Wageningam, Rhenam, atque ad oppidum Batavodurum denuò finditur, & ramus, qui ad ſiniſtram defluit, dicitur Lecca, *de Leck*, quæ, poſtquam Culenburgum, Vianam, Schoonhoviamque præteriit, in Mervam labitur, & mediâ eâ in Oceanum. Dexter autem Rheni ramus & minor, ſervato nomine, ſinuoſo flexu abit Trajectum, ubi juxta quoſdam nova accidit bipartitio, in fl. Vectim, *de Vecht*, qui curſum inſtituit Weſopum & Mudam, atque hìc Sinui auſtrali committitur; ac alveum, qui Woerdam & Lugdunum ducit ac Rhenus dicitur, & circa vicum Cattorum hodie deficit, at olim in Oceanum effundebatur. Omnis autem terræ tractus, qui à Rheni diviſione inter Vahalim ad Moſæ oſtium, & Rhenum, qui exitum circa Vicum Cattorum habuit, nec non mare Germanicum continetur, Inſula Batavorum dicta eſt, cujus nominis veſtigium Betavia hodieque exhibet, pars Noviomagenſis Tetrarchiæ ſuperior.

XXV. *Rheni Brachia.* *Vahalis.* *Rhenus.* *Lecca.* *Vechtis.* *Inſula Batavorum.*

Supereſt

XXVI. *Fl. Iſala.* Supereſt ex Belgii fluminibus Iſala, aliis Sala, *de Yſſel.* Oritur in ducatu Cliviæ, per quem defluit, uti per exiguam partem epiſcopatûs Monaſterienſis atque comitatum Zutphaniam, in quo rivulus Aa, *Aa*, ipſi jungitur; hinc Druſiburgum, nunc Doesburgum deſcendit, & hactenùs Iſala vetus dicitur. *Iſalam novam.* Ad hoc oppidum Foſſa Druſiana, quam Druſus olim ex Rheno duxit in Iſalam, & jam Iſala nova nominatur, in veterem ſe exonerat, quæ Doesburgo ſub ſimplici Iſalæ nomine pergit Zutphaniam, ubi in ipſam Borkela incidit, *Borkelam.* Daventriam, Campos, infra quos Sinum auſtralem per oſtia minùs profunda ſubit. Quæ hactenùs de Belgio, cùm Fœderato, tùm Romano-Catholico, tradita ſunt, ſummatìm in Tabulâ primùm generali, dein ſpecialibus repræſentantur.

- BELGIUM *duplex eſt,*
  - Romano-Catholicum, in quo Provinciæ IX,
    - I. *Flandria*, Com., triplex,
      - Teutonica. Imperialis.
      - Gallicana.
    - II. *Arteſia*, Com., ubi
      - Advocatia Bethunenſis.
      - Territ. S. Audomari.
      - Territ. Arienſe.
      - Ballivitatus Heſdinienſis.
      - Comit. S. Pauli.
      - Gubernium Atrebatenſe.
    - III. *Hannonia*, Com., ubi
      - Hannonia vera.
      - Inferta Hannoniæ.
    - IV. *Namurcum*, Com., ubi
      - Pars Agri Leodienſis.
      - Pars reliqua.
    - V. *Luxemburgum*, Duc., ubi
      - Pars occidentalis.
      - Pars orientalis.
    - VI. *Limburgum*, Duc.,
      - Sub Rege Hiſpaniæ.
      - Sub Belgio Fœderato.
    - VII. *Mechlinia*, Dom., ubi — Mechlinia, *civitas.*
    - VIII. *Brabantia*, Duc., ubi IV Tetrarchiæ,
      - Bruxellenſis. Lovanienſis.
      - Boſcoducenſis. Antverpienſis,
      - *ex quâ* Antverpia, *Marchion.*, IX *eſt Provincia hujus Belgii.*
  - Fœderatum, in quo Provinciæ VII,
    - I. *Zelandia*, Com., duplex,
      - Cis-Scaldina.
      - Trans-Scaldina.
    - II. *Hollandia*, Com., dupl.,
      - Auſtralis.
      - Borealis.
    - III. *Trajectum*, Dom., ubi
      - Tetrarchia Monfortienſis.
      - T. Abcovienſis. T. Emenſis.
      - T. Rheno-Vtenſis.
    - Comitatus II hìc inſerti,
      - Buranus.
      - Culenburgenſis.
    - IV. *Geldria*, Duc., ubi IV Tetrarchiæ,
      - Noviomagenſis. Ruremundana.
      - Zutphanienſis, *Comitatus*, XVII *Provincia Belgii.*
      - Arenacenſis.
    - V. *Tranſiſalania*, Dom., ubi
      - Sallandia. Twentia.
      - Drenthia.
    - VI. *Friſia*, Dom., ubi
      - Continens.
      - Inſulæ.
    - VII. *Groninga*, Dom., ubi
      - Groninga, *civitas.*
      - Omlandia.

I. Flan-

Digitized by Google

Tabulæ ſpeciales IX Provinciarum Belgii Romano-Catholici.

- I. Flandria, *Comit., triplex eſt,*
  - Teutonica, ubi partes XII,
    - *Officium Burburgenſe,* — Gravelinga. Burburgum.
    - *Officium Bergenſe,* — Fanum S. Vinoci. Dunkerka.
    - *Officium Furnenſe,* — Furnæ.
    - *Officium Caſleti,* — Poperinga. Caſletum.
    - *Officium Belliolenſe,* — Belliola.
    - *Officium Yprenſe,* — Ypræ. Meſſina. Armenteriæ. Varnetonium. Menenia. Ruſſelaria.
    - *Caſtell. Aldenarenſis,* — Aldenara.
    - *Caſtell. Curtracenſis,* — Curtracum.
    - *Franconatus,* — Dixmuda. Novus Portus. Oſtenda.
    - *Territ. Brugenſe,* — Damma. Brugæ.
    - *Caſtell. Gandavenſis,* — Deinſa. Gandavum, *Caput Flandriæ.*
    - *Flandria Batavica,* — Saſſa. Ardenburgum. Middelburgum. Sluſa. Cadſanda. Yſendicum. Bierfletum. Arx Philippina. Ternuſia. Axella. Huſſta.
  - Imperialis, ubi III,
    - *Vaſia.*
    - *Flandria peculiaris,* — Teneramunda. Gerardimontium.
    - *Comit. Aloſtanus,* — Aloſtum. Niniva.
  - Gallicana, ubi IV,
    - *Domin. Tornacenſe,* — Tornacum. Fanum S. Amandi.
    - *Caſtell. Orcæyenſis,* — Orcheſium.
    - *Caſtell. Inſulana,* — Inſulæ. Baſſea.
    - *Caſtell. Duacenſis,* — Duacum. Arenſium. Scluſa.
- II. Arteſia, *Com., in quo ad*
  - Boream III,
    - *Advocat. Bethunenſis,* — Lentiacum. Bethunia. Lilerium. Pernæ.
    - *Territ. S. Audomari,* — Fanum S. Audomari.
    - *Territ. Arienſe,* — Aria. Teruana. Rentium.
  - Auſtrum III,
    - *Balliv. Heſdinenſis,* — Heſdinum.
    - *Comit. S. Pauli,* — Fanum S. Pauli.
    - *Gubern. Atrebatenſe,* — Atrebatum, *Caput Arteſiæ.* Paſſium. Bapalma.

Digitized by Google

III. Hannonia, *Com., in quo*
- Hannonia vera, ubi — Bochanium. Valentianæ. Quercetum. Bavacum. Montes, *Caput Hannoniæ.* Condatum. Luta. Cervia. Athum. Leſſina. Angia. Hallæ. Brennia. Sogniacum. Fons Epiſcopi. Binchium. Bellomontium. Chimæum. Malobodium. Landrecium.
- Inſerta Hannoniæ,
  - *Ager Cameracenſis,* — Cameracum. Crepacorium. Caſtrum Cameracenſe.
  - *Pars Ag. Leodienſis,* — Mariæburgum. Philippopolis.

IV. Namurcum, *Com., in quo*
- Pars agri Leodienſis, ubi — Carolomontium. Vallocuriæ.
- Pars reliqua, ubi — Caroloregium. Namurcum, *Caput Namurci.* Boviniacum. Dionantum.

V. Luxemburgum, *Ducat., in quo ad*
- Occaſum partes V,
  - *Ducat. Bullionenſis,* — Caſtrum Bullionium. Rupefortium. F. S. Huberti.
  - *Comit. Chiniacenſis,* — Chiniacum. Herbemontium. Yvodium. Mons Maledictus. Varonium. Novum Caſtrum.
  - *Comit. Durbutenſis,* — Durbutum.
  - *Comit. Rupenſis,* — Rupes.
  - *Marcb. Orolaunenſis,* — Orolaunum.
- Ortum — Theonis Villa. Luxemburgum, *Caput Luxemburgi.* Baſtonacum. Offaliſſa. Salma. Fanum S. Viti.

VI. Limburgum, *Ducat., in quo ſub*
- Rege Hiſpaniæ — Limburgum, *Caput Limburgi,* Rolducum.
- Fœderato Belgio — Falcoburgum. Dalemum. Vicus.

VII. Mechlinia, *Dominium, in quo unica urbs* — Mechlinia.

VIII. Brabantia, *Ducat., in quo* IV *Tetrarchiæ,*
- Bruxellenſis, ubi — Vilvordia. Bruxellæ, *ſedes Gubernatoris Belgii Hiſpanici.* Nivella.
- Lovanienſis, ubi — Gemblacum. Hanutum. Landenum. Leva. Halenum. Tenæ. Geldenacum. Lovanium. Sichemum. Aſper Collis. Dieſta.
- Boſcoducenſis, ubi partes VII,
  - *Campinia,* — Endovia.
  - *Pelandia,* — Helmontium.
  - *Tractus Cuycanus,* — Gravia.
  - *Tract. Raveſteinienſis,* — Raveſteinium.
  - *Moſelandia,* — Mega.
  - *Territ. Boſcoducenſe,* — Sylva Ducis.
  - *Pagus Oſtervicenſis,* — Oſtervicum.

IX. Ant-

IX. Antverpia, *urbs, Marchionatus Imperii.*

- Antverpienſis, ubi partes VIII,
  - *Baronia Bredana,* — Breda.
  - *Com. Hochſtratenſis,* — Hochſtratum.
  - *Major. Herentalienſis,* — Herentalia.
  - *Duc. Arſcotenſis,* — Arſcotium.
  - *Com. Cantecrucius,* — Lira.
  - *Tractus Ryenſis.*
  - *Territ. Antverpienſe,* — Antverpia, *Provincia Belgii.*; Arx Lillos.
  - *Marchion. Bergenſis,* — Sanctus; Bergæ ad Zomam.
  - Steenberga.

Tabulæ ſpeciales VII Provinciarum Belgii Fœderati.

I. Zelandia, *Com., in quo* VII *nobiliores Inſulæ,*

- Cis-Scaldinæ IV,
  - *Bevelandia auſtralis,* — Goeſa.
  - *Walachria,* — Armuda. Arx Ramua. Fleſſinga. Medioburgum, *Caput Zelandiæ.* Vera.
  - *Bevelandia borealis.*
  - *Wolferdicum.*
- Trans-Scaldinæ III,
  - *Tola,* — Tola.
  - *Duvelandia.*
  - *Scaldia,* — Ziriczæa. Brouweri portus.

II. Hollandia, *Com., eſt duplex,*

- Auſtralis, ubi
  - *Inſulæ,* — Goerea. Trans-Flacqueana. Tractus Voornanus. Iſelmonda. &c.
  - *Urbes,* — Bommenea. Goerea. Gulielmopolis. Clundera. Sevenberga. Mons Gertrudis. Heuſda. Loevefteinium, *Arx.* Worcomium. Gorcomium. Heucelomum. Aſpera. Loerdamum. Viana. Neoportus. Dordracum. Brila. Delphi. Haga Comitis, *ſedes Ordinum Fœderati Belgii.* Leyda. Gouda. Vlardinga. Schiedamum. Delphor. portus. Rotterodamum. Schoonhovia. Iſelſteinium. Veteres Aquæ. Woerda. Weſopum. Narda. Muda. Amſtelodamum. Harlemum.
- Borealis, ubi
  - *Urbes,* — Alcmaria. Purmerenda. Monachodamum. Edamum. Horna. Enchuſa. Medenblicum. Beverovicus & Scaga, *Vici.*
  - *Inſulæ,* — Teſſalia. Eyerlandia. Vhelandia. Schellinga. Wiringa. Urca. Enſia. Marca.

- III. Trajectum, *Dom., in quo* IV *Tetrarchiæ*,
  - Ad Occasum,
    - *Montfortiensis*, — Montfortium.
    - *Abcoviensis*, — Trajectum ad Rhenum, *Caput Trajecti.*
  - Ad Ortum,
    - *Emensis*, — Amisfurtum.
    - *Rheno-Vicensis*, — Rhena. Batavodurum.
- Comit. II *hic inserti*,
  - Orientalior, — *Buranus*, — Bura.
  - Occidentalior, — *Culenburgensis*, — Culenburgum.
- IV. Geldria, *Ducat., in quo* IV *Tetrarchiæ*,
  - Noviomagensis, ubi partes V,
    - *Territ. Tilanum*, — Tila.
    - *Territ. Bommeliense*, — Bommelia.
    - *Tr. inter Mos. & Vahal.*, — Batenburgum.
    - *Batavia*, — Heussa. Munimentum Schenckii.
    - *Regn. Noviomagense*, — Noviomagum, *Caput Geldriæ.*
  - Ruremundana, *sub Hispano*, ubi
    - *Tractus Kesselienſis*, — Castellum Menapiorum.
    - *Urbes*, — Monfortium. Ruremunda. Venloa. Wachtendonkum. Strala. Geldria.
  - Zutphanienſis, Com., XVII *Provinc. Belgii*, ubi
    - *Ad Austrum*, — Seventria. Heerenberga. Dotechemum. Burgus. Anholtium. Brefortia.
    - *Ad Boream*, — Lichtenfordia. Grolla. Borceloa. Lochemum. Zutphania. Doesburgum.
  - Arenacensis, ubi
    - *Ad Rhenum*, — Arenacum. Wageninga.
    - *Ad Sin. Austral.* — Hardervicum. Elburgum.
    - *Iuxta Isalam*, — Hattemum.
- V. Transisalania, *Domin., in quo*
  - Sallandia, ubi
    - *Prope vel ad S. Austr.* — Campi. Genemuda. Nigræ Clausulæ. Vollenhovium. Bloczila. Cuyndera.
    - *Plus ab eo distant*, — Stenovicum. Hasseletum. Swolli. Daventria, *Caput Transisalaniæ.*
  - Twentia, ubi
    - *Ad Occasum*, — Almeloa. Ryssena. Diepenhemium. Goca. Delda.
    - *Ad Ortum*, — Enscheda. Oldensalia. Ootmarsia.
  - Drentia, ubi — Covordia. Meppela. Assena.
- VI. Frisia, *Domin., in quo*
  - Continens, ubi partes III,
    - *Tractus Sylvestris*, — Slota.
    - *Westergoa*, — Stauria. Hindelopa. Worcomium. Harlinga. Franekera. Bolswardia. Hoftum. Sneca.
    - *Oostergoa*, — Leovardia, *Caput Frisiæ.* Doccumum.
  - Insulæ contra eam,
    - *Major*, — Amelandia.
    - *Minor*, — Schiermonicoga.

VII. Gro-

Digitized by Google


MER BALTIQVE
PRVSSE
PRVSSE ROYALE
POLOGNE
HAVTE
BASSE POLOGNE
BRAN. DE
BOVRG
HAVTE
PALATIN
BAVIERE
D'AVSTRICHE
HONGRIE
ROY.
Pragues
Venise
Dresden
Francfort
Ratisbonne
Cracow
Buda
Posnania
Varsovie
Dantzick
Konigsperg
Marienburg
Thorn
Culm
Elbing
Graudentz
Posna
Gnesna
Lubeck
Magdebourg
Leipsick
Nuremberg
Augsbourg
Vienne
Presbourg
Strigonium
Agria
Comara
Javarin
Gran
Jaurin
Raab
Posega
Sirmich
Agram
Zagrab
Zatmar
Lemberg
Sandec
Radom
Warsau
Plock
Lowicz
Brzesnic
Sirad
Kalisch
Glogau
Breslau
Olmutz
Brun
Znaim
Tabor
Budweis
Linz
Passau
Salzbourg
Inspruck
Villach
Laubach
Gratz
Clagenfurt
Aquileia
Palma Nova
Trieste
Fiume
Segna
Carlstadt
Zeng
Zigeth
Essek
Peterwar
Posega
Syrmich
Belgrad
Sophie
Nissa
Temeswar
Lippa
Arad
Caransebes
Lugos
Orsova
Temesvar
Szegedin
Debreczin
Tokay
Cassau
Eperies
Leutschau
Neusol
Bistrick
Filleck
Schemnitz
Cremnitz
Newsol
Comorra
Raab
Javarin
Jaurin
Gran
Strigonium
Visegrad
Buda
Neuhaus
Post
Essek
Peterwar
Posega
Sirmich
Agram
Zagrab
Zigeth

Digitized by Google



CAPUT XXVI.

Germania in genere.

CONFECTO per Belgium itinere, in Germaniam, Incolis *Teutſchland*, Gall. *Allemagne*, progredimur. Ejus limites hodie ſunt ab occaſu Belgium Fœderatum & Romano-Catholicum, nec non Lotharingia, Gall. *Lorraine*; ab auſtro Helvetia laxiùs ſumpta, atque dominium Venetum; ab ortu regnum Hungariæ & Poloniæ; à boreâ mare Balticum, regnum Daniæ oceanuſque Germanicus. Sita eſt Germania intra gradus XLVI & LV latitudinis borealis, maximaque ipſius Longitudo obſervatur inter Friſiam orientalem, ſitam ad mare Germanicum, & ducatum Carniolam, partem Auſtriæ, quorum diſcrimen decem ferè gradus complectitur; nullibi verò latior eſt, quam inter ditionem Leodienſem atque Sileſiam, quæ intercapedo novem circiter eſt graduum. I. *Germania ſitus atque extenſio.*

Cœlum Germaniæ plurimis in locis ſat clemens eſt & ſalubre. Solum gaudet copioſis fontibus, inter quos varii variorum morborum medicina, thermis, fluminibus longè clariſſimis, ſylvis, aliàs longè majoribus, montibus benè multis, II. *Conſtitutio.*

ſalinis nobiliſſimis, pretioſiſſimis metallorum theſauris, vinetis optimis, abundantiâ frumenti & hordei, unde quibuſdam in locis cereviſia laudatiſſima incolis coquitur, & armentorum. Populoſiſſima eſt Germania; quando Comes Palatinus tentabat Bohemiam, trecenta hominum millia & vidit & aluit, teſte Brietio. Indigenæ ſpectabili ſunt formâ, fortes, magnanimi, lentiores in conſiliis, patientes laborum, amantes Mechanices, litterarum, militiæ, Bacchi. Linguâ utuntur duriore; hinc vulgò dici ſolet, cum hoſtibus, ut terror iis incutiatur, loquendum Germanicè. In matrimonio nobilis plebeiam non ducit, ſed ſemper ratio ſanguinis haberi ſolet. Religionem profitentur Reformatam, Lutheranam & Romano-Catholicam. Supremum Germaniæ caput eſt Imperator Auguſtus, gaudetque interdum Candidato Imperii, qui uno tantùm gradu ab Imperio diſtinguitur. Præter Electores Imperii, cùm Eccleſiaſticos III, tùm Seculares hodie V, plurimi in Germaniâ numerantur Epiſcopi, Abbates, Duces, Marchiones, Principes, de quibus ſuo loco & ordine.

III. *Diviſio in ſuperiorem & inferiorem.* Magnum hoc Imperium non eâdem ratione omnes diſtribuunt. Multis placet diviſio in Germaniam ſuperiorem & inferiorem. Prior meridiem ſpectat, eique attribuuntur Auſtria cum ſuis appendicibus, Bavaria, Suevia, Helvetia, Alſatia, Palatinatus inferior, & pars meridionalior Franconiæ. Poſterior deflectit in boream, cui inſunt Bohemia cum inſertis Provinciis, reliqua pars Franconiæ, Heſſia, Saxonia ſuperior, inferior, Weſtphalia, tres Archiepiſcopatus Electorales, ſucceſſio Cliviæ & Iuliaci, Epiſcopatus Leodienſis, nec non Belgium. Notandum verò in hiſce partibus recenſeri, quæ juris Germanici non exiſtunt, puta Helvetia, Alſatia pro maximâ parte, & Belgium.

IV. *Diviſio ratione Fluminum.* Alii Germaniam, habitâ nobiliſſimorum fluminum ratione, tripartiuntur, in partem, quæ circa Rhenum eſt; in partem, quæ circa Danubium, atque in partem, quæ circa Albim & Viadrum. Pars circa Rhenum ſubdividitur in partem ad & trans Flumen. Ad aut juxta Flumen jacent Alſatia, Palatinatus Rheni, tres Archiepiſcopatus, Epiſcopatus Leodienſis, Succeſſio Juliaci & Cliviæ. Trans Flumen occurrunt Weſtphalia, Haſſia, Franconia. Pars altera Germaniæ circa Danubium

nubium tenet Sueviam, Bavariam, Auſtriam. Pars tandem circa Albim & Viadrum complectitur Bohemiam cum inſertis, atque Saxoniam, cùm ſuperiorem, tùm inferiorem.

V. *Diviſio in Circulos.*

Placet aliis Germaniæ diviſio in Circulos, *Kreytzen*. Imperator Maximilianus I ipſam anno M D in ſex ſequentes Circulos in publicis Comitiis diſpeſcuit, Franconicum, Bavaricum, Suevicum, Rhenanum, Weſtphalicum, atque Saxonicum. Anno autem M DXII plures nati ſunt Circuli, Rhenanus Saxonicuſque in ſuperiorem & inferiorem diviſi ſunt, Weſtphalico demptus eſt Burgundicus, ac hiſce additus Auſtriacus, atque ita Germania decem Circulos, ac ſequenti ordine numerat, Auſtriacum, Burgundicum, Rhenanum inferiorem, Saxonicum ſuperiorem, Franconicum, Bavaricum, Suevicum, Rhenanum ſuperiorem, Weſtphalicum, & Saxonicum inferiorem. At circulus Burgundicus, ſub quo Belgium atque Burgundiæ comitatus continebantur, extra Germaniam eſt, deque Burgundiæ comitatu actum in Galliâ, atque de Belgio proximè ante Germaniam. Quin non alio fine ab Imperatore hic Circulus inſtitutus eſt, niſi ad majorem ſecuritatem hujus Hæreditatis Burgundicæ, atque hinc transactione Auguſtanâ, inſtitutâ inter Imperium & Carolum V, Principem Belgii, membra hujus Circuli eximebantur ab omni Imperii juriſdictione, & oneribus, neque votum ferrent in Diætis Imperii, contenta merâ defenſione.

VI. *Circulorum diviſio.*

Miſſo igitur Circulo Burgundico, reliqui novem inſpiciendi ſunt, ex quibus Weſtphalicus, Rhenanus inferior & ſuperior in & circa Rhenum occurrunt; Franconicus, Suevicus, Bavaricus & Auſtriacus in aut circa Danubium. Pars Domûs Auſtriacæ eſt regnum Bohemiæ cum ſuis appendicibus. Ultimi duo Circuli ſunt Saxonicus ſuperior, ſitus ad Albim & Viadrum, item Saxonicus inferior, qui ad Albim eſt. Atque hoc ordine novem Germaniæ Circulos expendemus.

CAPUT

CAPUT XXVII.

Germania in & circa Rhenum, ſeu Circulus Weſtphalicus, Rhenanus inferior atque ſuperior.

I. *Circulus Weſtphalicus.*

PRIMUM ergo ſe pandit pars Germaniæ, quæ in & circa Rhenum eſt, ſeu Circulus Weſtphalicus ac Rhenanus. Circulus Weſtphalicus, *Weſtphaliſche Craiſs*, limitatur ab occaſu Belgio; ab auſtro Luxemburgo ac Limburgo, partibus Belgii, & utroque circulo Rhenano; ab ortu circulo Saxonico inferiore, atque à boreâ mari Germanico. Hujus Circuli Directores ſunt Epiſcopus Monaſterienſis & Dux Juliacenſis, diſpeſciturque in Weſtphaliam, regiones ſucceſſorias Cliviæ & Iuliaci, & Epiſcopatum Leodienſem.

II. *Weſtphalia.*

Weſtphalia, Gall. *Weſtphalie*, maximam & ſeptentrionalem hujus Circuli partem occupat, fuitque hìc olim Saxonia occidentalis. Varii populi antiquitùs Weſtphaliam incoluerunt, Chauci minores, Anſibarii, Chamavi, Angrivarii, Dulgibini, Chaſſuarii ſeu Chattuarii, Tubantes, atque Sicambri, ſive Sigambri, de quibus paulò latiùs. Primùm creduntur habitaviſſe ad Sigam amnem; dein progreſſi ad Rhenum, Ruram, Luppiam, Rheni divortium, degiſſe inter Moſam & Rhenum, atque in Agro Zutphanienſi; quin tandem, ruente Romanorum imperio, extendiſſe ſeſe à mari fermè ad Mœnum. Sub ipſis erant Bructeri, Uſipetes ſive Uſipii, atque Tencteri. Regio paludoſa eſt, ſylveſtris & maximè dives paſcuis, & glandibus, quibus numeroſiſſimi porcorum greges ſaginantur, quorum pernæ fumo ſiccatæ penes indigenas & exteros laudem inveniunt, eis locum parantes inter cupedias deliciaſque menſarum. Hoſpitium per Weſtphaliam perhibetur vile, panis miſellus, cereviſia tenuis, prolixa milliaria.

III. *Ejus pars ad fl. Amaſium.*

Ditiones Weſtphaliæ multæ ſunt, inter quas præſtant ad Amaſium, *Ems*, comitatus Embdanus & Epiſcopatus Monaſterienſis. Comitatus Embdanus, ſeu Friſia orientalis dividitur pro majori parte à Groningæ Dominio per ſinum Dullartium, cui fluctuum rabies nomen fecit, oſtiumque Amaſii.

Quà

Quà boream ſpectat, à mari vadoſo alluitur, atque non procul à littore varias ſibi habet oppoſitas inſulas, ſed minores. Suo Comite regitur, caputque urbium eſt Embda, *Emden*, ad Sinum juxta oſtium Amaſii, portus commodiſſimus, cum palatio Comitis; præter quam occurrunt Norda, *Norden*, ſine mœnibus, portus; Eſſena, *Eſſens*, in tractu ſterili; Witmundia, *Widmundt*, cum caſtro; Auricum, *Aurick*, Nobilium ſeceſſus ob nemora, cum caſtro pulcherrimo & amœniſſimo, quod Comes incolit; Lera, *Leer*, oppidum juxta confluentes Soſtæ & Amaſii. Hoc Comitatu longè major eſt Epiſcopatus Monaſterienſis, qui inter comitatus Embdanum & Oldenburgenſem ac flumen Luppiam longiſſimè ſe extendit, atque ab Amaſio perfunditur, in parte ſuperiore & inferiore, quàm mediâ latior. Oppida ejus ſunt Cloppenburgum, *Cloppenborg*, prope fontes Soſtæ fl.; Vechta, *Vecht*; Meppa, *Meppen*, ad fl. Haſam, quà defluit in Amaſium; Monaſterium, *Munſter*, urbs Epiſcopalis, cujus Epiſcopo hic Epiſcopatus obedit, hujus & totius Weſtphaliæ clariſſima, magnifica, amœna, munita, inſigni gaudens Monaſterio, quod toti Provinciæ adpellationem præbuit, pacificatione inter Hiſpaniarum Regem & Fœderatos Belgas nobilitata plurimùm; Tillichia, *Tilligt*; Warendorpium, *Warendorp*; Haltera, *Halteren*; Borca, *Borcken*; Coeſfeldia, *Coesfeld*, inter quam & Veſaliam Luppiam verſus eſt ſylva Cæſia, *Heſerwald*. Sunt porrò in Epiſcopatu Monaſterienſi varii minores Comitatus; Steinfurtenſis, ubi Steinfurtum, *Steenfort*, hìc Schola Illuſtris; Benthemenſis, ubi Benthemum, *Benthem*, rupi impoſitum cum caſtro, & Nieuhuſium, *Nieuhuis*; Lingenſis, ubi Linga, *Lingen*, munita cum arce, ſub ditione Arauſionenſium Principis, Regis magnæ Britanniæ, ad Amaſium.

Epiſcopatus Monaſterienſis.

Hujus minores Comitatus.

Inter Amaſium & Viſurgim occurrit Epiſcopatus Oſnabrugenſis, & plures parvi comitatus. In Epiſcopatu Oſnabrugenſi, qui proprio ſubeſt Epiſcopo, ſunt oppida Quakenbruga, *Quackenbrugge*, in Monaſterienſi limite; Vorda, *Vorde*, in cujus agro optimi falcones capiuntur; Hunteburgum, *Hunteborg*, juxta lacum Dummeram, *Dummer* ſeu *Domme Zee*, in tractu ſylveſtri; Mella, *Melle*; Iburgum, *Iburg*, ubi Epiſcopus ſæpiùs commoratur; Oſnabruga, *Oſnabrug*, ſive *Oſenbrug*,

IV.

Pars Weſtphaliæ inter fl. Amaſium & Viſurgim. Epiſcopatus Oſnabrugenſis.

brug, urbs Episcopalis, Episcopatûs nobilissima, cui à pellibus bovinis nomen est, sita in amœnâ valle ad fl. Hasam, pacificatione inter Imperatorem & Sueciæ Regem inclyta.

Minores Comitatus. Minores comitatus sunt Tecelenburgensis, ubi Tecelia, *Teckelenborg*, in tractu aspero; Rhedensis, ubi Rheda, *Rheda*, ad Amasium; Luppiensis, ubi Luppia, *Lippestadt*, ad flumen ejusdem nominis, Dietmella, *Dietmelle*, Lemgovia, *Lemgow*; Ravensbergensis, ubi Bilefeldia, *Bielefeld*, Ravensberga, *Ravensberg*, Angria, *Engeren*, Herfordia, *Herworden*; Diepholtiensis, ubi Diepholtia, *Diepholt*, ad flumen Huntium, quando è Dummerâ lacu egreditur.

V. *Pars Westphaliæ ad fl. Visurgim.* Pergimus ad tractum Westphaliæ, qui ad Visurgim est, ad cujus infimam partem occurrit comitatus Oldemburgensis, in quo Ievera, *Iever*, ad fluviolum cognominem, oppidum ante sub Frisiæ orientalis Comite, nunc huic Comitatui cum agro adjacente adnexum; Oldenburgum, *Oldenborg*, quasi vetus castrum, ad fl. Lætam, cujus Comites potentissimi fuêre, atque ex iis nati Reges Daniæ; Delmenhorstia, *Delmenhorst*, caput comitatûs cognominis ad fl. Delmam. Hic verò Comitatus & Oldemburgensis subsunt, tanquam feuda Imperii, Regi Daniæ. Superiùs jacent comitatus Hoyensis, in quo Hoya, *Hoye*, ad Visurgim, Novoburgum, *Nienburg*, præcipuum, ad idem fl., Barenburgum, *Barenborg*; principatus Mindensis, *Furstenth. Minden*, qui paret Electori Brandenburgico, in quo Petershaga, *Petershagen*, ad Visurgim, uti & Minda, *Minden*, parva, munita, atque ab Electore minùs pendens, urbs Imperialis; comitatus Scaumburgensis, in quo præstat Stadhaga, *Stadhagen*, estque Schaumburgum, *Schaumburg*; ac Abbatia Corbeiensis, in quo Corbeia, *Corvey*, ad Visurgim, prædives, sub suo Abbate, qui Imperii princeps est, habetque jurisdictionem in oppidum Hoxteram, *Hoxter*, & pagos aliquot circumjacentes.

C. Oldemburgensis. *C. Delmenhorstiensis.* *C. Hoyensis.* *Pr. Mindensis.* *C. Schaumburgensis.* *Abbatia Corbeiensis.*

VI. *Pars Westphaliæ ad fl. Luppiam. Episcopatus Paderbornensis.* Restant ex Westphaliâ episcopatus Paderbonensis, & ducatus Westphalia, siti ad & juxta superiorem partem Luppiæ fluminis. In episcopatu Paderbonensi, qui suo Episcopo regitur, sunt Bracela, *Brakel*, loco sita opimo; Warburgum, *Warburg*; Paderbona, *Paderborn*, urbs Episcopalis, & caput hujus Episcopatûs; Solkotia, *Solkot*, ubi optimæ salinæ; Bu-

ra,

ra, *Buren*, ad fl. Almam. In ducatu Weſtphaliæ, aliàs Weſtphaliâ propriâ, explicito Epiſcopatui ab occaſu conterminâ, quæ eſt ſub Colonienſi Electore, ſunt oppida Brila, *Brilen*; Medenbachum, *Medenbach*; Fredenburgum, *Fredenborg*, lautum; Oldendorpium, *Oldendorp*; Arensberga, *Arnsberg*, caput Comitatûs, in peninſulâ, quam fl. Rhura efficit, præcipua Ducatui Weſtphaliæ inſeritur à variis comitatus Reclinchuſanus ſub Electore Colonienſi, in quo Dorſta, *Dorſten*, ad Luppiam, & Reclinchuſa, *Reclinchuſen*. *Ducatus Weſtphalia.* *C. Reclinchuſanus.*

VII. *Regio ſucceſſoria Brandenburgenſis.*

Viſâ Weſtphaliâ, progredimur ad regiones ſucceſſorias Cliviæ & Iuliaci, comitatum Marchiam, ducatuſque Clivenſem, Montenſem ac Iuliacenſem, inter quos Marchia Cliviaque ceſſerunt Marchioni Brandenburgenſi, & duo poſteriores ducatus Palatino Neoburgico. Hos præter ducatum Iuliacenſem ad Weſtphaliam nonnulli referunt, diſtinguunt alii. In comitatu Marchiâ, *Graff. Marck*, quæ inter Weſtphaliam propriam, & Duc. Montenſem media, gaudet præaltis montibus, & ſylvis, è quibus gratiſſimo murmure rivuli ſuſurrant, ſunt Hamum, *Ham*, caput comitatûs ad Luppiam; Marchia, *Marck*, caſtrum, quod Marchiæ nomen impoſuit; Suſatum, *Soeſt*, cultum; Tremonia, *Dortmund*, urbs Imperialis & libera; Iſerlonia, *Iſerlo*; Neoſtadium, *Neuſtad*; Haltinga, *Haltingen*, ad Ruram; item Verda, *Werden*; Eſſa, *Eſſen*, Abbatia dives. Ad occaſum Marchiæ eſt ducatus Clivenſis, *Hertzogt. Cleve*, quem Rhenus in partem Cis-Rhenanam & Trans-Rhenanam diſtribuit. In illâ jacent Duisburgum, *Duisburg*, ad Ruram amnem, qui infra ipſum in Rhenum ſe exonerat, recenti exornatum Academiâ; Veſalia, aliàs Veſalia inferior, *Weſel*, ad Luppiæ & Rheni confluentes, munimentum, & emporium celebre, urbs elegans, atque totius Cliviæ nobiliſſima; Reſia, *Rees*, ad Rhenum; uti inferiùs Embrica, *Emmerick*. In parte Trans-Rhenanâ occurrunt Grieſthuſa, *Grieſthuyſen*; Clivi, ſeu Clivia, *Cleef*, caput Ducatûs, amœniſſimum, pendulum in tribus collibus, ſuperbiens quadratâ præaltâque Turri cum arce, quam volunt Iulium Cæſarem tempore belli Gallici extruxiſſe; Calcaria, *Calcar*; Gennepum, *Gennep*, ad Nierſam, quæ paulò inferiùs in Moſam incidit; Gocha, *Goch*, ad idem fl.; Xanthum ſeu Santena, *Santen*, *Comitatus Marchia.* *Ducatus Clivenſis.*

ubi complura antiquitatis veſtigia; Burichium, *Burich*, contra Veſaliam, munitum juxta Rhenum; uti ſuperiùs Orſovium, *Orſoy*.

VIII. *Comitatus Murſanus.* Proximus eſt huic oppido comitatus Murſanus, medius inter Geldriam Hiſpanicam, agrum Colonienſem, ducatum Montenſem & Clivenſem. Hinc quidam ipſum attexunt Cliviæ; alii agro Colonienſi; alii Geldriæ Hiſpanicæ; ſunt qui ab omnibus omninò ſeparant, quod & nobis præfertur, quia ſubeſt Arauſionenſium Principi, Regi magnæ Britanniæ. Caput Comitatûs eſt Murſa, ſeu Meurſia, & Muria, *Murs*, valida, præter quam habet Creveltiam, *Crevelt*, lautum municipium in Agri Colonienſis limite.

IX. *Regio Succeſſoria Neoburgenſis. Ducatus Montenſis.* Visâ priori parte Regionum ſucceſſoriarum, ad alteram pergimus, ducatum Montenſem, & Juliacenſem. In ducatu Montenſi, *Hertzogt. Berg*, qui Marchiam & Rhenum interjacet, jacent oppida Elverfeldia, *Ervervelt*; Sollinga, *Sollingen*; Homberga, *Homberg*; Blanckenburgum, *Blanckenburg*; Sigeburgum, *Sigburg*; Mulhamum, *Mulheim*, ad Rhenum, ſicut quoque Monhemum, *Monheim*, ac Duſſeldorpium, *Duſſeldorp*, urbs elegans, munita, caput Ducatûs & ſedes Ducis Neoburgenſis. *Ducatus Juliacenſis.* Ducatum Juliacenſem, *Hertzogt. Gulich*, à Montenſi dividit pars Colonienſis Archiepiſcopatûs, quam habet ad ortum, ſicut Geldriam Hiſpanicam & Limburgenſem ducatum ad occaſum. Oppida ejus ſunt Dulca, *Dulcken*; Glabbeca, *Glabbeeck*; Herculanium, *Erckelens*; Iuliacum, Gall. *Iuliers*, Germ. *Gulich*, urbs probè munita ad Ruram amnem, caput hujus Ducatûs; Durenum, *Duren*, ad idem fl.; Monaſterium in Eiffaliâ, *Munſter Eyffel*, in limite agri Colonienſis; Nideca, *Nidecken*; Aquisgranum, Gall. *Aix la Chap*, Germ. *Aken*, urbs Imperialis, elegans, olim Caroli Magni deliciæ, incluta ſuis balneis, quæ & in Civitate, nec non ſuburbio copiosè ſcaturiunt; Gangeltium, *Gangelt*; Sittardum, *Sittard*.

X. *Ditio Leodienſis.* Supereſt ex Circulo Weſtphalico pars ultima, ditio, ſeu epiſcopatus Leodienſis, *Biſthum Luttich*, ſive *Luyck*, qui exiguâ parte Iuliacenſi ducatui conjungitur, cæterâ inſertus Belgio Romano-Catholico, inter Limburgum, Luxemburgum, Namurcum, atque Brabantiam; hinc aliqui ipſum in hoc Bel-

gio

Digitized by Google

gio recenſent. Longè plus à boreâ in auſtrum, quàm ab occaſu in ortum rectà extenditur, aliàs amplior, ſitus in regione feraci & amœnâ, Germaniæ compendium, dives carbonum foſſilium, atque à Moſâ, quæ ipſum perfundit, transverſum ſecatur. Subeſt ſuo Epiſcopo, quemadmodum & comitatus Hornanus, ad ſeptentrionem ipſi contiguus, quem ad Tetrarchiam Ruremundanam quidam, ad Boſcoducenſem alii referunt, nos ad hunc Epiſcopatum. In ipſo ſunt Horna, *Hoorn*, caſtrum, item Weſſemum, *Weſſem*, & Werda, *Wert*. In Epiſcopatu Leodienſi occurrunt oppida Hamontium, *Hamont*; Herca, *Herck*; Fanum S. Trudonis, *S. Truyen*; Haſſeltia, *Haſſelt*; Tungri, *Tongeren*, urbs antiqua, à Tungris Germaniæ populis inculta, qui hoc ipſi nomen fecêre, antea ſedes etiam Epiſcopalis, quæ nunc eſt Leodii. Ad Moſam jacent Maſicum, *Maſeyck*; Stochemum, *Stochem*; Trajectum ſuperius, ſive ad Moſam, *Maeſtricht*, urbs optimè munita; Leodium, ſeu Leodicum, *Luyck*, Gall. *Liége*, urbs Epiſcopalis, ampla, populoſa, magnifica, Sacerdotum Paradiſus, Diœceſis caput, ſitum in collibus partìm, partìm in vallibus, fontium optimorum uſque eo dives, ut in privatorum ædibus plures ſæpè offendantur; Hoyum, ſeu Huum, & Hoynis, *Hoey*, urbs ad rivum cognominem, qui hìc Moſæ ſe miſcet, vim hoſtilem ſæpiùs perpeſſa. In confinio Luxemburgi ſunt Franchimontium, *Franchimont*, & vicus Spadanus, *Spaa*, quibuſdam Fons Tungrorum, cujus fontes maximi fiunt in fugandis pluribus morbis deſperatiſſimis, & ad quos quotannis ſanitatis gratiâ ingens hominum multitudo confluit. Præter hactenùs recenſita circulo Weſtphalico adſcribuntur Colonia Agrippina, de quâ in Archiepiſcopatu Colonienſi, item ducatus Verdenſis, de quo in inferiori Saxoniâ.

C. Hornanus.

Epiſcopatus Leodienſis.

Poſt circulum Weſtphalicum tranſimus ad circulum Rhenanum Inferiorem, ſeu Electoralem Rhenanum, ſic dictum, quia ad & circa inferiorem Rheni tractum eſt, & quatuor Electorum ditiones complectitur. Ipſum limitat à boreâ circulus Weſtphalicus, & Rhenanus ſuperior; ab ortu Franconicus; ab auſtro Suevicus, Rhenanus ſuperior, & Lotharingia; ab occaſu Luxemburgum. Circulo Weſtphalico minor eſt, cujus ſolum ante nuperam inundationem Gallorum amœ-

XI. *Circulus Rhenanus inferior.*

nitate, fertilitate; & uberi rerum omnium proventu vix ulli Germaniæ parti cedebat. Montes plerique vites alunt generoſiſſimas, feras ſylvæ, pomaria fructus, neque flumina deſunt, quibus perfunditur, inter quæ præſtant Moſella, Rhenus, Mœnus, Nicer. Director hujus Circuli eſt Elector Archiepiſcopus Moguntinus, ſuntque in ipſo tres Archiepiſcopatus Electorales, Colonienſis, Trevirenſis, & Moguntinus, nec non Palatinatus Rheni Electoralis.

XII. *Archiepiſcopatus Colonienſis.*

Archiepiſcopatus ſeu Diœceſis Colonienſis, inter ducatus Juliacenſem ac Montenſem medius, ad Rhenum eſt, exiguæ latitudinis, ſub Archiepiſcopo Colonienſi, ſecundo Electore Imperii, inter Electores Eccleſiaſticos ditiſſimo. Ubii hìc olim habitârunt. Dividitur in partem inferiorem ac ſuperiorem. *Pars ejus inferior:* In illâ, vulgò *Nider Stift*, jacent ad Rhenum Rhenoberga, *Rhynberg*, munimentum celebre & Electoris portorium; Caſtra Hordeonis, *Ordingen*; Cæſaris Inſula, *Keiſerswert*, valida; Noveſium, *Nuys*, ad fl. Erpiam, qui infra ipſum in Rhenum labitur; Zontium, *Zons*, portorium; Colonia Agrippina, *Coln*, Gall. *Cologne*, olim caput Ubiorum, hodiéque totius Diœceſis longè præcipua, Archiepiſcopalis, libera, antiqua, ambitu ampla, figurâ ſemilunari, ad ſiniſtram Rheni ripam, Academiâ illuſtris, commerciis dives, pars circuli Weſtphalici, contra quam eſt Divitenſe munimentum, *Duyts.* *Pars ſuperior.* In parte Superiori hujus Archiepiſcopatûs, *Ober Stift*, ſunt Brulla, *Broel* ſive *Bruyl*; Bonna, *Bon*, antiqua, hujus partis clariſſima, ſedes Archiepiſcopi, multùm nuperâ obſidione deformata; Lintium, *Lintz*; Andernachum, *Andernach*, amœni ſitûs. Subeſt Colonienſi Electori, quod & ſuprà diximus, ducatus Weſtphalia, cum comitatu Reclinchuſano.

XIII. *Archiepiſcopatus Trevirenſis.*

Poſt Archiepiſcopatum Colonienſem proximus eſt Trevirenſis, qui inter Lotharingiam & Wetteraviam longiſſimè extenditur, perfunditurque à fluminibus Saro, in primis Moſellâ, & longè minori tractu Rheni. Partem hujus Ditionis occiduam Gallus imperio ſuo adjecit, reliqua eſt ſub moderamine Archiepiſcopi Trevirenſis, qui Elector eſt Imperii ordine tertius. *Ejus pars cis Rhenum.* Ejus urbes & oppida nobiliora cis Rhenum ſunt Mons Regalis, *Monreal*, munitus & Vitellicum, *Witlich*, non procul à Moſellâ cum caſtro egregio, ſedes Electoris, quæ cum

cum Confluentiis Eiffaliæ, cujus periêre limites, Brietio attribuuntur; Prumenſis Abbatia ſatis ampla, in quâ eſt Prumia, *Pruym*, caſtrum in Arduennâ ſylvâ; Palatiolum, *Phaltz*, ad Moſellam, uti & Auguſta Trevirorum, aliàs Treviri ſeu Treveris, *Trier*, Gall. *Tréves*, urbs Archiepiſcopalis, ampla, vetuſtiſſima, cum Univerſitate, caput hujus Archiepiſcopatûs, uti olim urbium, quas Treviri, aliàs Triveri, & Triviri tenuêre, quibus in hâc Ditione & Luxemburgo ſedes fuit; Sarburgum, *Sarburg*, juxta fl. Sarum, *Sar*. In Hunnorum tractu, *Hundsruck*, quaſi dorſo canis, qui inter flumina Moſellam, Rhenum & Navam eſt, ſunt Veldentium, *Veldentz*; Veſalia ſuperior, *Ober-Weſel*, ad Rhenum in Palatinatûs inferioris limite; Bodobriga ſeu Boppardia, *Boppart*, inferiùs; Confluentiæ, *Coblentz*, urbs ad Moſellæ & Rheni conjugium, ampla, amœna. Trans Rhenum, ubi ſupereſt pars Archiepiſcopatûs exigua, occurrunt Hermanſtenium, *Hermanſtein*, munitio ad Rhenum in altâ & præruptâ rupe firmiſſima, oppoſita Confluentibus; Mons Taborium, *Montabour*; Limpurgum, *Limpurg*.

Pars trans Rhenum.

Tertius & ultimus Archiepiſcopatus Electoralis hujus Circuli eſt Monguntinus, circa Rhenum ac Mœnum flumina ſub ſuo Archiepiſcopo. Cis Rhenum, ubi pars eſt Archiepiſcopatûs minima, jacet oppidum Bingium, *Bingen*, ubi fl. Nava ſeu Navus, *die Naw*, in Rhenum ſe exonerat, & in cujus vicinià occurrit in Rheno vortex formidabilis navigantibus, vulgò *Bingerloch*, nec non in parvâ inſulâ Turris Murium, in quâ Archiepiſcopum, qui pauperes flammâ necuerat, à muribus comeſtum perhibent; Moguntiacum, ſive Moguntia, *Meintz*, Gall. *Mayence*, urbs ad Rhenum, qui hìc Mœno ditatur, ampla, ante hanc ultimam expugnationem benè culta, munita, Archiepiſcopalis, cujus Archiepiſcopus inter Imperii Octoviros primus eſt, clariſſima, unde Archiepiſcopatus nomen ducit, illuſtris ſuâ Academiâ, & quæ artis Typographicæ inventionem ſibi tribuit. E regione Moguntiæ & Bingii ad alteram Rheni ripam eſt Rhenogavia ſeu Rhingovia, *Rhingaw*, in quâ Elfeldia, *Elfelt*, & Konigſteinum ſeu Lapis Regius, *Konigſtein*, caput comitatûs cognominis; item Aſciburgium, ſive Aſchaffenburgum, *Aſchaffenburg*, prope Mœnum, ubi præcla-

XIV. *Archiepiſcop. Moguntinus.*

Pars cis Rhenum.

Pars trans Rhenum.

præclarum Palatium Electoris, in quo hic ſæpiùs commoratur; Miltenberga, *Miltenberg*. Adhæc paret Electori Moguntino extra hunc Circulum pars major comitatûs Reinecenſis, ſiti in Franconiâ; Fritzlaria, *Fritzlar*, urbs Haſſiæ inferioris; regiuncula Eisfeldia, cum variis oppidis, pars ducatûs Brunſvicenſis in limite Thuringiæ; Erfordia caput Thuringiæ cum multis vicis adjacentibus, quæ ſuis locis recenſebuntur.

XV. *Palatinatus Rheni.*

Supereſt ex circulo Rhenano inferiore pars quarta, Palatinatus Rheni, *Pfaltz am Rhein*, Gall. *Palatinat du Rhein*, ſic dictus à ſitu, nam ipſum Rhenus bipartitur. Appellatur aliter Palatinatus Electoralis, item inferior, ad diſcrimen Palatinatûs Bavariæ ſeu ſuperioris, de quo in Circulo Bavarico. Suberat ante hoc bellum Gallicum, quo omnis ferè ardet Europa, Electori Palatino, ante motus Bohemicos inter ſeculares Electores ordine ſecundo, nunc quinto ſeu ultimo; hodie autem potiſſima ejus pars, in primis cis Rhenum, graviter gemit ſub Gallorum Tyrannide, quæ urbes optimas ſolo æquavit, ſolumque jucundiſſimum & feraciſſimum ita vertit, ut Palatinatus in Palatinatu quæratur. Sunt hìc aut fuerunt inſigniores urbes & oppida, trans Rhenum quidem, Heydelberga, *Heydelberg*, caput Palatinatûs, urbs amœniſſima ad fl. Nicrum, in cujus colle Aula erat Electori verè magnifica, cum antiquiſſimâ Academiâ, & celebri Sapientiæ Gymnaſio, atque Manhemium, *Manheim*, ad Nicri & Rheni confluentes, urbs, quâ non erat alia in Palatinatu nitidior, optimè munita. Cis Rhenum verò Frankendalia, *Franckenthal*, ante munitiſſima, tempore belli Hiſpanici aſylum Flandris, arva ſua religionis ergo linquentibus; Oppenhemum, *Oppenheim*, in colle, Hieroſolymam, ut ajunt, ſitu referens; Cubæ, *Caub*; Bacharacum, *Baccharach*, cujus vina in pretio ſunt; Cruzenacum, *Creutznach*, quod fl. Nava interluit; Cæſaropolis, ſeu Lutra Cæſarea, *Keyſerſlauter*, in limite ducatûs Bipontini, prope ortum Lutræ fl.; Novoſtadium, *Newſtat*, cognomento *an der Hart*; Germershemum, *Germersheim*. Quæ porrò huic Palatinatui inſunt, proximus memorabit Circulus.

Pars ipſius trans Rhenum.

Pars cis Rhenum.

XVI. *Circ. Rhenanum ſuperior.*

Pergimus ad tertium ſeu ultimum Circulum Germaniæ, qui ad & circa Rhenum eſt, puta circulum Rhenanum ſuperiorem.

Digitized by Google

riorem. Hic ſupremâ parte contingit Helvetiam; ab occaſu Lotharingiam & circulum Rheni inferiorem; à boreâ Weſtphalicum ac inferioris Saxoniæ; ab ortu circulum ſuperioris Saxoniæ, Franconicum, Suevicum. Hujus Circuli directores ſunt Epiſcopus Wormatienſis, & Comes Sponheimenſis. Partes ejus præcipuæ & majores ſunt tres, Alſatia, pars Palatinatûs Rheni, & Haſſia.

XVII. *Alſatia trans Rhenum.*

Alſatia latè ſumpta auſtrinam hujus Circuli partem occupat, & à Rheno ab auſtro in boream perfunditur, abundans paſcuorum, vini, & Cereris uſque adeo, ut cella penaria atque Germaniæ nutrix aliquibus nominetur, dives etiam mineralium. Trans Rhenum tenet juxta quoſdam Marchionatum Badenſem, Ortnaviam & Briſgoviam. Sed de Marchionatu Badenſi, quem ab Alſatiâ revellunt alii, dicemus in Circulo Suevico, cujus pars eſt; quemadmodùm & reliquæ duæ partes revera jacent in Sueviâ. In Ortnaviâ, ſeu Ortenaviâ, *Ortnaw*, quæ ferè ſubeſt Auſtriacis, ſunt Offenburgum, *Offenburg*; Gengenbacum, *Gengenbach*, & Cella, *Zell*. In Briſgoviâ, aliàs Briſigaviâ, *Briſgaw*, clariſſima ſunt Friburgum, cognomento in Briſgoviâ, *Freiburg in Briſgaw*, cum Academiâ, ſub Gallis, uti & Briſacum, *Briſach*, urbs, quam Rhenus interfluit, munitiſſima; ſuperiùs eſt Neoburgum, *Neuwenburg*.

Ortnavia.

Briſgovia.

XVIII. *Alſatia cis Rhenum.*

Cis Rhenum Alſatia complectitur Sundgoviam atque Alſatiam propriam. Sundgovia propria, *Sundgou*, aliter comitatus Ferretanus, Gall. *Ferrette C.*, medius inter Alſatiam ſuperiorem & epiſcopatum Baſileenſem, ſub Rege Galliarum eſt. In eâ ſunt Huninga, *Huningen*, vicus ad Rhenum, infra, ſed proximè Baſileam cum validiſſimâ arce recenter fundatâ; Ferreta, Gall. *Ferrette*, Germ. *Pfirt*, caput Comitatûs & Provinciæ; Florimontium, *Blumberg*; Befortium, *Befort*; Maſonis Monaſterium, *Maſmunſter*, & Mulhuſia, *Mulhauſen*, urbs Imperialis & libera, ad fl. Hillelum, *Ill*, confœderata Helvetiis. Alſatia propria, Gallis, quibus paret, *Alſace*, Germ. *Elſas*, Sundgoviæ à boreâ confinis, & à Treboccis ſeu Triboccis olim inculta, diſpeſcitur pro vario ſitu ad Rhenum in inferiorem & ſuperiorem. Huic auſtraliori & minori, ſub quâ explicita Sundgovia nonnullis comprehenditur, inſunt oppida Enſisheimum, *Enſisheim*; Murbachium, *Murbach*, cum Abbatiâ

Sundgovia propria.

Alſatia propria:

Pars ſuperior.

egregiâ; Monaſterium, *Munſter*; Colmaria, *Colmar*, ſine mœnibus, hujus Alſatiæ primaria, at juxta alios Enſisheimum.

Pars Alſatiæ inferior. In Alſatiâ inferiore occurrunt Benefeldia, *Benfeld*; Ehenheimum, *Ehenheim*; Roshemum, *Roſsheim*; Molshemum, *Molsheim*, Epiſcopi Argentinenſis deliciæ cum Academiâ ad fl. Bruſcham, *Bruſch*; inferiùs Argentoratum, *Strasburg*, ubi Bruſcha Hillelo miſcetur, urbs Epiſcopalis, ampla, valida naturâ & arte, hujus Alſatiæ, quin totius longè nobiliſſima, illuſtris ſuâ Univerſitate & editâ ac elegantis ſtructuræ Turri, quam oſtentat Cathedralis Eccleſia; Tabernæ Alſaticæ, *Zabern*, ſedes Argentoratenſis Epiſcopi; Hagenoa, *Hagenaw*; Luterburgum, *Luterburg*; Weiſſenburgum, *Weiſſenburg*, nec non Landavia, *Landaw*, pendens ab Hagenoenſi præfecturâ, ſita tamen intra Palatinatûs Rheni limites.

XIX. Visâ Alſatiâ latè ſumptâ, tranſimus ad eam partem Palatinatûs Rheni, quæ hoc Circulo continetur, atque ita ſe offe-

Pars Palatinatûs Rheni.

D. Bipontinat. runt Ducatus Bipontinus, Germ. *Zweibruck*, ubi clariſſimum

C. Sponheim. eſt Bipontium, *Zweibruck*, cum caſtro diruto; comitatus Sponheimenſis, ubi Bircofeldia, *Birkenfeld*, Simmera, *Simmeren*, Sponhemium, *Sponheim*, ſeu *Spanheim*, Crucenacium, *Creutznach*;

E. Spirenſis. Epiſcopatus Spirenſis, quem Rhenus interſecat, & in quo ſunt Philippopolis, ſeu Philippoburgum, *Philipsburg*, munimentum in paludibus, à Gallis denuò ſubjugatum, atque Noviomagus Nemetum, qui in hoc Epiſcopatu degerunt, hodie Spira, *Spiers*, libera urbs Imperii, Epiſcopalis, juridicoque totius Imperii conventu ante incluta, at nunc deleta à

E. Wormat. Gallis; in Epiſcopatu Wormatienſi eſt Borbetomagus Vangionum, qui hìc olim vixerunt, jam Wormatia, *Worms*, urbs libera Imperii atque Epiſcopalis, ſed afflicta ab iiſdem ſimiliter.

XX. Quod reſtat ex hoc Circulo Rhenano Haſſia appellatur,

Wetteravia. quam in Haſſiam propriam, & Wetteraviam diſtribuunt. In Wetteraviâ, *Wetterau*, quam varii variis finibus circumſcribunt, pluribus locantur comitatus Erpachenſis, pars circuli Fran-

C. Hanovienſ. conici, & Hanovienſis ſub ſuo Comite, in quo Hanovia, *Hanau*, gemina, nova nitida eſt & elegans; urbes Imperii liberæ, Gelnhuſa, *Gelnhauſen*, Fridburgum, *Fridburg*, Francofurtum, *Francfurt*, ad Mœnum, cui ponte jungitur Domus Saxonum, ſeu Saxenhuſium, *Saxenhuſen*, Francofurti ſuburbium

bium trans flumen, ampla, magnifica, in quâ Imperator debet eligi, multis, etiam Judæis frequentata, emporium toto orbe celebre, ad cujus nundinas bis in anno inter alia ingens librorum copia convehitur. Hæc verò à Wetteraviâ diſtinguunt alii. Porrò Wetteraviæ, præter partem comitatûs Cattimelibocenſis, de quo in Haſſiâ propriâ, ineſt comitatus, ſeu, ut hodie vocatur, principatus Naſſovius, cui nomen facit Naſſovia, *Naſſaw*, oppidum ad fl. Lanum, unde celeberrima Domus Naſſovia ſuam traxit originem, ſuntque ſub hoc Comitatu plures alii, quibus ab oppidis cognomentum eſt, puta Hadamarienſis, Dietzenſis, Idenſtinus, Wisbadenſis, ubi Wisbada, dives thermarum, Weilburgenſis, Biliſtinus, Solmenſis, Witgenſteinenſis, Dillenburgenſis, in quo præter Dillenburgum jacet Herborna, Gymnaſio ſuo illuſtris, Sigenſis, Iſenburgenſis, Sainenſis. Quæ autem pars Wetteraviæ propinquior eſt Weſtphaliæ propriæ & ducatui Montenſi Weſterwaldia, id eſt Sylva occidentalis, nominatur. In hoc tractu juxta Sigam & Rhenum ex adverſo Bonnæ occurrit mons Rhætico, *das Sigengebirge*.

C. Naſſovius.

Weſterwaldia.

Poſt Wetteraviam inſpicienda eſt Haſſia propriè dicta, quæ titulum Lantgraviatûs gerit, vulgò *Landgraff. Heſſen*, dividiturque in ſuperiorem & inferiorem. Superior, *Ober Heſſen*, plus in occaſum & auſtrum diffunditur, inque eâ occurrit comitatus Cattimelibocenſis, *Graff. von Catzenellebogen*, in cujus parte inferiore, quæ pro majori parte obedit Landgravio Haſſiæ Rhenofeldenſi, & ſita eſt in Wetteraviâ, ſunt Cattimelibocum; Fanum S. Goari, *S. Gower*, cujus collari æneo colla exterorum, primùm advenientium, ſolent indui; Rhenofelda, *Rheinfelden*, caſtrum in colle ad Rhenum, unde nomen huic Landgravio; Schwalbachia, *Schwalbach*, acidulis, quæ vini ſaporem referunt, incluta. In comitatu Cattimelibocenſi ſuperiore, qui & Geravia, *Gerawer* ſeu *Gerawerland*, & Landgraviatus Haſſiæ Darmſtadienſis, *Landgr. Heſſen Darmſtat*, dicitur, & paret hujus nominis Landgravio, ſunt Geravia, *Geraw*, atque Darmſtadium, *Darmſtat*, urbs cum eleganti caſtello, ſedes ſui Landgravii, confeſſionis Auguſtanæ, ſita prope ſylvam Ottoniam, *Odenwald*, mediam inter Mœnum & Nicrum fl., ac juxta Stradam montanam, *Bergſtraſſe*, amœniſ-

XXI.

Haſſia propria.

Superior, ubi

C. Cattimelibocenſis.

Principatus ad Lanum.

simam, quæ Darmstadio Heidelbergam ducit. Præter comitatum Cattimelibocensem superiori Hassiæ adscribitur Principatus ad Lanum, seu Loganum, qui variis est Hassia superior, cujus pars minor ad austrum & occasum Darmstadiensi, reliqua Cassselensi Landgravio obedit. Ejus urbes sunt Homburgum, *Homburg*; Butzbacum, *Butzbach*; Nidda, *Nidda*, cum titulo Comitatûs, qui huic Hassiæ junctus est; ad fl. Loganum, *Lohne*, qui nomen dat Principatui, jacent Vetzlaria, *Wetslar*, urbs Imperialis; Giessa, *Giessen*, munita, cum Academiâ illustri; Marpurgum, *Marpurg*, caput superioris Hassiæ,

C. Waldec.

cui & clara Academia sub Landgr. Cassselensi. Inter Hassiam superiorem & inferiorem medius est comitatus Waldeccensis, *Graff. Waldeck*, sub suo Comite, quem plures Westphaliæ adjudicant, sed secus arbitrantur Hassiæ Landgravii, pars enim ipsius orientalis subest Landgr. Cassselensi. Præcipua ejus oppida habentur Wildunga, *Wildungen*, acidulis inclyta; Waldecum, *Waldeck*, caput Comitatûs; Corbachium, *Corbach*, ad quod aurum effoditur, sæpiùs sedes Comitis; Landavia, *Landau*.

Hassia inferior.

In inferiore Hassiâ, quæ tota subest Cassselensi Landgravio, religionis Reformatæ, occurrunt Castellum Cattorum, nunc Cassella, *Cassel*, urbs ad fl. Fuldam, cum insigni Academiâ, & castro, in quo ingens tormentorum, armorumque abundantia, hujus Hassiæ palmaria, sedes Landgravii Cassselensis; Allendorfium, *Allendorf*, cui salinæ; Spangenberga, *Spangenberg*; Frislaria, *Fritzlar*, sub Electore Moguntino; Zigenhæmum, *Zigenhaim*, munitum, caput Comitatûs cognominis; Homburgum, *Homburg*; Herofelda, *Hirschfeld*, ante sub dominio sui Abbatis cum tractu adjacente, nunc sub Land-

Abbatia Fuldensis.

gravio Cassselensi cum titulo Principatûs. Tandem ad Hassiam reducitur Abbatia seu ditio Fuldensis, *Furstl. Abdey Fulda*, aliter Buchovia, Buchonia, *Buchaw* seu *Buchen*, & interdum Fagonia, in quâ Selica, *Schlitz*, ad fl. Fuldam, & superiùs Buchovia seu Fulda, ubi abbatia Ordinis Benedicti clarissima, sub suo Abbate, qui Imperii princeps est.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXVIII.

Germania ad aut circa Danubium, ſeu circulus Franconicus, Suevicus, Bavaricus, Auſtriacus.

VIsâ Germaniâ, quæ ad & circa Rhenum eſt, ſive circulis Weſtphalico, Rhenano inferiore ac ſuperiore, progredimur ad eam partem Germaniæ, quæ circa aut ad Danubium occurrit, puta circulos Franconicum, Suevicum, Bavaricum & Auſtriacum. Circulus Franconicus, *das Fränkiſche Creiſs*, qui ſuâ parte auſtrali Danubio vicinus eſt, limitatur ab occaſu utroque circulo Rhenano; ab auſtro Suevico & Bavarico; ab ortu eodem; à boreâ Saxonico ſuperiore. Franconiam ambiunt ſylvæ & montes è ſaxo, pars autem media ferax eſt frumenti, vini, graminis. Variis rigatur fluminibus, inter quæ Mœnus eminet. Clerus Franconiæ ditiſſimus eſt, nihilominùs hìc inopum tanta copia, ut ferant, Franconiam univerſæ Germaniæ mendicos ſufficere. Directores hujus Circuli ſunt Epiſcopus Bambergenſis, & Marchio Culembachenſis. I. *Circulus Francon.*

Partem Borealem hujus Circuli occupat comitatus Hennebergenſis, in quo eſt Smalcalda, *Smalkalden*, urbs fœdere celebris, quod hìc inter proteſtantes Germaniæ Principes ſuperiore ſeculo ſancitum eſt, parens cum ſuâ Præfecturâ Landgravio Haſſo-Caſſellenſi. Pars reliqua ſubeſt Saxoniæ Ducibus, in quâ jacent Mainunga, *Meinungen*, ubi commune hujus Comitatûs habetur regimen; Henneberga, *Henneberg*, caſtrum in monte, quod nomen ipſi imponit; Themara, *Themar*; Sluſinga, *Schleuſing*; Hilpershuſa, *Hilpershauſen*. In ducatu Coburgenſi, aliàs parte hujus Comitatûs, nunc ex eâ revulsâ, ſunt Eisfelda, *Eisfeld*, & Coburgum, *Coburg*, præcipuum. II. *Pars borealis. Comit. Hennebergenſis.*

In parte mediâ circuli Franconici ad aut juxta Mœnum occurrunt quinque minores Comitatus, duo Epiſcopatus, cum Marchionatu, inter quos, quando ab occaſu incipimus, primùm ſe offert comitatus Reinecanus, cujus pars major ſubeſt Electori Moguntino, & minor Epiſcopo Herbipolitano cum aliis. Clariora oppida ſunt Reinecum, *Reineck*, & Lora, *Lohr*, III. *Pars media. C. Reinecanus.*

C. Erpach. ad Mœnum. Trans hoc flumen jacet comitatus Erpachenſis ſub ſuo Comite, ubi Michelſtadium, *Michelſtad*, atque Erpa-
C. Verthem. chum, *Erpach*, caſtrum, ambo in ſylvâ Othonis. A Mœno dividitur comitatus Verthæmenſis, in quo eminet Verthæmum, *Wertheim*, ad confluentes Mœni & Tubari, ſeu Tu-
E. Herbipolitanus. baris, *Tauber*. Traditis Comitatibus longè amplior eſt epiſcopatus Herbipolitanus, *Biſth. Wurſtburg*, quem Mœnus flexuoſo curſu multùm perfundit. Nobiliora ejus oppida ſunt Grunsfelda, *Grunsfeld*; Rotinga, *Roting*, ad Tubarum; Novoſtadium, *Neuſtat*, ad fl. Æſchum, *Aiſch*; ad Mœnum verò, quæ ſequuntur, Kitzinga, *Kitſingen*; Ochſenfurtum, *Ochſenfurt*; Herbipolis, *Wurtzburg*, urbs magna, dives, hujus Epiſcopatûs, quin Franconiæ præcipua, Epiſcopalis, cujus Epiſcopus ditiſſimus eſt & Dux Franconiæ, cum validâ arce ex oppoſitâ ripâ Mœni & Academiâ; Carleſtadium, *Carlſtat*; Gemunda, *Gemund*; Schwinfurtum, *Schweinfurt*, urbs Imperialis & libera munitaque feliciter; Hasfurtum, *Hasfurt*; Altmana,
C. Caſtellan. *Eltman* & Volkachum, *Volkach*. Adjacent huic Epiſcopatui duo exigui Comitatus, Caſtellanus; in quo Caſela, *Caſel*; &
C. Schwartzenberg. Schwartzenbergenſis, in quo Schwartzenberga, *Schwartzen-*
E. Bamberg. *berg*. Tranſimus ad alterum Epiſcopatum, priori conterminum, Bambergenſem, *B. Bamberg*, qui inter alia fl. Mœno & Regneſſo rigatur, ſub ſuo Epiſcopo. Caput Epiſcopatûs eſt urbs Epiſcopalis Bamberga, *Bamberg*, in colle ad confluentias Mœni & Regneſſi, *Regnitz*, cujus ager tantam glycyrrizæ radicis copiam ſubminiſtrat, ut currus eâ onuſti per omnem Germaniam devehantur. Alia oppida ſunt Forchæmum, *Forchaim*; Podenſtænum, *Podenſtein*; Wiſmana, *Weiſman*; Lichten-
M. Culembach. felſia, *Lichtenfels* & Cronachum, *Cronach*. Reſtat ex parte mediâ circuli Franconici Marchionatus Culembachenſis, *Margraff. Cullembach*, ſub Marchione è Familiâ Brandeburgicâ. Montem habet Pinniferum, *Frichtelberg*, ex quo ſcaturiunt quatuor celebriora flumina, Mœnus, Nabus, Oegra, & Sala. Oppida nobiliora ſunt Culembachum, *Cullembach*, ad Mœnum, non longè à fontibus; Barutum, *Beirut*, ſedes Marchionis; Hohenberga, *Hohenberg*, & Erlanga, *Erlang*.

IV. *Pars auſtralis Cir. Francon.* In parte auſtrali circuli Franconici ſe offerunt varii minores tractus, inter quos primus eſt territorium Norimbergenſe, explicito

explicito Marchionatui contiguum, ſub imperio Montis Noricorum, ſeu Norimbergæ, *Nurmburg*, urbis amplæ, magnificæ, potentis, liberæ, Mechanices ad ſtuporem peritæ, binis nundinis anniverſariis celebris, ad radices collis & fl. Pegneſum, qui mediam alluit. Poſt Norimbergam hujus Territorii nobiliſſimum eſt Altdorfium, *Altorf*, in limite Palatinatûs ſuperioris, cum caſtro & Academiâ recentiori clariſſimâ. In marchionatu Onoldino, ſeu Onſpachenſi, *Marggr. Ohnſpach*, qui ſub ſuo Marchione eſt ex domo Brandeburgicâ, & territorium Norimbergenſe contingit, ſunt Rota, *Rot*, & Onoldium, aliàs Onſpachum & Anſpachum, *Ohnſpach*, & *Onolzbach*, urbs cum caſtro, ubi Marchio commoratur. Urbes Imperii liberæ ſunt Winshemium, *Winsheim*, ad fl. Æſchum, *Aiſch*, & Rotenburgum, cognomento ad Tubarim, *Rotenburg*, Franconiæ cella penaria, ſitu Hieroſolymæ non abſimili. Tranſimus ad Statum Equitum Teutonicorum, exiguum, in quo clariſſimum eſt Mergenthæmum, *Mergentheim*, ſeu *Mariendal*, magni Magiſtri ordinis Teutonici habitatio. Huic Statui ab ortu confinis eſt comitatus Holachenſis, *Gr. Hohenloe*, & *Holach*, qui ſuo Comite regitur, ubi ſunt Sinderinga, *Sindering* & caſtrum Oringa, *Oringen*. Superſunt Epiſcopatus Aichſtadienſis, *B. Aichſtet*, ſub ſuo Epiſcopo, in quo Gutſenhuſa, *Gutſenhauſen*; Weiſſenburgum, *Weiſſenburg*, atque Aichſtadium, *Aichſtet* quaſi Quercopolis, urbs Epiſcopalis in fertili regione; nec non Com. Pappenheimenſis, parvus, ſub ſuo Comite, ubi eſt Pappenheimum, *Pappenhaim*, caput, & Monhemum, *Monheim*.

T. Norimberg. *M. Onſpach.* *Status Equit. Teutonicorum.* *C. Holach.* *B. Aichſtad.* *C. Pappenh.*

Poſt circulum Franconicum luſtrandi ſunt Circuli, quos ſecat Danubius, & primùm Suevicus, *das Schwabiſche Craiſs*, Gall. *Soüabe*, ſitus ad ſupremam partem dicti fluminis. Ipſum terminant à boreâ circulus Franconicus & Rhenanus inferior; ab occaſu Rhenanus ſuperior; ab auſtro Helvetia ac circulus Auſtriacus; ab ortu Bavaricus. In hoc Circulo ſuperat etiamnum nomen Suevorum, gentis, quam contendit Cluverius, aliis tamen ipſos magis arctantibus, à Danubio ad uſque ſinum Codanum, quin glacialem Oceanum habitâſſe. Inſunt Sueviæ copioſi montes, & ſaltus, neque deſunt fruges, vinum, paſcua, æs, plumbum, argentum. Directores hujus Circuli ſunt Epiſcopus Conſtantienſis & Dux Wurtenbergenſis.

V. *Circulus Suevicus.*

Variæ

VI. Variæ ſunt partes circuli Suevici, quarum præcipuæ cis
Suevia Cis-Danubiana. Danubium ſunt comitatus Ottingenſis, ducatus Wurtenbergenſis, comitatus Hohenzolernenſis, marchionatus Badenſis
C. Ottingenſ. & civitates Imperii liberæ. In comitatu Ottingenſi, *Graff. Oetingen*, qui ab ortu attingit comitatum Pappenheimenſem, de quo proximè, ac à ſuo Comite regitur, præſtat Ottinga, ſeu Oetinga, *Oetingen*, oppidum ad fl. Vernitium, ubi pars incolarum dicitur novum ſequi, altera vetus Kalendarium.
D. Wurtenbergenſis. Ducatus Wurtenbergenſis, *Hertzogt. Wurtenberg*, qui amplus eſt & ſuo Duci obedit, explicitum Comitatum & Marchionatum Badenſem interjacet, ac à Nicro flumine, qui per medium ejus à meridie in ſeptentrionem defluit, perfunditur. Pars ejus auſtralis aſperior eſt, Bacchi quidem muneribus inimica, pecoribus tamen utilis; pars verò borealis felicior, cui herbida prata multuſque proventus vini, frumenti, & pomorum. Ejus oppida ſunt Schorndorffium, *Schorndorf*, ubi copia ſalſorum fontium, ex quibus ſal conficitur; Lauffa, *Lauffen*, ad Nicrum, atque ſuperiùs Marbachum, *Marbach*; Cantſtadium, *Cantſtat*, in tractu vitifero, juxta quod ad ortum eſt Wurtenberga, caſtrum vetus, unde nomen huic Ducatui, & ad occaſum Stutgardia, *Stutgard*, urbs præcipua, Ducis habitatio cum arce nobili; Bulachum, *Bulach*, ubi æris fodinæ; Tubinga, *Tubingen*, ad Nicrum, culta, Academiâ ſtudiiſque li-
C. Hohenzolernenſis. beralibus illuſtris. Ducatui Wurtenbergenſi ad auſtrum adjacet comitatus, aliis principatus Hohenzolernenſis, *Gr. Hohenzollern*, ſeu Zolernenſis, in quo ejuſdem nominis caſtrum in monte, cujus ad radicem ſitum eſt oppidum; & Hechinga,
M. Badenſis. *Heching*. Marchionatus Badenſis, *Marggraff. Baden* habet ab ortu ducatum Wurtenbergenſem, & ab occaſu Rhenum, quibuſdam pars Alſatiæ latè ſumptæ, uti in circ. Rhenano ſuperiore, quando de Alſatiâ, notavimus. Dividitur in partem ſuperiorem & inferiorem. Illa plus vergit in meridiem, vulgò *Baden Baden*, ejuſque Marchioni pro majori parte obedit comitatus Eberſteinius, ſic dictus à caſtro cognomini in colle; item Bada, *Baden*, aliàs Thermæ ſuperiores ad diſcrimen inferiorum, ſeu Badæ Helveticæ, abundans thermis, plurium morborum medicinâ, cum palatio ſui Marchionis; Stolhofa, *Stolhofen*, non longè à Rheno. In parte Inferiore, *Baden Durlach*,

jacent

jacent Otlinga, *Ottlingen*; Durlacum, *Durlach*, caput hujus partis, ſed à Gallo deformatum, cum palatio ſui Marchionis; Phorca, ſeu Pfortzemum, *Pfortzheim*, præcipua Pfortzemianæ præfecturæ. Nobiliores urbes Imperii cis Danubium ſunt Hailbronna, *Hailbron*, quaſi fons ſalutis, à ſaluberrimis fontibus petito nomine, ad Nicrum; Hala Suevorum, aliàs Salinæ, *Hall*, ad fl. Kocharum inter montes præruptos, ubi ex ſalſis fontibus ſal paratur; Dinckelſpula, *Dinckelſpuhl*; Nordlinga, *Nordlingen*; Ulma, *Ulm*, magnifica, ampla, valida, poſt Auguſtam Vindelicorum Sueviæ prima, ad Danubium, qui hìc Ilerâ ditatur, atque hinc primùm fit navigabilis; Gemunda, *Gemund*; Eſlinga, *Eſling*, ad Nicrum; Reutlinga, *Reutling*; Rotevilla, *Rotweil*, juxta fontes Nicri, confœderata Helvetiis. *Urbes liberæ Imperii.*

VII. *Sueviæ Trans-Danubiana.*

Sequitur pars altera circuli Suevici, cujus pars longè potiſſima eſt trans Danubium, complectiturque Sylvam nigram, principatum Furſtenbergenſem, Hegoviam, urbes clariores Imperii & marchionatum Burgovienſem. Sylva nigra, *der Schwartz. Wald*, antiquis Martiana, aut Helvetiorum Eremus, ſita eſt verſus fontes Nicri atque Danubii, habetque ab ortu ducatum Wurtenbergenſem, ab occaſu Ortnaviam & Briſgoviam, diffunditurque à boreâ in auſtrum inter marchionatum Badenſem ſuperiorem ac quatuor urbes Sylveſtres, *Waldſtaten*, quæ ſunt ſupra Baſileam ad Rhenum, juris Auſtriaci, & appellantur Rhenofelda, *Rheinfelden*, parva, ſed munita; Sanctio, *Seckingen*; Lauffenburgum, *Lauffenburg*, rupi impoſitum, & Waldhuſtum, *Waldshut*. Circa fontes Danubii cis & trans flumen inter Sylvam nigram & lacum Conſtantienſem jacet principatus, aliis comitatus Furſtenbergenſis, cui à caſtro Furſtenbergâ nomen eſt, trans Danubium; præter quam occurrit Neidinga, *Neiding*; Meskirchia, *Meskirch*; Mons Sanctus, *Heiligenberg*. Huic Principatui proxima eſt Hegovia, *Hegow*, in quâ ſunt Bodamium, ſeu Podamium, *Bodmen*, caſtrum ad lacum Bodamicum ſeu Podamicum; Stockachium, *Stockach*; Nellenburgum, *Nellenburg*, juris Auſtriaci; Duellium altum, *Hohen Twiel*; Ratolphi Cella, *Ratolf Zell*, & *Zell* ſimpliciter, ad lacum Cellenſem, ſeu inferiorem, olim Cluverio Acronium, aliis Venetum, ſub *Princip. Furſtenbergenſis.* *Hegovia.*

Clara urbes Sueviæ trans-danubiana.

patronatu Auſtriacorum. Superſunt ex Sueviâ trans Danubium claræ urbes; Conſtantia, *Conſtantz*, Epiſcopalis in Helvetiæ confinio, ſub domo Auſtriacâ, aliàs libera & ſui juris, valida, ad lacum Conſtantienſem, ſeu ſuperiorem, olim Cluverio Venetum, aliis Acronium, celebris ſuo Concilio; Uberlinga, *Uberlingen*, ad oppoſitam ripam Lacûs, quondam ſedes Ducum Sueviæ, urbs Imperii libera, uti quoque ſunt Lindavia, *Lindaw*, in parvâ inſulâ ejuſdem Lacûs, annexâ continenti ponte lapideo, feliciter munita & dicta aliquibus Venetiæ Suevicæ; Campodunum, *Kempten*, exiguum, ad fl. Ileram, cui adjacet Abbatia Campodunenſis ex ordine Benedicti, ejuſque Abbas Imperii princeps eſt, & Monachi omnes nobiles; Memminga, *Memmingen*, valida; Auguſta Vindelicorum, *Augſpurg*, caput olim horum Populorum, qui inter lacum Conſtantienſem, comitatum Tirolenſem, fl. Ænum, Danubiumque habitârunt, ſive in parte auſtrali circuli Suevici & ducatu Bavariæ, nunc clariſſima Epiſcopatûs cognominis, qui à boreâ in auſtrum longè extenditur, ſed exiguæ eſt latitudinis, quin univerſæ Sueviæ, poſita inter Werthæ & Lychi confluentes, pulcherrima, palatiis potiùs, quàm ædibus referta, nobilis iſtis in primis Comitiis, quibus ante ſeſqui ſeculum Principes proteſtantes Carolo V obtulêre fidei ſuæ Confeſſionem, quæ Auguſtana hodieque appellatur. Denique inter Epiſcopatum Auguſtanum atque Danubium medius eſt Marchionatus Burgovienſis, *Marggrafſch. Burgau*, ſub domo Auſtriacâ, in quo Burgovia, *Burgaw*, caput ad fl. Mindelium, & Gunſperga, *Guntsburg*, juxta Danubium.

Marchionatus Burgovienſis.

VIII. *Circulus Bavaricus.*

Ex circulo Suevico tranſimus in Bavaricum, *das Bayeriſche Craiſs*, quem limitat à ſeptentrione regnum Bohemiæ; ab ortu atque meridie circulus Auſtriacus; ab occaſu Suevicus & Franconicus. Fluminibus copioſis perfunditur, inter quæ clariſſimum eſt Danubius, qui ab occaſu in ortum per ipſum defluit. Vini, neque vendibilis, parùm ferax eſt, & melioris notæ aliundè advehitur. Abundat montibus, ſylvis, ſale uſque eo, ut & vicinis Provinciis poſſit ſufficere, frumento, gregibus ſuum, qui glande ac pomis ſylveſtribus ſaginantur, urſis, apris, cervis vaſti corporis, neque auri, argenti, æris & ferri fodinis expers eſt. Directores hujus Circuli ſunt Dux

Digitized by Google

Dux & Elector Bavariæ, atque Archiepiſcopus Salisburgenſis.

IX. *Pars Circ. Bavarici Bavaro non parens.*

Dividimus Bavariæ Circulum in partem majorem, quæ ſubeſt Duci Bavariæ, ac minorem, quæ ſuis paret Principibus. Hæc complectitur ducatum Neoburgicum, epiſcopatum Friſingenſem, archiepiſcopatum Salisburgenſem, epiſcopatum Patavienſem, & Ratisbonenſem. Ducatus Neoburgicus, *Hertz. Neuburg*, aliàs Palatinatus, proximus eſt explicito circulo Suevico & juxta Danubium extenditur, ſub proprio Duce è domo Palatinâ, cui quoque, ut ſuprà dictum, ducatus Juliacenſis & Montenſis, partes circuli Weſtphaliæ, obediunt. In ipſo jacent Lauginga, *Laugingen*, ad Danubium, & inferiùs ad alteram ripam Neoburgum, ſeu Novoburgum, *Neuburg*, caput hujus Ducatûs. Epiſcopatus Friſingenſis, *Biſt. Freiſingen*, medius eſt inter Bavariam ſuperiorem & inferiorem ad Ambarum & Iſaram fl., ſub ſuo Epiſcopo. Præcipua ejus urbs eſt Friſinga, *Freiſingen*, olim Frixinum, colli ac planitiei inſidens, præter quam occurrunt Iſmaninga, *Iſmaning*, ad Iſaram, & Burcraina, *Burckrain*. Archiepiſcopatus Salisburgenſis, *Ertz. Biſth. Saltzburg*, pars eſt hujus Circuli maximè meridionalis & ortiva, ſub ſuo Archiepiſcopo, qui Imperii princeps eſt. Variis lacubus ſcinditur, atque per ipſum fl. Salza, *Saltz*, defluit. Oppida ejus ſunt Titmaninga, *Titmaning*, ad Salzam, atque ſuperiùs Lauffa, *Lauffen*; Iuvavia ſeu Iuvavienſe Caſtrum, nunc Salisburgum, *Saltzburg*, cui à flumine nomen, aut ſale, quod in ejus viciniâ foditur, urbs Archiepiſcopalis cum palatio Archiepiſcopi magnifico, Academiâ, caſtro in præcipitiis validiſſimo, in quâ & Theophraſti Paracelſi tumulus; Berchtolſgada, *Berchtolſgaden*, oppidum ſale & tornatis operibus inclutum. Epiſcopatus Patavienſis, *Biſt. Paſſau*, eſt ad & juxta Danubium, in quo eminent Batava caſtra, hodie Patavium, *Paſſaw*, urbs Imperialis & libera, ſub protectione tamen ſui Epiſcopi, celebris pacificatione ſuperioris ſeculi, quâ Proteſtantibus liberum Religionis exercitium concedebatur, ſita ad confluentias Æni, Danubii & Illi, hinc in tres partes diſſcinditur, Patavium ſtrictè dictum, ad oſtium Æni, cui colles undique imminent, atque ad oppoſitam ripam Ænoſta-

Ducat. Neoburgicus.

Epiſcop. Friſingenſis.

Archiep. Salisburgenſis.

Epiſcop. Patavienſis.

dium, *Inſtad*, & ex adverſo ad Danubium ac oſtium Illi, *Ilz*, Illoſtadium, *Ilſtat*, in quo flumine oſtrea capiuntur gemmis prædita. Oberhuſium, quaſi Domus ſuperior, *Oberhauſs*, aliis Caſtrum ſuperius, oppidum eſt prope alteram Illi ripam, ad Danubium, ſedes Epiſcopi in monte. Tandem ſuperiùs juxta Danubium jacet Epiſcopatus Ratisbonenſis, ſeu Ratiſponenſis, *Biſth. Regensburg*, cui nomen facit Reginum ſeu Regina caſtra, nunc Ratisbona, *Regensburg*, quaſi Reginoburgum, à fl. Regino, qui hìc Danubio miſcetur, urbs Epiſcopalis, ampla, primò Regum, pòſt Ducum Bavariæ habitatio, nunc Imperialis & libera, atque Diætis Imperii, quæ hìc ob loci commoditatem indicuntur, maximè illuſtris.

Epiſcop. Ratisbonenſis.

X.

Pars Circuli Bavarici ſub Bavaro.

Palatinatus ſuperior.

Quod ſupereſt ex circulo Bavarico, Dux Bavariæ potitur, ejuſque partes ſunt Palatinatus ſuperior & Ducatus Bavaria. Palatinatus dicitur ſuperior, *Obere Pfaltz*, ad diſcrimen Palatinatûs Inferioris ſeu Rheni, de quo ſuprà dictum in circulo Rhenano inferiore, aliàs Palatinatus Bavariæ, Gall. *Palat. de Baviere*. Parebat antea Electori Palatino, verum poſt bellum Bohemicum Imperator ipſum in Ducem Bavariæ contulit, qui & factus eſt Imperii Elector quintus, pace Weſtphalicâ hoc confirmante. Pars maxima eſt Nortgoviæ, ſive Nortgaviæ, *Nortgaw*, quaſi Provinciæ ſeptentrionalis trans Danubium, deflectit enim inter omnes partes circuli Bavarici maximè in boream. In hoc Palatinatu ſunt Caſtrum Monaſterienſe, *Walt Munchen*; Novoburgum, *Newburg*; Amberga, *Amberg*, ad fl. Vilſium, caput Palatinatûs, qui aliàs Regimen Ambergæ appellatur. Intra fines hujus Palatinatûs occurrit quoque Landgraviatus Leuchtenbergenſis, *Landtgrafs. Leuchtenberg*, qui paruit ante ſuo Landgravio, nunc ex hæreditate Bavaro Electori. Nomen gerit à caſtro Leuchtenbergâ, *Leuchtenberg*, ubi olim habitabant Landgravii, præter quam continet Perembam, *Pfreimbt*, ad confluentes Perembæ & Nabi. Tandem in eodem Palatinatu jacet comitatus Cambenſis, in Bohemiæ limite, cujus caput eſt Cambum, *Chamb*, ad flumen Reginum, à quo hic Palatinatus Marchia Cambenſis dicta fuit. Palatinatu ſuperiore longè major eſt ducatus Bavaria, Gall. *Duche de Baviere*, pars hujus Circuli ultima, quæ in Inferiorem, Superioremque diſtribuitur.

Landgraviat. Leuchtenberg.

C. Cambenſis.

Duc. Bavaria.

tur. Inferior, *Nider Bayern*, poſſidet tria Regimina, Straubingenſe, Landshutienſe, & Burghuſienſe. Straubingenſe ſecatur à Danubio, ejuſque pars major ad ſiniſtram ipſius ripam eſt, minor ad dextram. Nomen habet à Straubingâ, *Straubing*, urbe ad Danubium, Regiminis ſui clariſſimâ; infra eſt Deckendorfium, *Deckendorf*. Regimen Landshutienſe dividitur & rigatur ab Iſarâ, cujus nobiliora oppida ſunt Oſterhovia, *Oſterhoven*; Landavia, *Landau*, juxta Iſaram, atque ſuperiùs Dingelfinga, *Dingelfing*; Landishutum ſeu Landshutum, *Landshut*, cultum & munitum cum caſtro in colle, caput hujus Regiminis; Mosburgum, *Mosburg*, ad confluentes Amberis & Iſaræ; Veldena, *Velden*; Muldorfium, *Muldorf*, ad Ænum. Regimen Burghuſienſe ſcindit & irrigat Ænus, in quo ſunt ad hoc fl. Oetinga, *Oeting*, & Braunavia, *Braunau*; Burghuſia, *Burckhauſen*, ad Salzam, quæ paulò inferiùs in Ænum delabitur, Regiminis hujus præcipua. Bavariæ Ducatus Superior, *Obern Bayern*, includit Regimen Monachii, in cujus parte auſtrali complures ſunt lacus. Fluminibus multis perfunditur, inter quæ præſtant Ænus, Iſara, Amber & Lychus. In ipſo ſe offerunt Chiemum, *Chiemſee*, caſtrum in inſulâ, ſitâ in lacu ejuſdem nominis, Epiſcopalis dignitatis; Monacum, ſeu Monachium, olim Iſiniſca, *Munchen*, urbs ad Iſaram pulcherrima, lautiſſima, caput totius Bavariæ, ſedes Electoris cum palatio verè magnifico, bibliothecâ optimâ, hortiſque amœniſſimis; Ingolſtadium, *Ingolſtat*, urbs ad Danubium munita cum Univerſitate; Donavertia, ſeu Danubii inſula, *Donawert*, urbs Sueviæ in Ducatûs Neoburgenſis & Bavariæ ſuperioris limite cum ponte ad Danubium, ſub Duce Bavariæ, quam ideo hìc recenſemus; Fridberga, *Fridberg*; Landſperga, *Landſperg*, ad Lychum, elegans cum Baſilicâ; Sconga, *Sconga*, Muſicis inſtrumentis celebris.

Duc. Bavaria inferior.

Duc. Bavaria ſuperior.

XI. *Circulus Auſtriacus.*

Viſo Bavarico circulo, contendimus ad tertium ſive ultimum, per quem Danubius delabitur, iſque eſt circulus Auſtriacus, *das Oeſterreich Craiſs*, qui limitatur ab occaſu Helvetiâ & circulo Suevico; à boreâ Bavarico nec non regno Bohemiæ; ab ortu regno Hungariæ; ab auſtro dominio Veneto. Ex omnibus Circulis longiſſimè abit in meridiem, amplus, multò latior in parte orientali, quàm occidentali, neque

Digitized by Google

que ejuſdem ubique conſtitutionis, de quâ in partium recenſione aliqua fiet mentio. Circuli hujus, qui eſt ſub domo Auſtriacâ, Director eſt Archidux Auſtriæ, ipſe Imperator. Partes circuli Auſtriaci ſunt comitatus Tirolis, ducatus Carinthia, Carniola, Stiria, & Archiducatus Auſtria, quæ omnes quibuſdam nomine Auſtriæ efferuntur, Germ. *Oeſterreich*, quæ vox Regnum orientale ſonat. Alii comitatum Tirolenſem ab Auſtriâ excludunt. Sunt, qui excluſo eodem Comitatu, ſub ipsâ quoque comprehendunt comitatum Goritienſem, qui pars eſt territorii Forojulienſis, & partem Iſtriæ, tractûs Dominii Veneti.

XII. *Auſtria exterior.*

Comitatus Tirolenſis, *Furſtliche Grafſch. Tyrol*, pars eſt hujus Circuli maximè occidua, extendens ſe, quando latè ſumitur, à Carinthiâ ad Rhenum & lacum Bodamicum, Comitatuum totius Europæ maximus, & dictus aliquando Auſtriacis Auſtria exterior. Complectitur juxta hoc flumen & lacum varios minores Comitatus, ipſum Comitatum Tirolenſem, & duos Epiſcopatus, Tridentinum & Brixinenſem. Minores Comitatus ſunt Brigantinus, olim incultus à Brigantiis, in quo Brigantium, *Bregentz*, exhibens varia antiquitatis veſtigia, & ſitum in valle amœniſſimâ ad flumen ejuſdem nominis juxta lacum, qui ab ipſo Brigantinus dicitur; Montfortienſis, ubi Montfortium, *Montfort*; Feldkirchienſis, ubi Feldkirchia, *Feldkirch*, culta in valle ad fl. Illum; Sonnebergenſis, ubi Sonneberga, *Sonneberg* & Bludentium, *Bludentz*, ad idem flumen. Huic Comitatui ad ortum adjacet comitatus Tirolenſis, ſtrictè dictus, recenſitis longè amplior, præditus variis mineralibus, montoſus inſigniter, præſertim in meditullio, ubi ſe offert mons Pyreneus, nunc Brennus, *der groſſe Brenner*, aliis *Prenner* & *Verner Berg*, inter Alpes præcipuus. Borealem partem Comitatûs dividit & rigat Ænus, unde pars ejus flumini vicina dicitur *Innthal*; at quæ vicina eſt Atheſi, *Etſch*, per partem auſtralem defluenti, *Etſchland*. Oppida clariora ſunt Landechia, *Landeck*, ad Ænum, atque inferiùs Ænipons, *Inſprugg*, urbs elegans atque Comitatûs clariſſima cum palatio & hortis egregiis; Hala, ſeu Salinæ, *Hall*, cum caſtro, ubi ſal paratur; Rotenburgum, *Rotenburg*; Sterzinga, *Sterzingen*, ad pedem Brenni montis, ubi laminæ gladiorum opti-

Comit. Brigantinus. *C. Montfort.* *C. Feldkirch.* *C. Sonneberg.* *Com. Tirolis.*

optimæ, nec non argenti fodinæ; Meranum, *Meran*; Tirolis, *Tirol*, caſtrum prope Atheſim, urbs olim præclara, unde nomen profluxit Comitatui. Inter comitatum Tirolenſem & dominium Venetum medius eſt Epiſcopatus Tridentinus, *Biſthum Trent*, quem, quia antea ex parte fuit Provincia Italiæ, huic hodieque multi attribuunt, at rectiùs alii Germaniæ, cùm ſit ſub Imperatoris tutelâ, ipſeque majorem ipſius partem poſſideat, ac Epiſcopus, cui & aliquot loca in hoc ſubſunt Epiſcopatu, Imperii Princeps ſit, atque ſeſſionem habeat in Comitiis. Dives hic eſt Epiſcopatus, ac commodum præbet ex Italiâ in Germaniam tranſitum, ipſumque fluvius Atheſis in duas partes diſtribuit. Antiquitùs populi Tridentini hìc degêre. In eo occurrit Tridentum, *Trento*, urbs Epiſcopalis ad Atheſim in valle inter altiſſima juga montium, parva, ſuo parens Epiſcopo, qui & Princeps Tridentinus appellatur, celebris Concilio, quod ante ſeſqui circiter ſeculum ſub tribus Papis Romanis hìc celebratum eſt, interque cujus initium ac finem octodecim anni effluxêre. Superiùs eſt Bocenum, incolis *Botzen*, Ital. *Bolzano*, ad fl. Eiſochum, qui paulò inferiùs cadit in Atheſim. Epiſcopatus Brixinenſis, *Biſthum Brixen*, priori minor & confinis, vini dives, pars ultima eſt comitatûs Tirolenſis, tota ſui Epiſcopi, Imperii Principis, ſed ſub Imperatoris tutelâ & patronatu. Caput ejus eſt Brixinum, ſeu Brixino, Brixia, *Brixen*, urbs Epiſcopalis ad radices montis Brenni juxta fl. Eiſochum, thermis prædita; Branichum, *Brunek*, munimentum Epiſcopi; Dauferia, *Daufers*.

Epiſcop. Tridentinus.

Epiſcop. Brixinenſis.

Progredimur ex comitatu Tirolenſi ſeu Auſtriâ exteriore ad tres Ducatus, Carinthiam, Carniolam, Stiriam, quæ Auſtriacis Auſtria interior appellantur, exteriori ab ortu adjacens, montoſa, frumenti, graminis & metallorum ferax, minùs vini, ſed optimæ notæ. Ducatum Carinthiam, *Hertzogt. Karnten*, cujus pars ſubeſt Bambergenſi Epiſcopo, ſuperior pars Dravi biſecat, per ipſum ab occaſu in ortum defluens, qui ideò in partem ſuperiorem & inferiorem dividitur. In parte ſuperiore ſeu occidentali ſunt oppida Villachum, *Villach*, ſub Bambergenſi Epiſcopo, cum caſtro & palatio; Wertia, *Wert*, unde lacui nomen; Mulſtadium, *Mulſtad*, ad lacum cognominem;

XIII.

Auſtria interior.

Duc. Carinthia.

que ejuſdem ubique conſtitutionis, de quâ in partium recenſione aliqua fiet mentio. Circuli hujus, qui eſt ſub domo Auſtriacâ, Director eſt Archidux Auſtriæ, ipſe Imperator. Partes circuli Auſtriaci ſunt comitatus Tirolis, ducatus Carinthia, Carniola, Stiria, & Archiducatus Auſtria, quæ omnes quibuſdam nomine Auſtriæ efferuntur, Germ. *Oeſterreich*, quæ vox Regnum orientale ſonat. Alii comitatum Tirolenſem ab Auſtriâ excludunt. Sunt, qui excluſo eodem Comitatu, ſub ipsâ quoque comprehendunt comitatum Goritienſem, qui pars eſt territorii Forojulienſis, & partem Iſtriæ, tractûs Dominii Veneti.

XII. *Auſtria exterior.*

Comitatus Tirolenſis, *Furſtliche Grafſch. Tyrol*, pars eſt hujus Circuli maxime occidua, extendens ſe, quando latè ſumitur, à Carinthiâ ad Rhenum & lacum Bodamicum, Comitatuum totius Europæ maximus, & dictus aliquando Auſtriacis Auſtria exterior. Complectitur juxta hoc flumen & lacum varios minores Comitatus, ipſum Comitatum Tirolenſem, & duos Epiſcopatus, Tridentinum & Brixinenſem.

Comit. Brigantinus.

Minores Comitatus ſunt Brigantinus, olim incultus à Brigantiis, in quo Brigantium, *Bregentz*, exhibens varia antiquitatis veſtigia, & ſitum in valle amœniſſimâ ad flumen ejuſdem

C. Montfort.

nominis juxta lacum, qui ab ipſo Brigantinus dicitur; Mont-

C. Feldkirch.

fortienſis, ubi Montfortium, *Montfort*; Feldkirchienſis, ubi

C. Sonnberg.

Feldkirchia, *Feldkirch*, culta in valle ad fl. Illum; Sonnebergenſis, ubi Sonneberga, *Sonneberg* & Bludentium, *Bludentz*,

Com. Tirolii.

ad idem flumen. Huic Comitatui ad ortum adjacet comitatus Tirolenſis, ſtrictè dictus, recenſitis longè amplior, præditus variis mineralibus, montoſus inſigniter, præſertim in meditullio, ubi ſe offert mons Pyreneus, nunc Brennus, *der groſſe Brenner*, aliis *Prenner* & *Verner Berg*, inter Alpes præcipuus. Borealem partem Comitatûs dividit & rigat Ænus, unde pars ejus flumini vicina dicitur *Innthal*; at quæ vicina eſt Atheſi, *Etſch*, per partem auſtralem defluenti, *Etſchland*. Oppida clariora ſunt Landechia, *Landeck*, ad Ænum, atque inferiùs Ænipons, *Inſprugg*, urbs elegans atque Comitatûs clariſſima cum palatio & hortis egregiis; Hala, ſeu Salinæ, *Hall*, cum caſtro, ubi ſal paratur; Rotenburgum, *Rotenburg*; Sterzinga, *Sterzingen*, ad pedem Brenni montis, ubi laminæ gladiorum opti-

optimæ, nec non argenti fodinæ; Meranum, *Meran*; Tirolis, *Tirol*, caſtrum prope Atheſim, urbs olim præclara, unde nomen profluxit Comitatui. Inter comitatum Tirolenſem & dominium Venetum medius eſt Epiſcopatus Tridentinus, *Biſthum Trent*, quem, quia antea ex parte fuit Provincia Italiæ, huic hodieque multi attribuunt, at rectiùs alii Germaniæ, cùm ſit ſub Imperatoris tutelâ, ipſeque majorem ipſius partem poſſideat, ac Epiſcopus, cui & aliquot loca in hoc ſubſunt Epiſcopatu, Imperii Princeps ſit, atque ſeſſionem habeat in Comitiis. Dives hic eſt Epiſcopatus, ac commodum præbet ex Italiâ in Germaniam tranſitum, ipſumque fluvius Atheſis in duas partes diſtribuit. Antiquitùs populi Tridentini hìc degêre. In eo occurrit Tridentum, *Trento*, urbs Epiſcopalis ad Atheſim in valle inter altiſſima juga montium, parva, ſuo parens Epiſcopo, qui & Princeps Tridentinus appellatur, celebris Concilio, quod ante ſeſqui circiter ſeculum ſub tribus Papis Romanis hìc celebratum eſt, interque cujus initium ac finem octodecim anni effluxêre. Superiùs eſt Bocenum, incolis *Botzen*, Ital. *Bolzano*, ad fl. Eiſochum, qui paulò inferiùs cadit in Atheſim. Epiſcopatus Brixinenſis, *Biſthum Brixen*, priori minor & confinis, vini dives, pars ultima eſt comitatûs Tirolenſis, tota ſui Epiſcopi, Imperii Principis, ſed ſub Imperatoris tutelâ & patronatu. Caput ejus eſt Brixinum, ſeu Brixino, Brixia, *Brixen*, urbs Epiſcopalis ad radices montis Brenni juxta fl. Eiſochum, thermis prædita; Branichum, *Brunek*, munimentum Epiſcopi; Dauferia, *Daufers*.

Epiſcop. Tridentinus.

Epiſcop. Brixinenſis.

XIII. *Auſtria interior.*

Progredimur ex comitatu Tirolenſi ſeu Auſtriâ exteriore ad tres Ducatus, Carinthiam, Carniolam, Stiriam, quæ Auſtriacis Auſtria interior appellantur, exteriori ab ortu adjacens, montoſa, frumenti, graminis & metallorum ferax, minùs vini, ſed optimæ notæ. Ducatum Carinthiam, *Hertzogt. Karnten*, cujus pars ſubeſt Bambergenſi Epiſcopo, ſuperior pars Dravi biſecat, per ipſum ab occaſu in ortum defluens, qui ideò in partem ſuperiorem & inferiorem dividitur. In parte ſuperiore ſeu occidentali ſunt oppida Villachum, *Villach*, ſub Bambergenſi Epiſcopo, cum caſtro & palatio; Wertia, *Wert*, unde lacui nomen; Mulſtadium, *Mulſtad*, ad lacum co-

Duc. Carinthia.

gnominem;

que ejuſdem ubique conſtitutionis, de quâ in partium recenſione aliqua fiet mentio. Circuli hujus, qui eſt ſub domo Auſtriacâ, Director eſt Archidux Auſtriæ, ipſe Imperator. Partes circuli Auſtriaci ſunt comitatus Tirolis, ducatus Carinthia, Carniola, Stiria, & Archiducatus Auſtria, quæ omnes quibuſdam nomine Auſtriæ efferuntur, Germ. *Oeſterreich*, quæ vox Regnum orientale ſonat. Alii comitatum Tirolenſem ab Auſtriâ excludunt. Sunt, qui excluſo eodem Comitatu, ſub ipsâ quoque comprehendunt comitatum Goritienſem, qui pars eſt territorii Forojulienſis, & partem Iſtriæ, tractûs Dominii Veneti.

XII. *Auſtria exterior.* Comitatus Tirolenſis, *Furſtliche Grafſch. Tyrol*, pars eſt hujus Circuli maxime occidua, extendens ſe, quando latè ſumitur, à Carinthiâ ad Rhenum & lacum Bodamicum, Comitatuum totius Europæ maximus, & dictus aliquando Auſtriacis Auſtria exterior. Complectitur juxta hoc flumen & lacum varios minores Comitatus, ipſum Comitatum Tirolenſem, & duos Epiſcopatus, Tridentinum & Brixinenſem. *Comit. Brigantini.* Minores Comitatus ſunt Brigantinus, olim incultus à Brigantiis, in quo Brigantium, *Bregentz*, exhibens varia antiquitatis veſtigia, & ſitum in valle amœniſſimâ ad flumen ejuſdem *C. Montfort.* nominis juxta lacum, qui ab ipſo Brigantinus dicitur; Mont- *C. Feldkirch.* fortienſis, ubi Montfortium, *Montfort*; Feldkirchienſis, ubi *C. Sonneberg.* Feldkirchia, *Feldkirch*, culta in valle ad fl. Illum; Sonnebergenſis, ubi Sonneberga, *Sonneberg* & Bludentium, *Bludentz*, *Com. Tirolû.* ad idem flumen. Huic Comitatui ad ortum adjacet comitatus Tirolenſis, ſtrictè dictus, recenſitis longè amplior, præditus variis mineralibus, montoſus inſigniter, præſertim in meditullio, ubi ſe offert mons Pyreneus, nunc Brennus, *der groſſe Brenner*, aliis *Prenner* & *Verner Berg*, inter Alpes præcipuus. Borealem partem Comitatûs dividit & rigat Ænus, unde pars ejus flumini vicina dicitur *Innthal*; at quæ vicina eſt Atheſi, *Etſch*, per partem auſtralem defluenti, *Etſchland*. Oppida clariora ſunt Landechia, *Landeck*, ad Ænum, atque inferiùs Ænipons, *Inſprugg*, urbs elegans atque Comitatûs clariſſima cum palatio & hortis egregiis; Hala, ſeu Salinæ, *Hall*, cum caſtro, ubi ſal paratur; Rotenburgum, *Rotenburg*; Sterzinga, *Sterzingen*, ad pedem Brenni montis, ubi laminæ gladiorum opti-

optimæ, nec non argenti fodinæ; Meranum, *Meran*; Tirolis, *Tirol*, caſtrum prope Atheſim, urbs olim præclara, unde nomen profluxit Comitatui. Inter comitatum Tirolenſem & dominium Venetum medius eſt Epiſcopatus Tridentinus, *Biſthum Trent*, quem, quia antea ex parte fuit Provincia Italiæ, huic hodieque multi attribuunt, at rectiùs alii Germaniæ, cùm ſit ſub Imperatoris tutelâ, ipſeque majorem ipſius partem poſſideat, ac Epiſcopus, cui & aliquot loca in hoc ſubſunt Epiſcopatu, Imperii Princeps ſit, atque ſeſſionem habeat in Comitiis. Dives hic eſt Epiſcopatus, ac commodum præbet ex Italiâ in Germaniam tranſitum, ipſumque fluvius Atheſis in duas partes diſtribuit. Antiquitùs populi Tridentini hìc degêre. In eo occurrit Tridentum, *Trento*, urbs Epiſcopalis ad Atheſim in valle inter altiſſima juga montium, parva, ſuo parens Epiſcopo, qui & Princeps Tridentinus appellatur, celebris Concilio, quod ante ſeſqui circiter ſeculum ſub tribus Papis Romanis hìc celebratum eſt, interque cujus initium ac finem octodecim anni effluxêre. Superiùs eſt Bocenum, incolis *Botzen*, Ital. *Bolzano*, ad fl. Eiſochum, qui paulò inferiùs cadit in Atheſim. Epiſcopatus Brixinenſis, *Biſthum Brixen*, priori minor & confinis, vini dives, pars ultima eſt comitatûs Tirolenſis, tota ſui Epiſcopi, Imperii Principis, ſed ſub Imperatoris tutelâ & patronatu. Caput ejus eſt Brixinum, ſeu Brixino, Brixia, *Brixen*, urbs Epiſcopalis ad radices montis Brenni juxta fl. Eiſochum, thermis prædita; Branichum, *Brunek*, munimentum Epiſcopi; Dauferia, *Dauſers*.

Epiſcop. Tridentinus.

Epiſcop. Brixinenſis.

Progredimur ex comitatu Tirolenſi ſeu Auſtriâ exteriore ad tres Ducatus, Carinthiam, Carniolam, Stiriam, quæ Auſtriacis Auſtria interior appellantur, exteriori ab ortu adjacens, montoſa, frumenti, graminis & metallorum ferax, minùs vini, ſed optimæ notæ. Ducatum Carinthiam, *Hertzogt. Karnten*, cujus pars ſubeſt Bambergenſi Epiſcopo, ſuperior pars Dravi biſecat, per ipſum ab occaſu in ortum defluens, qui ideò in partem ſuperiorem & inferiorem dividitur. In parte ſuperiore ſeu occidentali ſunt oppida Villachum, *Villach*, ſub Bambergenſi Epiſcopo, cum caſtro & palatio; Wertia, *Wert*, unde lacui nomen; Mulſtadium, *Mulſtad*, ad lacum cognominem;

XIII. *Auſtria interior.*

Duc. Carinthia.

que ejuſdem ubique conſtitutionis, de quâ in partium recenſione aliqua fiet mentio. Circuli hujus, qui eſt ſub domo Auſtriacâ, Director eſt Archidux Auſtriæ, ipſe Imperator. Partes circuli Auſtriaci ſunt comitatus Tirolis, ducatus Carinthia, Carniola, Stiria, & Archiducatus Auſtria, quæ omnes quibuſdam nomine Auſtriæ efferuntur, Germ. *Oeſterreich*, quæ vox Regnum orientale ſonat. Alii comitatum Tirolenſem ab Auſtriâ excludunt. Sunt, qui excluſo eodem Comitatu, ſub ipsâ quoque comprehendunt comitatum Goritienſem, qui pars eſt territorii Forojulienſis, & partem Iſtriæ, tractûs Dominii Veneti.

XII. *Auſtria exterior.*

Comitatus Tirolenſis, *Furſtliche Grafſch. Tyrol*, pars eſt hujus Circuli maxime occidua, extendens ſe, quando latè ſumitur, à Carinthiâ ad Rhenum & lacum Bodamicum, Comitatuum totius Europæ maximus, & dictus aliquando Auſtriacis Auſtria exterior. Complectitur juxta hoc flumen & lacum varios minores Comitatus, ipſum Comitatum Tirolenſem, & duos Epiſcopatus, Tridentinum & Brixinenſem. Minores Comitatus ſunt Brigantinus, olim incultus à Brigantiis, in quo Brigantium, *Bregentz*, exhibens varia antiquitatis veſtigia, & ſitum in valle amœniſſimâ ad flumen ejuſdem nominis juxta lacum, qui ab ipſo Brigantinus dicitur; Montfortienſis, ubi Montfortium, *Montfort*; Feldkirchienſis, ubi Feldkirchia, *Feldkirch*, culta in valle ad fl. Illum; Sonnebergenſis, ubi Sonneberga, *Sonneberg* & Bludentium, *Bludentz*, ad idem flumen. Huic Comitatui ad ortum adjacet comitatus Tirolenſis, ſtrictè dictus, recenſitis longè amplior, præditus variis mineralibus, montoſus inſigniter, præſertim in meditullio, ubi ſe offert mons Pyreneus, nunc Brennus, *der groſſe Brenner*, aliis *Prenner* & *Verner Berg*, inter Alpes præcipuus. Borealem partem Comitatûs dividit & rigat Ænus, unde pars ejus flumini vicina dicitur *Innthal*; at quæ vicina eſt Atheſi, *Etſch*, per partem auſtralem defluenti, *Etſchland*. Oppida clariora ſunt Landechia, *Landeck*, ad Ænum, atque inferiùs Ænipons, *Inſprugg*, urbs elegans atque Comitatûs clariſſima cum palatio & hortis egregiis; Hala, ſeu Salinæ, *Hall*, cum caſtro, ubi ſal paratur; Rotenburgum, *Rotenburg*; Sterzinga, *Sterzingen*, ad pedem Brenni montis, ubi laminæ gladiorum opti-

Comit. Brigantinus.

C. Montfort.

C. Feldkirch.

C. Sonneberg.

Com. Tirolii.

optimæ, nec non argenti fodinæ; Meranum, *Meran*; Tirolis, *Tirol*, caſtrum prope Atheſim, urbs olim præclara, unde nomen profluxit Comitatui. Inter comitatum Tirolenſem & dominium Venetum medius eſt Epiſcopatus Tridentinus, *Biſthum Trent*, quem, quia antea ex parte fuit Provincia Italiæ, huic hodieque multi attribuunt, at rectiùs alii Germaniæ, cùm ſit ſub Imperatoris tutelâ, ipſeque majorem ipſius partem poſſideat, ac Epiſcopus, cui & aliquot loca in hoc ſubſunt Epiſcopatu, Imperii Princeps ſit, atque ſeſſionem habeat in Comitiis. Dives hic eſt Epiſcopatus, ac commodum præbet ex Italiâ in Germaniam tranſitum, ipſumque fluvius Atheſis in duas partes diſtribuit. Antiquitùs populi Tridentini hìc degêre. In eo occurrit Tridentum, *Trento*, urbs Epiſcopalis ad Atheſim in valle inter altiſſima juga montium, parva, ſuo parens Epiſcopo, qui & Princeps Tridentinus appellatur, celebris Concilio, quod ante ſeſqui circiter ſeculum ſub tribus Papis Romanis hìc celebratum eſt, interque cujus initium ac finem octodecim anni effluxêre. Superiùs eſt Bocenum, incolis *Botzen*, Ital. *Bolzano*, ad fl. Eiſochum, qui paulò inferiùs cadit in Atheſim. Epiſcopatus Brixinenſis, *Biſthum Brixen*, priori minor & confinis, vini dives, pars ultima eſt comitatûs Tirolenſis, tota ſui Epiſcopi, Imperii Principis, ſed ſub Imperatoris tutelâ & patronatu. Caput ejus eſt Brixinum, ſeu Brixino, Brixia, *Brixen*, urbs Epiſcopalis ad radices montis Brenni juxta fl. Eiſochum, thermis prædita; Branichum, *Brunek*, munimentum Epiſcopi; Dauferia, *Daufers*.

Epiſcop. Tridentinus.

Epiſcop. Brixinenſis.

Progredimur ex comitatu Tirolenſi ſeu Auſtriâ exteriore ad tres Ducatus, Carinthiam, Carniolam, Stiriam, quæ Auſtriacis Auſtria interior appellantur, exteriori ab ortu adjacens, montoſa, frumenti, graminis & metallorum ferax, minùs vini, ſed optimæ notæ. Ducatum Carinthiam, *Hertzogt. Kernten*, cujus pars ſubeſt Bambergenſi Epiſcopo, ſuperior pars Dravi biſecat, per ipſum ab occaſu in ortum defluens, qui ideò in partem ſuperiorem & inferiorem dividitur. In parte ſuperiore ſeu occidentali ſunt oppida Villachum, *Villach*, ſub Bambergenſi Epiſcopo, cum caſtro & palatio; Wertia, *Wert*, unde lacui nomen; Mulſtadium, *Mulſtad*, ad lacum cognominem;

XIII. *Auſtria interior.*

Duc. Carinthia.

gnominem ; Gurkium , *Gurk*, Epiſcopale ; Fanum S. Viti, *S. Feit* , Carinthiæ aliàs caput , quod Clagenfurtum , *Clagenfurt* , hodie conſtituitur. In parte inferiore ſeu orientali occurrunt oppida Volckmarckia, *Volckmarck* , ad Dravum ; Lavamunda , ſeu oſtium Mundæ, *Lavamund*, Epiſcopalis; Dra-
Duc. Carniola. voburgum , *Draburg* ; Pleinburgum , *Pleinburg*. Carinthiæ ab auſtro adjacet ducatus Carniola , *Hertzogt. Krain* , partium Imperii Germanici auſtraliſſima , cujus tractum borealem ſuprema pars Savi perfundit. Partes ejus, quando latè ſumitur, ſtatuuntur quatuor , Carniola ſuperior , Karſtia , Carniola in-
Carn. ſuperior. ferior , atque Vindorum Marchia. Carniola ſuperior eſt ad & juxta fontes Savi , ejuſque oppida ſunt Carnioburgum , *Crainburg* ; Monſpurgum , *Monſpurg* ; Laubachum , *Laubach* , ad
Karſtia. flumen ejuſdem nominis , caput univerſi Ducatûs. Karſtia , *Karſten* Germ., *Carſo* Ital., dividitur à Germanis in ſuperiorem & inferiorem. Hæc propriè Karſtia appellatur, media inter Carniolam ſuperiorem & ſinum Tergeſtinum , plena editis montibus , pars territorii Forojulienſis , ubi comitatus Goritia, Gradiſca, Aquileia, de quibus dictum in Italiâ , quando de territorio Forojulienſi , nec non Proſecium , *Proſeccio*. Karſtia ſuperior dicitur aliter Carniola Iſtriana & ſicca , atque
Carn. inferior. verſus meridiem ac ſinum Carnarium excurrit. Carniolæ inferiori , quæ ad ortum eſt , ineſt Lugea , ſeu Circonicum , *Czirnicz* , ad Lugeam ſeu Circonicenſem paludem , *Czirniczer See*, ad radices Alpium intra ſylvas denſiſſimas , quam ferunt, vergente in finem Autumno, aquis primùm ex terrâ magno impetu exilientibus abundare , mox piſcibus , luciiſque duorum cubitorum ; aſt primo Vere , aquis evaneſcentibus , fundus aratur , & ſemina ipſi cum magno proventu committuntur. Præter Circonicum Laſium, *Laas*, quoque occurrit. Tan-
Vindorum Marchia. dem in Vindorum Marchiâ , *Windiſchmarck* , quæ Carniolam inferiorem & Croatiam interjacet , & aliàs Carniola media nuncupatur , ſunt Metulum ſeu Metelinga , *Metling* , ad fl. Colapim , *Kulp* , præcipua ; item Rudolphiverda , quaſi Ro-
Duc. Stiria. dolphi peninſula , *Rudolfswerd* , & Landſtraſia , *Landſtrau*. Ultimus ducatus Auſtriæ interioris eſt Stiria , *Hertzogth. Steyrmarck* ,
C. Cillienſis. quæ comitatum Cillienſem quoque complectitur. Hujus oppida ſunt Raina, *Rain* , ad Savum in opimo ſolo ; Cillium,

Cilly

Cilly aut *Cilley*, caput Comitatûs; Saxenfeldia, *Saxenfeld*. Ipſam Stiriam in tractu auſtrali Dravus, inque boreali Mura perfundit. Ad Dravum præſtant Marchpurgum, *Marchpurg*, atque Pettavium, *Pettaw*. Ad Muram Rackelsburgum, *Rackelsburg*, munitum; Murzecum, *Murzeck*; Græcia ſeu Greca, *Gracz*, Stiriæ nobiliſſima, culta, ante Archiducum ſedes, uti nunc Academiæ; Pons ad Muram, *Pruck* ſeu *Bruck am Muer*; Lauba, *Lewben*; Iudenburgum, *Iudenburg*; Mariæcella, *Maſien Zell*, vicus in limite Auſtriæ, quem cultus beatæ Virginis celebrem reddidit. *Stiria.*

XIV. *Auſtria propria.*

Supereſt ex circulo Auſtriaco Auſtria propria, titulum gerens Archiducatûs, *Ertz Hertzogthum Oeſterreich* Germ., *Archiduché d'Aûtriche*, Gall., totius Europæ unici, quem ab auſtro Stiria, & à boreâ Bohemiæ regnum limitat. Cælum habet ſalubre, ſolum melioris notæ vini feraciſſimum eſt, item frumenti, croci, arborum, & à Danubio, qui per ipſum ab occaſu in ortum defluit, in duas partes dividitur. Ab hoc Archiducatu nomen habet Domus Auſtriaca, ex quâ Imperatores per quatuor proxima ſecula prodiêre. Ipſum non eodem modo omnes partiuntur; quidam in partem Cis-Danubianam & Trans-Danubianam; alii in inferiorem & ſuperiorem, quibus mediam nonnulli interponunt. In inferiore Auſtriâ jacent Novoſtadium, *Neuſtat*, urbs Epiſcopalis, munita; Bada, *Baden*, cognomento Auſtriæ; Vindoniana olim, item Vindobona, ac Iuliobona, nunc Vienna, *Wien*, Gall. *Vienne*, urbs Epiſcopalis, ampla, culta, munita ad Danubium, quâ parte fl. Viennam, *Wien*, admittit, unde hodiernum ejus nomen, cum ponte, Turcis non ſemel fruſtrà tentata, ſede Cæſareâ maximè illuſtris, nec non antiquâ Academiâ, hujus Archiducatûs non ſolùm, ſed & circuli Auſtriaci, quin totius Imperii Germanici longè clariſſima. In mediâ Auſtriâ ponuntur Hornia, *Horn*; Chrembſa, *Krems*, ad fl. ejuſdem nominis, qui in Danubium mox incidit, præcipua; Staina, *Stain*; Ipſia, *Ips*, ad fl. cognominem. In Auſtriâ ſuperiore ſunt Anaſſum, ſeu Enſia, *Ens*, ad fl. Enſiam, qui mox in Danubium incidit; Stira, *Steir*, ad fl. Stiram; Gemunda, *Gemund*, ad lacum cognominem, aliàs *Traun Zee*, à flumine ex eo erumpente, juxta quam ſalſi ſunt fontes, ex quibus ſal conficitur; Welſia, *Wels*; Eſſer-

Auſtria inferior.

Auſtria media.

Auſtria ſuperior.

dinga, *Efferding*; Lintzium, *Lintz*, Auſtriæ hujus caput ad Danubium cum ponte & arce eximiâ. Infra hanc urbem conſpicitur vortex in Danubio. Freiſtadium, *Freyſtat*, eſt in Bohemiæ limite.

XV. *Noricum.* Antequam ex circulo Auſtriaco egredimur, aliquid de antiquâ regione, Norico, ſubjiciendum eſt. Situm fuit inter flumen Ænum, qui illud ſeparavit à Vindelicià, terminus ad occaſum; Danubium, qui limes fuit ad boream; Cetium montem, nunc *Kalenberg*, (ejus principium eſt circa Viennam, unde abit in auſtrum per Stiriam atque Carinthiam) terminum ab ortu; denique Alpes Julias & Carnicas à meridie. Itaque illìc fuit Noricum, ubi hodie pars occidentalis Auſtriæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, pars Tirolis, Archiepiſcopatus Salisburgenſis, nec non pars Bavariæ cis Ænum. Tractus verò Norici Danubio propinquior appellatus eſt Noricum Ripenſe, & reliquus meridionalior Mediterraneum.

CAPUT XXIX.

Bohemia. Moravia. Sileſia.

I. *Bohemia.* HACTENUS de parte Germaniæ, quæ ad aut circa Danubium eſt, ſive de circulis Franconico, Suevico, Bavarico & Auſtriaco, ſermonem inſtituimus. Nunc ordo ducit ad regiones Regni Bohemiæ; quod quamvis extra circulos Imperii Germanici jaceat, & diſtinctum ab eo Regnum ſit, propriâque linguâ utatur, attamen quia intra Germaniam ſolet inſeri, & Rex Bohemiæ inter Seculares Electores Imperii eſt ordine primus, ipſaque Bohemia à pluribus annis à Domo Auſtriacâ poſſidetur, commodiſſimum duximus, ne quoque regiones Domûs Auſtriacæ revellantur, ipſam ante percurrere, quàm ad Saxoniæ, qui reſtant, Circulos progredimur. Bohemia, ſive Bohæmia aliàs dicitur Bojohæmia, Bojemia, Bœmia, olim Bojemum & Bœmum, ipſamque limitat ab occaſu Palatinatus Bavariæ, atque Saxonia ſuperior; à boreâ Marchionatus Brandenburgicus; ab ortu Polonia; ab auſtro Hungaria, Auſtria atque Bavaria inferior. Cælum habet frigidius, quod & peſte non rarò inficitur.

Digitized by Google

ficitur. Solum vina parciùs ſubminiſtrat, & auſteriora, quùm ad maturitatem uvæ vix perducantur, ſed hunc defectum vicina Auſtria Hungariaque ſupplere poſſunt perfacilè. Crocum optimum largitur, item copiam frugum, ferarum, monteſque, quibus referta eſt, divites fodinas auri, argenti, plumbi, æris. Sal ex Bavariâ convehitur. Bohemiam poſſederunt olim Boji, Gallica natio, dein Marcomanni, & tandem Boemi. Diſpeſcitur vulgò in partes IV, Bohemiam propriam, Moraviam, Sileſiam atque Luſatiam; ſed cùm Luſatia ab anno XXIII hujus ſeculi Electori Saxonico ceſſerit ob præſtitam Imperatori operam in recuperandâ Sileſiâ, eam in ſuperiore Saxoniâ recenſebimus. Partes cæteræ, excepto boreali tractu Sileſiæ, ſunt ſub Domo Auſtriacâ, fruſtrà olim ſe opponente Principe Palatino, qui fuſus ad Pragam omni ſuâ ditione excidit.

II. *Bohemia propria.*

Bohemia propria, quæ pars eſt occidua Bohemiæ, & longè potiſſima; toti nomen imponens, circumdatur undique ceu munitiſſimo vallo, montibus Suditis, ſeu Sudetis, & Hercyniis, nunc Bohemicis, ſylvâque Hercyniâ, nunc Bohemicâ, quæ Hercynius ſaltus nemuſque Orcynium dicta fuit, & per omnem Germaniam adeò diffuſa, ut luſtraturus ſexaginta dierum iter impendere neceſſum habuerit, verùm in præſens multò reſtrictior eſt, plurimis in locis excisa. Rigatur ab Albi & Muldaviâ, ac Rhombi figuram non malè exprimit, cujus quatuor anguli quatuor Mundi Plagas proſpiciunt.

III. *Pars ejus ad fl. Muldaviam, in quâ VIII Circuli:*

Complectitur Bohemia propria XVIII Provincias ſeu Juriſdictiones, quas & Circulos nuncupant, quibus ab oppidis ferè cognomentum imponitur, ſuntque circulus Bechinenſis, Ultavienſis, Caurzimenſis, Pragenſis, Slanenſis, Racounicenſis, Podebrocenſis, Prachenſis, Pilſnenſis, Egranus, Loctenſis, Zatecenſis, Litomierzicenſis, Boleſlavienſis, Hradecienſis, Glacienſis, Chrudimenſis, & Czaſlavienſis. Inter verò hoſce Circulos tres vocantur Juriſdictiones limitaneæ, puta Egranus & Loctenſis, olim partes Palatinatûs ſuperioris, nec non Glacienſis, demptus Sileſiæ. Ex enumeratis Circulis quinque priores adjacent fl. Muldaviæ, *Muldaw*, uti & ſeptimus & octavus, ſextus parùm diſtat in occaſum, atque hoſce ordine mox

Circ. Bechin. recenſito priùs contemplabimur. In circulo Bechinenſi, *Bechinsko*, qui ad dextram ripam Muldaviæ eſt, eminent Budjegovicium ſeu Budovecium, *Budweiſs*, urbs munita ad dictum flumen; Tyna, *Thein*, inferiùs; Bechinum, *Bechin*, arx, unde regioni nomen eſt; Taborum, *Tabor*, celebre bellis Bohe-
C. Ultavienſis. micis. Longè minor eſt circulus Ultavienſis, *Ultawsko*, in quo præſtant Sedeſſæ, *Sedlezany*, & Neviclavia, *Newicklaw*.
C. Caurzim. In circulo Caurzimenſi, *Caurzimsko*, qui inter circulum Bechinenſem & Albim medius eſt, clariſſima eſt Caurzima, *Kaurzim*; item Colina, ſeu Colonia Bohemica, *Kolim*, ad
C. Pragenſis. Albim, & Broda Bohemica, *Bohmishbroda*. Omnium minimus eſt circulus Pragenſis, *Pragensko*, quem Muldavia biſecat, in quo Praga, *Prag*, olim Marobudum, urbs ad Muldaviam magnificentiſſima, tergemina, antiqua, nova & parva, nuperiùs paſſa ingens incendium, caput totius Bohemiæ, atque antea Regum habitatio, Archiepiſcopalis,
C. Slanenſis. cum vetere Academiâ. Ad ſiniſtram ripam Muldaviæ & Albis occurrit circulus Slanenſis, *Slansko*, in quo ſunt Velvaræ, *Welwary*, & Slana, *Schlany*, Bohemis, *Schlany Urch*, id eſt
C. Racounic. mons ſalis, quia ex illo monte fons ſalſus prorumpit. Inter circulum Slanenſem, & fl. Miſam eſt circulus Racounicenſis, *Rakounicsko*, cujus oppida ſunt Straſſecium, *Straſſitz*, &
C. Podebroc. Racounicum ſeu Racona, *Rakonick*. Major eſt hoc Circulo Podebrocenſis, aliis Podberdſcenſis, & Veronenſis, *Podbrosko*, ubi ad Miſam Berauna, *Beraun* incolis, & *Bern* Germ., & Carloſtena, *Karlſtein*, arx, in qua Regni ornamenta ſervan-
C. Prachenſis. tur. Ultimus circulus ad Muldaviam eſt Prachenſis, *Prachensko*, inter maximos, ejuſque oppida clariora habentur Piſeca, *Piſek*; Vodnana, *Wodnany*; Crumlavia, *Krumlaw*; Suſſice ſeu Suticium, *Suſchitz*.

IV. Atque ita octo primos Circulos Bohemiæ propriæ, qui, excepto Racounicenſi, ad Muldaviam ſunt, luſtravimus, reliqui decem ſiti ſunt in Bohemiæ limite, & ſe invicem ex ordine ſequuntur. Prachenſem ab occaſu attingit circulus Pilſnenſis, item Pelſinenſis, & Pilſenſis, *Pilſensko*, ubi Clatovia, vel Glatovia, *Klataw*; Tuſta, *Tauſs*, Bohem. *Domazlicze*; Pilſna, *Pilſen*, urbs elegans, Huſſitarum bello celebris; Argentina Bohemica, *Meiſs*, Bohem. *Strzibra*. Nunc proximi ſunt circulus

Pars reliqua, in qua x Circuli:

C. Pilſnenſis.

Egra-

Egranus & Loctenſis, ſeu duæ Juriſdictiones limitaneæ, quas ſuo defluxu Egra interſecat, antea partes ſuperioris Palatinatûs. In circulo Egrano, qui exiguus eſt, atque provincia Oegrana ſeu Hebana, *Hebsko*, etiam appellatur, excellit Egra, *Egra*, Bohem. *Heb*, ad fl. ejuſdem nominis, in regione fertili & amœnâ, ubi & acidi fontes, contra vim plurium morborum nobile medicamen, præter quam notamus Nehenitium, *Nehenitz*. In circulo ſeu tractu Cubitano, aut Loctenſi, *Loketsko*, qui multò amplior eſt, ſunt ad Egram Cubitus ſeu Locta, *Elnbogen*, Bohem. *Loket*, circumdata montibus, valida, cum arce in colle; Thermæ Carolinæ, *Carelsbad*, Bohem. *Waty*, ubi aquæ inſigniter calidæ & ſalutares; Buclavia, *Buklaw*. Ab Egrâ quoque dividitur circulus Zatecenſis vel Lucenſis, *Ziateksko*, ubi ad flumen Cadana, *Kadan*, cujus cereviſia in pretio eſt; Zatecium ſeu Lucum, *Satz*, Bohem. *Ziateck*; Launa, *Launy*; Pons ſeu Moſta, *Bruck*, Bohem. *Moſt*. In circulo Litomierzicenſi, *Litomierzisko*, quem Albis biſecat, ad hoc flumen ſe offerunt Uſta, *Auſig*; Litomierzicæ ſeu Litomeritium, *Litomeritz*, dives vini melioris; Melnicum, *Melnick*, in arduo colle, ubi Muldavia in Albim incidit. In circulo Boleſlavienſi, *Boleſlausko*, qui ad dextram Albis ripam eſt, ſunt Boleſlavia, *Boleſlaw*, nova & vetus, & Nymburgum, *Nymburg*, Bohem. *Suinibrod*. In amplo circulo Hradecienſi, *Hradesko*, qui à ſupremâ parte Albis dividitur, ſunt Bydzovium, *Bidſchoff*; Hradecium Reginæ, *Konigingretz*, Bohem. *Kralowihradec*, ad Albim, uti & Iaromiſia, *Iaromitz*, & Curia Reginæ, *Konigshoff*. Hunc Circulum ab ortu contingit orientaliſſimus circulus ſeu Juriſdictio limitanea, quæ comitatus Glacienſis ſeu Gladſcanus, *Clatzko*, dicitur, pars ante Sileſiæ, ubi Glacium, *Glatz*, Bohem. *Cladſco*, cum arce in colle, quam Nyſſa rigat, & Landecium, *Landeck*. In circulo Chrudimenſi, *Chrudimsko*, qui parte ſuâ boreali circulo Hradecienſi & Albi adjacet, ſunt Brandiſium, *Brandeiſs*; Chrudima, *Chrudim*; Pardubica arx, *Pardubitz*, cum ſplendido, munitoque oppido. Tandem in circulo Czaſlavienſi, *Czaſlawsko*, qui & Albim exiguo tractu attingit, ſunt Cutna, *Cuttenberg*, Bohem. *Hora*, urbs aliquibus poſt Pragam prima; Czaſlavia, *Czaſlaw*, ubi Ziſcæ Ducis Huſſitarum ſepulchrum; Broda Teutonica, *Deutſchenbrod*, ad fl. Sazavam.

C. Egranus.
C. Loctenſis.
C. Zatecenſis.
C. Litomicrz.
C. Boleſlav.
C. Hradecienſ.
C. Glacienſis.
C. Chrudimenſ.
C. Czaſlavienſ.

V. *Moravia.* Poſt Bohemiam propriam inſpiciendus eſt marchionatus Moravia, Germ. *Mahren*, Incolis *Morawa*. Nomen habet à Moravo flumine, *Morawa*, qui ipſum ſuo defluxu à ſeptentrione in meridiem in duas partes diſtribuit. Medius eſt inter Bohemiam propriam, Sileſiam, Hungariam atque Auſtriam; figura ad triangularem accedit, explicitâ Bohemiâ longè minor, ſed ejuſdem ferè conſtitutionis; vendibile vinum largitur juxta fl. Teyam, quæ eſt in Auſtriæ confinio; ex montibus inter Moraviam & Sileſiam aquæ calidæ & minerales ſcaturiunt; ſolum pingue eſt. Hìc Quadi olim habitârunt.

VI. *Partes ejus ſunt duæ:* Diſpeſcitur commodè Moravia in partem occidentalem & orientalem. Illa Bohemiam propriam & Moravum amnem interjacet, alterâ longè amplior; hæc inter Moravum eſt, atque Sileſiam. *Occidentalis.* In parte Occidentali eminent inter urbes Polna, *Polna*; Gihlova, *Iglaw*, ad fl Iglam; Znoymum, *Znaim*, ad Teyam, in finibus Auſtriæ, uti & Fanum S. Nicolai, *Niclasburg*, in monte; Bruna, *Brinn*, Marchionatûs præcipua, valida, ad Zwittæ & Swartæ confluentes, ubi Domus, quam Regionis appellant, dicata habendis Comitiis; Hradiſta, *Hradiſch*, in inſulâ amnis Moravi; Cremſira, *Kremſir*, ad idem fl., ſedes Olmucenſis Epiſcopi; Olomutium, *Olmutz*, in inſulâ Moravi, ante primaria urbium, munita, Epiſcopalis. *Orientalis.* In parte Orientali ſe offerunt Littovela, *Litta*, ad Moravum; Novoſtadium, *Neuſtat*; Hhranice, *Weiskirch*, ad fl. Beczunam, atque ſuperiùs Mezeritia, *Mezericz*.

VII. *Sileſia.* Reſtat ex Bohemiâ Ducatus Sileſia, Germ. *Schleſien*, media inter Poloniam, Bohemiam propriam, & Moraviam, quam ſuperat magnitudine. Cælo gaudet puriori, ſolum ferè planum eſt, copioſis torrentibus & rivis rigatur, in primis Viadro, qui ipſum, quà parte maximè extenditur, pervadit. Sileſiam Oſi inhabitârunt antiquitùs.

VIII. *Pars Sileſiæ ſuperior, in quâ partes x:* Dividitur Sileſia in ordine ad Viadrum in partem Superiorem & Inferiorem. Superior eſt verſus fontes Viadri, complectiturque novem Ducatus & Baronatum, qui, quo ordine ipſos percurremus, ſunt ducatus Teſchinenſis, baronatus Pleſſenſis, ducatus Ratiborienſis, Oppavienſis, Carnovienſis, Oppolienſis, Grotkavienſis, Munſterbergenſis, Swidnienſis, & Bre-

Digitized by Google

& Bregenſis. In ducatu Teſchinenſi, qui omnium auſtra- *D. Teſchinenſ.*
liſſimus eſt, occurrit Teſchina, *Teſchen*, ad fl. Elſam, no-
biliſſima, & inferiùs Fryſtadium, *Fryſtad.* In baronatu Pleſ- *B. Pleſſenſis.*
ſenſi primas tenet Pleſſa, *Plez*, juxta Viſtulam fluvium. In *D. Ratibor.*
ducatu Ratiborienſi eſt Oderberga, *Oderberg*, ad Elſæ & Via-
dri confluentes, & Ratiboria, *Ratibor*, ad Viadrum. In duc. *D. Oppavienſ.*
Oppavienſi ſunt Beneſchovia, *Beneſchow*, & ſuperiùs Oppa-
vium, *Troppaw*, ad fl. Oppam. In duc. Carnovienſi præſtat *D. Carnovienſ.*
ad idem fl. Carnovia, alias Iegerndorffia, *Iegersdorf.* In duc. *D. Oppolienſis.*
Oppolienſi, qui recenſitis amplior eſt, ſunt Novoſtadium,
Newſtadle; Glogavia minor, *Klein Glogaw*, ad fl. Brudnicium;
Oppolium, *Oppelen*, ad Viadrum, clariſſimum. In duc. Grot- *D. Grotkav.*
kavienſi, ſeu Niſſenſi ſupereminent Niſſa, *Neiſſa*, ad confluen-
tes Bilæ & Niſſæ, & Grotkavia, *Grotkaw.* In duc. Munſter- *D. Munſterb.*
bergenſi eſt Munſterberga, *Monſterberg*, ad Olam fl., & Sil-
berberga, *Silberberg*, in confinio Bohemiæ propriæ. In duc. *D. Swidnienſ.*
Swidnienſi jacet Landshutum, *Landshut*; Friberga, *Frey-*
berg, & Swidnia, *Schweidnitz.* Tandem in duc. Bregenſi eſt *D. Bregenſis.*
Brega, *Brieg*, ad Viadrum & Olnovium, *Olnow.*

Quæ ſupereſt pars Sileſiæ, Inferior appellatur, quam in IX.
octo Ducatus & tres Baronatus ſubdividunt, ſuntque duca- *Pars Sileſiæ inferior, in quâ partes XI:*
tus Uratiſlavienſis, duc. Olſnenſis, baronatus Wartember-
genſis, Militſchenſis, Trachembergenſis, ducatus Wolavien-
ſis, Lignicienſis, Iauravienſis, Saganenſis, Glogovienſis, &
Croſſenſis. In ducatu Uratiſlavienſi, ſeu Breſlavienſi præ- *D. Uratiſlav.*
ſtant Cantia, *Cantz*, caput Cantienſis diſtrictûs; Neofo-
rum, *Newmarckt*, ſitûs amœni, Diœceſis Neoforenſis præci-
puum; Uratiſlavia, *Breſlaw*, non ſolùm Uratiſlavienſis Diœ-
ceſis, ſed totius Sileſiæ nobiliſſima, ad Viadrum, inter Ger-
maniæ pulcherrimas, ampla, Epiſcopalis, cum Univerſitate,
ſedes Comitiorum Sileſiæ; Namſlavia, *Namſlaw*, quæ Diœ- *D. Olſnenſis.*
ceſin Namſlavienſem denominat, ad Veidam amnem. In du-
catu Olſnenſi, cujus Dux ſui propremodùm juris eſt, in
clientelâ tamen Regis Bohemiæ, ſunt Villa Bernardi, *Bern-*
ſtat, ad Veidam, & Olſna, *Olſſe.* In baronatu Wartember- *B. Wartemb.*
genſi eſt Wartemberga, *Wartemberg*, ad Veidam; item Go-
ſchutium, *Goſchutz.* In bar. Militſchenſi eſt Freyhemum, *B. Militſchenſ.*
Freyhein & Militſcha, *Militſch*, ad fl. Bartzium. In bar. Tra- *B. Trachemb.*

chem-

chembergenſi eſt Prauſnitium, *Prauſnitz* & Trachemberga,
D. Wolavienſ. *Trachemberg*, ad Bartzium. In ducatu Wolavienſi ſunt Hernſtadium, *Herrnſtad*; Wintzigium, *Wintzig*; Wolavia, *Wolaw*,
D. Lignicienſ. & Leubuſium, *Leubus*, ad Viadrum. In duc. Lignicienſi ſunt Lubena, *Luben*; Lignitium, *Legnitz*, ad confluentes Katsbachi & Deichzæ; Wolſtadium, *Wolſtad*; Gradisberga, *Gradis-*
D. Iauravienſ. *berg*. In duc. Iauravienſi ſunt Iauravia, *Iauer*, cum caſtro; Schonavia, *Schonaw*; Hirsberga, *Hirsberg*; Lewenberga, *Le-*
D. Saganenſis. *wenberg*; Naumburgum, *Naumburg*. In duc. Saganenſi ſunt Prybuſium, *Prybus*; Saganum, *Sagan*; Naumburgum, *Naum-*
D. Glogovienſ. *burg*. In duc. Glogovienſi ſunt Freiſtadium, *Freiſtad*, cui à liberis & patentibus campis nomen eſt, diviti ſalis foſſilis; Sprottavia, *Sprottaw*, cui nobiles ferri fodinæ, ad Sprotam; Glogavia, *Glogaw*, cognomento major, ad Viadrum, & inferiùs Beutha, *Beuthen*, præcipua dominii ſeu baronatus Beuthen-
D. Croſſenſis. ſis; Grumberga, *Grumberg*, inter montes collocata. Denique in Croſſenſi ducatu, qui ſubeſt Electori Brandeburgico, ſunt Sommerfelda, *Sommerfeld*; Bobersberga, *Bobersberg*, & Croſſa, *Croſſen*, ad Viadrum, qui hìc Boberâ ditatur.

X. *Terra Hæreditaria, & quæ juris Auſtriaci.*

Luſtratâ Bohemiâ, & circulo Auſtriaco, qui Auſtriaci juris ſunt, inutile non fuerit, antequam ad Saxoniæ Circulos progredimur, Regiones Hæreditarias Auſtriæ, ſeu Imperatoris verbulo recenſere. In iis verò enumerandis Auctores variant. Sunt, quibus earum nomine venit Auſtria interior, ſeu ducatus Carinthia, Carniola, Stiria. Sunt, qui Auſtriæ interiori Auſtriam propriam adjiciunt. Sunt, qui hiſce partibus addunt Auſtriam exteriorem ſeu comitatum Tirolenſem latè ſumptum, & Marchionatum Burgovienſem, de quo in circulo Suevico dictum eſt. Denique ſunt, qui ſub terris Hæreditariis Imperatoris enumerant, præter March. Burgovienſem totumque circulum Auſtriacum, Sileſiam, Moraviam, Bohemiam, Slavoniam, Croatiam, parteſque, territorii Forojulienſis, & Iſtriæ, de quibus in parte maritimâ Dominii Veneti locuti ſumus. Tranſeo Auſtriaci quoque juris eſſe Ortnaviam, quatuor Urbes Sylveſtres, Hohenbergam, Nellenburgum, Conſtantiam ad lacum ejuſdem nominis, partes circuli Suevici, nec non Hungariam, de quâ inferiùs.

CAPUT

CAPUT XXX.

Germania ad aut circa Viadrum & Albim, ſeu Circuli Saxoniæ ſuperioris ac inferioris.

RESTANT ex Germaniæ Circulis duo ultimi, puta Saxoniæ ſuperioris & inferioris. Circulus Saxoniæ ſuperioris, *das Ober Sachſiſche Creiſs*, qui explicitæ mox Bohemiæ propinquior eſt, terminatur ab ortu Luſatiâ, Sileſiâ, Poloniâ; à boreâ mari Baltico; ab occaſu circulo Saxoniæ inferioris, & exiguâ parte circuli Rhenani ſuperioris; ab auſtro Franconiâ & Bohemiâ propriâ. Circuli hujus Director eſt Dux Saxoniæ, Elector Imperii ordine ſextus, ipſeque non incommodè dividitur in Saxoniam ſuperiorem, Marchionatum Brandenburgicum, & Ducatum Pomeraniam. I. *Circulus Saxoniæ ſuperioris.*

Saxonia ſuperior, ſtrictè ſumpta, Gallis *Haute Saxe*, (aliàs enim illius nomine hic integer venit Circulus) pars auſtraliſſima eſt hujus Circuli Saxonici, ipſamque limitat ab ortu Sileſia; ab auſtro Bohemia propria, & Franconia; ab occaſu Haſſia & ducatus Brunſvicenſis; à boreâ principatus Halberſtadienſis, ducatus Magdeburgenſis, & marchionatus Brandeburgicus. Regio dives eſt omnis generis frugum, paſcuorum, pecoris, nobiliumque fodinarum; vix vinum progenerat; rigatur ab Albi, Multâ, Salâ; ſubeſt Domui Saxonicæ, ipſamque varii in varias partes diſtribuunt. Nos quinque enumerabimus, quæ ſunt marchionatus Luſatia, ducatus Saxonia, marchionatus Miſnia, Landgraviatus Thuringia, & Principatus Anhaltinus. II. *Saxonia ſuperior.*

Marchionatus Luſatia, incolis *Lauſnitz*, Gall. *Luſace*, aliàs dicitur Marchia Orientalis, quia olim Marchioni Miſniæ ſubfuit, cui ipſam eripuerunt Bohemi; aſt ab ultimo bello Bohemico rediit, uti in Bohemiâ dictum eſt, ad Saxoniæ Electorem, tanquam Feudum regni Bohemiæ, quam idcircò, licet pars non ſit hujus Circuli, hic luſtrabimus. Habet Luſatia ab ortu proximam ſibi inferiorem Sileſiam, atque ab occaſu ducatum Saxoniam & marchionatum Miſniam. Bilinguis eſt, nam incolæ & Slavicè & Teutonicè loquuntur, ipſamque incoluerunt III. *Marchionatus Luſatiæ.*

runt Semnones, nec non inferiorem Sileſiam. Dividitur in Luſatiam ſuperiorem & inferiorem ratione Sprehæ fluvii,

Luſatia ſuperior. qui ab auſtro in boream per medium ejus defluit. Superioris, quæ auſtralior, & minor eſt, & paret Electori Saxoniæ, urbes ſunt Gorlitium, *Gorlitz*, ad Niſſam fl. & inter paludes, munitum, cum Academiâ, quibuſdam caput hujus Luſatiæ; Zittavium, *Zittaw*, ſuperiùs non procul à Niſſæ origine, in Bohemiæ confinio, validum; Libavia, *Liebaw*; Bubeſia, ſeu Budiſſina, *Bautzen*, aliàs *Baudiſſen*, & *Budiſſen*, ad Spreham, urbs olim Imperialis & libera, ſedes Promarchionis hujus Luſatiæ, & totius juxta varios præcipua, in cujus Templo majore Lutherani & Romano-Catholici Religionis habent exercitium; Camentium, *Camens*, munitum; Conigs-

Luſatia inferior. berga, *Konigsbruck*, caput Comitatûs. In inferiore Luſatiâ, quæ ſuperiorem & Marchionatum Brandeburgicum interjacet, atque ſubeſt ex conceſſione Electoris Duci Saxoniæ Merſoburgenſi, eminent Cotbuſium, *Cotbus* & *Cotwitz*, ſub Electore Brandeburgico ad Spreham; ſuperiùs Sprehenberga, *Sprehenberg*; Zdiarum ſeu Sorava, *Soraw*, in limite inferioris Sileſiæ, Luſatiæ hujus metropolis; Forſtia, *Forſt*, oppidum in inſula Niſſæ fl.; inferiùs Guba, *Guben*; Luba, *Luben*, ad Spreham; Luca, *Luken*.

IV. Luſatiæ inferiori ab occaſu adjacet ducatus Saxonia, *Hertzogt. Saxen*, qui & Saxonia ſtrictè ſumpta, & Electoratus Saxoniæ appellatur, quia ab Electorali dignitate eſt inſeparabilis. Ab Albi in duas partes dividitur, quarum major in ortum, minor in occaſum deflectit. Caput hujus Ducatûs eſt Albiburgus ſeu Wittenberga, *Wittenberg*, ad Albim, illuſtris ſuâ Academiâ, quam in primis Lutherus & Melanchthon nobilitârunt; ſuperius jacent Elſtera, *Elſter*, ad Elſterum nigrum, qui in Albim hìc labitur, & Torgavia, *Torgaw*, cujus potus Cerealis laudem invenit. Hanc ad marchionatum Miſniæ, de quo proximè, alii referunt.

Ducatus Saxonia.

V. Ducatum Saxoniæ ab occaſu & auſtro attingit marchio-

Marchionatus Miſnia, in qua partes VIII: natus Miſnia, *Margrafs. Meiſſen*, tradito Ducatu longè amplior, & inter omnes partes hujus Circuli maximè meridionalis. Copiam habet pecorum, frugum omnis generis, mellis, vini, & fodinarum, in quibus varia metalla. In hoc Marchionatu, vicinâ

vicinâ Franconiâ & Thuringiâ Hermunduri vixerunt. Paret partìm Electori, partim Ducibus è Domo Saxonicâ. Diſpeſcitur variis in octo partes, territorium Miſnienſe, Archimontanum, Voigtlandiam, Oſterlandiam, territorium Lipſienſe, Hallenſe, Merſoburgenſe & Naumburgenſe. In territorio ſive circulo Miſnienſi, qui ducatui Saxoniæ conterminus eſt, atque ab Albi perfunditur, cæteris longè præſtant Miſna, *Meiſſen*, urbs Epiſcopalis ad Albim, clara, elegans cum caſtro in colle, quæ Marchionatui cognomentum imponit, quibuſdam caput Miſniæ; atque ſuperiùs Dreſda, *Dreſden*, ſedes Electoralis, & pluribus princeps Miſniæ, Dipolis, nova & vetus, quarum hæc trans flumen eſt, cum arce eximiâ. Maximi nominis hìc ſunt Pons lapideus ſupra Albim, ſtabulum equinum, armamentarium & Gazophylacium inſtructiſſimum. In territorio Archimontano, aliàs Montano, *Ertzgeburg*, quod Miſnienſi à meridie proximum eſt, jacent Friberga, *Freyberg*, aliis *Fridberg*, ubi Mauſolæa Electorum Saxoniæ; Chemnitia, *Chemnitz*, ad fl. cognominem, præcipua hujus Territorii; Mariæberga, *Marienberg*, & Annaberga, *Annaberg*, oppida in Bohemiæ limite, quorum hoc in Metallicorum commoditatem extructum eſt, argenti venis ambo fœcunda. In Voigtlandiâ, Voitlandiâ, Voigtiâ, item Advocatorum Terrâ, *Voigtland*, quæ Bohemiam & Franconiam attingit, atque figuræ triangularis eſt, præſtant Cygnea, nunc Zwiccavium, *Zwickaw*, ad fl. Multam; Adorſum, *Adorf*; Hoffa, *Hoff*, juxta quoſdam caput Voigtlandiæ; Olſnitium, *Olſnitz*, juxta fl. Elyſtrum, *Eilſter*, atque inferiùs Plava, *Plawen*, quaſi vallis cærulea; Græcium, *Graitz*; Weida, *Weida*; Gera, *Gera*. In Oſterlandiâ, ſeu Oſitiâ, *Oſterland*, quæ Voigtlandiam à boreâ limitat, eſt Novoſtadium, *Neuſtat*; Altenburgum, *Altenburg*, nobiliſſimum, & Lucha, *Lucha*. In Lipſienſi territorio, quod ab Oſterlandiâ vergit in boream, ſunt Pegavia, *Pegaw*, ad Elyſtrum; Leiſneca, *Leiſneck*; Grima, *Grim*, cum arce ad Multam; Lipſia, *Leipſick*, Territorii hujus longè clariſſima, nitida, amœna, Univerſitate, nundinis anniverſariis, & ſingulari Linguæ nitore maximè incluta. Quæ reſtant ex marchionatu Miſniæ Territoria, ad Salam ſunt. Infimum locum tenet Hallenſe, ubi præſtat

Territorium Miſnienſe.

Territor. Archimontanum.

Voigtlandia.

Oſterlandia.

Territorium Lipſienſe.

T. Hallenſe.

Halla Saxonum, *Hall in Sachſen*, urbs minor, ſed elegans ad Salam cum caſtro urbi imminente, in quâ quatuor fontes ſalini ſunt, ex quibus magnus Salis proventus eſt. Dialectus quoque Hallenſium laudem invenit. In medio jacet territorium ſeu dominium Merſoburgenſe, in quo ſunt Merſoburgum, ſeu Martiſpurgum & Martiopolis, *Mersburg*, urbs ad Salam, Epiſcopalis, quam à Meroveo Francorum Rege conditam perhibent, nec non Lutza, item Lutzenum & Lucena, *Lutzen*, oppidum juxta Elyſtrum, ad quod Guſtavus Adolphus, victor in prælio contra Auſtriacos, occubuit. Denique ſupremum locum obtinet territorium ſive dominium Naumburgenſe, in quo nobiliora ſunt Citizum, *Zeitz*, ad Elyſtrum, & Naumburgum ſeu Neoburgum, *Naumburg*, urbs ad Salam, Epiſcopalis loco Citizi, quod ſede Epiſcopali excidit.

Territor. Merſeburgenſe.

Territ. Naumburgenſe.

VI. *Landgraviat. Thuringiæ.*

Ad occaſum Miſniæ ſe offert Landgraviatus Thuringia, *Landgrafs. Thuringen*, quæ aliàs multò erat amplior, & tempore Regum Francorum primæ ſtirpis ſuos quoque Reges habuit. Hodie in multas partes diſſcinditur, quæ variis parent Principibus. In eâ jacent Iena, *Iena*, urbs exigua ad Salam, ubi Academia nobiliſſima; Vinaria, aliàs Vivaria & Vimaria, *Weimar*, ad fluviolum Ilmam, *Ilm*, cum caſtello Ducis pulcherrimo, hortiſque cultiſſimis; Erfurdia, ſeu Erfordia, *Erfurd*, caput Thuringiæ ad Geram, olim Mergisburgum dicta à Meroveo Francorum Rege, urbs inter Germaniæ maximas, cum Academiâ & campanâ Suſannæ, quâ non altera major datur per univerſam Germaniam. Subeſt Electori Moguntino, quem, occupatis non ita pridem à Gallo terris Electoralibus, fugientem recepit, habetque territorium, in quo nonaginta circiter vici ſeu caſtra numerantur, ex quibus dictus Elector ſeptendecim dedit Electori Saxonico, pars verò reliqua ipſius agnoſcit imperium. Sequuntur Gotha, *Gotha*, urbs parva, quam à Gothis conditam eſſe, ſunt, qui ſuſtinent, cum arce, ante *Grimmeſtein*, nunc *Freidenſtein*; Iſenacum, *Eyſenach*, exiguum; duæ urbes Imperiales Mulhuſia, quaſi Domus molaris, *Mulhauſen*, & Northuſia, *Northauſen*, à Meroveo Francorum Rege reparata, partìm in colle; comitatus Hohenſtinus, in quo caſtrum Hohenſtinum,

Hohen-

Hohenſtein; com. Stolbergenſis, ubi Stolberga, *Stolberg*; com. Schwartzburgicus, in quo Sunderhuſia, *Sunderhauſen*, & Francenhuſia, *Franckenhauſen*, ubi ſalinæ; nec non, qui præcedentibus nec minor, nec ignobilior eſt, comitatus Mansfeldienſis ſive Mansfeldicus, ſub Electore Saxoniæ jure ſequeſtrationis, in quo ſunt Mansfeldia, *Mansfeld*, caput Comitatûs cum caſtro munito in colle; Iſleba ſeu Eiſlebia, *Eiſleben*, Lutheri natale ſolum; & quatuor minores comitatus, quos Mansfeldienſis includit, ab oppidis denominati, Quernfurtenſis, Vetinenſis, Arnſtadienſis & Vipranus.

VII. *Principatus Anhaltinus.*

Supereſt ex Saxoniâ ſuperiore ſtrictè ſumptâ pars quinta & ultima, principatus Anhaltinus, *Furſtenth. Anhalt*, qui ab occaſu in ortum longiſſimè diffunditur, & quem inter alia rigant Sala, & Albis. Variis paret Principibus, & nobiliora loca ſunt Hartzceroda, *Hartzkerode*; Anhaltium vetus, *Alt Anhalt*, caſtrum, quod Principatui cognomentum imponit, hodiè ſemidirutum; Aſcherleba, *Aſcherleben*, ſitûs amœni, juxta lacum ejuſdem nominis; Plotza, *Ploczka*, & *Pletzkaw*; Bernaburgum, *Bernburg*, ad Salam; Coetha, *Koten*; Deſſavia, *Deſſaw*, caput Principatûs, ad Multam, quæ hìc in Albim delabitur, cum arce egregiâ, ubi uni ex Principibus Anhaltinis habitatio; Serveſta, *Serbſt*, ubi Principis caſtrum, Zytho ſuo celebris, quod vino in Franconiâ anteponitur; Barbium, *Barby*, caput comitatûs cognominis ad Albim.

VIII. *March. Brandeburgenſis.*

Nunc ordo ducit ad ſecundam partem Circuli Saxonici ſuperioris, qui eſt Marchionatus Brandenburgicus, ſeu Marchia Brandeburgenſis, *Marck Brandenburg*. Ipſam limitat à meridie ducatus Magdeburgenſis, Saxonia ſuperior, atque Sileſia; ab ortu Polonia; à ſeptentrione Pomerania, atque ducatus Mecklenburgicus; ab occaſu ducatus Luneburgenſis & Brunſvicenſis. Cælum experitur frigidius, ſolumque, quod, quæ ad vitam neceſſaria, producit, vinum non generat, niſi exiguâ quantitate juxta Francofurtum ad Oderam. Ingentes hìc videntur ſylvæ, item copioſi lacus & paludes, quibus multum fit invia. Flumina ejus clariora ſunt Albis, Havela, Spreha, Viadrus & Wartha, maximeque ab occaſu in ortum diffunditur, cum variâ latitudine. Subeſt hæc Marchia Marchioni Brandeburgenſi, Electori Imperii ordine ſeptimo,

timo, dividiturque non incommodè in partem, quæ ad occidentalem ripam Albis eſt ; in partem, quæ Albim & Viadrum interjacet; & in partem, quæ orientalem ripam Viadri contingit.

IX. *Marchia vetus.* Ad ripam Albis occidentalem eſt Marchia vetus, aliter ſuperior, pars Marchionatûs maximè occidua, figuræ fermè triangularis, cujus nobiliora oppida ſunt Tangermunda, *Tangermund*, ſita ad confluentes Tonagræ, *Tanger*, & Albis, olim ſedes Marchionis, quibuſdam caput hujus Marchiæ, quod pluribus eſt Stendalia, *Stendel*, verſus Vechtæ fl. initia; Gardeleba, *Gardeleben*; Apenburgum, *Apenborg*; Soltwedelia, *Soltwedel*; Oſterburgum, *Oſterburg*, ad Vechtam, & inferiùs Seehuſium, *Seehauſen*; Werbena, *Werben*, ad Albim, quâ parte Havelam recipit, è cujus regione ad alteram Albis ripam munimentum eſt, quod ab hoc oppido *die Werber Schantze* appellatur.

X. *Marchia media: in quâ* Pars media Marchionatûs Brandeburgenſis, quæ inter Albim & Viadrum eſt, magnitudine alias ſupereminet, ejuſque partes ſunt regio Prignitia, comitatus Rupinenſis, marchia Ukerana & media, quæ omnes ſub uno nomine Marchiæ mediæ quibuſdam comprehenduntur. Tres priores partes jacent ad boream, inter quas viciniſſima eſt Marchiæ veteri regio Prignitia, aliis Marchia Prignitiana, *die Priegnitz*, ſita ad dextram ripam Albis & Havelæ, cujus clariora oppida ſunt Havelberga, *Hawelberg*, ad fl. Havelam, Epiſcopalis, hujus partis præcipua; Wittenberga, *Wittenberg*, inferiùs ad Albim; Perleberga, *Perleberg*; Dalmina, *Dalmin*; Preutzwalda, *Preutzwal*; Witſtocium, *Witſtock*. Hanc Marchiam ab ortu attingit comitatus Rupinenſis, ipsâ minor, in quâ occurrunt Wuſterhuſium, *Wuſterhaus*; Rupinum novum & vetus, quæ amnis Rhinus, *Rhin*, ab invicem dividit, & Lindovia, *Lindow*. Ad ortum hujus Comitatûs eſt Marchia Ukerana, ipſo amplior, quæ nomen habet à lacu Ukerano, *die Ucker See*, & fl. Ukerâ, *Uker*, qui ex ipſo defluit. Oppida ejus ſunt Libewaldia, *Liebewald*; Templinum, *Templin*; Wolshaga, *Wolshagen*; Prenſlovia, *Prenſlow*, præcipua, ad lacum Ukeranum, juxta quam Ukera ex ipſo defluit; Angermunda, *Angermund*; Novoſtadium, *Nieſtadt*. Sequitur partis mediæ ex marchionatu Brandeburgenſi

Regio Prignitia.

Comitat. Rupinenſis.

Marchia Ukerana.

March. media.

deburgenſi pars quarta ſeu ultima, Marchia media, omnium ampliſſima, & prioribus ab auſtro contermina, in quâ ſe offerunt Bernovia, *Bernow*; Oranienburgum, *Oranienburg*; Ratenavia, *Ratenaw*, ad Havelam; Brandeburgum, *Brandeburg*, quod univerſo Marchionatui nomen imponit, & ab Havelâ in vetus & novum diſtinguitur; Bellitium, *Bellitz*; Gutterburgum, *Gutterburg*; Trebbinum, *Trebbin*; Colonia Brandeburgica, *Coln*, ad Spreham, è regione Berolini, cujus pars eſt, ſeu amplum ſuburbium, ubi palatium Electoris Brandeburgici; Berolinum, ſive Berlinum, *Berlin*, urbs ad borealem ripam Sprehæ, amœna, valida, intra paludes, Marchiæ totius longè clariſſima; ſuperiùs Furſtenwaldia, *Furſtenwalde*, in Luſatiæ limite; Francofurtum cum cognomento ad Viadrum, *Francfurt am Oder*, Academiâ atque mercatu celebris; inferiùs Lebuſium, *Lebus*.

XI. *Marchia nova: ubi Ducat. Stellamontani.*

Supereſt pars tertia Marchiæ Brandeburgenſis, quæ ad orientalem ripam Viadri occurrit & Marchia nova ſive inferior appellatur. Ex eâ pendet ducatus Stellamontanus, aliis dominium Sternbergenſe, medium inter fl. Wartam, & Sileſiam, in quo Droſſa, *Droſſen*, quibuſdam præcipua; aliis verò Sternberga, *Sternberg*, unde Ditioni nomen eſt; Sunneberga, *Sunneberg*, ad Wartam, ſedes Magiſtri Ordinis Equitum D. Joannis. In Marchiâ novâ, quæ ſinuoſo flexu longiſſimè excurrit in boream, ſunt Cuſtrinum, *Cuſtrin*, in paludibus ad Viadrum, ubi Wartâ ditatur, validum ſitu & arte, Principis antea habitatio; Soldinum, *Soldin*; Landsberga, *Landsberg*, ad Wartam; Drieſſena, *Drieſſen*, recenter munita ad confluentes Tragæ & Netzæ in Poloniæ confinio; Kaliſium, *Kalis*, ſuperiùs, uti & Schifelbeinum, *Schifelbein*, in Pomeraniæ finibus. *March. nova.*

XII. *Quæ Elector in & extra Germaniam poſſidet.*

Antequam ad Pomeraniæ ducatum progredimur, conjunctè recenſendum, quod & ſuis locis factum eſt, ac fiet in poſterum, quid Elector Brandeburgicus, & in, & extra Germaniam, poſſideat. Ex circulo Weſtphalico ipſi ſubeſt ducatus Clivenſis, comitatus Marchia, com. Ravensbergenſis, & principatus Mindenſis. Ex circulo Saxoniæ inferioris ipſi paret principatus Halberſtadienſis & ducatus Magdeburgenſis. Ex Sileſiâ inferiore habet ducatum Croſſenſem. Ex circulo Saxoniæ ſuperioris præter Marchiam Brandeburgenſem agnoſcit ejus imperium

perium Pomerania ulterior. Tandem extra Germaniam ex regno Poloniæ ipſi Pruſſia Ducalis ſubjecta eſt. Atque ita poſt Imperatorem inter Germaniæ Principes Elector Brandeburgicus rerum latiſſimè potitur.

XIII. *Ducatus Pomeraniæ.* Pergimus ad partem tertiam & ultimam Circuli Saxoniæ ſuperioris, omnium borealiſſimam, quæ eſt ducatus Pomerania, *das Hertzogthum Pomeren.* Ipſam limitat ab ortu ducatus Pruſſia; ab auſtro major Polonia & Marchia Brandeburgenſis; ab occaſu ducatus Mecklenburgicus; à boreâ mare Balticum. Cæli frigidioris eſt, at ſolum fertile habet & abundans mellis, ceræ, cannabis, lini, frumenti uſque adeo, ut vel exteri ex iis gaudeant. Variis lacubus & fluminibus rigatur, inter quæ clariſſimus longè eſt Viadrus, cujus pars infima Ducatum in citeriorem & ulteriorem diſtribuit.

XIV. *Pomerania ulterior: ubi* Pomerania ulterior, aliàs poſterior, inferior, orientalis, vulgò *Hinter Pomeren*, pars ducatus orientalis eſt, quæ Viadrum ac orientaliſſimum hujus oſtium, nec non ducatum Pruſſiam interjacet, ſub Electore Brandeburgico. Partes ejus ſunt quatuor Pomerellia, dominium Vandaliæ, dominium Caſſubiæ & ducatus Pomeraniæ, quæ mari Baltico, ſi ab ortu incipimus, ex ordine adjacent.

Pomerellia. Pomerellia, ſive Pomerania parva, *Klein Pommern*, pars eſt Pomeraniæ Polonicæ, quam poſſidet Elector Brandeburgicus, ſed ſub Regis Poloniæ clientelâ, complectiturque dominium Louwenburgenſe & Butovienſe. Oppida Pomerelliæ ſunt Louwenburgum, aliis Lemburgum & Lavenburgum, *Louwenborch*, caput cognominis Dominii; Leba, *Lebe*; Smolſinum, *Smolſin*; Lupovium, *Lupow*, & Butovium, *Butow*, quod Butovienſe dominium denominat, juxta Waldovium, *Waldow*, deſertum Pruſſiæ.

Dominium Vandaliæ. In dominio Vandaliæ, *Herſchaft Wenden*, aliis ducatu, ſunt Rumelsburgum, *Rumelsborg*; Stolpia, *Stolpen*, ad fl. cognominem, præcipua; Slaga, *Slage* ad fl. Viperam, *Wipper*, & prope ejuſdem oſtium Rugium olim, nunc Rugenwaldia, *Rugenwald*, caput Rugiorum, qui circa Viperam, & Rægium, ſeu Regam flumina habitârunt, cujus nominis veſtigium in Regenwoldâ Caſſubiæ, de quâ mox, etiam extare exiſtimant. Imo

Dominium Caſſubia. ſunt, quibus Rugium Regenwolda creditur. In dominio, aliis ducatu Caſſubiæ, *die Caſſuben*, jacent Coſlinum, *Coſlin*; Bubli-

Bublitium, *Bublitz*; Novum Stetinum, *Nieuſtettin*, ad lacum *Villera*; Belgarda, *Belgard*; Corlinum, *Corlin*; Colberga, *Colberg*, ad oſtium fl. Perſanti cum arce munitâ Caſſubiæ clariſſima, infra quam ſal concoquitur; Regenwolda, *Regenwolde*, ad fl. Regam. In antiquo ducatu Pomeraniæ ſive Pomeraniâ propriâ occurrunt Treptovia, *Treptow*, ad Regam; ſuperiùs Griffenberga, *Griffenberg*; Novogardia, *Neuwgarten*; Stargardia, *Stargart*, variis hujus Ducatûs Caput ad Ihnam, amnem; Golnovia, *Golnow*, inferiùs, quam Sueci Electori Brandenburgico ante duodecim annos oppignorârunt; Camminum, *Cammin*, Epiſcopale ad ſinum maris Baltici ejuſdem nominis, aliquibus hujus Pomeraniæ nobiliſſima. *Ducatus Pomeraniæ.*

XV. *Pomerania citerior: ubi*

Pars altera Pomeraniæ à Viadro in occaſum & boream deflectit, diciturque Pomerania citerior, anterior, ſuperior & occidentalis, communiter *Voor Pomeren*, ſub Regis Sueciæ imperio. Complectitur inſulas & continentem. Inſulæ nobiliores ſunt tres, Rugia, Uſedomia, Iulinum. Rugia, principatûs titulo illuſtris, *Furſtenth. Rugen*, maximè abit in boream, à continenti parùm diviſa, aliàs longè amplior, quippe quæ & Rudam inſulam, oppoſitam Pœnæ oſtio, continuit, revulſam ab eâ tempeſtate. Hodie in plures peninſulas deſinit, & creditur nomen obtinuiſſe à Rugiis, qui ex ulteriore Pomeraniâ in ipſam tranſgreſſi ſunt. Olim præcipua Inſulæ urbs fuit Arcona, ampla, munita, nunc in ruinis. Oppida ejus hodie ſunt Vicum, *Wick*; Sagarda, *Sagart*; Berga, *Bergen*, Caput, & Putbuſium, *Putbus*. Ad oſtia Viadri jacent inſula Uſedomia, in quâ urbecula ejuſdem nominis cum arce & portu in orâ Æſtuarii, aliàs Sinûs ſeu Lacûs magni, *das Groſſe Haff*, anteà celebre emporium; nec non Julinum, ſive Wollina, *das Wolliniſche Werder*, in quâ Iulinum, ſeu Wollinum, *Wollin*, urbs olim ampla & Epiſcopalis, jam pagus, qui in Iulini ruinis excitatus eſt. In continente Pomerananiæ citerioris occurrunt ducatus Stetinenſis, dominium Wolgaſtenſe, comitatus Gutzovienſis, & dominium Bardenſe. Trans Lacum magnum ſe offert ducatus Stetinenſis, *Hertz. Stettin*, cujus pars longè major ad ſiniſtram ripam Viadri eſt, minor ad dextram, atque hæc juris exiſtit Brandenburgici. Caput hu- *Inſ. Rugia.* *I. Uſedomia.* *I. Iulinum.* *Ducatus Stetinenſis.*

jus Ducatûs, quin totius Pomeraniæ facilè princeps eſt Stetinum, *Stettin*, celebris munitio cum ponte ad Viadrum, commerciis dives, Gymnaſio & ſede Suecici Gubernatoris inclyta, præter quam contemnenda oppida non ſunt Iaſenitium, *Iaſenitz*; Ukermunda, *Ukermunde*, ad oſtium Ukeræ fl., quod infra ipſam in magnum Lacum effunditur; Treptovia, *Treptow*, ad fl. Tollenſam; Deminum, *Demmin*; Anclamum, *Anclam*, ad fl. Pœnam. In dominio, aliis ducatu Wolgaſtenſi, quod anguſtum eſt, eminet Wolgaſtum, *Wolgaſt*, urbs ad Pœnam contra ſeptentrionalem tractum inſulæ Uſedomiæ, cum arce lepidâ & portu ſub inſulâ Rudâ commodiſſimo. In comitatu Gutzovienſi eſt Gutzovium, *Gutzkow*, ad Pœnam, unde nomen Comitatui, & ſuperiùs Loitium, *Loitz*; Gripswaldia, *Gripswalde*, antiqua, ad receſſum ſinûs maris Baltici, portus non incommodus cum vetere Academiâ. Tandem in dominio, ſeu ducatu Bardenſi & Bartienſi eſt Sunda ſive Sundis & Sundium, *Stralſund*, cui vicina inſula Strala & Sunda, id eſt Fretum, nomen impoſuit, diviſa à principatu Rugiæ per fretum Gellam, patens circiter milliare Italicum, emporium nobile, quod obſidionem non unam fortiter toleravit, olim ciſmarini ducatûs Rugiæ metropolis; Bardum ſeu Bartia, *Bardt*, ad ſinum maris Baltici cum inſigni arce & portu, unde nomen Dominio; Damgardia, *Damgarden*, ad Rekenizæ fluminis oſtium.

Dominium Wolgaſtenſe.

Comitat. Gutzovienſis.

Dominium Bardenſe.

XVI. *Sedes Vandalorum.* Cæterùm inter Viſtulam, Albim, Chaluſum flumina & ſinum Codanum, ſive in parte Poloniæ cis Viſtulam, utrâque Pomeraniâ, marchiâ Brandeburgica, nec non ducatu Meklenburgico, habitârunt Vandali, ſeu Vindili, unum ex quinque præcipuis generibus Germanorum, qui in varias nationes diſtincti fuêre, & quorum pars, ſervato ſuo nomine, per Galliam in Hiſpaniam progreſſa eſt, habitavitque in Vandalitiâ, item in tractu Africæ, qui verſus Mediterraneum mare extenditur, nec non in regno Sardiniæ.

XVII. *Circulus Saxoniæ inferioris.* Supereſt denique ultimus Germaniæ circulus, qui eſt inferioris Saxoniæ, *das Nieder Sachiſche Creiſs*, Gall. *baſſe Saxe*. Ipſum limitat ab ortu Pomerania & Marchionatus Brandenburgenſis; ab auſtro Saxonia ſuperior & Haſſia; ab occaſu Weſtphalia, & pars maris Germanici; à boreâ Iutia meridionalis,

dionalis, & mare Balticum. Cælum habet ſalubrius, niſi quà paludibus nimiùm humectatur. Solum vino caret, minimè hordeo, tritico, ſylvis & mineralibus. Perfunditur à pluribus fluviis, quorum nobiliores ſunt Albis, Allera, Leina, & Viſurgis. Longè plurimi confeſſionem Auguſtanam profitentur. Circuli hujus Directores ſunt Adminiſtrator Magdeburgenſis, Dux Bremenſis, qui cum Magdeburgenſi vices alternat, & Dux Brunſvicenſis. Partes ipſius præcipuæ ſunt decem; ducatus Megalopolitanus, Lauenburgicus, Luneburgenſis, Magdeburgenſis, principatus Halberſtadienſis, epiſcopatus Hildesheimenſis, ducatus Brunſvicenſis, Ferdenſis, Bremenſis & Holſatiæ; neque omnes uni ſubſunt, ſed pluribus, quibus ferè à partibus, quibus præſunt, cognomentum eſt.

XVIII. *Pars ejus orientalis ſive ducatus Megalopolitanus; ubi*

Ducatus Megalopolitanus, ſive Megalburgicus, vulgò Mecklenburgenſis, *Hertzogt. Meckelenburg*, pars eſt hujus Circuli maximè orientalis, quæ ab occaſu in ortum inter ducatum Lauenburgicum, & Pomeraniam citeriorem longiſſimè extenditur. Duobus paret Principibus ex eâdem familiâ: pars quidem orientalis Duci Guſtrovienſi; pars verò occidentalis Duci Swerinenſi. Partes ejus juxta noviſſimas Tabulas ſunt ſex, puta dominium Stargardienſe, ducatus Vandalia, dominium Roſtochienſe, epiſcopatus Swerinenſis, ducatus Mecklenburgenſis, & comitatus Swerinenſis. In dominio Stargardienſi, quod omnium orientaliſſimum eſt, ſunt Neo-Brandeburgum, *N. Brandenburg*, juxta lacum Tollenſem, & Stargardia, *Stargard*, unde nomen Dominio. In ducatu Vandaliâ, aliis tractu Vendenſi, qui multò amplior eſt & ſcatet lacubus, ſunt Rebela, *Rebel*, ad lacum Muritium, *Muritz See*; Warenum, *Waren*, olim Varinum, memoriam ſervans Varinorum, qui in tractu vicino habitârunt, ad lacum Calpinum, *Calpin See*; Plava, *Plawe*, ad lacum cognominem; Guſtrovium, *Guſtrow*, ſedes Ducum Guſtrovienſium, cum arce magnificâ. In dominio Roſtochienſi, quod à boreâ Balticum mare alluit, occurrunt Laga, *Lage*; Ribnitium, *Ribnitz*, ad ſinum dicti Maris, in confinio citerioris Pomeraniæ; Roſtochium, ſeu Rhodopolis, & juxta plures Laciburgum, *Roſtock*, ad oſtium Warnæ fluminis, cujus cereviſia laudem

Domin. Stargardienſe.

Ducatus Vandalia.

Dominium Roſtochienſe.

invenit, cum commodo portu & celebri Academiâ, caput hujus Dominii, quin ex variorum ſententiâ totius ducatûs Mecklenburgenſis; Doberanum, *Dobern*, antiquum Monaſterium, quod frequentes Ducum Mecklenburgenſium ſepulturæ nobilitârunt. In epiſcopatu Swerinenſi, parte omnium minimâ, jacent Butzovium, *Butzow* & Bruela; *Bruel*. In ducatu Mecklenburgenſi proprio, qui eſt ad mare Balticum, varioſque ipſius ſinus admittit, ſunt Wiſmaria, *Wiſmar*, portus nobilis cum arce, Suecici juris; Bolenberga, *Bolenberg*; Daſſovia, *Daſſow*; Rena, *Renen*. Tandem in comitatu Swerinenſi eſt Swerinum, *Swerin*, ad lacum ejuſdem nominis, ſedes Ducum Swerinenſium, Epiſcopalis dignitatis, & Wittenburgum, *Wittenborg*.

Ep. Swerin.

Ducat. Mecklenburgenſis.

Comitat. Swerinenſis.

XIX. *Pars media; in quâ Ducatus Lauenburgicus.*

Visâ orientali parte hujus Circuli ad mediam progredimur, in quâ ſe offerunt ducatus Lauenburgicus & Luneburgenſis. Ille, *Hertz. Saxen Lauenburg*, ab Albi dividitur, ejuſque majoris momenti loca ſunt Weninga, *Weningen*, prope Albim; inferiùs Ludersburgum, *Ludersborg* & Lauenburgum, *Lauwenburg*, præcipuum; Ratzeburgum, *Ratzeborg*, quod ad Mecklenburgenſem ducatum referunt alii, quia per pacificationem Weſtphalicam duci Swerinenſi ceſſit, ſitum juxta lacum ejuſdem nominis cum caſtro. In ducatu Luneburgenſi, qui paret duci Luneburgenſi Cellano & Lauenburgicum magnitudine multùm ſuperat, præſtant Harburgum, *Harborg*, ad Albim ex adverſo Hamburgi cum arce validiſſimâ; Bardevicus, *Bardewick*, oppidum penè deſolatum, olim urbs ingens, ad fl. Ilmenovam, *Ilmenow*; ſuperiùs Luneburgum, *Luneburg*, quod ex Bardevici ruinis crevit, urbs ampla, feliciter munita, cum arce in monte Calcario, clara fontibus ſalis & Gymnaſio, caput hujus Ducatûs; item Ultza, *Ultzen*; Cella, *Zell*, ad fl. Alleram, ſedes Ducum, quibus & cognomentum imponit, valida; Gyſhornia, *Gyſhorn*, ad Iſæ & Alleræ confluentes. Pars ducatus Luneburgenſis variis ponitur comitatus Dannebergenſis ſub ejuſdem Ducis imperio, cujus oppida ſunt Berga, *Bergen*; Danneberga, *Danneberg*, ad fl. Tetzam, ſedes ante Comitum & Comitatûs clariſſima; ſuperiùs Wuſtrovia, *Wuſtrow*; Snakenburgum, *Snakenburg*, juxta Albim, ubi Uchtam recipit.

Ducatus Luneburgenſis.

Comitat. Dannebergenſis.

In

XX.

In parte auſtrali hujus Circuli Saxonici occurrunt ex ordine ducatus Magdeburgenſis, principatus Halberſtadienſis, epiſcopatus Hildesheimenſis, & ducatus Brunſvicenſis. Ducatum Magdeburgenſem Albis bifariàm dividit, ac cum Havelâ ex parte terminat. Tulit anteà titulum Archiepiſcopatûs, nunc verò Ducatûs nomine venit, eſtque ſub Electore Brandeburgico. Oppida ejus ſunt Sandovia, *Sandow*, ad Albim; Burgum, *Borch*; Magdeburgum, *Magdeburg*, & *Meydeburg*, quaſi Burgus Puellarum, alias Parthenopolis & Parthenope dicta, quia hìc tres Charites Veneris filiæ colebantur, urbs ampla ad Albim, celebris calamitate, quam ab Auſtriacis hoc ſeculo perpeſſa eſt, Ducatûs hujus facilè princeps; Staffurtium, *Staffurt*. Juris etiam Brandeburgici eſt confinis principatus Halberſtadienſis, *Furſth. Halberſtad*, qui titulum Epiſcopatûs ante tulit. In ipſo occurrunt Oſcherſleba, *Oſcherſleben*; Gruninga, *Gruningen*; Halberſtadium, *Halberſtadt*, urbs antiqua, caput Comitatûs, à quâ non longè abeſt occaſum verſus celebris Baumanni ſpelunca, *Baumanshol*, in quâ diſtillantes à ſaxis guttæ in lapidem album, ſubdurum, & mirabilis figuræ convertuntur; Oſtervicum, *Oſterwick*. In epiſcopatu Hildesheimenſi, qui ſub ſuo Epiſcopo eſt, ſunt Wenthuſia, *Wenthuſen*; Hildeshemium & Hildeſia, *Hildesheim*, præcipua; Peina, *Peine*. Hunc Epiſcopatum, excepto tractu boreali, fermè cingit ducatus Brunſvicenſis, *Hertz. Braunſchwick*, ſub Ducibus ejuſdem nominis. Diſpeſcitur in tres principatus ſive circulos, Wolferbytanum, Grubenhagenſem & Calenbergenſem, ſed hâc miſſâ diviſione, majoris momenti urbes & oppida, quæ in hoc Ducatu ſe offerunt, recenſebimus, ſuntque Brunſvicum, ſeu Brunopolis, *Brunſwick*, juxta quoſdam Pentapolis, quia ex totidem partibus componitur, ad fl. Ockeram, caput univerſi Ducatûs; Regia Luttera, *Konings Lutter*; Helmeſtadium, *Helmſtadt*, Academiâ nobile, quam & Juliam & Julianam nuncupant à Julio Brunſvicenſium Duce, qui eam ſuperiore ſeculo fundavit; Wolfenbutela, Wolferbytum, & Guelpherbytum, *Wolffenbuttel*, urbs intra paludes, valida, ſedes Ducis Brunſvico-Wolferbytani, cum Bibliothecâ verè Auguſtâ; Goſlaria, *Goſlar*, urbs libera Imperii, variorum dives mineralium; Oſteroda, *Oſterode*; Eymbeca, *Eymbecke*,

Pars auſtralis; ubi Ducat. Magdeburgenſis.

Princip. Halberſtadienſis.

Epiſcop. Hildesheimenſis.

Ducat. Brunſvicenſis.

invenit, cum commodo portu & celebri Academiâ, caput hujus Dominii, quin ex variorum ſententiâ totius ducatûs Mecklenburgenſis; Doberanum, *Dobern*, antiquum Monaſterium, quod frequentes Ducum Mecklenburgenſium ſepulturæ nobilitârunt. In epiſcopatu Swerinenſi, parte omnium minimâ, jacent Butzovium, *Butzow* & Bruela; *Bruel*. In ducatu Mecklenburgenſi proprio, qui eſt ad mare Balticum, varioſque ipſius ſinus admittit, ſunt Wiſmaria, *Wiſmar*, portus nobilis cum arce, Suecici juris; Bolenberga, *Bolenberg*; Daſſovia, *Daſſow*; Rena, *Renen*. Tandem in comitatu Swerinenſi eſt Swerinum, *Swerin*, ad lacum ejuſdem nominis, ſedes Ducum Swerinenſium, Epiſcopalis dignitatis, & Wittenburgum, *Wittenborg*.

Ep. Swerin.

Ducat. Mecklenburgenſis.

Comitat. Swerinenſis.

XIX. *Pars media; in quâ Ducatus Lauenburgicus.*

Visâ orientali parte hujus Circuli ad mediam progredimur, in quâ ſe offerunt ducatus Lauenburgicus & Luneburgenſis. Ille, *Hertz. Saxen Lauenburg*, ab Albi dividitur, ejuſque majoris momenti loca ſunt Weninga, *Weningen*, prope Albim; inferiùs Ludersburgum, *Ludersborg* & Lauenburgum, *Lauwenburg*, præcipuum; Ratzeburgum, *Ratzeborg*, quod ad Mecklenburgenſem ducatum referunt alii, quia per pacificationem Weſtphalicam duci Swerinenſi ceſſit, ſitum juxta lacum ejuſdem nominis cum caſtro. In ducatu Luneburgenſi, qui paret duci Luneburgenſi Cellano & Lauenburgicum magnitudine multùm ſuperat, præſtant Harburgum, *Harborg*, ad Albim ex adverſo Hamburgi cum arce validiſſimâ; Bardevicus, *Bardewick*, oppidum penè deſolatum, olim urbs ingens, ad fl. Ilmenovam, *Ilmenow*; ſuperiùs Luneburgum, *Lunenburg*, quod ex Bardevici ruinis crevit, urbs ampla, feliciter munita, cum arce in monte Calcario, clara fontibus ſalis & Gymnaſio, caput hujus Ducatûs; item Ultza, *Ultzen*; Cella, *Zell*, ad fl. Alleram, ſedes Ducum, quibus & cognomentum imponit, valida; Gyſhornia, *Gyſborn*, ad Iſæ & Alleræ confluentes. Pars ducatus Luneburgenſis variis ponitur comitatus Dannebergenſis ſub ejuſdem Ducis imperio, cujus oppida ſunt Berga, *Bergen*; Danneberga, *Danneberg*, ad fl. Tetzam, ſedes ante Comitum & Comitatûs clariſſima; ſuperiùs Wuſtrovia, *Wuſtrow*; Snakenburgum, *Snakenburg*, juxta Albim, ubi Uchtam recipit.

Ducatus Luneburgenſis.

Comitat. Dannebergenſis.

In

XX.

In parte auſtrali hujus Circuli Saxonici occurrunt ex ordine ducatus Magdeburgenſis, principatus Halberſtadienſis, epiſcopatus Hildesheimenſis, & ducatus Brunſvicenſis. Ducatum Magdeburgenſem Albis bifariàm dividit, ac cum Havelâ ex parte terminat. Tulit anteà titulum Archiepiſcopatûs, nunc verò Ducatûs nomine venit, eſtque ſub Electore Brandeburgico. Oppida ejus ſunt Sandovia, *Sandow*, ad Albim; Burgum, *Borch*; Magdeburgum, *Magdeburg*, & *Meydeburg*, quaſi Burgus Puellarum, alias Parthenopolis & Parthenope dicta, quia hìc tres Charites Veneris filiæ colebantur, urbs ampla ad Albim, celebris calamitate, quam ab Auſtriacis hoc ſeculo perpeſſa eſt, Ducatûs hujus facilè princeps; Staffurtium, *Staffurt*. Juris etiam Brandeburgici eſt confinis principatus Halberſtadienſis, *Furſth. Halberſtad*, qui titulum Epiſcopatûs ante tulit. In ipſo occurrunt Oſcherſleba, *Oſcherſleben*; Gruninga, *Gruningen*; Halberſtadium, *Halberſtadt*, urbs antiqua, caput Comitatûs, à quâ non longè abeſt occaſum verſus celebris Baumanni ſpelunca, *Baumanshol*, in quâ diſtillantes à ſaxis guttæ in lapidem album, ſubdurum, & mirabilis figuræ convertuntur; Oſtervicum, *Oſterwick*. In epiſcopatu Hildesheimenſi, qui ſub ſuo Epiſcopo eſt, ſunt Wenthuſia, *Wenthuſen*; Hildeshemium & Hildeſia, *Hildesheim*, præcipua; Peina, *Peine*. Hunc Epiſcopatum, excepto tractu boreali, fermè cingit ducatus Brunſvicenſis, *Hertz. Braunſchwick*, ſub Ducibus ejuſdem nominis. Diſpeſcitur in tres principatus ſive circulos, Wolferbytanum, Grubenhagenſem & Calenbergenſem, ſed hâc miſſâ diviſione, majoris momenti urbes & oppida, quæ in hoc Ducatu ſe offerunt, recenſebimus, ſuntque Brunſvicum, ſeu Brunopolis, *Brunſwick*, juxta quoſdam Pentapolis, quia ex totidem partibus componitur, ad fl. Ockeram, caput univerſi Ducatûs; Regia Luttera, *Konings Lutter*; Helmeſtadium, *Helmſtadt*, Academiâ nobile, quam & Juliam & Julianam nuncupant à Julio Brunſvicenſium Duce, qui eam ſuperiore ſeculo fundavit; Wolfenbutela, Wolferbytum, & Guelpherbytum, *Wolffenbuttel*, urbs intra paludes, valida, ſedes Ducis Brunſvico-Wolferbytani, cum Bibliothecâ verè Auguſtâ; Goſlaria, *Goſlar*, urbs libera Imperii, variorum dives mineralium; Oſteroda, *Oſterode*; Eymbeca, *Eymbeke*,

Pars auſtralis; ubi Ducat. Magdeburgenſis.

Princip. Halberſtadienſis.

Epiſcop. Hildesheimenſis.

Ducat. Brunſvicenſis.

invenit, cum commodo portu & celebri Academiâ, caput hujus Dominii, quin ex variorum ſententiâ totius ducatûs Mecklenburgenſis; Doberanum, *Dobern*, antiquum Monaſterium, quod frequentes Ducum Mecklenburgenſium ſepulturæ nobilitârunt. In epiſcopatu Swerinenſi, parte omnium minimâ, jacent Butzovium, *Butzow* & Bruela; *Bruel*. In ducatu Mecklenburgenſi proprio, qui eſt ad mare Balticum, varioſque ipſius ſinus admittit, ſunt Wiſmaria, *Wiſmar*, portus nobilis cum arce, Suecici juris; Bolenberga, *Bolenberg*; Daſſovia, *Daſſow*; Rena, *Renen*. Tandem in comitatu Swerinenſi eſt Swerinum, *Swerin*, ad lacum ejuſdem nominis, ſedes Ducum Swerinenſium, Epiſcopalis dignitatis, & Wittenburgum, *Wittenborg*.

Ep. Swerin.

Ducat. Mecklenburgenſis.

Comitat. Swerinenſis.

XIX. *Pars media; in quâ Ducatus Lauenburgicus.*

Visâ orientali parte hujus Circuli ad mediam progredimur, in quâ ſe offerunt ducatus Lauenburgicus & Luneburgenſis. Ille, *Hertz. Saxen Lauenburg*, ab Albi dividitur, ejuſque majoris momenti loca ſunt Weninga, *Weningen*, prope Albim; inferiùs Ludersburgum, *Ludersborg* & Lauenburgum, *Lauwenburg*, præcipuum; Ratzeburgum, *Ratzeborg*, quod ad Mecklenburgenſem ducatum referunt alii, quia per pacificationem Weſtphalicam duci Swerinenſi ceſſit, ſitum juxta lacum ejuſdem nominis cum caſtro. In ducatu Luneburgenſi, qui paret duci Luneburgenſi Cellano & Lauenburgicum magnitudine multùm ſuperat, præſtant Harburgum, *Harborg*, ad Albim ex adverſo Hamburgi cum arce validiſſimâ; Bardevicus, *Bardewick*, oppidum penè deſolatum, olim urbs ingens, ad fl. Ilmenovam, *Ilmenow*; ſuperiùs Luneburgum, *Luneburg*, quod ex Bardevici ruinis crevit, urbs ampla, feliciter munita, cum arce in monte Calcario, clara fontibus ſalis & Gymnaſio, caput hujus Ducatûs; item Ultza, *Ultzen*; Cella, *Zell*, ad fl. Alleram, ſedes Ducum, quibus & cognomentum imponit, valida; Gyſhornia, *Gyſborn*, ad Iſæ & Alleræ confluentes. Pars ducatus Luneburgenſis variis ponitur comitatus Dannebergenſis ſub ejuſdem Ducis imperio, cujus oppida ſunt Berga, *Bergen*; Danneberga, *Danneberg*, ad fl. Tetzam, ſedes ante Comitum & Comitatûs clariſſima; ſuperiùs Wuſtrovia, *Wuſtrow*; Snakenburgum, *Snakenburg*, juxta Albim, ubi Uchtam recipit.

Ducatus Luneburgenſis.

Comitat. Dannebergenſis.

In

XX.

In parte auſtrali hujus Circuli Saxonici occurrunt ex ordine ducatus Magdeburgenſis, principatus Halberſtadienſis, epiſcopatus Hildesheimenſis, & ducatus Brunſvicenſis. Ducatum Magdeburgenſem Albis bifariàm dividit, ac cum Havelâ ex parte terminat. Tulit anteà titulum Archiepiſcopatûs, nunc verò Ducatûs nomine venit, eſtque ſub Electore Brandeburgico. Oppida ejus ſunt Sandovia, *Sandow*, ad Albim; Burgum, *Borch*; Magdeburgum, *Magdeburg*, & *Meydeburg*, quaſi Burgus Puellarum, aliàs Parthenopolis & Parthenope dicta, quia hìc tres Charites Veneris filiæ colebantur, urbs ampla ad Albim, celebris calamitate, quam ab Auſtriacis hoc ſeculo perpeſſa eſt, Ducatûs hujus facilè princeps; Staffurtium, *Staffurt*. Juris etiam Brandeburgici eſt confinis principatus Halberſtadienſis, *Furſth. Halberſtad*, qui titulum Epiſcopatûs ante tulit. In ipſo occurrunt Oſcherſleba, *Oſcherſleben*; Gruninga, *Gruningen*; Halberſtadium, *Halberſtadt*, urbs antiqua, caput Comitatûs, à quâ non longè abeſt occaſum verſus celebris Baumanni ſpelunca, *Baumanshol*, in quâ diſtillantes à ſaxis guttæ in lapidem album, ſubdurum, & mirabilis figuræ convertuntur; Oſtervicum, *Oſterwick*. In epiſcopatu Hildesheimenſi, qui ſub ſuo Epiſcopo eſt, ſunt Wenthuſia, *Wenthuſen*; Hildeshemium & Hildeſia, *Hildesheim*, præcipua; Peina, *Peine*. Hunc Epiſcopatum, excepto tractu boreali, fermè cingit ducatus Brunſvicenſis, *Hertz. Braunſchwick*, ſub Ducibus ejuſdem nominis. Diſpeſcitur in tres principatus ſive circulos, Wolferbytanum, Grubenhagenſem & Calenbergenſem, ſed hâc miſſâ diviſione, majoris momenti urbes & oppida, quæ in hoc Ducatu ſe offerunt, recenſebimus, ſuntque Brunſvicum, ſeu Brunopolis, *Brunſwick*, juxta quoſdam Pentapolis, quia ex totidem partibus componitur, ad fl. Ockeram, caput univerſi Ducatûs; Regia Luttera, *Konings Lutter*; Helmeſtadium, *Helmſtadt*, Academiâ nobile, quam & Juliam & Julianam nuncupant à Julio Brunſvicenſium Duce, qui eam ſuperiore ſeculo fundavit; Wolfenbutela, Wolferbytum, & Guelpherbytum, *Wolffenbuttel*, urbs intra paludes, valida, ſedes Ducis Brunſvico-Wolferbytani, cum Bibliothecâ verè Auguſtâ; Goſlaria, *Goſlar*, urbs libera Imperii, variorum dives mineralium; Oſteroda, *Oſterode*; Eymbeca, *Eymbecke*,

Pars auſtralis; ubi

Ducat. Magdeburgenſis.

Princip. Halberſtadienſis.

Epiſcop. Hildesheimenſis.

Ducat. Brunſvicenſis.

invenit, cum commodo portu & celebri Academiâ, caput hujus Dominii, quin ex variorum ſententiâ totius ducatûs Mecklenburgenſis; Doberanum, *Dobern*, antiquum Monaſterium, quod frequentes Ducum Mecklenburgenſium ſepulturæ nobilitârunt. In epiſcopatu Swerinenſi, parte omnium minimâ, jacent Butzovium, *Butzow* & Bruela; *Bruel*. In ducatu Mecklenburgenſi proprio, qui eſt ad mare Balticum, varioſque ipſius ſinus admittit, ſunt Wiſmaria, *Wiſmar*, portus nobilis cum arce, Suecici juris; Bolenberga, *Bolenberg*; Daſſovia, *Daſſow*; Rena, *Renen*. Tandem in comitatu Swerinenſi eſt Swerinum, *Swerin*, ad lacum ejuſdem nominis, ſedes Ducum Swerinenſium, Epiſcopalis dignitatis, & Wittenburgum, *Wittenborg*.

Ep. Swerin.

Ducat. Mecklenburgenſis.

Comitat. Swerinenſis.

XIX. *Pars media; in quâ Ducatus Lauenburgicus.*

Visâ orientali parte hujus Circuli ad mediam progredimur, in quâ ſe offerunt ducatus Lauenburgicus & Luneburgenſis. Ille, *Hertz. Saxen Lauenburg*, ab Albi dividitur, ejuſque majoris momenti loca ſunt Weninga, *Wenningen*, prope Albim; inferiùs Ludersburgum, *Ludersborg* & Lauenburgum, *Lauwenburg*, præcipuum; Ratzeburgum, *Ratzeborg*, quod ad Mecklenburgenſem ducatum referunt alii, quia per pacificationem Weſtphalicam duci Swerinenſi ceſſit, ſitum juxta lacum ejuſdem nominis cum caſtro. In ducatu Luneburgenſi, qui paret duci Luneburgenſi Cellano & Lauenburgicum magnitudine multùm ſuperat, præſtant Harburgum, *Harborg*, ad Albim ex adverſo Hamburgi cum arce validiſſimâ; Bardevicus, *Bardewick*, oppidum penè deſolatum, olim urbs ingens, ad fl. Ilmenovam, *Ilmenow*; ſuperiùs Luneburgum, *Luneburg*, quod ex Bardevici ruinis crevit, urbs ampla, feliciter munita, cum arce in monte Calcario, clara fontibus ſalis & Gymnaſio, caput hujus Ducatûs; item Ultza, *Ultzen*; Cella, *Zell*, ad fl. Alleram, ſedes Ducum, quibus & cognomentum imponit, valida; Gyſhornia, *Gyſborn*, ad Iſæ & Alleræ confluentes. Pars ducatus Luneburgenſis variis ponitur comitatus Dannebergenſis ſub ejuſdem Ducis imperio, cujus oppida ſunt Berga, *Bergen*; Danneberga, *Danneberg*, ad fl. Tetzam, ſedes ante Comitum & Comitatûs clariſſima; ſuperiùs Wuſtrovia, *Wuſtrow*; Snakenburgum, *Snakenburg*, juxta Albim, ubi Uchtam recipit.

Ducatus Luneburgenſis.

Comitat. Dannebergenſis.

In

XX.

In parte auſtrali hujus Circuli Saxonici occurrunt ex ordine ducatus Magdeburgenſis, principatus Halberſtadienſis, epiſcopatus Hildesheimenſis, & ducatus Brunſvicenſis. Ducatum Magdeburgenſem Albis bifariàm dividit, ac cum Havelâ ex parte terminat. Tulit anteà titulum Archiepiſcopatûs, nunc verò Ducatûs nomine venit, eſtque ſub Electore Brandeburgico. Oppida ejus ſunt Sandovia, *Sandow*, ad Albim; Burgum, *Borch*; Magdeburgum, *Magdeburg*, & *Meydeburg*, quaſi Burgus Puellarum, alias Parthenopolis & Parthenope dicta, quia hìc tres Charites Veneris filiæ colebantur, urbs ampla ad Albim, celebris calamitate, quam ab Auſtriacis hoc ſeculo perpeſſa eſt, Ducatûs hujus facilè princeps; Staffurtium, *Staffurt*. Juris etiam Brandeburgici eſt confinis principatus Halberſtadienſis, *Furſth. Halberſtad*, qui titulum Epiſcopatûs ante tulit. In ipſo occurrunt Oſcherſleba, *Oſcherſleben*; Gruninga, *Gruningen*; Halberſtadium, *Halberſtadt*, urbs antiqua, caput Comitatûs, à quâ non longè abeſt occaſum verſus celebris Baumanni ſpelunca, *Baumanshol*, in quâ diſtillantes à ſaxis guttæ in lapidem album, ſubdurum, & mirabilis figuræ convertuntur; Oſtervicum, *Oſterwick*. In epiſcopatu Hildesheimenſi, qui ſub ſuo Epiſcopo eſt, ſunt Wenthuſia, *Wenthuſen*; Hildeshemium & Hildeſia, *Hildesheim*, præcipua; Peina, *Peine*. Hunc Epiſcopatum, excepto tractu boreali, fermè cingit ducatus Brunſvicenſis, *Hertz. Braunſchwick*, ſub Ducibus ejuſdem nominis. Diſpeſcitur in tres principatus ſive circulos, Wolferbytanum, Grubenhagenſem & Calenbergenſem, ſed hâc miſſâ diviſione, majoris momenti urbes & oppida, quæ in hoc Ducatu ſe offerunt, recenſebimus, ſuntque Brunſvicum, ſeu Brunopolis, *Brunſwick*, juxta quoſdam Pentapolis, quia ex totidem partibus componitur, ad fl. Ockeram, caput univerſi Ducatûs; Regia Luttera, *Konings Lutter*; Helmeſtadium, *Helmſtadt*, Academiâ nobile, quam & Juliam & Julianam nuncupant à Julio Brunſvicenſium Duce, qui eam ſuperiore ſeculo fundavit; Wolfenbutela, Wolferbytum, & Guelpherbytum, *Wolffenbuttel*, urbs intra paludes, valida, ſedes Ducis Brunſvico-Wolferbytani, cum Bibliothecâ verè Auguſtâ; Goſlaria, *Goſlar*, urbs libera Imperii, variorum dives mineralium; Oſteroda, *Oſterode*; Eymbeca, *Eymbecke*,

Pars auſtralis; ubi Ducat. Magdeburgenſis.

Princip. Halberſtadienſis.

Epiſcop. Hildesheimenſis.

Ducat. Brunſwicenſis.

becke, munita, caput circuli ſeu principatûs Grubenhagenſis; Grubenhaga, *Grubenhagen*, caſtrum cum titulo Ducatûs, quod mox memorato Circulo cognomentum impoſuit; Gebelhuſium, *Gebelhuſen*, Duderſtadium, *Duderſtadt*, & Heiligenſtadium, *Heyligenſtat*, oppida ſunt Eiſchfeldiæ, *das Eisfeld*, quorum hoc Caput eſt, tractûs exigui, qui pars fuit ducatûs Brunſvicenſis, at nunc Electoris Moguntini ſubeſt imperio; Gottinga, *Gottingen*, urbs parva ad fl. Leinam; Hamelia, *Hamelen*, ad Viſurgim, munita; Calenberga, *Calenberg*, caſtrum ad Leinam, unde cognomen ducit circulus Calenbergenſis; inferiùs Hannovera, *Hannover*, circuli Calenbergenſis urbs prima, valida, Ducis ſedes, cereviſiâ, quam *Broihan* nominant, celebris, & Novoſtadium, *Neuſtat*. Cæterùm in eâ parte ducatûs Brunſvicenſis, quæ eſt verſus Thuringiam, variis ponitur antiquorum Sylva Semana, vulgò nunc *der Hartz*, apud quam erat mons Melibocus, nunc Bructerus, vulgò *der Blocksberg* & *Brockelsbergh*, inter Halberſtadium & Goſlariam, cum altiſſimo vertice.

XXI. *Pars occidentalis, ubi D. Ferdenſis.* Sequitur pars occidentalis hujus Circuli Saxonici, in quo jacent ducatus Ferdenſis & Bremenſis, uterque juris Suecici. Prior medius eſt inter ducatum Luneburgenſem ac Bremenſem, ejuſque oppida ſunt Verda, *Verden*, ad fl. Alleram, caput Ducatûs, & Rotenburgum, *Rotenburg*, ad fl. Wummam. *D. Bremenſis.* Poſterior ducatus, in quo Cauchi majores vixerunt, longè major eſt, infimos tractus Albis & Viſurgis interjacens, ſoli multùm paludoſi. In ipſo maximi nominis eſt Brema, *Bremen*, urbs ad Viſurgim egregia, libera & ſui juris cum illuſtri Gymnaſio, præter quam ſe offerunt Caroloburgum, *Carelſtat*, munimen ad oſtium Viſurgis; Bremefurda, *Bremerforde*; Stada, *Stade*; Buxtehuda, *Buxtehude*, ad fl Eſtam in limite ducatûs Luneburgenſis, feliciter munita oppida.

XXII. *Pars borealis, ubi D. Holſatia, in quâ* Tandem ſupereſt ex circulo inferioris Saxoniæ pars ſeptentrionalis, ducatus Holſatia, *Hertzogt. Holſtein*, quam infima pars Albis, mare Germanicum, fl. Eidera, mare Balticum & ducatus Lauenburgicus limitant. Ad Daniam non rarò revocatur, quia familiæ Regiæ propemodùm ſubeſt. Partes ipſius ſunt quatuor; Stormaria, Wagria, Holſatia propria, *Stormaria.* atque Dithmarſia. Stormariæ, quæ inter Albim & Wagriam eſt,

eſt, quin totius Holſatiæ clariſſima urbs eſt Hamburgum, *Hamburg*, ad Albis æſtuarium, Imperialis & libera, ampla, magnifica, populoſa, dives, emporiumque toto orbe celeberrimum; præter quod occurrunt Altenachium, *Altenach*; Pinnenberga, *Pinnenberg*, caput comitatûs cognominis; Glucſtadium, *Gluckſtat*, juxta Albim, munitum, uti & Crempa, *Krempe*; Bramſteda, *Bramſtede*. Wagria, *Wagrien*, Stormariam ac Balticum mare interjacet, abundans lacuum. Nobiliores ejus urbes & oppida ſunt Oldeſlovia, *Oldeſloe*, ad fl. Travam, in Stormariæ limite; inferiùs Lubeca, *Lubec*, urbs Imperialis & libera, inter Germaniæ clariſſimas, caput Wagriæ, emporium præſtans, quodque primum locum obtinuit inter urbes Hanzeaticas, *Hanſee-Steden*, Belgicas ferè aut Germanicas, cuſtos quoque Archivorum hujus Societatis. Hæ commercii gratiâ convenêrunt, diviſæ in quatuor Claſſes ſive Provincias, Lubecenſem, Colonienſem, Brunſvicenſem, & Gedanenſem, quarum quæque varias urbes complectebatur. Hodie autem à ſuo faſtigio multùm defecit hæc Societas. Infra Lubecam eſt Travemunda, *Travemunde*, arx, ad quam Trava in Balticum mare ſe inſinuat. Reliqua oppida Wagriæ ſunt Neoſtadium, *Newſtat*, ad mare Balticum; Oldenburgum, *Oldenborg*, ad lacum; Rantzovia, *Rantzow*, arx & alumna virorum celebrium; Ploena, *Ploen*, inter lacum majorem & minorem media; Segeberga, *Segeberg*, ad ſtagnum cum arce. Holſatia propria Wagriam ac Dithmarſiam interjacet, neque lacubus deſtituitur. Oppida illius ſunt Neomonaſterium, *Newmunſter*, ad fl. Storam; Chilonium, *Kiel*, Holſatiæ propriæ præcipua, ad receſſum ſinûs maris Baltici, portus facilis, cum recenter fundatâ Academiâ; Rensburgum, *Rendsborg*, in palude, quam facit fl. Eidera, munimentum; Itzehoa, *Itzehoa*; Wilſtria, *Wilſter*. Tandem inter Holſatiam propriam & mare Germanicum jacet Dithmarſia, *Ditmars*, cujus oppida ſunt Brunsbuttela, *Brunsbuttel*, juxta oſtium Albis; Meldorpia, *Meldorp*, ad fl. Meldam, caput Dithmarſiæ; Heida, *Heide*; Lundenum, *Lunden*, prope æſtuarium Eideræ. Vixerunt in Holſatiâ Saxones, Tacito Foſſi, qui, dilatatis ſuis terminis, littus maritimum ab Albi ad Rheni oſtia occupârunt, oramque modò Gallicam, modò Britannicam, exſcen-

Wagria.

Holſatia propria.

Dithmarſia.

Saxones.

exſcenſione factâ depopulati ſunt, quin Angliam unà cum Juttis & Anglis, ut ſuprà dictum, ſubjugavêre. Invaſerunt quoque eas Regiones Germaniæ, quæ Saxonum poſteà nomen aſſumpſêre.

CAPUT XXXI.

Germaniæ Antiquæ Limites & Populi. Celeberrima Germaniæ Flumina.

I. *Varii Germaniæ antiquæ limites.* HACTENUS de Hodiernâ Germaniâ. Antiquæ limites pro temporis varietate variè Auctoribus deſcribuntur. Quibuſdam limitata fuit fl. Rheno, mari Germanico, oceano Septentrionali, ſeu Hyperboreo, ſinibus Grandvico, Finnico, Codano, fl. Viſtulâ, Sarmaticis jugis, nec non fl. Danubio. Quin in fl. Tanaim, paludem Mæotidem, pontum Euxinum, & ultra Danubium ad Alpes uſque, alii Germaniæ terminos protulerunt. Plures cum Tacito ac Ptolemæo ipſam magis conſtringunt, juxta quos limes Germaniæ ab occaſu erat Rhenus à fontibus ad oſtia, quo à Galliâ dividebatur, oceanuſque Germanicus; à boreâ mare Suevicum ſeu ſinus Codanus; ab ortu fl. Viſtula, qui ipſam à Sarmatiâ ſeparabat, & montes Sarmatici; ab auſtro Danubius, quibus à Norico & Vindeliciâ diſterminabatur.

II. *Quinque Germanorum genera:* Populi, qui Germaniam inhabitârunt antiquitùs, à Plinio enumerantur quinque, ad quos cæteri omnes, quorum in Hiſtoriis fit mentio, revocari poſſunt. Illi autem ſunt Iſtævones, Hermiones, Peucini, Vindili & Ingævones. *Iſtævones.* Iſtævones latè extenſi fuerunt inter Rhenum atque Viſurgim flumina, verſus ſupremam partem Danubii, quorum nationes fuêre Friſii, Bructeri, Marſaci, Marſi, Chamavi, Angrivarii, Tubantes, Dulgibini, Chaſſuarii, Sicambri, Uſipii, Tenctteri, Juhones, Mattiaci, Seduſii, Marcomanni, Harudes, & Alemanni, qui trium poſtremorum agros inter Mœnum, Rhenum & Danubium incoluerunt, & ab aliis inter nationes Hermionum referuntur. *Hermiones.* Hermiones vixerunt à ſiniſtrâ ripâ Danubii verſùs boream, ubi hodie Franconia, pars ſeptentrionalis Bavariæ & Auſtriæ, Moravia, Sileſia, Bohemia, Saxo-

Saxonia ſuperior, Haſſia, ducatus Brunſvicenſis & Luneburgenſis. Habuerunt autem ſub ſe ſequentes populos, Hermunduros, Chattos, Cheruſcos, Burios, Marſingos, Nariſcos, Marcomannos, Quados, Gothinos, Oſos, Lugios. Peucini extra hodiernam Germaniam habitârunt, de quibus quando de Sarmatiâ. Vindilos terminârunt ab auſtro Hermiones; ab occaſu fl. Albis & Chaluſus; à boreâ ſinus Codanus; ab ortu Viſtula. Vindilorum populi fuerunt Burgundiones, Gothi, Lemovii, Rugii, Carini, Sidini, Semnones, Longobardi, Nuithones, Deuringi, Caviones, Suardones, Eudoſes, Varini, Angli. Denique Ingævones vixerunt in ducatu Bremenſi, Holſatiâ, regnis Daniâ, Norvegiâ, Sueciâ, illorumque nationes fuerunt Cauchi majores, nec non Saxones, de quibus in ducatu Bremenſi & Holſatico dictum eſt, item Cimbri, Teutones, Scandii, Hilleviones, Sitones, Marchiofinni, Scritofinni, Lappiones, Sueones, & Gutæ, quos ſuis locis recenſebimus. Urbes antiquæ Germaniæ raræ admodùm fuerunt, deque ipſarum ſitu & definitis Populorum limitibus multiplex eſt inter Eruditos diſputatio. Clariorum nos ſuprà meminimus.

Peucini. *Vindili.* *Ingævones.*

III. *Germaniæ Flumina.* Reliquum eſt, ut ad Germaniæ flumina properemus, quæ & multa habet, & nobiliſſima, quibus ſolummodò inhærebimus. Horum duo exeunt in mare Balticum; duorum oſtia ſunt extra Germaniam; tria in mare Germanicum effunduntur. Duo prima flumina ſunt Chaluſus & Viadrus. Chaluſus, nunc Trava, *die Trave*, naſcitur in Wagriâ, tractu orientali Holſatiæ, defluitque juxta Segebergam, rigatiſque Oldeſloâ & Lubecâ, divisâque Wagriâ à Stormariâ, alio tractu Holſatiæ, & à ducatu Lauenburgico & Mecklenburgenſi, infra Lubecam ad Travemundam in ſinum Lubecenſem, atque per eum in mare Balticum ſe exonerat.

Fl. Chaluſus.

IV. *Fl. Viadrus.* Viadrus, Viader, item Suevus, & quibuſdam Guttalus, hodie Odera, *die Oder*, ſcaturit in Moraviæ, Sileſiæque confinio, juxta Oderam, oppidulum Sileſiæ, & ubi per Moraviæ limitem paululùm defluxit, mediam tranſit Sileſiam, perfuſis in eâ Ratiboriâ, Oppelâ, Uratiſlaviâ, Glogaviâ, Croſsâ, ad quam ſiniſtra ripa admittit Boberam, flumen Sileſiæ, & Niſſam paulò inferiùs, flumen Luſatiæ; dein divisâ Sileſiâ

Bobera. *Niſſa.*

inferiore aliquantulùm ab inferiore Luſatiâ, pergit per Marchiam Brandeburgicam, in cujus introitu rigat Francofurtum cognomento ad Oderam, inferiùs Lebuſium & Cuſtrinum, ad quod à dextro latere Wartâ ditatur. Tandem ſubit Pomeraniam, in quâ latior redditus & inſularum abundans, infra Stetinum in magnum aquarum Sinum, ſeu Lacum, vulgò *das groſſe Haff*, delabitur; atque ex eo ad inſulas Wollinam & Uſedomiam per tria Oſtia, *die Dievenau*, *die Schwiene*, *die Pſin*, ſeu *Pene*, in mare Balticum ſe præcipitat.

Fl. Warta.

V. Ex Viadro pergimus ad Danubium, *die Donau*, flumen Germaniæ notiſſimum, veteris olim, uti dictum, terminus ad meridiem, inter flumina Europæa maximum, cujus partem ſuperiorem, & minorem Germania ſolùm complectitur. Fontem habet in principatu Furſtembergenſi, parte Sueviæ, parùm ſupra oppidum Neidingam, ſeu prope vicum Eſchingiacum, *Doneſching*, verſus ſylvam Nigram; hinc in ortum progreditur, Sueviam biſecans, atque ad Ulmam, ubi lintrium primò fit capax, à dextro latere Ilerâ, *Iler*, ditatur, & infra Donavertiam, in communi Sueviæ ac Bavariæ limite, Licho, *Lech*. Porrò fluxum continuat per ſeptentrionalem tractum Circuli Bavarici, in quo rigat Neoburgum, Ingolſtadium, & citra Ratisbonam Nabum, ultra ſtatim Reginum, utrumque à ſiniſtro latere, admittit; pergit Straubingam, infra quam ad arcem Deckendorfium Iſarâ, & ad Paſſavium Æno, *Inn*, à dextris ditatur. Hinc Auſtriæ archiducatum interſecat, perſunditque Lentium, infra quod ab auſtro Anaſſus, *Ens*, in ipſum influit; inde Kremſiam progreditur, & rigatâ Viennâ, in Auſtriæ Hungariæque confinio Moravam à boreâ admittit. Mox Germaniâ egreditur, & per Hungariam ac Turciam Europæam, ad Pontum Euxinum properat. Quas verò in hiſce partibus præterfluat urbes, & quæ recipiat flumina, Turcia Europæa recenſebit.

Fl. Danubius. *Ilera.* *Lichus.* *Nabus.* *Reginus.* *Iſara.* *Ænus.* *Anaſſus.* *Morava.*

VI. Rhenus, *Rhein*, flumen eſt Germaniæ decantatiſſimum, magnitudine ſecundum, inter Europæ nobiliſſima, quondam limes Germanæ ad occaſum. Naſcitur extra Germaniam, & ultra eandem defluit. Initium habet in ſuperiori Fœdere Rhætorum juxta pagum Urienſem ex monte Adulâ, *Gothardſberg*, parte amplâ & altiſſimâ Alpium Rhæticarum, biniſque ipſius

Fl. Rhenus.

Digitized by Google

ipſius fontibus, quorum borealior, qui & major eſt, appellatur Rhenus anterior, *Forder Rhein*; auſtralior verò poſterior dicitur, *Hinder Rhein*, qui in eodem ſuperiori Fœdere non longè ſupra Curiam in alveum communem confluunt. Hinc per Rhætiam, rigatâ Maiævillâ, interque Helvetiam & comitatum Tirolenſem laxè ſumptum defluit in & per lacum Bodamicum, Conſtantiam alluens; poſtquam lacum ſuperavit, fertur per pagum Scaphuſianum, infraque Scaphuſiam præceps ingenti cum fremitu ex alto ruit. Inde per pagum Tigurinum petit quatuor urbes Sylveſtres, puta Valdhuſiam (ubi à lævâ Arolâ, *Aar*, flumine Helvetiæ maximo, ditatur) Lauffenburgum, Sanctionem, Rhenofeldam, & Baſileam. Porrò rapido curſu deſcendit per Alſatiam, Briſacum interfluens; per Rheni Palatinatum, in quo alluit Spiram & Manhemium, ad quod à dextrâ Nicro, *Necker*, augetur; per archiepiſcopatum Moguntinum, ubi ad Moguntiacum ab eodem latere admittit Mœnum, *Main*; per archiepiſcopatum Trevirenſem, ubi ad Confluentias à ſiniſtrâ Moſella, *Moſel*, ſe ei miſcet; per archiepiſcopatum Colonienſem, præterfluens Bonnam, Coloniam Agrippinam, Duſſeldorpium; tandem per ducatum Clivenſem, ubi à dextris infra Duisburgum Rurâ, *Roer*, & juxta Veſaliam Luppiâ, *Lippe*, oneratur. Quomodò autem ad munimentum Schenckii dividatur Rhenus, & quò properet, ſuperiori CAP. XXV, § XXV, videri poteſt. *Fl. Arola.* *Nicer.* *Manm.* *Moſella.* *Rura.* *Luppia.*

VII. Sequuntur denique Flumina Germaniæ, quæ in Germanicum mare & ad littora Germaniæ exeunt, quorum Rheno proximus eſt, ſed longè minor, Amaſius, aliis Amaſia, Amaſis, Amiſius, & Amiſia, *die Ems*. Ortum ducit in epiſcopatu Paderbornenſi, atque hinc defluit per comitatum Rietbergenſem & Rhedam, item epiſcopatum Monaſterienſem, præterfluens Warendorpium, Tillichiam, Lingam, Meppam, ad quam Haſam, *Haſe*, à dextro latere recipit. Ex epiſcopatu Monaſterienſi intrat Embdanum comitatum, ubi ad arcem Ortiam, *Leerorth*, Soſtam, *Soſte*, etiam à dextrâ, admittit, juxtaque Embdam in ſinum Dullartium labitur, atque per hujus fauces in Oceanum. *Fl. Amaſius.* *Haſa.* *Soſta.*

VIII. Ab Amaſio tranſimus ad fl. Viſurgim, *die Weſer*, qui ipſo multò eſt amplior. Scaturit in ducatu Coburgenſi, tractu *Fl. Viſurgis.*

Franconiæ juxta oppidum Eisfeldiam; hinc comitatum Hennebergenſem defluxu ſuo biſecat. Mox pergit per Haſſiæ inferioris & Thuringiæ confinia, atque in introitu ducatûs Brunſvicenſis & limite inferioris Haſſiæ ad oppidum Mundam, *Munden*, ubi lintrium capax fit, Fulda, *Fuld*, à ſiniſtrâ in ipſum ſe effundit, & huc uſque Viſurgis (puta à tradito fonte Mundam) Werra, *die Werre*, appellatur; Mundâ verò ad oſtium, *die Weſer*. Hinc autem in boream curſum perſequitur per confinia Weſtphaliæ & ducatuum Brunſvicenſis, Ferdenſis, Bremenſis, rigatque ex ducatu Brunſvicenſi Hameliam & ex Weſtphaliâ Mindam, Novoburgum, & Hoyam, oppida, infra quam in limite ducatûs Ferdenſis, infra Ferdam oppidum, à dextro latere Allerâ, *Aller*, & *Alre*, augetur, atque infra Bremam Wemmâ, *Wemme*, & ex oppoſitâ ripâ paulò inferiùs Hontâ ſeu Huntio, *Hunte*, donec inter comitatum Oldenburgenſem & ducatum Bremenſem ad arcem Caroloburgum Germanicum mare ingreditur.

Fl. Fulda. *Allera.* *Wemma.* *Huntius.*

IX. Supereſt ex Germaniæ fluminibus Albis, Germ. *Elbe*, Bohemis *Labe*, flumen clariſſimum, quod fontem habet in boreali parte circuli Hradecienſis, tractûs Bohemiæ, proximè inferiorem Sileſiam, ex jugis Gigantum, *das Rieſengebirge*; hinc dum delabitur, rigat urbes Bohemiæ, Iaromiſiam, Hradecium Reginæ, Melnicum, ubi à ſiniſtro latere Muldaviâ, *Muldaw*, quæ Pragam interfluit, oneratur, quemadmodum ad Litomeritium Egrâ. Superatâ Bohemiâ, per ſuperiorem Saxoniam incedit, tranſiens Dreſdam, Miſniam, Torgaviam, Wittebergam, Deſſaviam, ad quam à ſiniſtrâ ripâ in ipſum Multa incidit, & paulò inferiùs Sala, poſtquam hæc Bernaburgum præteriit. Mox ducatum Magdeburgenſem ingreditur, Magdeburgum præterfluens, recipitque in parte Ducatûs maximè boreali à dextrâ Havelam; hinc pergit per Marchiam Brandeburgenſem, comitatum Dannebergenſem, ducatum Lauenburgicum, & denique, poſtquam duc. Luneburgenſem & Bremenſem ab Holſatiâ amplo ſuo æſtuario ſeparavit, & Hamburgum, ad quod multas parit inſulas, nec non Glucſtadium & Brunsbuttelam, Holſatiæ oppida, prætergreſſus eſt, mare ſubit Germanicum. Reliquum eſt, ut Germaniam primùm, mox ejus partes in compendio repræſentemus.

Fl. Albis. *Egra.* *Multa. Sala.* *Havela.*

GER-

Tabula generalis Germaniæ, & inſertæ Bohemiæ.

GERMANIÆ *hodiernæ Circuli ſunt* IX:

- I. Weſtphalicus, in quo
  - *Weſtphalia*, ubi partes XVII, — C. Embdanus. E. Monaſterienſis. E. Oſnabrugenſis. C. Tecclenburg. C. Rhedenſis. C. Luppienſis. C. Ravensbergenſis. C. Diepholt. C. Oldenburg. C. Delmenhorſt. C. Hoyenſis. Princip. Mindenſis. C. Schaumburg. Abb. Corbeienſis. E. Paderbornenſis. D. Weſtphalia. Comitatus Reclinchuſanus.
  - *Regio Brandenburg.*, ubi — Comitatus Marchia. Ducatus Clivenſis.
  - Hic inſertus eſt — Comitatus Murſanus.
  - *Regio Neoburgenſis*, ubi — Ducatus Montenſis. Ducatus Juliacenſis.
  - *Ditio Leodienſis*, ubi — Comitatus Hornanus. Epiſcopatus Leodienſis.
- II. Rhenanus inferior, in quo
  - *Arch. Colonienſis*, ubi — Pars inferior. Pars ſuperior.
  - *Arch. Trevirenſis*, ubi — Pars ad lævam Rheni. Pars ad dextram.
  - *Arch. Moguntinus*, ubi — Pars ad lævam Rheni. Pars ad dextram.
  - *Palatinatus Rheni*, ubi — Pars ad dextram Rheni. Pars ad lævam.
- III. Rhenanus ſuperior, in quo
  - *Alſatia*, ubi — Ortnavia. Briſgovia. Sundgovia propria. Alſatia propria.
  - *Pars Palatin. Rheni*, ubi — D. Bipontinus. C. Sponheimenſis. E. Spirenſis. E. Wormatienſis.
  - *Haſſia*, ubi — Wetteravia. Haſſia propria.
- IV. Franconicus, in quo
  - *Ad Boream*, — Comitatus Hennebergenſis. Ducatus Coburgenſis.
  - *In medio*, — C. Reinecanus. C. Erpachenſis. C. Verthæmenſis. E. Herbipolitanus. C. Caſtellanus. C. Schwarzenberg. E. Bambergenſis. March. Culembach.
  - *Ad Auſtrum*, — T. Norimbergenſe. March. Onſpach. Urbes liberæ Imperii. Status Equitum Teutonicorum. C. Holachenſis. E. Aichſtadienſis. C. Pappenheimenſis.
- V. Suevicus, in quo
  - *Cis Danubium*, — C. Ottingenſis. D. Wurtenbergenſis. Pr. Zolernenſis. March. Badenſis. Urbes Imperii.
  - *Trans Danubium*, — Quatuor Urbes Sylveſtres. Principatus Purſtembergenſis. Hegovia. Urbes Imperii.
- VI. Bavaricus, in quo
  - *Sub ſuis Principibus*, — D. Neoburgicus. E. Friſingenſis. Arch. Salisburgenſis. E. Patavienſis. E. Ratisbonenſis.
  - *Sub Bavaro*, — Palatinatus ſuperior. Landgraviat. Leuchtenbergenſis. C. Cambenſis. D. Bavaria.
- VII. Auſtriacus, in quo
  - *Auſtria Exterior*, ubi — C. Brigantinus. C. Montfortienſis. C. Feldkirchienſis. C. Sonnebergenſis C. Tirolenſis. E. Tridentinus. Epiſcopatus Brixinenſis.
  - *Auſtria Interior*, ubi — Ducatus Carinthia. Duc. Carniola. Duc. Stiria.
  - *Auſtria propria*, ubi — Inferior. Media. Superior.

- **Bohemiæ hìc inſertæ partes ſunt III:**
  - *Bohemia propria*, in quâ Circuli XVIII,
    - Bechinenſis. Ultavienſis.
    - Caurzimenſis. Pragenſis.
    - Slanenſis. Racounicenſis.
    - Podebrocenſis. Prachenſis.
    - Pilſnenſis. Egranus. Loëtenſis.
    - Zatecenſis. Litomierzicenſis.
    - Boleſlavienſis. Hradecienſis.
    - Glacienſis. Chrudimenſis.
    - Craſſlavienſis.
  - *Marchionat. Moravia*, in quâ
    - Pars Occidentalis.
    - Pars Orientalis.
  - *Ducatus Sileſia*, in quâ partes XXI,
    - D. Teſchinenſis. Baron. Pleſſenſis.
    - D. Ratiborienſis. D. Oppavienſis.
    - D. Carnovienſis. D. Oppolienſis.
    - D. Grotkavienſis. D. Munſterberg.
    - D. Swidnienſis. D. Bregenſis.
    - D. Uratiſlavienſis. D. Olſnenſis.
    - Baronatus Wartemb ergenſis.
    - B. Militſchenſis. B. Trachemberg.
    - D. Wolavienſis. D. Lignicienſis.
    - D. Iauravienſis. D. Saganenſis.
    - D. Glogovienſis. D. Croſſenſis.
- **VIII. Saxoniæ ſuperioris, in quâ**
  - *Saxonia ſuperior*, ubi
    - Marchionatus Luſatiæ.
    - D. Saxonia. March. Miſnia.
    - Landgr. Thuringia. Pr. Anhaltinus.
  - *Marchia Brandenburgenſis*, ubi
    - Marchia vetus. Regio Prignitia.
    - C. Rupinenſis. Marchia Ukerana.
    - Marchia media. D. Stellamontanus.
    - Marchia nova.
  - *Ducat. Pomerania*, ubi
    - Pomerania Ulterior.
    - Pomerania Citerior.
- **IX. Saxoniæ inferioris, in quâ**
  - *Ad Ortum*, Ducatus Megalopolitanus.
  - *In medio*,
    - Ducatus Lauenburgicus.
    - Ducatus Luneburgenſis.
  - *Ad Auſtrum*,
    - D. Magdeburg. Pr. Halberſtadienſis.
    - Ep. Hildesheimenſis. D. Brunſvic.
  - *Ad Occaſum*,
    - Ducatus Ferdenſis.
    - Ducatus Bremenſis.
  - *Ad Boream*, Ducatus Holſatia.

IX Tabulæ ſpeciales totidem Circulorum Germaniæ, cum Tabulâ inſertæ Bohemiæ.

- *Comitatus Embdanus*,
  - Embda. Norda. Eſſena.
  - Witmundia. Auricum. Lera.
- *Epiſc. Monaſterienſis*,
  - Cloppenburgum.
  - Vechta. Meppa.
  - Monaſterium, *Caput Weſtphaliæ*.
  - Tillichia. Warendorpium.
  - Haltera. Borca. Coesfeldia.
  - Steinfurtum. Benthemum.
  - Nieuhuſium. Linga.
- *Epiſc. Oſnabrugenſis*,
  - Quakenbruga. Vorda.
  - Hunteburgum. Mella.
  - Iburgum. Oſnabruga.
- *Com. Tecclenburgenſis*, Tecclia.
- *Comit. Rhedenſis*, Rheda.
- *Comit. Luppienſis*,
  - Luppia. Dietmella.
  - Lemgovia.

I. Circu-

- I. Circulus Weſtphalicus, *in quo*
  - Weſtphalia, ubi partes XVII,
    - *Comit. Ravensbergenſis,* { Bilefeldia. Ravensberga. Angria. Herfordia.
    - *Comit. Diepholtienſis,* Diepholtia.
    - *Comit. Oldenburgenſis,* { Ievera. Oldenburgum.
    - *C. Delmenhorſtienſis,* Delmenhorſtia.
    - *Comit. Hoyenſis,* { Hoya. Novoburgum. Barenburgum.
    - *Princip. Mindenſis,* { Petershaga. Minda.
    - *Com. Schaumburgenſis,* { Stadhaga. Schaumburgum.
    - *Abbatia Corbeienſis,* { Corbeia. Hoxtera.
    - *Epiſc. Paderbornenſis,* { Bracela. Warburgum. Paderborna. Solkotia. Bura.
    - *Ducatus Weſtphalia,* { Brila. Medenbachum. Fredenburgum. Oldendorpium. Arenberga.
    - *Comit. Reclinchuſanus,* { Dorſta. Reclinchuſa.
  - Regio Succeſſ. Brandenburgenſis, ubi
    - *Comitatus Marchia,* { Hamum. Marchia. Suſatum. Tremonia. Iſerlonia. Neoſtadium. Halunga. Verda. Eſſa.
    - *Ducatus Clivenſis,* { Duisburgum. Veſalia. Reſia. Embrica. Griethuſa. Clivi. Calcaria. Gennepum. Gocha. Santena. Burichium. Orſovium.
  - Hic inſertus eſt *Comitatus Murſanus,* { Murſa. Creveltia.
  - Regio Succeſſoria Neoburgenſis, ubi
    - *Ducatus Montenſis,* { Elverfeldia. Sollinga. Homberga. Blanckenburgum. Sigeburgum. Mulhamum. Monhemum. Duſſeldorpium.
    - *Ducatus Juliacenſis,* { Dulca. Glabbeca. Herculanium. Iuliacum. Durenum. Monaſterium. Nideca. Aquisgranum. Gangeltium. Sittardum.
  - Ditio Leodienſis, ubi
    - *Comitatus Hornanus,* { Horna. Weſſemum. Werda.
    - *Epiſcopatus Leodienſis,* { Hamontium. Herca. F.S.Trudonis. Haſſeltia. Tungri. Maſicum. Stochemum. Trajectum ſuperius. Leodium. Hoyum. Franchimontium. Vicus Spadanus.
  - Archiepiſcop. Colonienſis, ubi
    - *Pars inferior,* { Rhenoberga. Caſtra Hordeonis. Cæſaris Inſula. Novesium. Zontium. Colonia Agrippina, *Caput Archiepiſcopatus.* Divitenſe munimentum.
    - *Pars ſuperior,* { Brulla. Bonna. Luntium. Andernachum.

II. Cir-

- **II. Circulus Rhenanus inferior,** *in quo*
  - Archiepiſcop. Trevirenſis, ubi
    - *Pars ad lævam Rheni,* — Mons Regalis. Vitellicum. Prumia. Palatiolum. Treviri, *Caput Archiepiſcopatûs.* Sarburgum. Veldentium. Veſalia ſuperior. Boppardia. Confluentiæ.
    - *Pars ad dextram,* — Hermanſtenium, *arx.* Mons Tabornum. Limpurgum.
  - Archiepiſcop. Moguntinus, ubi
    - *Pars ad lævam Rheni,* — Bingium. Moguntia, *Caput Archiepiſcopatûs.*
    - *Pars ad dextram,* — Elfeldia. Konigſteinum. Aſchaffenburgum. Miltenberga.
  - Pars Palatinatûs Rheni, ubi
    - *Pars ad dextram Rheni,* — Heidelberga, *Caput Palatinatûs.* Manhemium.
    - *Pars ad lævam,* — Frankendalia. Oppenhemum. Cubæ. Bacharacum. Cruzenacum. Lutra Cæſarea. Novoſtadium. Germersheimum.
- **III. Circulus Rhenanus ſuperior,** *in quo*
  - Alſatia, ubi
    - *Ortnavia,* — Offenburgum. Gengenbacum. Cella.
    - *Briſgovia,* — Friburgum. Briſacum. Neoburgum.
    - *Sundgovia propria,* — Huninga, *arx.* Ferreta. Florimontium. Beforcium. Maſonis Monaſterium. Mulhuſia.
    - *Alſatia propria,* — Enſisheimum. Murbachium. Monaſterium. Colmaria. Benefeldia. Ebenheimum. Roshemum. Molsheimum. Argentoratum, *Caput Alſatiæ.* Tabernæ Alſaticæ. Hagenoa. Luterburgum. Weiſſenburgum. Landavia.
  - Pars altera Palatinatûs Rheni, ubi
    - *Ducatus Bipontinus,* — Bipontium.
    - *Comit. Sponheimenſis,* — Bircofeldia. Simmera. Sponheimium. Crucenacium.
    - *Epiſcopatus Spirenſis,* — Philippoburgum. Spira.
    - *Epiſcop. Wormatienſis,* — Wormatia.
  - Haſſia, ubi
    - *Wetteravia,* — Hanovia. Gelnhuſa. Fridburgum. Francofurtum. Saxenhuſium. Naſſovia. Hadamaria. Dietza. Idenſtinum. Wisbada. Weilburgum. Biliſtinum. Solma. Witgenſteinum. Dillenburgum. Herborna. Siga. Iſenburgum. Saina.
    - *Haſſia propria,* — Cattimelibocum. F. S. Goari. Rhenofelda. Schwalbachia. Geravia. Darmſtadium. Homburgum. Butzbacum. Nidda. Vetzlaria. Gieſſa. Marpurgum. Wildunga. Waldecum. Corbachium. Landavia. Caſſella. Allendorfium. Spangenberga. Friſlaria. Zigenhæmum. Homburgum. Herofelda. Selica. Fulda.

IV. Cir-

- **IV. Circulus Franconicus**, *in quo*
  - Ad Boream,
    - *Comit. Hennebergenſis*, { Smalcalda. Malnunga. Henneberga. Themara. Slufinga. Hilperthuſa.
    - *Ducatus Coburgenſis*, { Eiſelda. Coburgum.
  - In Medio,
    - *Comitatus Reinecanus*, { Reinecum. Lora.
    - *Comitatus Erpachenſis*, { Michelſtadium. Erpachum.
    - *Comitat. Verthæmenſis*, Verthæmum.
    - *Epiſc. Herbipolitanus*, { Grunfelda. Rotinga. Novoſtadium. Kitzingi. Ochſenfurtum. Herbipolis, *Caput Franconiæ.* Carleſtadium. Gemunda. Schwinfurtum. Haſurtum. Altmana. Volkachum.
    - *Comitatus Caſtellanus*, Caſela.
    - *C. Schwartzenbergenſis*, Schwartzenberga.
    - *Epiſcop. Bambergenſis*, { Bamberga. Forchæmum. Poldenſtenum. Wiſmana. Lichtenfelſia. Cronachum.
    - *March. Culembachenſis*, { Culembachum. Barutum. Hohenberga. Erlanga.
  - Ad Auſtrum,
    - *Territ. Norimbergenſe*, { Norimberga. Altdorfium.
    - *Marchion. Onſpachenſis*, { Rota. Onſpachum.
    - *Urbes liberæ Imperii*, { Winshemium. Rotenburgum.
    - *Statu Equit. Teutonic.*, Mergenthæmum.
    - *Comitatus Holachenſis*, { Sinderinga. Oringa.
    - *Epiſc. Aichſtadienſis*, { Gutſenhuſa. Weiſſenburgum. Aichſtadium.
    - *Com. Pappenheimenſis*, { Pappenheimum. Monhemum.
- **V. Circulus Suevicus**, *in quo*
  - Cis Danubium,
    - *Comitatus Ottingenſis*, Ottinga.
    - *Duc. Wurtenbergenſis*, { Schorndorffium. Lauffa. Marbachum. Canſtadium. Wurtenberga, *arx.* Studgardia. Bulachum. Tubinga.
    - *Princip. Zolernenſis*, { Zolernum. Hechinga.
    - *Marchionat. Badenſis*, { Bada. Stolhofa. Otlinga. Durlacum. Pforrzemum.
    - *Urbes liberæ Imperii*, { Halibronna. Hala Suevorum. Dinckelſpula. Nordlinga. Ulma. Gemunda. Eſlinga. Reutlinga. Rotevilla.
  - Trans Danubium,
    - IV *Urbes Sylveſtres*, { Rhenofelda. Sanctio. Lauffenburgum. Waldhuſtum.
    - *Princ. Furſtenbergenſis*, { Furſtenberga, *arx.* Neidinga. Miskirchia. Mons Sanctus.
    - *Hegovia*, { Bodamium. Stockachium. Nellenburgum. Duellium altum. Ratolphi Cella.

Digitized by Google

- VI. Circulus Bavaricus, *in quo*
  - Sub ſuis Principibus,
    - *Urbes claræ Imperii*, { Conſtantia. Uberlinga. Lindavia. Campodunum. Memminga. Auguſta Vindelicorum, *Caput Suevia.* }
    - *March. Burgovienſis*, { Burgovia. Gunſperga. }
  - Sub Bavaro,
    - *Ducatus Neoburgicus*, { Langinga. Neoburgum. }
    - *Epiſcopat. Friſingenſis*, { Friſinga. Iſmaninga. Burcraina. }
    - *Arch. Salisburgenſis*, { Titmaninga. Lauffa. Salisburgum. Berchtolgada. }
    - *Epiſcopat. Patavienſis*, { Patavium. Ænoſtadium. Illoſtadium. Oberhuſium. }
    - *Epiſcop. Ratisbonenſis*, Ratisbona.
    - *Palatinatus ſuperior*, { Caſtrum Monaſterienſe. Novoburgum. Amberga. }
    - *Landgr. Leuchtenberg.*, { Leuchtenberga, *arx.* Peremba. }
    - *Comitatus Cambenſis*, Cambum.
    - *Ducatus Bavaria*, { Straubinga. Deckendorfium. Oſterhovia. Landavia. Dingelfinga. Landshutum. Motburgum. Veldena. Muldorfium. Oetinga. Braunavia. Burghuſia. Chiemum. Monachium, *Caput Bavaria.* Ingolſtadium. Donavertia. Fridberga. Landſperga. Songa. }
- VII. Circulus Auſtriacus, *in quo*
  - Auſtria Exterior, ubi
    - *Comitatus Brigantinus*, Brigantium.
    - *Comit. Montfortienſis*, Montfortium.
    - *Comit. Feldkirchienſis*, Feldkirchia.
    - *Comit. Sonnebergenſis*, { Sonneberga. Biudentium. }
    - *Comitatus Tirolenſis*, { Landechia. Ænipons. Hala. Rotenburgum. Sterzinga. Meranum. Tirolis, *arx.* }
    - *Epiſcopat. Tridentinus*, { Tridentum. Bocenum. }
    - *Epiſcopat. Brixinenſis*, { Brixinum. Branichum. Dauferia. }
  - Auſtria Interior, ubi
    - *Ducatus Carinthia*, { Villachum. Wertia. Mulſtadium. Gurkium. Fanum S. Viti. Clagenfurtum. Volckmaria. Lavamunda. Dravoburgum. Pleinburgum. }
    - *Ducatus Carniola*, { Carnioburgum. Monſpurgum. Laubachum. Profecum. Circonicum. Laſium. Metelinga. Rudolphiverda. Landſtrafia. }
    - *Ducatus Stiria*, { Raina Cillium. Saxenfeldia. Marchpurgum. Pettavium. Rackelsburgum. Murzecum. Grætia. Pons ad Muram. Lauba. Judenburgum. Mariæcella. }

Bohe-

Digitized by Google

- Auſtria propria, ubi pars
  - *Inferior*, { Novoſtadium. Bada. / Vienna, *Caput Germaniæ.*
  - *Media*, { Hornia. Chrembſa. / Staina. Ipſia.
  - *Superior*, { Enſia. Stira. Gemunda. / Welſia. Efferdinga. / Lintzium. Freiſtadium.
- Bohemia propria, ubi Circuli XVIII,
  - *Bechinenſis*, { Budjegovicium. Tyna. / Bechinum. Taborum.
  - *Ultavienſis*, { Sedeſſa. / Neviclavia.
  - *Caurzimenſis*, { Caurzima. Colina. / Broda Bohemica.
  - *Pragenſis*, Praga, *Caput Bohemiæ.*
  - *Slanenſis*, { Velvara. / Slana.
  - *Racounicenſis*, { Straſſecium. / Racounicum.
  - *Podebrocenſis*, { Berauna. / Carloſtena.
  - *Prachenſis*, { Piſeca. Vodnana. / Crumlavia. Suſſice.
  - *Pilſnenſis*, { Clatovia. Tuſta. / Pilſna. Argentina Bohemica.
  - *Egranus*, { Egra. / Nehenitium.
  - *Loſtenſis*, { Loſta. Thermæ Carolinæ. / Buclavia.
  - *Zatecenſis*, { Cadana. Zatecium. / Launa. Pons.
  - *Litomierzicenſis*, { Uſta. Litomierzicæ. / Melnicum.
  - *Boleſlavienſis*, { Boleſlavia, nova & vetus. / Nymburgum.
  - *Hradecienſis*, { Bydzovium. / Hradecium Reginæ. / Iaromiſia. Curia Reginæ.
  - *Glacenſis*, { Glacium. / Landecium.
  - *Chrudimenſis*, { Brandiſium. Chrudima. / Pardubica.
  - *Czaſlavienſis*, { Cutna. Czaſlavia. / Broda Teutonica.
- Bohemiæ *hic inſertæ partes ſunt* III:
  - Marchionatus Moravia, ubi pars
    - *Occidentalis*, { Polna. Gihlova. / Znoymum. F. S. Nicolai. / Bruna, *Caput Moraviæ.* / Hradiſta. Cremſira. / Olomutium.
    - *Orientalis*, { Littovela. Novoſtadium. / Hhranice. Mezeritia.
  - *Ducatus Teſchinenſis*, { Teſchina. / Fryſtadium.
  - *Baronatus Pleſſenſis*, Pleſſa.
  - *Ducatus Ratiborienſis*, { Oderberga. / Ratiboria.

- **IX. Circulus Saxoniæ inferioris, *in quo***
  - Ad Ortum,
    - *Duc. Megalopolitanus*, { Neo-Brandeburgum. Stargardia. Rebela. Warenum. Plava. Guſtrovium. Laga. Ribnitium. Roſtochium. Doberanum. Butzovium. Bruela. Wiſmaria. Bolenberga. Daſſovia. Rena. Swerinum. Wimenburgum. }
  - In medio,
    - *Ducat. Lauenburgicus*, { Weninga. Ludersburgum. Lauenburgum. Razeburgum. }
    - *Ducat. Luneburgenſis*, { Harburgum. Burdevicus. Luneburgum. Ulzza. Cella. Gythornia. Berga. Danneberga. Wuſtrovia. Snakenburgum. }
  - Ad Auſtrum,
    - *Duc. Magdeburgenſis*, { Sandovia Burgum. Magdeburgum. Staffurtium. }
    - *Princ. Halberſtadienſis*, { Oſcherleba. Gruninga. Halberſtadium. Oſtervicum. }
    - *Epiſc. Hildesheimenſis*, { Wenthuſia. Hildesheimium. Peina. }
    - *Ducat. Brunſvicenſis*, { Brunſvicum. Regia Lutera. Helmeſtadium. Wolfenbutela. Goſſaria. Oſteroda Eymbeca. Grubenhaga. Gebelhuſium. Duderſtadium. Heiligenſtadium. Gottinga. Hamelia. Calenberga. Hannovera. Novoſtadium. }
  - Ad Occaſum,
    - *Ducatus Ferdenſis*, { Verda. Rotenburgum. }
    - *Ducatus Bremenſis*, { Brema. Caroloburgum. Bremeforda. Stada. Buxtehuda. }
  - Ad Boream, *Ducatus Holſatia*, { Hamburgum. Altenachium. Pinnenberga. Glucſtadium. Crempa. Bramſteda. Oldeſlovia. Lubeca. Travemunda. Neoſtadium. Oldenburgum. Rantzovia. Ploena. Segeberga. Neomonaſterium. Chilonium. Rensburgum. Itzehoa. Wilſtria. Brunsbuttela. Meldorpia. Heida. Lundenum. }

- **Flumina Germaniæ *celebriora exeunt***
  - In mare Balticum,
    - *Chaluſus*, ſeu *Trava*.
    - *Viadrus*, vehens { Boberam. Niſſam. Warram. }
  - Extra Germaniam,
    - *Danubius*, vehens { Ileram. Lichum. Nabum. Reginum. Iſaram. Ænum. Anaſtum. Moravam. }
    - *Rhenus*, vehens { Arolam. Nicrum. Mœnum. Moſellam. Ruram. Luppiam. }
  - In mare Germanicum,
    - *Amaſius*, vehens { Haſam. Soſtam. }
    - *Viſurgis*, vehens { Fuldam. Alleram. Wemmam. Huntium. }
    - *Albis*, vehens { Multaviam. Egram. Multam. Salam. Havelam. }

CAPUT

Digitized by Google


SCANDINAVIE
ou sont les Estats de
DANEMARK de SVEDE &c.
Par N. Sanson le fils. Geog. du Roy
OCEAN
OCEAN
CALEDONIEN.
Isles de Fero
Isles de Schetland
Orcades Isles
Maelstrom
Trondheim
Bergen
Stauffangen
Aberdone
Edimbourg
Glasgue
Neuchastel
York
MER D'ALE
LEMAGNE.
Dublin
Amstredam
Brome
Lubeck
ALLEMAG
IRLAN
ANGLE
TERRE
Escosse
S. Andre
Flandre
55
60
65
70
20
30

SEPTENTRIONAL.
Nord Cap
Wardhus
Petinka
Kola
LAPPONIE.
Kandalax
Tockna
Kemi
MER BLANCHE
ou GOLFE de
St. NICOLAS
Kola
MOS
GOLFE DE BOTNIE
FIN
Biornheborg
Wisby
Kexholm
Ladoga Lac
MER
Abo
Borgo
Wiborg
Upsal
Stockholm
Aland I.
G. DE FINL. ANDE
Narva
Ivangorod
Novogrod Welki
Dagho I.
BAI
Oesel I.
Gothland I.
LIVONIE
Pleskow
Stara Russa
Calmar
Riga
VIE.
Reghenie
Brasslaw
TIQVE.
Rugen I.
Konigsberg
Wilna
LITHVANIE.
Dantzick
Elbing
Marienburg
POMERANIE
PRVSSE.
POLOGNE.
A. de Winter sculp.
40
50
60
70
55
65

CAPUT XXXII.

Scandinavia. Regnum Daniæ.

POST luſtratam Germaniam progredimur ad Arctoa Regna, Daniam, Norvegiam, Sueciam, quæ Scandiæ aut Scandinaviæ nomine aliquibus efferuntur; quouſque tamen Veterum Scandia ſeu Scandinavia ſe non extendit, complexa ſolùm regnum Norvegiæ, & maximam partem regni Suecici, neque ingens inſula eſt, ut falsò ſuſpicati ſunt. Scandinaviæ hodiernæ limites ſunt ab occaſu oceanus Germanicus & Septentrionalis, qui & à boreâ eandem limitat; ab ortu Moſcovia; ab auſtro Polonia, mare Balticum & Holſatia. Jacet intra gradum LV & LXXII Latitudinis borealis, atque adeò pars maxima Scandinaviæ eſt in Zonâ Temperata ſeptentrionali, reliqua verò in Frigidâ. Abundat montibus, lacubus, ſylvis, neque mineralibus ſuis deſtituitur. Auguſtanæ Confeſſioni addicta eſt. Olìm unius imperio ſubfuit, nunc Daniæ Regi Dania Norvegiaque obediunt; pars cætera Regi Sueciæ. I. *Scandinaviæ limites & conſtitutio.*

Dania, incolis & Gallis *Danemarck*, Belgis *Deenemarcken*, quam, quia traditæ ultimùm Germaniæ viciniſſima eſt, primùm contemplabimur, habet ab occaſu mare Germanicum; à boreâ idem, quod ipſam Norvegiamque interfluit; ab ortu Sinum Codanum & Fretum Danicum, quibus à Suecià ſeparatur; ab auſtro mare Balticum, quod à ducatu Megalopolitano & Holſatiâ ex parte ipſam dividit, nec non Holſatiam propriam & Dithmarſiam, ſive Eideram fluvium. Regnum Daniæ ex antiquiſſimis Europæ Regnis eſt, factum nuperiùs hæreditarium ex electivo, atque deſpoticum. Amplitudinem non habet valdè magnam, & à fluctibus plurimùm lancinatur. Cælum frigidius eſt, terra fertilis, atque utiliſſima agriculturæ & alendis pecoribus, in primis bobus & equis, qui magno numero quotannis in Belgium & Germaniam traducuntur, unde Ærario publico ingens reditus. Mare, ut penu confertiſſimum, incolas nutrit. Fauces Sundicæ, quæ magnis navibus ex ſinu Codano in mare Balticum, & contrà, tranſitum II. *Dania limites & conſtitutio.*

tum ſolæ largiuntur, magnum Regi vectigal ſunt. Dani fuerunt antiquitùs bellicoſiſſimi & feliciſſimi in ſuperandis, quà terrâ, quà mari, hoſtibus, qui ſpiritus multùm hodie defecit, ſeu ex uſus defectu, ſeu quietis amore. Vinum adamant ac melioris notæ cereviſiam, & mores cum moribus Germanorum perquàm conſentiunt.

III. *Dania Continens ſive Jutia.* Diſpeſcitur Dania in Continentem & Inſulas. Illa pars unicam Jutlandiam, ſeu Jutiam, *Jutland*, hodie complectitur, & olim Cimbrica Cherſoneſus nuncupata eſt, quam Cimbri primùm inhabitârunt, poſt Jutæ, quorum etiamnum ſedes eſt. Ab auſtro adjacet Holſatiæ, inter quam & promontorium Cimbrorum, nunc Scagenſe, quod in orâ Jutiæ maximè boreali eſt, ad Sinus Codani introitum, longiſſimè extenditur. Latitudo ejus inter mare Germanicum & Balticum variat, nuſquam major, quàm in tractu boreali. Flumina plura habet, ſed minora.

IV. *Jutia Meridionalis.* Jutia, habitâ Plagæ ratione, duplex eſt, meridionalis, & ſeptentrionalis. Sub meridionali Holſatiam plures collocant, de quâ actum nobis in Germaniâ, in circulo Inferioris Saxoniæ. Hæc igitur Holſatiam, ſeu fl. Eideram, & Coldingam, urbem meridionalis Jutiæ, interjacet, parte ſeptentrionali longè minor. Aliàs ducatus Sleſvicenſis dicitur, & partìm paret Regi Daniæ, partìm Duci Holſatiæ Sleſvicenſi Gottorpio. Clariora oppida meridionalis Holſatiæ verſus mare Balticum ſunt Ekelenforda, *Ekelenford*, in peninſulâ ad ſinum maris Baltici, portus commodus; Sleſvicum, *Sleſwyck*, urbs Epiſcopalis, ad ſinum ſeu fl. Sliam, *Slee*, quondam Cimbricæ metropolis, nunc caput ducatûs Sleſvicenſis; Sleſvico ad occaſum proxima eſt arx Gottorpia, *Gottorp*, Ducis ſedes, in quâ eſt Bibliotheca inſignis & opera artificioſa rariſſima; Flensburgum, *Flensborg*, ad Flenum, ſinum maris Baltici inter excelſos colles, cum caſtro & portu capace, inter quod oppidum & Sleſvicum, de quo mox locuti ſumus, qui intercedit tractus, Anglia & Anglia minor, *Anglen*, appellatur, olim ſedes Anglorum, qui ex ducatu Megalopolitano & Wagriâ hùc tranſiêre, & in magnam Britanniam profecti partem ejus meridionalem, pulſis Britannis, occupârunt, atque ex ſuo nomine Angliam appellavêre, de quo in priſcâ Angliæ diviſione

Anglia & Angli.

ſione dictum fuſiùs. Plùs in boream vergunt Apenroa, *Apenrade, ſeu Apenraa*, & Haderſlebia, *Haderſleu* & *Haderſleben*, portus egregius cum arce eximiâ in inſulâ vicinâ excitatâ, vulgò *Hansburg*. Verſus mare Germanicum offerunt ſe in meridionali Iutiâ oppidum Tundarium, ſeu Tundera, *Tunderen*, in eâ regione, quæ Frieſlandia minor dicitur; Huyſemum ſeu Huſenum, *Huſſum*, cum arce; Fridericia, ſeu Fridericopolis, *Friderickſtat*, ad fl. Eideram, & paulò inferiùs Tonninga, *Tonningen*, munita feliciter, caput Eyderſtadiæ. Contra littus occidentale hujus Iutiæ jacent variæ inſulæ; Strandia ſeptentrionalis, *Strant*, aliàs *Noortſtrant*; Fora, *Vooren*; Amroma, *Amrom* & *Ameren*; Sylta, *Sylt*; Roma, *Rom*; Mandoa, *Manoe*, & *Mandoe*.

V. *Iutia ſeptentrionalis; ubi*

Ex inſulâ Mandoâ ad Iutiam ſeptentrionalem progredimur, quam in quatuor Diœceſes diſtribuunt; Ripenſem, Viburgenſem, Alburgenſem, & Arhuſienſem. Quibus ab urbe, quam quælibet continet, cognomentum imponitur. Diœceſis Ripenſis proxima eſt Iutiæ meridionali, atque ab ortu freto Baltico minori, & ab occaſu mari Germanico, ſed tractu longiore, adjacet. Majoris momenti hìc ſunt Ripa, *Rypen*, urbs Epiſcopalis, Diœceſis caput, ad fl. Nipſicum ſeu Nipſam, *Nipſaa*, prope Iutiam meridionalem & mare Germanicum cum validâ arce & portu, qui ad mare eſt; Coldinga, *Colding*, ad ſinum freti Baltici minoris, cum Aquilæ Burgo, *Arnsburgh*, arce, quæ urbi imminet, & ponte, quem boves & equi petituri Germaniam tranſeunt, ac ubi vectigal Regi perſolvitur; Friderici Oda, *Frederichs Odde*, ad dicti Freti anguſtiam; Wedelia, ſive Wela, *Wedel*, aliàs *Weel* & *Weile*, ad ejuſdem Sinum; Warda, *Warde*; Ringcopia, *Ringkiobing* & *Rineoping*; Holſtebroa, ſive Halſterbroa, *Hodſtedbro*, & *Holſtebro*; Lemvica ſeu Lemvicum, *Lemwig*, ad ſinum Lymicum; quæ tamen duo poſtrema oppida quibuſdam proximæ Diœceſi adſcribuntur. In Diœceſi Viburgenſi, quam tres aliæ ambiunt, præſtat Viburgum, *Wiborg*, urbs Epiſcopalis, ſedes Iuridica Triumviralis totius Iutiæ, præter quam ſe offert Halkeria, *Halkier*, & Niba, *Nibe*, cujus equi celebrantur. Diœceſis Alburgenſis maximè excurrit in boream, atque à mari Germanico nec non ſinu Codano alluitur; ab auſtro

Diœceſis Ripenſis.

Diœceſis Viburgenſis.

Diœceſis Alburgenſis.

ipſam à diœceſi Viburgenſi dividit ingens ſinus Lymicus, *Lymford*, qui ex ſinu Codano Iutiam borealem tàm altè penetrat, ut non niſi tenuis Iſthmus ipſum ab amplo pulvino maris Germanici, *'t Iutſche Riff*, ſeparet. Oppida hujus Diœceſis ſunt Nicopinga, *Nicoping*, in inſulâ Morſungia, *Mors*, maximâ inter eas, quas Lymicus ſinus circumfluit; Thyſtadium, *Tyſted*, ad eundem Sinum in tractu Thyâ, *Ty*; Agarda, *Agaard*; Venſilia, & Venſiſſelia, *Wenſuſſel*, olim Burgla in tractu ejuſdem nominis, ad fl. Ryaam, *Ryaa*, qui in Lymicum ſinum ſe exonerat; Hyringium, *Hyring* & *Hioring*; Scaga, *Skaun*, & *Scagen*, unde proximo Promontorio, quod peninſulam Iutiæ à boreâ terminat, cognomentum eſt, nec non Syrti, *Scager Riff*. Nautis formidoloſæ, & Sinui, *'t Schager Rack*; Sebium, *Seby*, ad eundem Sinum, uti & Halſa, *Hals*; tandem Alburgum, *Aalborg*, urbs Epiſcopalis, hujus Diœceſis præcipua ad ſinum Lymicum. Nomen habet ab anguillis, quæ hìc plurimæ capiuntur. Quarta ſeu ultima Diœceſis meridionalis Iutiæ eſt Arhuſienſis, quam ab ortu ſinus Scagenſis alluit, & cujus reliquam partem explicitæ Diœceſes ex ordine limitant. Clariora ejus oppida ſunt Hebroa, *Hebro*, & Mariacera, *Mariager*, ad ſinum; Randruſium, *Randerſen*, & *Rande*, ad fl. Gudium, *Guden-aa*; Grina, *Grina*; Ebeltoſtium, *Ebeltoft*; Arhuſium, *Arhuſen*, urbs Epiſcopalis, ad oſtium Gutuli, Diœceſis clariſſima; Silkeburgum, *Silkeborg*; Scanderburgum, *Scanderborg*, arx; Horneſium, aliis Horſneſium, *Horſens*.

Dioeceſis Arhuſienſis.

VI. *Inſulæ majores Daniæ:*

Miſsâ Daniæ Continente, ad Inſulas, quas poſſidet in mari Baltico, alteram ipſius partem, progredimur. Hæ autem variant magnitudine, inter quas tamen duæ cæteras ſupereminent, Fionia atque Selandia, ſitæ ad celeberrima Freta maris Baltici. Fionia, *Funen*, alterâ minor, habet ab occaſu fretum Balticum minus, *de Kleine Belt*, quod ipſam à Iutia meridionali & ſeptentrionali dividit; ab ortu fretum Balticum majus, *de Belt*, quod Fioniam Selandiamque interfluit. Caput Inſulæ eſt Ottonia, *Ottenſee*, & *Odenſee*, urbs Epiſcopalis, præter quam occurrunt circa littus Cartemunda, *Cartemunde*, ad ſinum cognominem; Bounſonia, *Bowens*, contra Iutiam borealem; Middelfurtum ſeu Middelfartum, *Middelfaer*;

1. Fionia.

faer, in anguſtiis Freti Baltici minoris, quod & ab hoc oppidulo cognominatur; Aſneſum, *Aſſens*, hinc in Iutiam auſtralem trajectus eſt; Foburgum, *Foburg*, in cujus ſinu variæ minores ſunt inſulæ; Suineburgum, *Swynborg*; Neoburgum, *Nyborg*, olim Regum & Danici Parlamenti ſedes, munitum, unde in Selandiam vulgò navigant. Selandia, aliis Sielandia, & Sialandia, *Sieland*, *Seland* & *Zeeland*, antiquitùs Codanonia dicta eſt, à quâ & Sinûs Codani nomen quidam derivant. In hâc Inſulâ & vicinis Teutones, ſeu Teutoni habitârunt, qui &, teſte Cluverio, pro varietate dialectorum Dani, Godani & Codani appellati ſunt. Danicarum inſularum uti maxima, ſic & amœniſſima fertiliſſimaque eſt. Ab occaſu alluitur à freto Baltico majore; ab ortu Danico, longè clariſſimo, *de Sunt*, quod ipſam à Scaniâ, parte Sueciæ, ſeparat. Inter Urbes ejus & oppida, quæ ferè ad mare aut ſinus ſunt, eminent Corſoera, *Corſoer*, ad fretum Balticum, in quam Neoburgo Fioniæ navigatio plerumque inſtituitur, ſicut & hinc Neoburgum; Schelſoera, *Skelskoer*; Neſtveda, *Neſtved*; Waringburgum, *Waringborg*; Preſtoa, *Preſtoe*; Coagium, *Koege*; Ringſtadium, *Ringſted*, in mediâ Inſulâ, urbs vetus, inclyta tribunali & veterum Regum ac Reginarum monumentis; Callenburgum, *Kallundborg*, ad littus occiduum cum arce; Nicoepinga, *Nicoeping*; Holboeca, *Holboeck*; Roſchildia, *Roskild*, urbs Epiſcopalis ad amplum ſinum ejuſdem nominis, ubi Regum Danorum tumuli; Hafnia, incolis *Kiobenhafven*, exteris *Koppenhagen*, urbs ad fretum Danicum, Selandiæ, quin totius regni nobiliſſima, magnitudine, opibus, portûs & commoditate, & capacitate, ſede ac coronatione Regum, titulo Archiepiſcopali, Academiâ & arce maximè illuſtris; Fridericoburgum, *Frederichsborg*, Regum ſeceſſibus nobile; Helſingora, *Helſingoer*, & *Elſeneur*, ad fretum Danicum cum portu patente, cui vicinum eſt Coronæburgum, *Cronenborg*, arx contra vim irruentis Oceani in ipſis Freti faucibus extructa, validiſſima naturâ & arte, quâ invitâ invium Navibus Fretum eſt, ubi & Regi in ſingulos malos vectigal penditur. Habet & palatium magnificentiſſimum. *I. Selandia.*

VII. *Inſulæ minores Daniæ.*

Luſtratis nobiliſſimis Daniæ Inſulis, ad minores accedimus, quæ uti magnitudine, ſic loco, multùm variant, & quarum

I. Amagria. rum præcipuas tantùm recenſebimus. In freto Danico ſunt Amagria, ſive Amagra, *Amack*, fœcunda, Hafniæ nutrix, in quâ eſt Chriſtiani portus, *Chriſtianshaven*, recens oppidum, *Saltholmia.* quod Hafniæ ligneo ponte jungitur; ac Saltholmia, *Saltholm* & *Southolm.* Extra fretum Danicum in mari Baltico plures quoque comparent inſulæ Danicæ, & diſpares. Omnium orien- *Bornholmia.* taliſſima eſt Boringia, ſive Bornholmia, *Bornholm*, ſita è regione Scaniæ, & peſſimè non rarò habita, cujus oppida ſunt Suanekera, *Suanex*; Nexoa, *Nex*, atque Rundea, *Rottum* & *Mona.* *Rottembi.* Contra auſtrale littus Selandiæ occurrunt Mona, *Mone*, ipſi viciniſſima, in quâ ſunt Borra, *Borre*, & Stega, *Ste-* *Falſtria.* *ge*, oppida; Falſtria, *Falſter*, aliquantò remotior, ubi Stub- *Lalandia.* bekopia, *Stubbekoping*, ac Nikopia, *Nykoping*; Lalandia, *Laland*, remotiſſima ex tribus & maxima, ab humili ſolo accepto nomine, frumenti ferax, cujus oppida ſunt Mariobæa, *Maribo*, pulcherrimum olim Monaſterium, Neoſtadium, *Nyſted* & *Niſtadt*, Rodbia, *Rodbi*, & Naſcovia, aliis Maſcovia, *Naskow.* A Wagriâ, tractu Holſatiæ, per anguſtum fretum Fe- *Femera.* meræ ſeparatur Femera, aliàs Fimbria, Fimeria & Cimbria propria, quam ad Holſatiam nonnulli referunt. In ipsâ clariſſimus eſt Burgus, *Borg.* Prope littus orientale meridionalis *Alſa.* Holſatiæ occurrit Alſa ſeu Alſia, *Alſen*, ubi Sunderburgum, *Sunderborg*, & Nordoburgum, *Nordoburg*, arces egregiæ. Al- *Arria.* ſiâ minor eſt & orientalior inſula Arria, *Aar* & *Arroe*, à Fioniâ in auſtrum digrediens, hìc caſtrum Koepinga, *Koeping.* *Langelandia.* Inter Arriam & Lalandiam, media eſt Langelandia, *Langeland*, quæ multò magìs ab auſtro in boream, quàm ab occaſu in ortum extenditur, ut mirum non ſit, quòd Langelandia appelletur. Nihil hìc clarius eſt Rutcopia, *Rutkoping.* *Samſoa.* Denique in ſinu Codano ſeu Scagenſi eſt ſupra Fioniam inſula Samſoa, *Samſoe*, cum oppido ejuſdem nominis, & ſupra *Haſelea. Anholta. Leſſoa.* Selandiam Haſelina ſeu Haſeloa, *Haſeloe* & *Haſelin*; Anholta, *Anout*; Leſſoa, *Leſou*, ob Syrtes Nautis tremendæ.

CAPUT

CAPUT XXXIII.

Regnum Norvegiæ.

VIso Daniæ Regno, ad ſecundam partem Scandinaviæ, Norvegiæ Regnum, pergimus, quod ex continente etiam & variis inſulis componitur, quas continenti ordinis gratiâ præmittemus. Inſulæ, quæ ex Norvegiâ pendent, aut littori ipſius prætenduntur, aut longo diſcrimine ab ipſo remotæ ſunt. Hæ appellantur Iſlandia, inſulæ Farenſes & Hilandicæ, præter quas Groenlandia quoque ante aliquot ſecula tributaria fuit Norvegiæ Regibus, quam ideò varii Norvegiæ etiamnum attribuunt, quamvis nunc nemo Europæus in eâ habitet. Alluit Groenlandiam ab occaſu fretum Daviſii; ab auſtro & ortu fretum Forbisherii & mare Septentrionale, quod ipſam Iſlandiamque interfluit. Extenditur à gradu circiter LXIII Latitudinis borealis, per circulum Arcticum Polum verſus; at quo uſque excurrat, & utrùm inſula ſit, an continens, atque boreali Americæ, cui propinquior longè eſt, quam Europæ, adhæreſcat, incertum hactenùs. Pars ejus ad oram Daviſii & Forbisherii Groenlandia nova appellatur, quia eam poſtmodùm Argonautæ Angli detexêre, quando per borealem tractum Americæ viam ad Sinas inveſtigabant. Urbes non habet, ſed varios portus & ſinus, Balænarum capturâ maximè celebris, quam Belgæ præſertim & alii Europæi hìc quotannis inſtituunt, quemadmodum & circa Iſlandiam, & Spitzbergam, ingentem, ſic autumant, inſulam, quæ Groenlandiam & novam Zemlam interjacet, interque cognitos Orbis Arctoi tractus longiſſimè ſurgit in boream, & à quibuſdam inter appendices regni Norvegiæ etiam recenſetur, à montibus acutis petito nomine, cujus tantùm ſinus ſeu portus noti ſunt. Iſlandia, *Yſland*, quæ à meridionali parte Groenlandiæ in ortum deflectit, atque à circulo Arctico juxta longitudinem ſuam dividitur, ampliſſima & perquàm ſinuoſa inſula eſt, Britannicarum olìm ultima, Veterum Thule, ut plurimi arbitrantur, cui nunc glacies, quâ ferè ſemper redundat, nomen fecit. Prope littora

I. *Terra & Inſulæ regni Norvegiæ in Oceano ſeptentrionali.*

Groenlandia.

Spitzberga.

I. Iſlandia.

tora cultior eſt, in medio inſigniter montoſa & ſterilis; valles gramina ferunt, in quibus & copia pecoris; ſolum frumento caret, non ſulphure; in mari ſumma piſcium ubertas, quibus victitant incolæ, macrobii & athleticæ valetudinis. Diſpeſcitur Inſula ſecundum quatuor Mundi Cardines, aut in duos Epiſcopatus, Holenſem & Scalholtenſem. Epiſcopatus Holenſis tenet ſeptentrionalem partem Iſlandiæ, ejuſque oppidum eſt Hola, *Hola*, ſedes hujus Epiſcopi. Epiſcopatus Scalholtenſis complectitur partem ejus orientalem, meridionalem & occidentalem, eſtque in ipſo oppidum Scalholtum, aliis Schalotum, *Skalholt*, ſui Epiſcopi habitatio; Beſteda arx, *Beſtede*, ſeu *Bellaſtedt*, & Hecla mons, inter Iſlandiæ Ignivomos, qui tres dicuntur, celeberrimus, admodùm ſublimis, ſemper obductus nive, qui præter ignes perpetuos non rarò ſaxa in-
I. Farenſes. credibili cum fragore ac tumultu ejaculatur. Inter Iſlandiam & Scotiam ſeptentrionalem occurrunt in Oceano Caledonio inſulæ Farenſes, *Fero*, Gall. *Iſles de Fero* ſeu *de Farre*, quibuſdam Veterum Acmodæ. Duodecim nonnulli numerant, quarum præcipuæ ſunt Stroma, *Strom*, & Sundra, *Sundro* ſeu *Su-*
I. Hitlandica. *dro*. Inter haſce inſulas & præfecturam Bergenſem Norvegiæ jacent in eodem Oceano inſulæ Schetlandicæ ſive Hitlandicæ, *Schetland*, Belgis *Hitland*, numero juxta aliquos viginti ſex, juxta alios triginta aut quadraginta, quarum tamen plurimæ potiùs ſunt ardui & inculti ſcopuli. Inter nobiliſſimas ſunt Mainlandia, *Mainland*, aliàs Schetlandia & Hitlandia, longè ampliſſima, & ab auſtro in boream, quàm ab occaſu in ortum multò diffuſior, Cambdeno Thule Veterum; Zealia, *Zell*, & *Zeal*, nec non Wuſta, *Wuſt*. Incolæ harum Inſularum vitam oppidò protrahunt. Circa eaſdem inſulas inchoant quotannis Belgæ piſcationem Halecum, & hinc ſenſim in auſtrum feruntur, progredientes ex adverſo Scotiæ ac Angliæ uſque ad portum Garmuthum.

II. *Inſulæ prope littus Norvegicum:* Præter haſce Inſulas ſeptentrionalis Oceani pendent etiam ex regno Norvegiæ numeroſiſſimæ Inſulæ, quæ parvo intervallo à littore ejus, cùm occidentali in primis, tùm boreali, dividuntur. Harum pleræque minores ſunt, inter tamen præ-
I. Hitera. cipuas referuntur Hitera, *Hiteren* & *Hitteren*, atque boream
Lofota. verſus Lofota, *Lofoten*, ſeu *Lofoeren*, penes cujus partem auſtralem

ſtralem ingens vorago eſt, vulgò *Maelſtroom*, Veteribus Anhelitus & Nares Mundi, item maris Umbilicus, quo nomine & Naucleris venit. Oceano æſtum patiente, aquas ſummâ vi ſtrepituque mittit in barathrum, aſt æſtu ceſſante, eas ex imo revomit mirabili impetu. Ambitus ejus ad quadraginta paſſuum millia, ut ferunt, ſe explicat. Supra Lofotam ſunt Trommeſia, *Trommes*, & *Tromnes*; Sama, *Samen*, & *Sanien*; Suroa, *Suro*, *Suroy* & *Suroey*; Maggeroa, *Maghero* & *Maggeroe*, ubi promontorium Scandinaviæ borealiſſimum, Plinio promontorium Rubeæ, vulgò *Noord Caap*.

I. Trommeſia. Sama. Suroa. Maggeroa.

III. *Norvegia continentis limites & conſtitutio.*

Luſtratis Norvegiæ Inſulis ad continentem ſeu Norvegiam ipſam progredimur. Regnum Norvegiæ, incolis *Norricke* & contractè *Norke*, Belgis atque Germanis *Noorwegen*, quaſi Regio borealis, olim Nerigon, pars fuit occidentalis veteris Scandinaviæ, quam populi Sitones inhabitârunt. Alluitur à boreâ, occaſu & auſtro Oceano ſeptentrionali; ab ortu Sueciâ limitatur, & longo tractu Sevonis (montis Scandinaviæ longiſſimi, excelſiſſimi, perpetuâque candentis nive, qui aliquibus Alpes dicitur, & in Norvegiâ *Daare Field*, quod tamen nomen pro locorum varietate variat) nec non Lapponiâ Moſcoviticâ. Maximè ſe diffundit à faucibus ſinûs Codani, ſeu Maelſtrandiâ, oppido præfecturæ Bahuſianæ meridionali, ad caſtrum Wardhuſium, juxta littus orientale præfecturæ cognominis. Latitudinem, quæ, ubi vel maxima, longitudine longiſſimè minor eſt, ampliſſimam habet in tractu meridionali & ſeptentrionali; in partibus verò intermediis ſat ſæpè exigua eſt. Figuram piſcis Norvegia non inconcinnè exprimit, cujus os hians diductumque lutiam ſeptentrionalem proſpicit, & cauda in oceanum ſeptentrionalem & Lapponiam Moſcoviticam extenditur. Mare ad Norvegiam altiſſimum eſt, perquàm ſinuoſum, & ingente piſcium copiâ non tantùm indigenas beat, ſed & exteros. Solum pluribus in locis ob numeroſiſſimas rupes & frigus ſterile eſt, dives nihilominus ſylvarum, unde quæſtus uberrimus. Suos Reges antiquitùs habuit Norvegia, quæ deinceps ex nuptiis Daniæ regno unita fuit, & hodieque unita manet. Norvegi habentur ſimplices, candidi, fortes, & artis Nauticæ periti.

IV. *Norvegia*

Dividitur Norvegia in V Diœceſes, ſeu Præfecturas, Wardhuſianam,

Præfecturæ ſunt: huſianam, Nidroſianam, Bergenſem, Aggerhuſianam, & Bahuſianam, quarum poſtrema nunc Sueciæ Regi ſubjecta eſt.

Wardhuſiana. Provincia Wardhuſiana, *Wardhus*, pars eſt Norvegiæ borealiſſima, media inter Lapponiam Moſcoviticam, atque Nidroſianam præfecturam. Ejus partes ſunt Lapponia Norvegica, ſive Danica, quæ Lapponiæ Suecicæ confinis eſt, & Finmarchia, quæ partem tenet maritimam, in quâ ortum verſus degerunt Scritofinni, & occaſum verſus Marchiofinni. Hìc proximè littus occurrit caſtrum Wardhuſium, *Wardhus*, in Vardâ, inſulâ valdè exiguâ, quod huic Præfecturæ nomen imponit, Præfecti ſedes eſt, & quo Rex Daniæ in Oceanum ſeptentrionalem jus ſibi vendicare voluit, & cùm Anglos, tùm Batavos ad pretium piſcationis præſtandum cogere. Nunc verò partìm vetuſtate interiit. Plùs in occaſum & boream deflectit promontorium Rutubæ, hodie *Nordkyn*. Vi-

Nidroſiana. cos inſuper, quos tenet, quia nullius nominis, tranſeo. Præfecturæ Wardhuſianæ ad auſtrum proxima eſt Nidroſiana, *Dronthembus*, quæ ſubdividitur in provinciam Saltenſem, quæ borealior, brevior, anguſtiorque eſt, & ubi ad littus occurrunt Malangera, *Malanger*, & Eveneſia, *Evenes*; nec non in provinciam Nidroſianam propriam, in quâ eminent Scoerdalia, *Scoerdael*; Nidroſia, *Dronthem*, urbs ad oſtium fl. Nideri, quod hìc in amplum ſinum effunditur, olim Regia ſedes & totius Regni metropolis, nunc Archiepiſcopatu clara, portus felix & emporium celebre, ſed nec vallo ſeptum, nec foſſis, Præfecturæ ſuæ clariſſimum, in quo templum fuit totius ſeptentrionis facilè princeps, S. Olao dedicatum, quod ignis abſumpſit. Sequuntur Leerſtrandia, *Leerſtrand*; Stronda, *Stronden*; Opdalia, *Opdael*; Sundalia, *Sundael*; Romſdalia,

Bergenſis. *Romſdalen*. Inter Nidroſianam præfecturam, & promontorium Lindeſnoeſium, *Lindeſnes*, Nautis Hollandis *der Neus*, Bergenſis ſe offert præfectura, *Bergenhus*, quæ ex Bergenſi & Stavangrianâ componitur. Illa borealior eſt, poſſidetque Bergas, *Bergen*, nunc Regni caput, ſedem Proregis, ſitas in flexuoſo ſinu, quem ſcopuli utrimque ſtringunt, portus & Emporium Norvegiæ nobiliſſimum, variiſque ornatum privilegiis; Eyda, *Eyde*, ad ortum eſt. In Stavangrianâ præfecturâ ſunt Soyda, *Soyde*; Ielſoa, *Ielſo*; Stavangria, *Stavanger*,

parva

parva cum portu capaciſſimo, urbs non è minimis. Inter præfecturam Bergenſem & Sueciam media eſt Aggerhuſiana præfectura, *Aggerhus*, aliis Obſloenſis, quam ſolùm ab auſtro mare perfundit. Hìc præſtant Saltsberga, *Saltsberg*; Aggerhuſia arx, *Aggershuſlot*, in intimo ſinu Anſloenſi, unde & Præfecturæ nomen; huic proxima eſt Aſloa, aliis Anſloa, & Obſloa, *Anſlo* & *Obſlo*, ad ſinum cognominem, caput Præfecturæ, quod ſub Chriſtiano IV, Daniæ Norvegiæque Rege, flammis ferè exuſtum, ab ipſo reſtitutum eſt, & Chriſtiania appellatum, quo etiam nomine nunc ſolet venire; Tonsberga, *Tonsberg*, ad dicti Sinûs introitum, & Fridericopolis, *Friderichſtat*, urbs recens ad ſinum. Reſtat quinta ſeu ultima Præfectura Norvegiæ, Bahuſiana, *Bahus*, omnium minima, anguſtiſſima, meridionaliſſima, ab Aggerhuſianâ ad fauces ſinûs Codani ſeſe explicans. Oppida ipſius ſunt Eſberga, *Eſberg*; Diſtelberga, *Diſtelberg*; Odwalla, *Odwalla*; Bahuſium, *Bahus*, caſtrum munitiſſimum in parvâ inſulâ, quam facit Trolhetta fl., qui ex lacu Wenero delabitur; Congela, *Congel*; Maelſtrandia, ſeu Maſterlandia, *Maelſtrand*, & *Maſterland*, jacens in præruptâ rupe in modum peninſulæ cum caſtro.

Aggerhuſiana.

Bahuſiana.

Atque ita luſtravimus regnum Daniæ & Norvegiæ cum ſuis appendicibus. Præter hæc verò Daniæ Regis imperio etiam ſubſunt major pars ducatûs Holſatiæ, & comitatus Delmenhorſtienſis & Oldemburgenſis, quemadmodum in circulis Germaniæ, puta Saxoniæ inferioris & Weſtphalico, annotavimus. Jus quoque prætendit in Hamburgum, & Orcades, inſulas in mari Deucaledonio, quæ à borealiſſimo Scotiæ littore plus minùs in boream deflectunt.

V. *Quæ Rex Daniæ ultrà poſſidet, & prætendit.*

CAPUT XXXIV.

Regnum Sueciæ.

VIsis binis partibus hodiernæ Scandinaviæ, puta regnis Daniæ & Norvegiæ, ad ultimam, Sueciæ regnum, contendimus. Suecia, aliis Suedia, *Sweeden*, terminatur ab occaſu freto Danico, ſinu Codano & Norvegiâ, quæ

I. *Suecia limites & conſtitutio.*

ipſam & à boreâ limitat ; ab ortu Moſcoviâ ; ab auſtro ducatu Lithuaniâ & Curlandiâ, Poloniæ partibus, nec non mari Baltico. Regnum Sueciæ, quod omnia Europæ regna antiquitate ſuperat, ante electivum fuit, nunc hæreditarium eſt, ampliſſimum, quod tamen mare Balticum & ipſius ſinus, Livonicus, Finnicus, Bothnicus, nec non plurimi lacus valdè lacerant. Ferro & ære uſque adeò abundat, ut & ſibi & omnibus Europæis ea poſſit ſufficere. Solum perquàm ſylveſtre eſt, pluribus in locis aſperum, & minùs cultum, frumentum tamen incolis neceſſarium brevi ſuppeditat. Maria, lacus & amnes, qui copioſi, ſed minores ſunt, abundant piſcibus, ſylvæ feris ac mellificio. Cælum frigidius quidem habet, ſed ſalubre, unde Sueci plerumque longævi ſunt, & laboribus ſuſtinendis aptiſſimi. Ædificia Sueciæ lignea ferè exiſtunt & humilia.

II. *Suecia diviſio, & Gothia meridionalis, in quâ*

Suecia non incommodè in ſeptem partes dividitur, quæ ſunt Gothia, Suecia, Lapponia, Finlandia, Ingria, Livonia, & variæ inſulæ. Tres primæ partem Sueciæ occidentalem occupant, & tres proximæ orientalem, quas mare Balticum & ſinus Bothnicus interfluunt. Gothia, aliàs Guthia, & Gothlandia, incolis *Gutlandt*, Germ. *Gotlandt*, quam Gutæ ſeu Guti incoluêre, pars eſt occidentalis Sueciæ, longiſſimè excurrens in auſtrum, complectiturque vulgò Gothiam meridionalem, orientalem & occidentalem. Provinciæ Gothiæ meridionalis ſunt Hallandia, Scania, Blekingia & Smalandia, quarum tres primæ antea Danici juris fuerunt, nunc verò ſunt Suecici. *Hallandia:* Hallandia, *Haland*, in quâ Hilleviones vixerunt, ſinui Codano adjacet, exiguæ latitudinis, ejuſque oppida ſunt Warburgum, *Warberg* & *Waesbergen*, propugnaculum cum portu non incommodo; Falcoburgum, *Falkenberg*, ad fl. cognominem; Helmſtadium, *Helmſtat*, caput Hallandiæ, validum, atque Laholmia, *Laholm*, in Scaniæ limite. *Scania:* Hallandiam magnitudine vincit Scania, *Schoonen*, provincia nobiliſſima Gothiæ meridionalis, quæ ideò & Scania latè ſumpta appellatur, ipſamque pars ſinûs Codani, integrum fretum Danicum & Balticum mare alluunt. In eâ etiamnum ſupereſt veſtigium veteris Scandiæ, ſeu Scandinaviæ; fuitque à Scandiis ſive Scaniis inhabitata. Oppida ejus celebriora

ſunt

ſunt Engelholmia, *Engelholm*; Helſingoburgum, *Helſingborg*, munitiſſimum, ad anguſtias freti Danici, oppoſitum Coronæburgo Selandiæ; Coronia, *Landskron*, ex adverſo Huenæ inſulæ; Lundia, ſeu Lundis & Londinum Scanorum, *Lund*, urbs aliàs Archiepiſcopali, nunc Epiſcopali dignitate illuſtris, Scaniæ primaria, cum Academiâ recente, quæ Carolina dicitur, ſed ſine muris, infrequens, & aliquantulùm à Freto in ortum diſſita; Malmogia, Danis *Malmoe*, aliàs *Malmuyen* ac *Ellebogen*, à cubiti figurâ, quam exprimit, portus capax & tutus ad Fretum cum arce egregiâ; Ydſtadium, ſive Uſtadium, *Idſted*, ad mare Balticum. Ad ortum Scaniæ ſe offert Blekingia, *Bleking*, quæ ante titulum Ducatûs geſſit. Majoris momenti oppida ſunt ad aut juxta mare Balticum, Ahuſium, *Abus*, item *Abuys* & *Aus*; Chriſtianoſtadium, *Chriſtianſtad*; Elcholmia, *Elckholm*; Rotembya, *Rotneby*; & quæ reliquis præſtat Chriſtianopolis, *Chriſtianopel*, munitiſſima cum portu. Supra Blekingiam eſt Smalandia, *Smaland*, aliàs Gothia meridionalis, quam ad Gothiam orientalem alii referunt. Caput Smalandiæ eſt Calmaria, *Calmar*, portus & emporium celebre ad mare Balticum cum caſtro eximio, præter quam occurrunt Wexia, *Wexſio*, Epiſcopalis; Ionecopia, *Ionekoping*, ad lacum Weterum, *Weter-Zee*; Ekeſia, *Ekeſio*, & Weſtervicia, *Weſterwick*, ad littus.

Blekingia; *Smalandia.*

III. Nunc proxima eſt Gothia orientalis, ſub cujus nomine quibuſdam venit explicita Smalandia, Oſtrogothia, & Oelandia, quibus & Gotlandiam alii adjiciunt. Sunt, quibus ſola Oſtrogothia, aliàs Oſtrogothia propria, Gothia orientalis appellatur, quibus accedimus. Media eſt inter Weterum lacum & mare Balticum, ac meliora ejus oppida habentur Stegeburgum, *Stegeborg*; Sodercopia, *Soderkoping*; Norcopia, *Norcoping*; Norsholmia, *Norsholm*; Lincopia, *Linkoping*, & Waſtena ſeu Wadſtena, *Wadſtena*, ad lacum Weterum.

Gothia orientalis, ſeu Oſtrogothia.

IV. Pars tertia & ultima Gothiæ eſt Gothia occidentalis, ſita circum lacum Wenerum, *Wener Zee*, ampliſſimum, cujus provinciæ ſunt Weſtrogothia, Dalia & Vermelandia, quarum duæ poſtremæ ingentem malorum copiam in uſum navium ſuppeditant. Weſtrogothia, ſive Weſtrogothia propria Weterum ac Wenerum, maximos Gothiæ lacus, interjacet, ubi præ-

Gothia occidentalis, in quâ

Weſtrogothia.

ſtant Hia, *Hio*; Falcopia, *Fallekoping*; Scara ſeu Scora, *Scara*; Fanum S. Mariæ ſeu Mariæſtadium, *Marieſtad*, ad lacum Wenerum, uti & Lidcopia, *Lidkoping*; Gotheburgum, *Gottenborg*, Weſtrogothiæ clariſſimum, feliciter munitum, portus eximius & unicus, medius inter Bahuſianam præfecturam atque Hallandiam ad Sinûs Codani principium. Dalia, *Daal*, ſeu *Dahl*, quæ Weſtrogothiâ longè minor eſt, & ſcatet lacubus, præfecturam Bahuſianam habet ab occaſu atque lacum Wenerum ex oppoſito, ad quem ſe produnt Bretta, *Brette*; Daleburgum, *Daleborg*, primarium, nec non Tweta, *Tweta*. Daliam ab ortu contingit Vermelandia, *Wermeland*, quæ & Verundia appellata eſt. Illius oppida ſunt Caroloſtadium, *Carolſtat*, caput Provinciæ; Ruſcoga, *Ruskog*, in Weſtrogothiæ confinio; Philippoſtadium, *Philipſtat*.

Dalia:

Vermelandia.

V. Abſoluto per Gothiam itinere, in Sueciam tranſimus, quæ & Suecia vera, ſeu ſtrictè ſumpta diſcriminis ergo nominatur. Ipſam ab auſtro claudit Gothia; ab occaſu Norvegia; à boreâ Lapponia; ab ortu ſinus Bothnicus. Hìc olim Suiones, ſeu Sueones habitârunt. Sueciæ ſtrictè ſumptæ Provinciæ ſunt XI; Dalecarlia, Weſtmannia, Nericia, Sudermannia, Uplandia, Geſtricia, Helſingia, Medelpadia, Iemptia, Angermannia & Bothnia occidentalis, quarum quinque priores Suevonia, ſed reliquæ Nortlandia appellantur, ſub quâ & Lapponiam comprehendit Brietius, quæ nobis tertiam partem regni Sueciæ conſtituet. Ex Suevoniæ provinciis Dalecarlia, Weſtmannia & Nericia mediterraneæ ſunt, & Sudermannia atque Uplandia maritimæ. Dalecarlia, *Dalarna* incolis, ampla provincia eſt, quæ à Vermelandiâ, quam contingit, per confinia Norvegiæ multùm ſurgit in boream. Fodinas habet, quæ ad ſtuporem excavatæ ſunt, atque in eâ præſtant Idra, *Idra*; Lima, *Lyma*; Ierna, *Ierna*; Hedemora, *Hedemora*, ad fl. Dalecarlum in ipſo Weſtmanniæ limite. Weſtmannia ſeu Weſtmania, *Weſtmanland*, quæ Dalecarliæ ab auſtro juncta eſt, ipsâ longe minor exiſtit, ejuſque urbes ſunt Aroſia, *Aroſen*, ſeu *Weſteras*, Epiſcopalis, prope lacum Melerum cum caſtro, caput provinciæ, ubi argenti fodinæ fuêre, hodieque ingens eſt æris & ferri abundantia, ac ſuperiore ſeculo regnum Sueciæ ex electivo factum eſt hæreditarium; Kopin-

Suecia vera pars prior, ſive Suevonia, in quâ

Dalecarlia:

Weſtmannia:

Kopinga, *Koping*, dives quoque metallorum; Arbogia, *Arboga*, ad fluvium ejuſdem nominis. Weſtmanniam ab auſtro attingit Nericia, *Nerike*, provinciarum Sueciæ ſtrictè ſumptæ minima, ubi clariſſima eſt Orebrogia, *Orebro*, prope Hielmerum lacum, *Ielmer Zee*; Kunda, *Kunda*, in auſtrum vergit. *Nericia.* Inter Nericiam & mare Balticum eſt Sudermannia, ſeu Sudermania, *Sodermanland*, Ducatûs titulo inſignis, cujus præcipuæ urbes ſunt Nicopia, *Nykoping*, Ducis ſedes, & emporium maritimum cum arce, uti & Troſa, *Troſa*; Telga, *Telga*, ad lacum Melerum, cui quoque adjacent Strengneſia, *Strengnes*, Epiſcopalis, & Torſilia, *Torſilla*. *Sudermannia.* Ultima Suevoniæ provincia eſt Uplandia, *Upland*, quam à Sudermanniâ dividit aliquoties nominatus lacus Melerus, *Meler Zee*, qui ab occaſu in ortum longiſſimè extenditur, multas parit inſulas minores, & in Balticum mare ſe exonerat. Frumenti ferax eſt, ejuſque nobiliores urbes ſunt Enecopia, *Encopia*, in confinio Weſtmanniæ ad lacum Melerum; Upſalia, *Upſal*, totius ſeptentrionis olim Regia, nunc Archiepiſcopali dignitate & Academiâ illuſtris ad fl. Salam, qui in lacum *Ekolen* labitur, cum arce munitiſſimâ in rupe; Sigtunia; *Sigtuna*; Holmia ſive Stocholmia, *Stockholm*, quæ à palis, ſuper quos ſtructa eſt, nomen ducit, alteræ quaſi Venetiæ, ſita in inſulâ ad profundiſſimas fauces Meleri lacûs, urbs magnifica, celeberrima negotiationibus, cum portu tutiſſimo & arce ſplendidâ, Regni totius caput & Regis habitatio; Oregrundia, *Oregrund*, ad littus boreale. *Uplandia.*

VI. *Pars altera, ſive Nortlandia, in qua Geſtricia.* Pars altera Sueciæ veræ eſt Nortlandia, cujus Provinciæ, exceptâ Iemptiâ, Bothnico ſinui adjacent. Meridionaliſſima omnium eſt Geſtricia, *Geſtrick* ſeu *Geſtrichland*, dives frumenti & metallorum, ejuſque meliora oppida ſunt Gevalia, *Geval*, primaria, emporium ad mare; Folkera, *Folker*, ad fl. Dalecarlum; Cuprimontium ſeu Coperberga, *Coperberg*, donata jure municipii, celebris ob cupri fodinas. *Helſingia.* Ad boream Geſtriciæ occurrit Helſingia, *Helſinglandt*, aliàs Helſingia vera & propria. Sic dicitur, ut diſtinguatur ab Helſingiâ latè ſumptâ, quæ Helſingiam veram, Medelpadiam, Angermanniam, Bothniam, &, juxta Brietium, Lapponiam quoque continuit, olim regnum, habebantque Helſingii peculiares ſibi

literas, & dialectum, quæ etiamnum Cajanis Finlandiſque in uſu eſt. Helſingiæ veræ oppida ſunt Alta, *Alta*; Dilsboa, *Dilsbo*, & Hudingsvaldia, *Hudwickswald*, maritima, caput hujus amplæ Provinciæ. Helſingiam contingit Medelpadia, *Medelpad*, ipsâ minor, ubi caſtrum Tuna, *Tuna*, olim, ut ferunt, ſedes Regum Helſingiæ, & Indalia, *Indal*. Inter Medelpadiam & Norvegiam occurrit Iemptia, *Iempteland*, pars aliàs Norvegiæ & Danici juris, nunc pars veræ Sueciæ & Sueciæ Regi ſubjecta, in quâ caſtrum Reſſunda, *Reſſundt*, & Lida, *Lidh*. Iemptiæ proxima eſt Angermannia ſeu Angrimania, *Angermanland*, ſic appellata à fluvio, qui ipſam biſecat, ubi Torfacera, *Torfaker*; Hernoſandia, *Hernoſand*, in exiguâ inſulâ proximè littus; Arneſia, *Arnes*; Nordmalinga, *Nordmaling*. Tandem ſupereſt ex Nortlandiâ Bothnia occidentalis, *Weſter Bottn*, item Bothnia ſimpliciter, *Bottn*, quæ ab Angermanniâ ad Kimi-Lappomarchiam ſe extendit, inter Lapponiam Suecicam ad occaſum, ſinumque Bothnicum ad ortum, exiguæ latitudinis, in quâ occurrunt Uma, *Uma*, prope oſtium fluvii cognominis; uti quoque ſunt Pitha, *Pitha*; Lula, *Lula*; Thornia, *Torne*, primaria, emporium in intimo receſſu ſinus Bothnici in Kimi-Lappomarchiæ limite.

Medelpadia: *Iemptia:* *Angermannia:* *Bothnia occidentalis.*

VII. *Lapponia, in quâ Præfecturæ V:* Tertia pars Sueciæ eſt Lapponia, ſeu Lappia Suecica, *Lapmarck*, quam terminant ab auſtro Angermannia & Bothnia occidentalis, partes veræ Sueciæ, parva portio ſinûs Bothnici, & Cajania, pars ſeptentrionalis Finlandiæ; ab ortu Lapponia Moſcovitica; à boreâ Lapponia Danica ſive Norvegica; ab occaſu præfectura Nidroſiana Norvegiæ. Dicitur aliàs Lappia meridionalis, ut diſtinguatur à Lappiâ Danicâ. Borealiſſima eſt inter partes regni Sueciæ, quam ideò ad Nortlandiam quidam referunt. Ejus incolæ minoris ſtaturæ ſunt, injurias aëris facilè tolerant, ſe veſtiunt pellibus animalium, iiſdemque tuguria ſua lignea contegunt. In quinque Marchias ſeu Præfecturas dividitur, & ſuo quælibet rigatur flumine, quæ in Bothnicum ſinum defluunt, ſuaſque Marchias denominant, nec non oppidula, quæ oſtiis ipſorum adjacent. Nomina autem harum Marchiarum ſic ſe habent & ſequuntur, quando ab Angermanniâ, Provinciâ Sueciæ, initium ducitur; Uma-Lappomarchia, Pitha-Lappomarchia, Lula-Lappomar-

pomarchia, Torne-Lappomarchia, & Kimi-Lappomarchia. In Uma-Lappomarchiâ, *Umalappmarck*, occurrunt Loisbigia, *Loisbi* & *Laisby*, ac Semiſierfia, *Semiſierfi*; in Pitha-Lappomarchiâ, *Pithalappmarck*, Lochtaria, *Lochtari*, & Arnyerfua, *Arnierfui*; in Lula-Lappomarchiâ, *Lulalappmarck*, Iocomucia, *Iokomuca* & Torpajauria, *Torpajaur*; in Torne-Lappomarchiâ, *Tornlapmarck*, Tingwardia, *Tingwara*, Segwara, *Segwaro*, & Kittilabigia, *Kittilaby*; denique in Kimi-Lappomarchiâ, *Kimilapmarck*, Sombigia, *Somby*, Sodenkilonia, *Sodenkile*, Kimibigia, *Kimi*, in borealiſſimâ parte ſinûs Bothnici, ad oſtium fluvii cognominis, nec non Kithyerfia, *Kithyerfui*.

Uma-Lapp. *Pitha-Lapp.* *Lula-Lapp.* *Torne-Lapp.* *Kimi-Lapp.*

VIII. *Finlandia, in quâ Provinciæ* VII:

Atque ita partem Sueciæ Occidentalem percurrimus, nunc Orientalis inſpicienda eſt, cujus partes ſunt Finlandia, Ingria, Livonia. Lapponiæ proxima eſt Finlandia, aliter Finnia, Finnonia, & antiquis Finingia, & Fenningia, vulgò nunc *Finland*, quam falsò Plinius inſulam eſſe credidit. Ipſam à boreâ limitat Kimi-Lappomarchia, provincia Lapponiæ Suecicæ; ab ortu Moſcovia; ab auſtro Ingria & ſinus Finnicus; ab occaſu Bothnicus. Triangularis figuræ eſt, & partium Orientalis Sueciæ longè ampliſſima. Variis lacubus fluviiſque, ſed minoris momenti, interſecatur, ferax frumenti, læta paſcuis. Finni à Suecis, uti moribus, ſic peculiari Dialecto, quæ multis caret conſonantibus, diſtinguuntur. Finlandiam nonnulli dividunt in Finlandiam propriam, & ſex provincias, quæ ipſi unitæ ſunt. Nos ſeptem ex ordine expendemus, quæ nominantur Cajania, Finlandia, Nylandia, Carelia, Tavaſtia, Savolaxia, & Kexholmia. Cajania, *Cajanie*, aliàs Bothnia orientalis, *Ooſter Bottn*, provincia eſt Finlandiæ maxima & borealiſſima ad ſinum Bothnicum, ubi arces Cajaneburgum, *Cajaneburg*, atque ad ſinum Bothnicum Ulaburgum, *Ulaborgh*; Ula, *Ula*, item *Oulo* & *Illa*, oppidum recentius, & munitum; Lochta, *Lochta*; Waſſa ſeu Muſtaſaria, *Waſſa* aut *Muſtaſar*. Cajaniam ab auſtro contingit Finlandia propria, Bothnico etiam ſinui & faucibus Finnici adjacens, interque Finlandiæ provincias nobiliſſima. Dividitur in Finlandiam ſeptentrionalem & meridionalem. Illius oppida clariora ſunt juxta mare Biorneburgum, *Biorneborgh*; Raumoa, *Raumo*; Neoſtadium, *Nykirky*; Maſcoa, *Masko*. In Finlandiâ

Cajania: *Finlandia:*

landiâ meridionali eſt Aboa, *Abo*, urbs Epiſcopalis, ad oſtium fl. *Aurajoki*, Finlandiæ præcipua, munita, atque Academiâ ſuâ nobilis, & Raſeburgum, *Raſeborg*, quod ad Nylandiam
Nylandia: Tabulæ quædam referunt. Inter Finlandiam propriam & Careliam ad ſinum Finnicum occurrit Nylandia, ſeu Neolandia, *Nyland*, quaſi nova terra, quòd iſtuc miſſæ coloniæ, provincia Finlandiæ minima, ubi Helſingfordia, *Helſingfors*;
Carelia: Burgus, *Burgo*; Elima, *Elima*. Ad auſtrum Nylandiæ eſt Carelia, *Carelen*, ſita quoque ad ſinum Finnicum, & ad intimum ipſius receſſum ſeſe explicans. Pars ejus orientalis paruit antea magno Duci Moſcoviæ. Oppida ejus ſunt Pitiſium, *Pitis*; Wekelaxia, *Wekelax*; Viburgum, *Wiborg*, caput Careliæ, Epiſcopale, celebre emporium cum commodo portu & arce, ſæpiùs tentatum Moſcovitis, ſed perperàm. A mari remotæ ſunt Tavaſtia & Savolaxia, provinciæ valdè
Tavaſtia: irriguæ. In Tavaſtiâ, *Tawaſthland*, quæ ad occaſum Careliæ eſt, præſtant arx Tavaſtia, *Tavaſthus*, in mediis exſtructa pa-
Savolaxia: ludibus; Hauboa, *Haubo*, & Padaſiokia, *Padaſioki*. In Savolaxiâ, *Savolax*, quæ Tavaſtiæ ad ortum proxima eſt, & plus vergit in boream, ſunt Koskinpæ, *Koskinpa*; Rumalia, *Ru-*
Kexholmia. *mal*; Rokolaxia, *Rokolax*, & Caſtrum novum, *Nyſlot*. Ultima Finlandiæ provincia eſt Kexholmia, *Kexholm*, inter Savolaxiam & Careliam ad occaſum, atque Moſcoviam ad ortum, rigaturque in tractu meridionali à Ladogâ, *Ladoga*, *Ladeſko Ozero* Moſcis, lacu ovalis ſpeciei, omnium Europæorum maximo, piſcoſiſſimo, qui medio flumine Nievâ in Finnicum ſinum effunditur. Ante Moſcis paruit, nunc Suecicum agnoſcit imperium, ejuſque oppida ſunt Lexa, *Lexa*; Kexholmia, *Kexholm*, Ruthenis Careliæ propugnaculum, *Carelogorod*, arx ad ripam Ladogæ, quam hæc ditat Sulmonibus; Taipola, *Taipol*, ad eundem lacum.

IX. *Ingria.* Quæ reſtant duæ Provinciæ ex orientali parte Sueciæ, Ingria & Livonia, jacent ad boreale littus ſinûs Finnici. Ingria, *Ingermanland*, in extremo quidem receſſu, inter ſex Provincias, in quas Suecia continens dividitur, longè minima eſt, quam à Careliâ ſeparat Nieva fluvius. Pars olim ſubfuit Moſcoviæ, ſed eam Guſtavus Adolphus Sueciæ adjecit. Ingens hìc inſtituitur venatio Alcium, *Elanden*, quæ vernali tempeſtate

ex

ex Moſcoviâ Careliam petunt, atque autumnali ex Careliâ in Moſcoviam revertuntur, bis Nievam in anno trajicientes. Ingriam dividit Brietius in Ingriam propriam, Ingermaniam & Soluskiam. In Ingriâ propriâ ipſi ponitur Notteburgum, *Notteborg*, Ruthenis *Oreſca*, id eſt Nux, ſitum in exiguâ inſulâ in faucibus rapidiſſimi fl. Nievæ, munimen egregium; in Ingermaniâ Capuria, *Caporia* ſeu *Coporio*, ad ſinum Finnicum & Iama, *Iamagorod*, munita; denique in Soluskiâ Ivanogorodia, ſeu Ivanogrodum, *Ivanogorod*, aliàs Narva Ruſſorum, quibus ante parebat, munitiſſima, in rupe ad fl. Narvam, contra Narvam Germanicam ſive Livonicam, quæ in oppoſitâ ripâ eſt. *Ingria propria.* *Ingermania.* *Soluskia.*

X. Trans Narvam ſe offert Livonia, *Lyfland*, ſexta & poſtrema provincia Sueciæ continentis, atque poſt Ingriam minima. A boreâ ipſam alluit ſinus Finnicus, & ab occaſu Livonicus. Regio frumenti dives eſt, atque nunc Sueciæ Coronæ hæreditaria. Diſpeſcitur vulgò in Eſtoniam, Lithlandiam & Curlandiam; ſed de hâc ſermo inſtituetur in Poloniâ. Duas priores putantur Hirri inhabitaſſe, quos tamen alii malunt in Nylandiâ Finniæ collocare. Eſtonia ſive Eſtlandia, *Eſtland*, pars eſt borealis Livoniæ, ejuſque urbes & oppida ſunt Narva, *Narva*, ad oſtium fluvii cognominis, emporium nobile, & munitum; Tolsburgum, *Tolsburg*, ad ſinum Finnicum, uti & Revalia, *Revel*, totius Eſtoniæ præcipua, celebre in his oris emporium cum caſtro in colle; Padiſium, *Padis*; Lehalium, *Lehal*; Pernavia, *Pernaw*; Witenſteinium, *Witenſtein*; Fellinum, *Fellin*, ad fluvium ejuſdem nominis; Taurus, *Tarweſt*; Torpatum, *Derpt*, ad fl. Becum, *Embek*, cum munitiſſimo caſtro in colle & Academiâ, medium inter lacum Verczerum, *Werczer Zee*, ad occaſum, & Peibam, *Peybus*, qui longè amplior eſt, ad ortum. Litlandia, item Liflandia, Littia, & Lettia, *Letten*, ac *Leitland*, pars auſtralis Livoniæ Suecicæ, media eſt inter Eſtoniam & Duinam flumen, quo à Curlandiâ ſeparatur. Ejus oppida ſunt Mariæburgum, *Marieburg*, caſtrum in lacu; Duneburgum, *Duneberg*, juxta fl. Duinam; inferiùs Kokenhuſium, *Kackenhuſen*; Valmaria, *Walmer*, ad fl. Trideram, *Treider*; Veneda, *Wenden*; Segenvoltia, *Sevold*; Riga, *Riga*, urbs Archiepiſcopalis ad Duinam, *Livonia, in qua* *Eſtonia.* *Lettia.*

ampla, valida, Litlandiæ non ſolùm, ſed & totius Livoniæ facilè princeps, emporium, ad quod mercatores terrâ marique confluunt, olim Equitum Teutonicorum ſedes & curia, atque à quâ ſinus Livonicus aliàs Rigenſis dicitur; Dunemunda, ſive Dunæ oſtium, *Dunamond*, arx aditu difficillima infra Rigam, ad quam Duina in ſinum Rigenſem labitur.

XI. *Inſulæ Sueticæ:*

Supereſt tandem pars Sueciæ ſeptima ſive ultima, quæ Inſulas ipſius complectitur. Eæ innumeræ ſunt, aſt tantùm non omnes perquàm exiguæ, quibus miſſis, celebriores ſolùm & majores enumerabimus. Ante ſinum Livonicum obtenduntur duæ grandiores inſulæ, Oeſilia & Daghoa, partes Livoniæ, ante Danici juris, nunc ſub Suecicâ poteſtate. Oeſiliæ ſeu Oſiliæ, *Oeſel*, quæ meridionalior ac major eſt, arces ſunt Arensburgum, *Arnsborg* & Sonneburgum, *Sonneberg*. Oeſiliæ ad boream proxima eſt Daghoa, *Dagho*, ac *Dageroort*, in quo caſtrum Dagerorta, *Dager Oort*. In mediis faucibus ſinûs Bothnici occurrit Alandia, *Aland*, cui quàm plurimæ inſulæ minores obverſantur. Pars eſt Uplandiæ, nihilque in ipsâ clarius Caſtelholmiâ, *Kaſtelholm*. In medio mari Baltico contra Oſtrogothiam conſpicitur inſula Gothia, vulgò Gothlandia, *Gutland*, & *Gothlant*, quæ Daniæ ante paruit, jam Sueciæ, pars Gothiæ orientalis. Oppida ejus ſunt Visbia, *Wiſby*; aliàs urbs ampla & emporium celebre, & Houburgum, *Houborg*. Propinquior continenti eſt Olandia ſive Oelandia, *Oeland*, quæ à Smalandiâ per fretum Calmarienſe, *der Calmar Sund*, diſtinguitur, multò longior, quàm lata, pars quoque Orientalis Gothiæ, in quâ duo ſunt nobiliora caſtra in occidentali littore, Borckholmia, *Borckholm*, atque Oſtenbua, *Ooſtenby*. Recenſitis Inſulis ob nominis celebritatem addenda eſt Huena, *Ween*, ſita in medio freto Danico inter Selandiam & Scaniam, nunc, quia pendet à Scaniâ, Suecici juris. Ambitus ejus duorum circiter milliarium eſt; latitudo ſeſqui milliare non excedit. Hìc ſumptibus Regiis ſtructa fuit arx Uraniburgica, prima & præcipua ſedes Aſtronomiæ Braheanæ, quam tempus rerum edax abſumpſit.

Oeſilia.

Daghoa.

Alandia.

Gothlandia.

Oelandia.

Huena.

XII. *Quæ Rex in Germaniâ poſſidet.*

Atque ita ſe habet hodierna Suecia. Quid verò extra Sueciam in Germaniâ rex Sueciæ poſſideat, ſuis locis notavimus. Ut tamen uno obtutu haberi poſſint, poſſidet ex circulo

culo inferioris Saxoniæ ducatum Bremenſem & Ferdenſem, ipſiuſque juris eſt in eodem Circulo Wiſmaria, urbs maritima ducatûs Megalopolitani. Ex circulo Saxoniæ ſuperioris tenet cùm inſulas, tùm continentem citerioris Pomeraniæ. Sequitur generalis Scandinaviæ Tabula, nec non ſpeciales trium ipſius partium, Daniæ, Norvegiæ, Sueciæ.

Tabula generalis Scandinaviæ.



Tabula Daniæ, *primæ partis Scandinaviæ.*

Tabula

Tabula Norvegiæ, *ſecundæ partis Scandinaviæ.*

II. NORVEGIÆ *partes ſunt*

- Inſulæ, in Oceano & circa Norvegiam,
  - *Groenlandia*, incertum, an Inſula.
  - *Spitzberga.*
  - *Iſlandia*, — Hola. Scalholtum. Beſteda, *etc.* M. Hecla.
  - *I. Farenſes*, — I. Stroma. I. Sundra.
  - *I. Hitlandicæ*, — I. Mainlandia. I. Zealia. I. Wuſta.
  - *Hitera.*
  - *Lofota.*
  - *Trommeſia.*
  - *Sama.*
  - *Suroa.*
  - *Maggeroa*, — Rubeæ Promontorium.
- Continens, in quâ V Præfecturæ,
  - *Wardhuſiana*, — Wardhuſium, *etc.* Rutubæ Promontorium.
  - *Nidroſiana*, — Malangera. Evenefia. Scordalia. Nidroſia. Leerſtrandia. Stronda. Opdalia. Sundalia. Romſdalia.
  - *Bergenſis*, — Bergæ, *Caput Norvegiæ.* Eyda. Soida. Ielſoa. Stavangria.
  - *Aggerhuſiana*, — Saltsberga. Aggerhuſia, *etc.* Aſloa. Tonsberga. Fridericopolis.
  - *Bahuſiana*, — Esberga. Diſtelberga. Odwalla. Bahuſium, *etc.* Congela. Maelſtrandia.

Tabula Sueciæ, *tertiæ & ultimæ partis Scandinaviæ.*

- Gothia, ubi Provinciæ VIII,
  - *Hallandia*, — Warburgum. Falcoburgum. Helmſtadium. Laholmia.
  - *Scania*, — Engelholmia. Helſingoburgum. Coronia. Lundia. Malmogia. Uſtadium.
  - *Blekingia*, — Ahuſium. Chriſtianoſtadium. Elcholmia. Rocembya. Chriſtianopolis.
  - *Smalandia*, — Calmaria. Wexia. Ionecopia. Ekeſia. Weſtervicia.
  - *Oſtrogothia*, — Stegeburgum. Sodercopia. Norcopia. Norsholmia. Lincopia. Wadſtena.
  - *Weſtrogothia*, — Hia. Falcopia. Scara. Mariæſtadium. Lidcopia. Gotheburgum.
  - *Dalia*, — Bretta. Daleburgum. Twera.
  - *Vermelandia*, — Caroloſtadium. Ruſcoga. Philippoſtadium.

III. SUECIÆ *partes ſunt* VII:

- Suecia, ubi Provinciæ XI,
  - *Dalecarlia*, { Idra. Lima. Ierna. Hedemora.
  - *Weſtmannia*, { Arofia. Kopinga. Arbogia.
  - *Nericia*, { Orebrogia. Kunda.
  - *Sudermannia*, { Nicopia. Treſa. Telga. Strengnefia. Torfilia.
  - *Uplandia*, { Enecopia. Upſalia. Siguania. Holmia, *Caput Suetiæ*. Oregrundia.
  - *Geſtricia*, { Gevalia. Folkera. Cuprimontium.
  - *Helſingia vera*, { Alna. Dilsboa. Hudingſvaldia.
  - *Medelpadia*, { Tuna. Indalia.
  - *Iemptia*, { Reſſunda. Lida.
  - *Angermannia*, { Torfacera. Hernoſandia. Arnefia. Nordmalinga.
  - *Bothnia*, { Uma. Pitha. Lula. Thornia.
- Lapponia, ubi Provinciæ V,
  - *Uma Lappo-Marchia*, { Loisbigia. Semifierfia.
  - *Pitha Lappo-Marchia*, { Lochtaria. Arnyerfia.
  - *Lula Lappo-Marchia*, { Iocomucia. Torpajauria.
  - *Torne Lappo-Marchia*, { Tingwardia. Segwara. Kittalibigia.
  - *Kimi Lappo-Marchia*, { Sombigia. Sodenkilonia. Kimibigia. Kithyerfia.
- Finlandia, ubi Provinciæ VII,
  - *Cajania*, { Cajaneburgum. Ulaburgum. Ula. Lochta. Waſſa.
  - *Finlandia*, { Bjorneburgum. Raumoa. Neoſtadium. Maſcoa. Aboa. Raſeburgum.
  - *Nylandia*, { Helſingfordia. Burgus. Elima.
  - *Carelia*, { Pitiſium. Wekelaxia. Viburgum.
  - *Tavaſtia*, { Tavaſtia. Hamboa. Padaſiokia.
  - *Savolaxia*, { Koskinpæ. Rumalia. Rokolaxia. Caſtrum novum.
  - *Kexholmia*, { Lexa. Kexholmia. Taipola.
- Ingria, ubi Prov. III,
  - *Ingria propria*, Noteburgum.
  - *Ingermania*, { Capuria. Iama.
  - *Soluskia*. Ivanogorodia.

Livonia,

Digitized by Google


EN TRIONAL.
GRANDE
TARTARIE
Niaren More
Nova Zembla
TINGOESI.
SAMOIEDÆ.
Ienesca R.
Petzora R.
Zergolta
Iassefcorgorod
OBDORA
GIVSTIVSKI.
Tooma
Iargotum
LOPPI.
HVGRITZCHI.
Pagmowgorod
Pustozaro
PETZORA
IVHORSKI.
Vergatouria
Laphanum
SIBERIA.
Tobolk
Beloozera
LVCO
Marinskoi
Morgan
Seiscovgorod
SERPO
NOVTZI.
MORIA.
CONDORA.
CALAMI.
Calami
Tumen
Congoskoia
PERMI.
Permow Wolki
Pollin
Pega Horda.
Wolki Perm
VIATKA
Viatka R.
Slawada
Puschurti
Lopin
Obi R.
Belator
CAZAN
ROYAV
Cazan
Kachenge nova
Volga R.
Illatur
Ribenaslaboda
Marmoreo
SCIBANSKI.
Conaga
Tobusch
Bulgar
Caramsol
BVLGAR ROY.
COSASKI.
MONTANI.
Samara
NAGAIA HORDA.
Volga R.
ROYAV
Poloov Car
KOLMACKI.
Ural R.
Pensen Per
TARTARIE DESERTE.
ASTRA CAN.
Tsier
Iachka
Azuracan
TVRCMEN
NAGAISKI.
Pchoga
MER CASPIENNE
d'Isle sculp.

Digitized by Google



CAPUT XXXV.

Imperium Moſcoviticum.

I. *Moſcovia limites nec non quantitas.*

POST Scandinaviam, ſive Arctoa Regna, iter in Moſcoviam, regionem Europæ orientaliſſimam & ampliſſimam, inſtituimus. Moſcovia, ſive Moſchovia, quæ Sarmatiæ Europææ inſignis pars eſt, aliàs dicitur Ruſſia magna, major, nigra & alba, Belgis *Moſcovie* & *Ruſſant*, Gallis *Moſcovie* & *Ruſſie Blanche*, petito hoc nomine non à nivibus, ut ajunt, ſed à Galeris albis, quibus utuntur Moſcovitæ. Alii malunt nomen Ruſſiæ Albæ ſervare parti Lithuaniæ, de quâ quando de Poloniâ. Limitant Moſcoviam ab occaſu Lapponia Norvegica, pars præfecturæ Norvegicæ, quæ Wardhuſiana appellatur, item Lapponia Suecica, Finlandia, Ingria, Livonia, partes Sueciæ, nec non Lithuania & Ucrania, provinciæ Polonicæ. Limes ipſius ab auſtro eſt Tartaria minor, pars fl. Tanais, lineaque, quæ hinc ad oſtium occidentale Volgæ fl., atque ab eo ad orientaliſſimum, aut paulò ulteriùs, extenditur; ab ortu Tartaria magna, ſive linea, quæ à mari Caſpio tranſit inter fl. Iaicium, & Volgam per fl. Obium ac Ieneſciam ad fl. Peiſidam, cum quo ad mare deſcendit, atque adeò Moſcovia ab ortu Europæ terminum, qui Obius eſt, ſupergreditur, & Tartariæ deſertæ partem occupat. A boreâ

boreâ mare Tartaricum, accolis *Niaren More*, fretum Naſſovicum, & mare Moſcoviticum, accolis *Petzorke More*, eandem terminant. Longiſſimè Moſcovia diffunditur inter ducatum Pleſcovienſem, qui Livoniam ab occaſu attingit, & Lucomoriam, orientaliſſimam provinciam Tartariæ Moſcoviticæ, quæ intercapedo gradibus viginti & octo major eſt. Maximam verò obtinet latitudinem inter occidentale Volgæ oſtium ac fretum Naſſovicum, quæ gradus viginti & unum ſuperat. Pars ejus auſtraliſſima diſtat ab Æquatore in boream gradibus circiter quadraginta novem, aliis minùs, at borealiſſima ſeptuaginta uno & ampliùs, proinde pars maxima quidem Moſcoviæ intra Zonam Temperatam ſeptentrionalem eſt, reliqua verò intra Frigidam.

II. *Moſcoviæ conſtitutio.* Clima habet incommodum, frigidiſſimum hyeme, uſque eo, ut ſaliva priùs congeletur, quàm terram contingit, artus frigore enecentur, maximâ anni parte nivibus tegatur; æſtate, etſi breviſſimâ, calor, hujuſque perpetui comites, culices importuniſſimi, ingentem creant moleſtiam. Scatet paludibus, deſertis, ſylvis, feris, pretioſis pellibus, cerâ, melle, quo cavæ arbores non rarò opplentur. Fert copiam frumenti, lini, cannabis, melonum nobilium, rhabarbari, ac plantæ admodùm brevi proveniunt, & ad maturitatem perducuntur. Ferunt & zoophyton producere, quod agnum exprimit, & cujus caro habetur in deliciis. Montibus ferè deſtituitur. Pars Moſcoviæ, quæ in boream & ortum vergit, incultior eſt, atque rarioribus incolis inhabitata. Natio, Moſchi vulgò ac Moſcovitæ, barda eſt, omnis literaturæ politioris & neſcia, & contemptrix, adeò ut in diffuſiſſimo hoc Imperio nulla offendatur, aut Academia, aut Gymnaſium, ſervili prorsùs ingenio, in quam abſolutiſſimum & hæreditarium dominatum tenet Princeps, dictus *Weliki Knez* ſeu *Czar*, magnus Dux aut Cæſar. Utrùm verò hæc vox à Cæſare derivanda ſit, ſunt, qui dubitant. Inſigniter in Bacchum propendent, religionem Græcam plurimi profitentur, quamvis Tartariam verſus non deſint Muhamedani & idololatræ, non manus cum hoſte conſerunt, niſi numero ſuperiores, urbes ſtrenuè tutantur. Monetam, quæ ovalis figuræ eſt, hinc efferre non licet, ſed merces tantùm. Epochen ducunt non à Chriſti

Christi natalibus, sed condito orbe. Quando Nobilis rusticum implevit fustibus, aut Dux nobilem, malè multatus gratias agit multanti, quòd servum placuerit corrigere. Mulier, quò impensiùs vapulat, eò creditur charior. Urbes ex ligno extructæ sunt. Tabacum non admittitur.

III. *Pars occidentalis Moscoviæ inter Volgam & mare Moscoviticum, in quâ*

Dispescunt varii Moscoviam in partes quatuor, Moscoviam occidentalem, omnium præcipuam, Lapponiam Moscoviticam, Moscoviam orientalem, & Tartariam Moscoviticam. Nos tres partes statuimus, quarum prima est inter superiorem partem Volgæ fluminis & mare Moscoviticum; secunda complectitur Tartariam Moscoviticam; tertia dictam partem Volgæ & Tartariam minorem interjacet. Prima non incommodè in partem occidentalem atque orientalem subdividitur. Illa in confinio Sueciæ Norvegiæque est, ac continet sex provincias, Plescoviam, Novogardiam magnam, Bielam Ozeram, Vologdam, Cargapoliam & Lapponiam Moscoviticam. Ducatus Plescovia, *Pleskow*, occidentalissima provincia Moscoviæ est, Livoniæ ab occasu confinis, potens olim & sui juris Respublica, cujus urbes sunt Opoca sive Opolscia, *Opolzko*, ad fl. Welikam, atque inferiùs Ostrovia, *Ostrow*, &, unde cognomentum Ducatui, Plescovia, seu Pskovia, incolis *Pskowa*, Germ. *Pleskow*, Tetrapolis, singulasque ex quatuor urbibus, quod in Moscoviâ rarissimum, murus ambit. Infra Plescoviam se offert Peiba lacus, cujus pars orientalior, plurium dives insularum, in hoc Ducatu est, altera in Livoniâ. Plescovienſem ducatum magnitudine multùm superat ducatus magnæ Novogardiæ, *Novogorod Weliki*, situs ad ortum Plescoviæ, Ingriæ, & Ladogæ lacus, in quo eminent Russa magna, seu Russa simpliciter, *Stara-Russa*, elegans, ad lacum Ilmenum, *Ilmen*, quam fluvius præterfluit, ex cujus aquis sal conficitur; Novogardia magna, *Novogorod Weliki*, ad oppositam ripam Lacûs, quà Wolkova fl. ex ipso egreditur, urbs quondam totius Moscoviæ potentissima, & sui juris, nunc Archiepiscopali dignitate illustris, atque amplissima, in quâ septuaginta Monasteria enumerantur; inferiùs sunt Ladoga, *Ladoga*, & Fanum S. Nicolai, *S. Nicolas*, ad vastum lacum Ladogam, cujus pars minor ad hunc Ducatum reducitur, reliqua ad Kexholmiam Finlandiæ. Explicitam

Plescovia.

Magna Novogardia.

Biela Ozera.

Novogardiam ab ortu attingit ducatus Biela Ozera, ſeu Bielozera, *Biela Ozera* & *Bielozero*, provincia è minimis, ubi Geblova, *Geblowa*, & Biela Ozera, *Bielozero*, id eſt Lacus albus, urbs valida in Lacu ejuſdem nominis, unde & urbi & Ducatui nomen, quò Dux Moſcoviæ, urgente bello, ſe ipſe cum Gazâ tutò poteſt recipere. *Vologda.* Huic Ducatui ad ortum proxima eſt provincia Vologda, *Wologda*, paludoſa & ſylveſtris, in quâ Vologda, *Wologda*, urbs in paludibus cum arce, præcipua; *Cargapolia.* Soska, *Sooska*; Strelitza, *Strelitz.* Ad boream Vologdæ eſt Cargapolia, *Cargapol*, provincia perquàm deſerta, in quâ nihil clarius Cargapoliâ, *Cargapol*, ad lacum, è quo fluvius Onega in mare Album deſcendit. Inter hoc Mare atque Lapponiam Norvegicam media eſt Lapponia, aliàs Laponia, Lappia, & Leporia Moſcovitica, quæ in tres Provincias diſcernitur, Leporiam Grandvicenſem, Maritimam, & Terſam. *Leporia Grandvicenſis.* In Leporiâ Grandvicenſi, *Bellamoreskoy Leporie*, quæ eſt ad intimum receſſum maris Albi, ſeu Grandvici ſinûs, incolis *Bella More*, unde & nomen Provinciæ, ſunt ad hunc Sinum Soma, *Soma*; Kilitta, *Kielitt*; atque in oppoſito littore Ombaya, *Ombay* & Kandalaxia, *Kandalax.* *Leporia maritima.* In Leporiâ maritimâ, *Mouremanskoy Leporie*, quæ maximè ſurgit in boream, eſt Kola, *Kola*, portus ad æſtuarium fluvii ejuſdem nominis, qui in Moſcoviticum mare ſe exonerat. *Leporia terſa.* In Leporiâ Terſâ, *Terskoy Leporie*, eſt Iockena, *Iockena*, ad oſtium fl. cognominis, qui in idem mare delabitur, & Warſiga, *Warſiga*, ad ſinum Album.

IV. *Pars orientalis Moſcoviæ inter Volgam & mare Moſcoviticum, ubi* Sequitur pars orientalis Moſcoviæ, quæ inter partem ſuperiorem Volgæ eſt, & mare Moſcoviticum, ejuſque provinciæ ſunt octo ſequentes, quibus una natio interponitur, nempe Duina, Uſtiuga, Novogardia inferior, populi Czeremiſſi Logovi, Viatka, Permia, Condora, Iugra & Petzora. Duinam, *Duina*, à Terſâ Leporiâ mare Album diſtinguit, habetque boreale littus Duinæ oppoſitam ſibi inſulam Morſonovitiam, *Inſula Morſonovitia.* *Morſonowitz*, in cujus borealiſſimo tractu eſt caput Candenoum, C. *Candenoes*, unde & inſula quibuſdam Candenoa dicitur. *Duina.* Ipſam Provinciam in duas, ſed inæquales partes fl. Duina diſtribuit, in quâ occurrunt Fanum S. Nicolai, *S. Nicolas*, ad mare Album & ſiniſtram Duinæ; Fanum S. Michaelis

chaelis Archangeli, ſive Archangelopolis, *S. Michel Archangel*, atque *Archangel*, aut *S. Michiel*, ſimpliciter, urbs recentior, ad dextram ripam Duinæ, portus capax & tutus, emporiumque celebratiſſimum; ſuperiùs Colmogara, *Colmogrod*. Duinæ ad auſtrum proxima eſt Uſtiuga, *Ouſtiouga*, quam Duina, Suchana & Iuga perfundunt. Ad Suchanæ ac Iugæ confluentes jacet Uſtiuga, *Ouſtioug*, quaſi Iugæ oſtium, caput Provinciæ. Uſtiugam ab auſtro terminat ducatus Novogardia inferior, *Niſi Novogorod*, per cujus meridionalem partem Volga delabitur, in quâ trans flumen eſt Balagna, *Balagna*, atque inferiùs Novogardia inferior, *Niſi Novogorod*, quà Occa & Volga confluunt, cum arce ſcopulo inædificatâ, nec non Vaſiligordia, *Waſiligorod*. Huic Novogardiæ ad ortum proximi ſunt populi Czeremiſſi Logovi, *Czeremiſſes Logowoy*, pars Czeremiſſorum Cis-Volgana, quæ à Volgâ in boream deflectit. Logovi, hoc eſt Foenoſi à ſtruibus fœnorum appellantur, paſcuis & pecoribus abundant, in ſylvis degunt aut ſub pellibus, peculiari utuntur idiomate, periti ſagittarii. Pergimus ad provinciam Viatkam, *Wiadsky*, quæ plùs in ortum ſita eſt, media inter regnum Caſanum & Permiam, ſterilior & paludoſa, per quam fl. Viatka & Kama defluunt. In eâ jacent Slaboda, *Sloboda* ac *Slawoda*; Orlovia, *Oorloff*, & Chilinova, *Chlinoff*. Viatkam à ſeptentrione attingit Permia, *Permski*, ubi Permia magna, *Perma Weliki*; Permiam Condora, ſive Condoria, *Condora*, ſcatens ſylvis, ubi Vergaturia, *Wergaturia*; Condoram Iugra, ſeu Iuhra, *Iuhorski*, quæ ad Moſcoviticum mare ſe extendit, ubi Iugra, *Iuhora*, atque in medio mari contra littus boreale inſula Colgoya, *Colgoyen*. Tandem ad ortum Iugræ eſt Petzora, *Petzora*, maritima quoque, ſed amplior, quam fl. Petzora interſecat, ubi Petzora oppidum verſus oſtium fluvii cognominis, & ſuperiùs Papinovogardia, *Papinowgorod*. Montes Ryphæi ſive Obii, nunc vulgò *Stolp* & Ruſſis *Weliki Kameny Poyas*, id eſt ingens cingulum ex lapidibus (ipſos orbem cingere arbitrantur) à faucibus ſinûs Albi per confinia Condoræ ac Iugræ, mediamque Petzoram ad Obium ſe diffundunt.

Uſtiuga.

Novogardia inferior.

Czeremiſſi Logovi.

Viatka.

Permia.

Condora.

Iugra.

I. Colgoya.

Petzora.

Montes Ryphæi.

V.

Visâ Moſcoviâ, quæ inter fl. Volgam & mare Moſcoviticum eſt, ordo ducit ad Tartariam Moſcoviticam, quæ ampliſ-

Pars Tartariæ Moſcouiticæ ad Obium, ubi

ampliſſima pars eſt Moſcoviæ ad ortum in magnæ Tartariæ confinio, conſiſtitque partìm circa fl. Obium, partìm circa inferiorem tractum Volgæ. Priorem antequam inſpicimus, præmittere oportet novam Zemlam, quæ ab ipsâ per fretum Waygatium dividitur. Nova Zemla Ruſſicum nomen eſt, & Terram novam ſignificat, vaſta regio in Oceano Glaciali, quam ſub finem ſuperioris ſeculi repetitis ſuis navigationibus & hyematione unâ plurimùm Belgæ nobilitârunt, tentantes, ſed infauſto ſucceſſu, per fretum Waygatium, mare Hyperboreum, atque Tartaricum, viam in Sinas & Iaponiam aperire. Complures inſulam eſſe autumant, verùm cùm ora ejus verſus orientem non niſi exiguo tractu luſtrata ſit, non deſunt, qui ſuſpicantur, illam Tartariæ magnæ ab ortu cohærere. Nihil hìc notum præter ſinus quoſdam & promontoria, nec non caſulam ſalutis, *het behouden Huys*, quam in tractu boreali novæ Zemlæ & verſus littus ortivum Belgæ ſibi fabricârunt, quando hìc hyemare cogebantur. Ex novâ Zemlâ per fretum Waygatium tranſimus in continentem Tartariam Moſcoviticam, quæ circa Obium eſt. Partem ejus ad Fretum Nautæ noſtrates vocârunt novam Hollandiam, uti quæ proximè ad occaſum eſt, Novam Walachriam, atque quæ ad oſtium Obii, novam Weſt-Friſiam. Varias hæc Tartaria provincias populoſque complectitur, quorum tamen cognitio ſat obſcura & confuſa eſt. Occurrunt Samojeda, cujus incolæ Samojedæ dicuntur, provincia, quam nonnulli à freto Waigatio ultra infimum tractum Obii extendunt, aliis circa Obium tantùm ipſam locantibus; Obdora, provincia inter Petzoram & Obium, quæ aliis plùs, aliis minùs in occaſum producitur, ubi populi Vogulici & Hugritſchi, nec non Pohemum, *Pohem*, arx, quæ aliis locatur in Siberiâ; Tingoeſia, provincia ad Ieneſeiam fl., verſus fl. Peiſidam ac mare Tartaricum, ubi Tingoeſi populi; Loppia, provincia auſtralior, in quâ præter montes ignivomos, Loppi populi, peritiſſimi ſagittarii, quorum oppida ponuntur Tooma, *Tooma*, & Beſovia, *Beſowia*; Lucomoria, provincia, quæ plùs vergit in meridiem, ubi Serponovia, *Serponow*, Comgoſcoia, *Comgoskoia*, & Gruſtina, *Gruſtina*. Ad ſiniſtram Obii jacent Siberia, ampla provincia, cui Regni titulum

Nova Zemla. *Samojeda.* *Obdora.* *Tingueſia.* *Loppia.* *Lucomoria.* *Siberia.*

titulum quidam attribuunt, obſita ſylvis & paludibus, ubi Calamia, *Calami*, Tobolium, *Tobolsk*, clariſſimum, Iaphanima, *Iaphanim*, Tumena ſeu Tinna, *Tumen*, Tara, *Tara*, Weliki-Permia, *Weliki Perm*, Lepinum, *Lepin* ſeu *Lopin*; populi Scibanski; Coſaski, & Nagaia Horda ſeu regio ad ſuperiorem tractum Iaicii fluminis, quam ad Bulgariæ regnum aliqui referunt, aut Aſtrachanum. *Scibanski. Coſaski. Nagaia Horda.*

VI. Pars altera Tartariæ Moſcoviticæ, quæ ad & circa inferiorem tractum fl. Volgæ occurrit, poſſidet tria regna, Cazanenſe, Bulgarienſe & Aſtrachanum. Borealiſſimum eſt Cazanenſe, quod olim ſuo Regi potentiſſimo ſubfuit, ubi Cazanum, *Cazan*, quaſi olla fervens, Regni Metropolis, & Kocſchaga, *Kockſchaga*, ad Volgam. Cazanenſe ab auſtro Bulgarienſe attingit, aliàs Regio ſeu Horda Zavolhanorum, in quâ Bulgaria, *Bulgar*, caput, & Samara, *Samara*. Regnum Aſtrachanum Bulgarienſe & mare Caſpium interjacet, atque ab infimâ Volgæ parte, variiſque ipſius brachiis perfunditur, ubi Saratofa, *Saratoff* & *Soratof*, prope confinia Bulgariæ; Zariſa, *Zariſa*, & Aſtrachanum, *Aſtrachan*, urbs ampla & dives ad Volgam, non longè ab oſtio, Regni clariſſima, & emporium celebre, ad quod Perſæ atque Armenii confluunt. *Pars Tartariæ Moſcoviticæ ad Volgam, ubi regna Cazanenſe. Bulgarienſe. Aſtrachanum.*

VII. Supereſt pars tertia & ultima Moſcoviæ, quæ inter Tartariam minorem & partem ſuperiorem fl. Volgæ ſita eſt, quam in partem orientalem ac occidentalem dividimus. Illa in confinio jacet Tartariæ Moſcoviticæ, quæ circa Volgam eſt, in quâ occurrunt populi Roſdori Donski, ubi olim Tanaitæ, & paulò ſuperiùs Eſſedones ac Arimaſpi habitârunt; Vachines, quos ad Tartariam Moſcoviticam alii referunt; Czeremiſſi Nagorni, *Czeremiſſes Nagornoi*, pars Czeremiſſorum Trans-Volgana, quæ à Czeremiſſis Cis-Volganis, de quibus ſuprà, in auſtrum deflectit, in ſylvis habitat, & ad montes extenditur, unde Nagorni, hoc eſt Montani, appellantur; Morduates ſeu Morduvæ, quorum regionem Morduam & Tartariam Morduam nuncupant, ubi Adima, *Adima*; Pola, *Pole*, provincia Tartariæ minori finitima, uti & Ograina, quæ in occaſum deflectit, in quibus habitârunt olim Alani & Roxolani. Sequuntur ad boream ducatus tres, Re- *Pars orientalis Moſcoviæ inter Volgam & Tartariam minorem, ubi Roſdori Donski. Vachines. Czeremiſſi Nagorni. Morduates. Pola. Ograina.*

Rezania. zania, Wolodimeria & Suſdalia. Rezania, *Rezan*, ad Occam fl., Principem nulli alteri obnoxium ante habuit, ubi oppida Tula, *Toul*; Doncagoroda, *Donkagorod*, & Rezania, *Rezan*, non procul ab Occâ & juxta alios ad Occam,
Wolodimiria. Ducatûs caput. In Wolodimeriâ ſeu Wolodimiriâ ſunt Wolodimeria, *Wolodimir*, clariſſima ſui Ducatûs in agro fertili ad fl. Cleſmam, Imperii Moſcovitici quondam Metropolis, in
Suſdalia. cujus locum Moſcovia ſucceſſit, & Muromum, *Murom.* In Suſdaliâ, *Suſdal*, quam Cleſma & Volga defluxu ſuo rigant ac dividunt, jacent Suſdalia, *Suſdal*, præcipua ad Cleſmam, & Caſtromoigoroda, *Caſtromoigorod*, item *Caſtromow*, & *Caſtrom.*

VIII.

Pars occidentalis Moſcoviæ inter Volgam & Tartariam minorem, ubi Iaroſlavia.

Pars occidentalis Moſcoviæ, quæ Tartariam Minorem & Volgam interjacet, complectitur decem ducatus; Iaroſlaviam, Roſtoviam, Moſcoviam, Tweriam, Reſchoviam, Bielkiam, Smolenſcum, Worotinum, Novogrodiam Severienſem, & Czernichoviam. In Iaroſlaviâ, *Iaroſlaw*, quam Volga dividit, ſunt Roma nova, *Roma nova*, & Iaroſlavia, *Iaroſlaw*, urbs ampla ad Volgam cum arce. Ad auſtrum Iaroſlaviæ
Roſtovia. proximæ ſunt Roſtovia & Moſcovia. Roſtoviæ, *Roſtow*, celebriora oppida habentur Uglitia, *Uglitz*; Roſtovia, aliis
Moſcovia. Roſcivia, *Roſtow*, caput Ducatûs, & Pereſlavia, *Pereſlaw*. In Moſcoviâ, *Moskow*, præſtant Troitza, *Troyts*; Columna, *Columna* & *Colomnas*, atque Moſcovia, aliàs Moſcua, & Moſcha, *Moskow*, urbs ad fl. Moſchuam, ſeu Moſcham, *Moska*, vaſtiſſima, in quatuor partes diſtributa, quarum quamlibet murus cingit, ubi ædificia humilia atque ex ligno, viæ non ſtratæ, horti ingentes, palatium ampliſſimum, hujus Ducatûs non ſolùm, ſed & totius Moſcoviæ, cui ſeu ipſa, ſeu flumen, quo perfunditur, nomen imponit, facilè princeps, Magni Ducis habitatio, emporium celebre. Ad occaſum
Tweria. hujus Ducatus quatuor proximi ſeſe offerunt. In Tweriâ, *Twer*, ſunt Terſacum, *Terſack*, & Tweria, *Twer*, caput.
Reſchovia. In Reſchoviâ, *Reſchow*, quæ in confinio Lithuaniæ eſt, ſicut & Ducatus reſidui, ſunt Reſchovia, *Reſchow*, urbs primaria,
Bielkia. ac Wolocza, *Woloczk*, ubi lepores candidi. In Bielkiâ, *Bielki* & *Bielski*, ducatu exiguo, eminet Bielkia & Biela, *Bielski*
Smolenſcum. & *Bielha*. In Smolenſcenſi ducatu, ſeu palatinatu, aliàs parte Lithua-

Lithuaniæ, quem ſuprema pars Boryſthenis interſecat, ſunt Drogabuſa, *Drogabuſa*; Smolenſcum, *Smolensko*, ad fl. Boryſthenem, *Nieper*, urbs ingens, munitiſſima, ſepta ſylvis, è quibus pretioſiſſimæ pelles proveniunt, & Demetriovitia, *Demetriowitz*. Sequuntur ducatus Worotinenſis, *Worotin*, ubi Worotinum ſeu Frotinum, *Worotin*, cum caſtro ad fl. Occam, præcipuum; ſuperiùs Arola, *Arool*, & Croma, *Croom*. Huic Ducatui ab occaſu adjacet ducatus ſeu palatinatus Novogrodiæ Severienſis, *Novogodreck Sewierski*, quæ Lithuaniæ partem aliàs conſtituit, ubi Branſcum, *Bransko*, atque Novogrodia Severiæ, *Novogrodeck Sewierky*, caput Ducatûs ad fl. Deznam. Denique in Czernichovienſi ducatu, *Czernikow*, qui proximè recenſito ab occaſu finitimus eſt, ſed longè minor, & pars extitit Lithuaniæ, nobiliſſima eſt ad fl. Deſnam Czernichovia, *Czernikow* & *Czernihow*, urbs parva, & munita in Ukraniæ confinio, parte Poloniæ. Vixerunt ad fontes Boryſthenis Neuri, atque hinc verſus auſtrum & Tartariam minorem Thuſſagetæ, Budini & Agathyrſi.

Worotinum.

Novogrodia Severienſis.

Czernichovia.

Tranſimus ad Moſcoviæ flumina, quorum nobiliora ſunt Duina, Petzora, Obius, Ieneſeia, Peiſida, Volga & Tanais. Duina, *Dwina*, fluvius eſt, qui ex duobus coaleſcit, ex Suchanâ, qui in provinciâ Vologdâ naſcitur, atque Iugâ, fluvio provinciæ Uſtiugæ, qui in ipsâ ad urbem ejuſdem nominis confluentes, initium Duinæ præbent, voce ſat commodâ, cum Ruſſis Duina binos ſignificet. Uſtiugâ defluens recipit à dextro latere fl. Witſogdam, *Witſogda*, infra quem provinciam Duinam ingreditur, atque in duas inæquales partes diſtribuit, inque ipsâ inter alios à dextrâ fl. Pinegam, *Pinega*, admittit. Dein in duo brachia juxta Archangelopolim, quam dextrum rigat, dividitur, varias parit Inſulas, quæ *Podeſemike* appellantur, & quarum maxima circuitum habet XIV milliarium Germanicorum, ad quam per duo oſtia in Album mare effunditur.

IX.

Moſcoviæ flumina.

Fl. Duina.

Suchana. Iuga.

Witſogda.

Pinega.

Fluvius Petzora, *Petzora*, qui inter mare Album & fretum Waygatium medius eſt, per Provinciam cognominem labitur, habet ab utrâque ripâ editos montes, quos Terræ cingulum Ruſſi nuncupant, tranſit juxta Petzoram oppidum, ubi in varios alveos diſtinctus, per ſex ingentia oſtia Moſcoviticum mare ingreditur.

X.

Fl. Petzora.

Ultra

XI. *Fl. Obius.* Ultra fretum Waygatium occurrunt ex ordine Obius, Ieneſeia, Peiſida, qui in Tartaricum mare exeunt. Obius, *Oby*, aliàs Carambucis, fluvius ampliſſimus, naſcitur in magnâ Tartariâ; ex lacu Kithayâ, *Kithay*, proveniens, curſum per Tartariam deſertam varioſque ipſius lacus inſtituit, hinc per Tartariam Moſcoviticam progreditur, & conſtituto inter Aſiam atque Europam ortivo limite, admiſſiſque in ſuo defluxu multis ab utrâque ripâ fluminibus, ad Samojedas & novam Weſtfriſiam mare ſubit Tartaricum.

XII. *Fl. Ieneſeia.* Obio longè amplior dicitur Ieneſeia, aliis Ieniſcea, & Ienizaia, *Ieneſey*, fluvius, qui ex Tartariâ magnâ etiam deſcendit inter excelſos montes ab ortu, ex quibus quidam ignem atque ſulphur ejiciunt, nec non planum fertile ab occaſu, quod quolibet Vere Nili inſtar longiſſimè inundat, ac poſtquam provinciam Tingoeſiam perfudit, in Tartaricum mare properat.

XIII. *Fl. Peiſida.* Maximè in ortum deflectit Peiſida, ſeu Peſida, *Peiſida*, amnis amplus, quem ultimis hiſce temporibus Samojedæ detexerunt. Ortum habere dicitur in magnâ Tartariâ, quam ubi in tractu boreali à Tartariâ Moſcoviticâ diſtinxit, in utriuſque confinio Tartarico mari ſe immiſcet.

XIV. *Fl. Volga.* Viſis Fluminibus, quæ Moſcoviæ partem borealem irrigant, progredimur ad Volgam & Tanaim, quibus ab auſtro perfunditur. Volga, *Wolga*, olim Rha, nobiliſſimus Moſcoviæ fluvius, provenit in Reſchoviâ provinciâ, vel quod alii malunt, in occidentali parte Tweriæ & in Reſchoviæ limite ex lacu Volgâ, hinc curſum inſtituit per Tweriam atque Roſtoviam. In Iaroſlaviâ fluxum vertit in ortum, quem per Suſdaliam, Novogardiam inferiorem (in eâ ad urbem cognominem à dextrâ Occam recipit) & Czeremiſſos populos prope urbem Cazanum continuat. Dein auſtrum verſus, ſed Mæandri in modum, delabitur, infra Cazanum à ſiniſtrâ Camam, *Cam*, admittit, pòſt Samaram, Soratofam & Zariſam præterfluit, circa quam incile, *Kamouz* appellatum, ajunt ductum eſſe ex Volgâ in Tanaim, ut lintres citra difficultatem ire & redire queant. Porrò Aſtrachanum contendit, pauloque inferiùs in varia brachia diffinditur, ac factis aliquot inſulis, per multa oſtia in Caſpium mare ſe exonerat.

Oka.

Cama.

Ulti-

Ultimum locum damus fluvio Tanai, *Don*, Italis *Tana*, olim hodieque inter Europam & Aſiam limiti, qui in Rezaniâ provinciâ ex lacu ſumit initium, atque hinc perOgrainam & Polam in orientem procedit, in quâ curſum mutat in meridiem; poſt in occaſum ſe convertit, atque ubi Tanai minore, *Doniec* & *Donecz*, Gall. *Petit Don*, à dextrâ auctus eſt, ad urbem Tanaim *Azoiv* ſive *Aſof*, & Italis *Tana*, in Mæotidem paludem labitur. Quæ de Moſcoviâ fuſiùs dicta ſunt, Tabula generalis & ſpeciales ſummatim exhibent. XV. *Fl. Tanais.* *Tanais minor.*



- I. Moſcovia inter fl. Volgam & mare Moſcoviticum, *in quâ*
  - Ad Occaſum,
    - *Pleſcovia*, — Opolſcia. Oſtrovia. Pleſcovia.
    - *Novogardia magna*, — Ruſſia magna. Novogardia magna. Ladoga. Fanum S. Nicolai.
    - *Biela Ozera*, — Geblova. Biela Ozera.
    - *Vologda*, — Vologda. Sotka. Strelitza.
    - *Cargapolia*, — Cargapolia.
    - *Leporia Grandvicenſis*, — Soma. Kilitta. Ombaya. Kandalaxia.
    - *Leporia Maritima*, — Kola.
    - *Leporia Terſa*, — Iockena. Warſiga.
  - Ad Ortum,
    - *Inſula Morſonovitia*, — Caput Candenoum.
    - *Duina*, — Fanum S. Nicolai. Archangelopolis. Colmogara.
    - *Uſtiuga*, — Uſtiuga.
    - *Novogardia inferior*, — Balagna. Novogardia inferior. Vaſiligordia.
    - *Czeremiſſi Logovi*, — *Populi.*
    - *Viatka*, — Slaboda. Orlovia. Chilinova.
    - *Permia*, — Permia magna.
    - *Condora*, — Vergaturia.
    - *Iugra*, — Iugra.
    - *Inſula Colgoya*, — *contra Iugram.*
    - *Petzora*, — Petzora. Papinovogardia.
- II. Tartaria Moſcovitica, *in quâ*
  - Ad & circa fluvium Obium,
    - *Nova Zemla*, — Caſula ſalutis.
    - *Samojeda*, — Samojedæ, *Populi.*
    - *Obdora*, — Vogulici, *Populi.* Hugritſchi, *Populi.* Pohemam.
    - *Tingoeſia*, — Tingoeſi, *Populi.*
    - *Loppia*, — Loppi, *Populi.* Tooma. Beſovia.
    - *Lucomoria*, — Serponovia. Comgoſcoia. Gruſtina.
    - *Siberia*, — Calamia. Tobolium. Iaphanima. Tumena. Tara. Weliki-Permia. Lepinum.
    - *Scibanski*, — *Populi.*
    - *Coſarki*, — *Populi.*
    - *Nagaia Horda.*

III. Moſco-

Digitized by Google

- Ad & circa flumen Volgam,
  - *Regnum Cazanenſe*, { Cazanum. Kockſchaga.
  - *Regnum Bulgarienſe*, { Bulgaria. Samara.
  - *Regnum Aſtrachanum*, { Saratofa. Zariſa. Aſtrachanum.

III. Moſcovia inter fl. Volgam, & Tartariam minorem, *in quâ*

- Ad Ortum,
  - *Roſdori Donski*, — *Populi.*
  - *Vachines*, — *Populi.*
  - *Czeremiſſi Nagorni*, — *Populi.*
  - *Mordua*, — Adima.
  - *Pola.*
  - *Ograina.*
  - *Rezania*, { Tula. Doncagoroda. Rezania.
  - *Wolodimiria*, { Wolodimiria. Muromum.
  - *Suſdalia*, { Suſdalia. Caſtromoigoroda.
- Ad Occaſum,
  - *Iaroſlavia*, { Roma nova. Iaroſlavia.
  - *Roſtovia*, { Uglitia. Roſtovia. Percſlavia.
  - *Moſcovia*, { Troitza. Columna. Moſcovia, *Caput Imperii Moſcovitici.*
  - *Tweria*, { Terſacum. Tweria.
  - *Reſchovia*, { Reſchovia. Wolocza.
  - *Bielkia*, — Bielkia.
  - *Smolenſcum*, { Drogabuſa. Smolenſcum. Demetriovitia.
  - *Worotinum*, { Worotinum. Arola. Croma.
  - *Novogrodia Severiæ*, { Branſcum. Novogrodia Severiæ.
  - *Czernichovia*, — Czernichovia.

Flumina Moſcoviæ *celebriora exeunt in*

- Mare Album, — *Duina*, vehens { Suchanam. Iugam. Witſegdam. Pinegam.
- M. Moſcoviticum, — *Petzora.*
- M. Tartaricum,
  - *Obius.*
  - *Ieneſeia.*
  - *Peiſida.*
- M. Caſpium, — *Volga*, vehens { Occam. Camam.
- Palud. Mæotidem, — *Tanais*, vehens — Tanaim minorem.

CAPUT XXXVI.

Polonia.

I. *Polonia nomen & varia magnitudo.*

EX Moſcoviâ ad Poloniæ regnum progredimur. Polonia, incolis *Polska*, Germanis & Belgis *Polen*, Gallis *Pologne*, nomen accepit à vocabulo *Pole*, quod planitiem ſeu campum notat, & rectè quidem; nam ſi tractum excipimus, qui Hungariam ſpectat, in quo montes & ſylvæ ſunt, tota fermè plana atque campeſtris eſt, ad venandum peridonea. Antiquum Poloniæ regnum à principio Poloniam tantùm minorem majoremque continuit, & tunc arctis admodùm conſtringebatur limitibus; dein inſigniter ampliatum eſt, & inter ampliſſima Europæ Regna numeratum, quando ipſi acceſſit Pruſſia, Podlachia, Maſovia, Ruſſia Rubra, Podolia, Volinia, Poleſia, Lithuania & Samogitia, quas omnes cum vetere Regno hodierna Corona complectitur, additâ etiam non rarò Curlandiâ, ſub clientelâ tantùm Poloniæ.

II. *Hodierna limites, item maxima longitudo & latitudo.*

Poloniam in hâc amplitudine limitant ab auſtro Tartaria Oczacovienſis, Tyras fluvius, nunc *Nieſter*, qui ipſam à Moldaviâ pro parte dividit, Moldavia ipſa & mons Carpathus, quo à Tranſylvaniâ Hungariâque diſtinguitur; ab occaſu Sileſia, Marchia Brandeburgenſis, Pomerania ulterior & mare Balticum; à boreâ idem mare, ſinus Livonicus, fl. Duina, qui eam à Livoniâ Suecicâ ſeparat, atque Moſcovia; ab ortu Moſcovia quoque cum Tartariâ minori. Quæ nunc Polonia cis Viſtulam eſt, olim pars fuit inſignis Sarmatiæ Europæ, uti quæ ultra Viſtulam jacet, veteris Germaniæ partem conſtituit. Maximè ſe explicat Polonia ab occaſu in ortum inter palatinatum Poſnanienſem, qui pars eſt Poloniæ majoris, quà Marchiam Brandeburgenſem contingit, nec non Voliniam inferiorem, quà Tartariæ minori confinis eſt, conficitque hæc intercapedo gradus circiter quatuordecim. Latiſſima eſt à ſeptentrione in meridiem inter Curlandiam, atque Pocutiam, provinciam Ruſſiæ rubræ, quà Carpatho monti adjacet, quod intervallum novem gradus excedit. Sita eſt intra gradum XLVIII & LVIII latitudinis borealis.

Cælum

igitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

igitized by Google

Cælum in Poloniâ plerumque frigidius eſt, ſolum feraciſſimum frumenti, uſque adeo ut Hollandiæ cella ſit & horreum, nec non hordei, leguminum, mellis, ceræ, lini, cannabis, neque negat pomaria, in quibus & caſtaneæ, ficus, amygdalæ, flores omnis generis & Italicæ hortenſes deliciæ. Abundat copiâ jumentorum, ferarum, avium, altilium, piſcium, neque caret foſſilibus, auro, argento, ære, ferro, plumbo, ſale, nitro, marmore. Incolæ, de nobilioribus loquimur, quorum ingens per Poloniam numerus eſt, aperti ſunt pectoris, magnanimi, liberales nimiùm, libertatis cupidi, proni in bella, tenaces morum, ad omnes diſciplinas capeſſendas idonei, quas nobiles plerique profitentur. Etiam inferioris ſortis homines non rarò ſciunt latinè. Velociſſimis equis & multo equitatu delectantur. Ruſtici à nobilitate habentur quaſi pro mancipiis. Regnum Poloniæ electivum eſt, regiaque poteſtas adeò limitatur, ut à Capite liberæ Reipublicæ vix diſcrepet. Religio variat, ſunt Romano-Catholicæ, Lutheranæ, Reformatæ, Iudaicæ, Græcæ. Slavonicè loquuntur, ſuæque linguæ multas voces Germanicas admiſcent. III. *Poloniæ conſtitutio.*

Dividitur Polonia variè. Aliquando in Poloniæ regnum ſtrictè ſumptum, & magnum ducatum Lithuaniæ; aliquando in XXXIII, aliis XXXIV Palatinatus ſeu Præfecturas, quæ Waiwodiæ, vulgò *Woiewodztwo*, Belgis, *Waywoodſchappen*, appellantur, & ſub quibus ſunt LXXXII, aut juxta alios LXXXVII Caſtellaniæ; aliquando ſeorsìm expenduntur Provinciæ, quod & nobis propoſitum. Hæ autem XI numerantur, ſi Polonia ſtrictè dicta pro unâ parte habeatur; aliàs ſi Polonia major & minor diſtinctè ſumantur, occurrunt XII, quod in Tabularum gratiam nobis factum eſt. Spectant verò pro diverſitate ſitûs aut ortum, aut ſeptentrionem, aut occaſum, aut medium Regnum occupant, aut meridiem proſpiciunt. IV. *Polonia diviſio.*

Ad ortum ſe offerunt Volinia, & Lithuania. Volinia, ſeu Volhynia, Pol. *Wolin*, Gallis *Volhinie*, media eſt inter Tartariam Oczacovienſem, Podoliam, Ruſſiam rubram, Poleſiam, Lithuaniam, Moſcoviam, & Tartariam minorem, quam varii in Voliniam ſuperiorem & inferiorem diſtribuunt. Volinia inferior, Gall. *baſſe Volhynie*, aliis ulterior, palatinatus V. *Volinia.*

tus Kioviensis, atque Ukrania, *Ukraine*, appellatur, quam tamen nonnulli etiam per Voliniam superiorem & Podoliam inferiorem extendunt. Ucrania dicta est, quasi regio limitanea; est enim in confinio imperii Turcici, Polonici, & Moscovitici. In Ucraniâ habitant Cosaci populi, qui ortum traxerunt ab hominum colluvie, quæ ante duo circiter secula ex provinciis Poloniæ versus Borysthenem confluxit, seu ex inopiâ, seu ex rapinæ & otii amore, seu conscientiâ suorum facinorum, consederitque in insulis, quæ magno numero in inferiore ipsius tractu jacent, atque grandioribus arundinibus prætextæ majoribus navigiis aditum impediunt. Inde occasione oblatâ egressi Cosaci, & proximas, & remotiores terras sæpiùs depopulati sunt, vitam ex spoliis, qualiter Banditæ solent in Italiâ, sustentantes. Hosce tumultuariè collectos superiore seculo in unum corpus redegit Stephanus Bathori, Rex Poloniæ, qui diu hoc regnum contra Tartarorum insultus strenuè tutati sunt, suisque excursibus in Pontum Euxinum & continentem Turcis graviter nocuêre. Post hujus Coronæ hostes facti aliquoties, electâque Moschorum primùm, dein Turcarum clientelâ, Poloniam miserè afflixerunt. Nomen Cosaci à Cosa derivatur, Latinè Caprâ, ob agilitatem & animum inaccessa adeundi, aut à voce Cosac, quæ militem vagum significat, & qui ex rapto vivit. Zaporohiani etiam appellati sunt à Zaporohi, insulis Borysthenis, ipsorum habitatione. Missis Cosacis ad Voliniam inferiorem revertimur. Hæc est Voliniæ pars orientalior & longè ampliſſima, quam inferior pars Borysthenis in duas partes distribuit. Fuerunt hìc prolixi tractus hominibus vacui, in quibus nunc pagi, oppida, & castella sunt. Pars subest magno Duci Moscoviæ. Ejus præcipua loca sunt Hudacum, *Hudack*, in quibusdam Tabulis *Kudack*, propugnaculum ad Borysthenem, quà Samaram admittit, à Polonis ad Cosacorum incursiones compescendas extructum; superiùs Circassium seu Circassia, *Czirkassy*; Techtimirovia, *Techtimirow*, aliis *Trethymirow*, arx ad Borysthenem, media inter Circassium & Kioviam, quam rex Bathori, de quo mox dictum, cum Territorio xx milliarium Germanicorum Cosacis indulsit in armamentarium & sedem militaris Magistratûs; Kiovia sive Chiovia, *Kiow*, urbs

Cosaci Populi.

Volinia inferior.

urbs Epiſcopalis ad Boryſthenem, olim totius Ruſſiæ metropolis ampliſſima, ut ex murorum ruinis videre eſt, nunc minor, hujus Voliniæ nobiliſſima, quæ ab eâ Palatinatus Kiovienſis appellatur. A Boryſthene in occaſum deflectunt Bialegrodia, *Bialegrodko*; Bialocerqua, & Bialacera, *Bialacerkiew*; Cotelina, *Kotelina*. Voliniæ inferiori ad occaſum adjacet Volinia ſuperior, Gallis *Haute Volhinie*, quæ ad Ruſſiam rubram ſe extendit. Dicitur quoque Volinia citerior, Volinia ſimpliciter (ſunt enim, qui non aliam Voliniam, quàm hanc agnoſcunt, & Voliniam, quæ aliis inferior eſt, palatinatûs Kiovienſis nomine tantùm exprimunt) & palatinatus Luceorienſis, Lucenſis, & Luſucenſis. Hujus oppida ſunt Zytomierzia, *Zytomierz*; Baranovia, *Baranowka*; Oſtrogium, *Oſtrog*, cum titulo Ducatûs, uti & Zaſlavia, *Zaſlaw*; Cremenecum, *Krzemieniec*, urbs exigua in colle ad fl. Icuam cum arce in ſaxo ſublimi, caput territorii Cremenecenſis; Lucceria & Luceoria, *Lucko* incolis, *Luſuc* Germanis, urbs Epiſcopalis ad fl. Steram, territorii cognominis, & hujus Voliniæ clariſſima, quæ ab eâ Palatinatus Luceorienſis etiam appellatur; Volodomiria, *Wlodzimierz*, in Ruſſiæ rubræ confinio, præcipua Volodomirienſis territorii; Czattoriſcum, *Czatoriſko*; Alexandria, *Alexandria*; Uſzomira, *Uſzomir*, & Ovrucza, *Owrucze*, quæ duo poſtrema loca Voliniæ inferiori aliæ Tabulæ attribuunt.

Volinia ſuperior.

Ex Volinià tranſimus in Lithuaniam, Polonis *Litwa*, Germanis *Littawen*, Gall. *Lithuanie*, partem alteram Poloniæ, quæ ad ortum jacet. Provincia eſt totius Regni vaſtiſſima, quam ab auſtro Volinia & Poleſia limitant; ab occaſu Polachia, Pruſſia Ducalis & Samogitia; à boreâ Curlandia, Livonia Suecica & Moſcovia; ab ortu ducatus Smolenſcenſis, Novogrodiæ Severienſis & Czernichovienſis, antea partes Lithuaniæ, nunc Moſcoviæ. Gerit titulum magni Ducatûs, ſuis olim principibus ſubfuit, paludoſa eſt, eratque antiquitùs ſylvis obſita, at nunc Regum ſtudio feliciter excolitur, mellis ferax, multaque ipſius oppida ligneis conſtant ædificiis. Diſpeſcitur Lithuania in palatinatus octo; Mſciſlavienſem, Vitebſcenſem, Polocenſem, Minſcenſem, Novogrodenſem, Trocenſem, Vilnenſem, & Bratiſlavienſem. Horum quatuor

VI. *Lithuania; in qua Palatinatus* VIII:

Digitized by Google

tuor priores ortum, reliqui occaſum proſpiciunt, omneſque ab urbe præcipuâ denominantur. Palatinatum Mſciſlavienſem dividit & rigat Boryſthenes, ejuſque meliora oppida ſunt Rzeczyca, *Rzeczyca*; Rohaczovia, *Rohaczow*, utraque ad Boryſthenem, quas cum Territoriis cognominibus ab hoc Palatinatu diſtinguunt alii, & ſeorsìm conſiderant; ſunt, qui ad Minſcenſem Palatinatum referunt. Mſciſlavia, *Mſciſlaw*, ad fl. Soſam, caput eſt Palatinatus; Mohilovia, *Mohilow*, munita in colle ad Boryſthenem, & ſuperiùs Orſſa, *Orſſa*. Duos proximos Palatinatus Vitebſcenſem & Polocenſem Duina, *Dzwina* interſecat. In Vitebſcenſi jacent Weliſſa, *Weliſs*, ad Duinam, & inferiùs Suraſſa, *Suraſs*; Vitebſcum & Vitebſcia, *Witepsk*, primaria; Ula, *Ula*. In palatinatu Polocenſi eſt Poloſa, *Poloczk*, ad Duinam, quà flumen ejuſdem nominis admittit, clariſſima; ſuperiùs Driſſa, *Driſſa*; Pliſſa, *Pliſſa*, in auſtrum vergit. Auſtralior quoque eſt palatinatu Polocenſi Minſcenſis, inter Lithuaniæ palatinatus medius, ubi Minſcum, *Minsk*, caput, in paludibus cum arce; Boriſſovia, *Boriſſow*, ad fl. Berezinam, atque inferiùs Brodzieca, *Brodziec* & Suiſlocza, *Swiſlocz*. Sequuntur quatuor poſteriores palatinatus Lithuaniæ, qui magis in occaſum ſiti ſunt. In palatinatu Novogrodenſi, qui Minſcenſi à meridie cohæret, occurrunt Slucum, *Slucz*, ad Slucam amnem, cultum cum titulo Ducatûs; Neſviſium, *Neſwies*; Novogroda, *Nowogrodeck*, ampla, nobiliſſima, quæ ſecundogenitis Ducis olim aſſignabatur, ubi & Minſci, de quo mox dictum, alternis vicibus Parlamentum hujus magni Ducatûs haberi ſolet; Slonima, *Slonim* & Volkoviſcum, *Wolkowiska*. Tres reliqui Palatinatus Samogitiæ ex ordine adjacent. In palatinatu Trocenſi, quem fl. Chronus, *Niemen*, bipartitur, ad Chronum ſunt Bielica, *Bielica*; Grodna, *Grodno*, partìm in colle, partìm in planitie, cum eleganti ponte ligneo ad flumen & arce ſcopulo impoſitâ; Merecza, *Merecz* & Couna, *Kowno*, in limite Samogitiæ, ubi Chronus Vilià ditatur; Troca, *Troki*, ſita inter invias paludes cum validâ arce, ſedes quondam Ducum Lithuaniæ, nunc caput Palatinatûs; Lida, *Lida*, cum arce in ſcopulo. In palatinatu Vilnenſi ſunt Oſmiana, *Oſſmiana*; Vilna, *Wilna*, urbs ampliſſima ad Vilnæ & Viliæ confluentes, Epiſcopalis, hujus Palatinatûs, quin totius Lithuaniæ

Palatinatus Mſciſlavienſis.

Vitebſcenſis.

Polocenſis.

Minſcenſis.

Novogrodenſ.

Trocenſis.

Vilnenſis.

thuaniæ prima cum caſtro, palatio Regis & Academiâ; Vilcomiria, *Wilkomirz*. Tandem in palatinatu Bratiſlavienſi, ſeu Braſlavienſi præſtant Narocza, *Narocz*; Miadziala, *Miadzal*; & Bratiſlavia, ſeu Braſlavia, *Braſlaw*, caput Palatinatûs in Curlandiæ limite cum arce in ſcopulo. *Palat. Bratiſlavienſis.*

VII. *Curlandia, in quâ*

Visâ parte Poloniæ, quæ ad ortum eſt, ad borealem progredimur, quæ duas quoque provincias habet, ſed longè minores præcedentibus, Curlandiam & Samogitiam. Ducatum Curlandiæ, incolis *Kureland*, Belgis *Coerlant*, Gall. *Curlande*, terminant Duina fl., ſinus Livonicus ſeu Rigenſis, mare Balticum & Samogitia. Pars tertia eſt Livoniæ (de primâ & ſecundâ parte in Sueciâ diximus) plùs in occaſum excurrens, quæ olim Equitibus Teutonicis ſubfuit, nunc feudum eſt regni Poloniæ, eamque feudi jure tenet Dux Curlandiæ & Semigalliæ, ſic dictus à binis partibus, in quas Curlandia dividitur. Semigallia, *Semigallen*, tractus Curlandiæ orientalis eſt, ubi Egyptus, *Egypten*; Bauska, *Bauske*; Mitavia, *Mittaw*, urbs in loco irriguo ad fl. Muſzam ſeu Maſzam, cum arce munitâ & ſplendidâ, ſedes Ducis Curlandiæ & Semigalliæ, hujus, quin juxta alios totius Curlandiæ primaria; Doblinum, *Dobelen*. In Curlandiâ ſtrictiùs ſumptâ, quæ inter Maſzam & mare Balticum eſt, ſunt Neoburgum, *Newburg*; Sebelia, *Sebel*; Goldinga, *Goldingen*, quibuſdam caput Curlandiæ ad Wetam fl.; Windavia, ſive Winda, Polonis *Kieſs*, Germ. *Windaw*, portus ad oſtium dicti fluminis; Liba, *Liba*. *Semigallia.* *Curlandia.*

VIII. *Samogitia.*

Curlandiam ab auſtro contingit Samogitia, incolis *Samodzka-Zemla*, Germanis *Samaiten*, Curlandiâ amplior, inter Pruſſiam Ducalem & Lithuaniam media, figuræ triangularis. Scatet ſylvis, paſcuis læta eſt, equis gaudet minutis, ſed generoſiſſimis, melle abundat candido, & ſaporis exquiſitiſſimi. Auſtrinam ejus partem pervadit Chronus. Oppida ejus ſunt Schwnda, *Schwenden*; Ianiskia, *Ianiski*; Birza, *Birze*, cum titulo Ducatûs; Poniviſa, *Poniewieſs*; Kidania, *Kieydany*; Roſſa, Roſiema, & Roſienia, *Roſiem* ſeu *Roſienie*, ad fl. Dubiſſam parva, caput juxta quoſdam Samogitiæ; Midnicia, *Midnik*, aliàs Vormatia, ſedes Epiſcopi Samogitienſis, quæ alias primo loco ponitur.

IX. *Pruſſia.* Poſt partem ſeptentrionalem Poloniæ proxima eſt occidentalis, in qua jacent nobiliſſimæ partes regni Poloniæ, Pruſſia & Polonia ſtrictè dicta, ſive Polonia major & minor. Pruſſiæ, quæ & Boruſſia aliquando latinè ſcribentibus nominatur, incolis *Prouſs*, Germ. *Preuſſen*, Gall. *Pruſſe*, terminatur à boreâ mari Baltico; ab occaſu Pomeraniâ ulteriori; ab auſtro Poloniâ majori & Maſoviâ; ab ortu Polachiâ, Lithuaniâ & Samogitiâ. Regio hæc abundat omnigeno pecore, feris, ſylvis fructuoſiſſimis, ſtagnis, lacubus, fluminibus, quorum longè clariſſimum eſt Viſtula, cujus inferiori parte perfunditur, piſcibus, & quod peculiare Pruſſiæ donum exiſtit, ſuccino. Merces ex Poloniâ, Ruſſiâ, & Lithuaniâ in ipſam confluunt, uti quæ foris in Poloniam importantur. Pruſſia Ducibus ſuis olim paruit, dein Equitibus Teutonicis, poſtmodùm pars Pruſſiæ occidentalis venit in poteſtatem Regis Poloniæ, alterâ Magiſtro Teutonico aliquandiu obediente, quæ tandem & ejuſdem imperio ſe ſubmiſit, & feudum ipſius facta eſt cum titulo Pruſſiæ Ducalis, at nunc ſupremi dominii jure poſſidetur.

X. *Pruſſia Ducalis.* Hinc ortum traxit Pruſſiæ diviſio in Ducalem & Regiam. Illa, Gall. *Pruſſe Ducale*, ortum proſpicit & diffuſior eſt, ſub Electore Brandenburgico. Clariora hujus Pruſſiæ oppida & urbes ſunt Memelia, *Memel*, clavis ejus ad boream, ſita intra paludes ad exitum lacûs dulcis, qui lacus ſeu ſinus Curonenſis, item Curlandicus, *Curiſch Haff*, appellatur, ac hinc in auſtrum ad XLV paſſuum millia ſeſe explicat, cum caſtello munitiſſimo, atque inſigni portu; Tilſa, *Tilſe*, ad fl. Chronum; Labia, *Labiaw*, ad meridionalem ripam dicti Lacûs; Regiomons, ſeu Mons Regius, *Konigsberg*, urbs triplex, aulâ Ducali atque Academia illuſtris, Pruſſiæ Ducalis primaria, emporiumque celeberrimum ad oſtium fl. Pregelæ, *Pregel*, qui paulò poſt in Habum delabitur, vulgò *Friſch Haff*, ſinum frigidum, ſeu lacum aquæ dulcis, qui inter Regiomontem ad ortum & Viſtulæ fl. oſtia ad occaſum longiſſimè diffunditur, cum multò minori latitudine; Brandeburgum, *Brandeburg*, ad eundem Lacum, & ad oppoſitam ripam Fiſchuſa, *Fiſchauſen*, ac Pillavia, *Pillaw*, portus feliciter munitus ad ejus oſtium; Heiligpeila, *Heiligpeil*, ex adverſo prope lacum;

Lands-

Landsberga, *Landsperg*; Raſtenburgum, *Raſtenburg*; Ortelesburgum, *Ortelsburg*; Freiſtadium, *Freiſtat*; Hollandia, *Holland*; Mulhuſium, *Mulhauſen*.

Pars altera Pruſſiæ, quæ Regia nuncupatur, Gall. *Pruſſe Royale*, Pruſſiam Ducalem & ulteriorem Pomeraniam interjacet, & partìm citra Viſtulam eſt, partìm ultra. Citra Flumen ſunt oppida Wartenberga, *Wartenberg*; Heilsberga, *Heilſberg*; Brunsberga, *Braunsberg*; Fraunberga, *Frawenberg*, ad Habum; Elbinga, *Elbing*, ad fl. ejuſdem nominis, qui hìc ex lacu *Drauſen* egreditur, ornata Gymnaſio; Mariæburgum, *Margenburg* & *Marienburg*, cum arce munitiſſimâ ad Nagotum, alveum Viſtulæ; Strasburgum, *Strasburg*; Golubia, *Golup*, atque ad Viſtulam Torunium, *Thorn*, feliciter munitum cum Gymnaſio, & ponte ad flumen, celebre cunis Copernici; Culma & Culmina, *Culm*, urbs antiqua; Crudentum, *Graudentz*. Pars Pruſſiæ Regalis ultra Viſtulam Pomerania Polonica, ſeu Pomerellia, Germ. *Klein Pomern*, nuncupatur. Hìc ſe offerunt Stargardia, *Stargard*; Dirſchovia, *Dirſchow*; Gedanum ſeu Dantiſcum, incolis *Gdansk*, Pol. *Danske*, Germ. & Gall. corruptè *Dantzig*, urbs ampla, munita, dives, ad Viſtulam, non procul ab oſtio, quà Rhodanus, *Rodaun*, & Motlava, *Motlaw*, in ipſam influunt, Pruſſiæ regalis caput, cum illuſtri Gymnaſio, totius Regni & exterorum granarium, emporium maris Baltici, quo non aliud datur nobilius; Munda, *Munde*, arx contra Gedanum ad oſtium Viſtulæ munitiſſima, clauſtrum fluminis; Hella, *Heile*, & *Hella* ac Putiſcum, *Pautzke*, oppida munita ad ſinum Putiſcanum, vulgò *Pautzkerwick*, qui pars occidentalis Gedanenſis ſinûs eſt inter Hellam & Viſtulæ oſtium; Buta, *Bouta*; Conitium, *Conicz*. Vixerunt olim in Pruſſiâ, & auſtrum verſus, item in Samogitiâ, Curlandiâ & Livoniâ Suecicâ Venedi, ſeu Venedæ; unde & pars ſinûs Codani, quæ Pruſſiam alluit, ſinus Venedicus dictus eſt. Degerunt etiam in Pomeraniâ, quin in Vinidorum Marchiam migraverunt.

XI. *Pruſſia Regia.*

Pomerellia.

Luſtratâ Pruſſiâ ad Poloniam ſtrictè dictam contendimus, quæ alteram partem Poloniæ, quæ ad occaſum eſt, conſtituit. Ipſam limitat à boreâ Pomerania ulterior & Pruſſia; ab ortu Maſovia, Polachia, Poleſia & Ruſſia Rubra; ab auſtro

XII. *Polonia ſtrictè dicta.*

ſtro Hungaria; ab occaſu Sileſia & Marchia Brandeburgenſis.

XIII. *Polonia major, in quâ x Palatinatus:* Diſpeſcitur in Poloniam majorem & minorem. Polonia major pars eſt Poloniæ ſtrictè ſumptæ ſeptentrionalior ac plùs extenſa in occaſum, ſic nominata, quod ipſam ſibi ſedem elegerit Lechus, primus Rex Polonorum. Aliàs & inferior, Gallis *Baſſe Pologne*, appellatur. Regio plana eſt, exceptâ parte Cujaviæ, quæ molliter in colles ſurgit, multiſque rigatur fluminibus, quorum clariſſima ſunt Warta & Viſtula, ex quibus hoc exiguum tractum hujus Poloniæ, illud ampliorem longè pervadit. Multos continet Palatinatus, neque in numero omnes conſentiunt. Nos decem enumeramus, qui à præcipuis urbibus denominantur, & ſunt, quando à palatinatu maximè occiduo incipimus, Poſnanienſis, Caliſſienſis, Inulocenſis, Breſtienſis, Uladiſlavienſis, Dobrinenſis, Plocenſis, Ravenſis, Lencicienſis, & Siradienſis. Alii palatinatum Inulocenſem diſtinctum Palatinatum non faciunt; ſunt, qui Uladiſlavienſem ſub Breſtienſi comprehendunt; nonnulli palatinatum Inulocenſem, & Breſtienſem, qui Cujavia vocantur, à Polonia majori ſeparant; tandem palatinatum Dobrinenſem & Plocenſem ad Mazoviam aliqui referunt, atque hinc multiplex ille diſſenſus in numero palatinatuum enaſcitur. *Poſnanienſis.* Palatinatus Poſnanienſis primum inter Palatinatus locum obtinet, inter maximos eſt, atque à Wartâ & Neteſio, *Netec*, fl. dividitur. Oppida ejus ſunt Rogoſnia, *Rogoſno*; Meſeritium, *Meſeritz*; Primentium; *Priment*; Crimna, *Crimn*, ad Wartam, & paulò inferiùs ad idem fl. Poſnania, incolis *Poſnan*, Germ. *Poſen*, urbs in planitie inter colles, elegans & inſigne emporium cum Gymnaſio & arce, ſui Palatinatûs, quin majoris Poloniæ præcipua, quam ſæpè Warta ſuis affligit inundationibus. *Caliſſienſis.* Palatinatui Poſnanienſi ab ortu Caliſſienſis jungitur, amplus, ac quem quoque Warta & Neteſius tranſeunt. Hìc præſtant Caliſſia ſeu Caliſia, *Kalisb*, ad fl. Proſnam in paludibus, ubi ſplendidum Jeſuitis Collegium; Kaminum, *Kamin*, ad Wartam, uti & Laudicum, *Laudick*; Gneſna, incolis *Gneſna*, Germ. *Gniſen*, urbs Archiepiſcopalis in paludibus, Polonicarum antiquiſſima, olim Regia ſedes, & primaria regni Polonici, quam Lechus creditur condidiſſe, nunc Poloniæ majoris metropolis, cujus Archiepiſcopus, interregno durante, quia

Digitized by Google

quia inter Regni proceres ordine primûs eſt, munia Regis exequitur; Naclia, *Nakel.* Sex proximi Palatinatus, qui prioribus longè minores ſunt, jacent ad Viſtulam. In palatinatu Inulocenſi, qui inter hoſce borealiſſimus eſt, atque aliàs Iuniuladiſlavienſis, & Inoullodiſlavienſis dicitur, eſt Bydgoſta, *Bidgoſt* & *Bedgoski*, ac Inuloca, ſeu Iuniuladiſlavia, Germ. *Inowlocz*, ad fl. Neteſium, caput hujus Palatinatûs. In palatinatu Breſtienſi jacent Cruſvicia, *Kruſwick*, ſedes regia amborum Popielorum, munita ad Neteſium, & oram ſeptentrionalem lacûs Gopli ſeu Goplæ, *Guplo*, ex quo mures prodiêre, qui Populum II. devoraſſe ferunt; Breſtia, *Brzeſtye*, firmata aggeribus & inter paludes; Covalia, *Cowale*, juxta Viſtulam. In palatinatu Uladiſlavienſi clariſſima eſt Uladiſlavia, *Wladiſlaw*, ad Viſtulam in ſolo paluſtri, ſedes Cujavienſis Epiſcopi. Hic verò palatinatus, nec non Breſtienſis & Inulocenſis Cujavia, *Cujavie*, appellantur, cujus caput eſt Uladiſlavia. In palatinatu Dobrinenſi ſunt Dobrina, *Dobrzin*, ad Viſtulam, ſcopulo inædificata, præcipua; Libna, *Libna*; Rippina, *Rippina*. In palatinatu Plocenſi eſt Plonskum, *Plonsko*; Raſuntium, *Raſuntz*, & Plocum, *Ploczko*, Epiſcopale cum arce ad Viſtulam. In palatinatu Ravenſi ſunt Sochaciovia, *Sochaczow*; Goſtina, *Goſtynin*; Lovicium, *Lowicz*, ſedes Archiepiſcopi Gneſnenſis, inſigniter munitum; Rava, *Rava*, tota lignea cum arce, quæ honoratiores captivos detinuit, & collegio Ieſuitarum, caput Palatinatûs. Qui reſtant duo Palatinatus ad fl. Wartam ſunt. In Lencicienſi ſe offerunt Brezina, *Breſini*; Inovloda, *Inowlocz*, in Poloniæ minoris limite; Lencicium, *Lencici*, in paludibus cum munimento in rupe, primarium; Uninovia, *Unienow*, ad Wartam. In palatinatu Siradienſi ſunt Warta, *Warta*, ad fl. cognominem, & ſuperiùs Siradia, *Sirad*, in planitie, præcipua, olim Ducatus, qui ſecundogenitis Regis Poloniæ aſſignabatur; Oſtroſſovium, *Oſtroſſow*; Vieluna, *Wielun*, lauta, cum aliquot monaſteriis; Petricovia, *Pietrkow*, in ſolo paluſtri, regio tribunali celebris; Radomſcum, *Radomſco*; Roſpira, *Roſpirz*.

Inulocenſis.

Breſtienſis.

Uladiſlavienſ.

Dobrinenſis.

Plocenſis.

Ravenſis.

Lencicienſis.

Siradienſis.

Hactenùs de majore Poloniâ. Polonia minor, aliàs parva & ſuperior, Gall. *Haute Pologne*, plùs in meridiem & ortum extenditur, & tres amplos habet palatinatus, Cracovienſem, XIV. *Polonia minor, in quâ*

Sandomirienſem ac Lublinenſem, omnes ad fl. Viſtulam, qui duos priores biſecat, interque Sandomirienſis & Lublinenſis confinia delabitur. Nomen etiam ferunt à primariis urbibus.

Palatin. Cracovienſis. Ad fontes Viſtulæ proximè accedit palatinatus Cracovienſis, qui omnis generis metalla foſſiliaque poſſidet. In ipſo jacent Czenſtochova, *Czenſtochow*, ad Wartam, ubi Cœnobium Eremitarum Claro monti impoſitum, munitumque feliciter, locus peregrinationibus religioſis celebris; Lelovia, *Lelow*; Severia, *Siveria*, Slaucovia, *Slankow*, Ilcuſſia, *Ilkuſch*, Novagora, *Novogwira*, apud quæ oppida plumbi & argenti fodinæ ſunt; Oſvecimum, *Ozwiecin*, cum titulo Ducatûs, quo & gaudet Satoria, *Zator*, oppida ad Viſtulam, uti & Cracovia, *Cracow*, civitas ſui Palatinatûs, quin Regni totius facilè princeps, tripolis, quamvis plures ejus partes alii numerent, magnifica, illuſtris ſede Regiâ, Epiſcopali, ſupremo Tribunali Regio, Regni inſignibus, quæ hic cuſtodiuntur, Regis coronatione & Academiâ; Velicia, *Wielicz*, & Bochna, *Bochna*, celebres ob ſal metallicum duritiei lapideæ, quarum fundamenta cuniculorum inſtar perfoſſa ſunt; Sandecia, *Sandeck*, ubi æris & auri metalla; Luboulia, *Lubowla*, arx, quam Hungari Polonis olim oppignorârunt, nunc pars hujus Palatinatûs;

Palat. Sandomirienſis. Becia, *Byecz*, dives vitrioli; Vounicia, *Wounicz*. Cracovienſem palatinatum ab ortu contingit Sandomirienſis, dives nobiliſſimorum metallorum. Oppida ejus ſunt Pilſna, *Pilſno*, atque ad Viſtulam Corcina, *Corezin*, Polanecia, *Polaniez*, Sandomiria, *Sandomirz*, urbs in ſcopulo cum arce regiâ, caput Palatinatûs, Zavichoſtia, *Zawichoſt*. Sequuntur Opatovia, *Opatow*; Viſlicia, *Viſliczca*; Piczovia, *Piczow*; Malogoſtia, *Malogocz*; Zarnavia, *Zarnaw*; Sydlovecia, *Schydlowietz*, abundans ferri & chalybis; Radomia, *Radom*; Cunovia, *Kunow*, apud

Palatin. Lublinenſis. quam marmor effoditur. Minimus palatinatus Poloniæ minoris eſt Lublinenſis, integer ferè ſitus trans Viſtulam. Præſtant inter oppida Cazimiria, *Kazimiers*; Piotrovinum, *Piotrowin*, utrumque ad Viſtulam; Urzendovia, *Urzendow*; Lublinum, *Lublin*, urbs elegans, nundinis ſuis celebris, Palatinatûs ſui clariſſima; Opolia, *Opol*; Lucovia, *Lukow*; Scodlecia, *Scodleck*.

XV. *Maſovia.* Nunc ordo ducit ad Maſoviam, Polachiam, atque Poleſiam,

ſiam, quæ inter provincias Regni Poloniæ medium locum obtinent, ſitæ ad flumen Bugem, *Bug*. Maſoviam, quæ ad occaſum jacet, varii variè extendunt. Pluribus veniunt ſub Maſoviæ nomine palatinatus Dobrinenſis, Plocenſis, Mazovia propria, atque Polachia; aliis tantùm Mazovia propria, qui palatinatum Dobrinenſem & Plocenſem Poloniæ majori accenſent, Polachiamque diſtinctam faciunt provinciam, quibus & nos accedimus. Maſoviam, incolis *Mazowsze*, Germ. *Maſaw*, Gall. *Maſovie*, quæ ſuis Ducibus ante ſubfuit, ambiunt Polonia minor, major, Pruſſia ducalis atque Polachia. Dicitur aliquando Palatinatus Czerſchienſis atque Warſovia. Oppida majoris momenti ſunt Líva, *Liw*; Latovitia, *Latowiecz*; Czerſchia, *Czersko*, ad Viſtulam; Warſavia, aliter Varſavia & Varſovia, *Warſchaw*, urbs ad idem fl., ampla cum palatiò magnifico, caput Maſoviæ, inclyta Regni Comitiis, quæ hìc celebrari ſolent, nec non electione Regis, quæ prope ipſam in patulo campo ſub tentoriis propter eligentium multitudinem inſtituitur; Viſſegrodia, *Wiſchegrod*, ad Viſtulam, in quam paulò ſuperiùs Bugis delabitur; Zacrocimum, *Zakrotzin*, ad Bugem; Ciechanovia, *Ciechanow*; Rozanum, *Rozan*; Pultuſcia, *Pultausk*; ad Bugem Viſcovia, *Viskow*, Kamenecia, *Kamieniecz*, Nara, *Nar* & *Nur*; Novigrodia, *Novigrod*; Lumſa, *Lumſa* & *Lomſa*; Viſna, *Wizna*.

Inter Maſoviam atque Poleſiam media exiſtit Polachia, aliis Podlachia & Podelaſſia, incolis *Podlaske*, Germ. *Podlachien*, Gall. *Polaquie*, quæ Maſoviâ minor eſt, atque exiguæ latitudinis, at multò magis in longum extenſa inter confinia Pruſſiæ ducalis & Lithuaniæ, ac palatinatum Lublinenſem, tractum Poloniæ minoris. Partem ejus auſtrinam fl. Bugis perlabitur. Meliora oppida ſunt Tykoczinum, *Tykoczin*, in limite Maſoviæ, munitum ac in paludibus; Knyſſinum, *Knyſſin*; Auguſtavia, *Auguſtow*, recens in parte boreali extructa juxta Lithuaniam, prope quam quoque ſunt meridiem verſus Vaſilcovia, *Waſilkow*, ſeu *Waſillow*, Suraſſia, *Suraſs* & Nareva, *Narew*. Bielka & Bielſca, *Bielsk*, Polachiæ nobiliſſima eſt. Drogicinum, ſeu Drogiczinum, *Drogiczyn*, & Mielnicum, *Mielnick*, ad fl. Bugem ſunt, atque trans ipſum Lozicza, *Lozicze*. XVI. *Polachia.*

Polachiam ab ortu contingit Poleſia, *Poleſie*; Lithuaniam ab au- XVII. *Poleſia.*

ab auſtro & occaſu ; Voliniam ſuperiorem & palatinatum Chelmenſem , qui Ruſſiæ rubræ pars eſt , à boreâ. Aliàs palatinatus Breſcienſis appellatur. Maximè ab occaſu in ortum ſe explicat & vincit Polachiam atque Maſoviam magnitudine , ſoli paludoſi eſt , ſylvis referta, & flumine non uno irrigatur, dives piſcium, ferarum, mellis. Sunt, qui Poleſiam Lithuaniæ partem conſtituunt; aliis eam ſeorſim expendentibus. Hìc præſtant Ianovia , *Ianow*, ad Bugem ; Breſcia, *Breſſici*, paulò ſuperiùs ad idem fl., ubi in ipſum ſe exonerant Ilſna ac Muchavecius , inter quos media eſt , caput Poleſiæ cum arce in ſcopulo; Kamenecia , *Kamieniec*, ad Ilſnam fl.; Chomska , *Chomsk*; Pinſcum, *Pinsk*, ad Pinam fl., ante amplum & elegans , nunc vicus penè , regionis Pinſcenſis præcipuum; Tarovia , *Tarow* ; Davidovia , *Davidow* ; Dobrovicia, *Dobrowica* ; Nobla, *Noble*; Koda, *Koden*, ad Bugem; Biala, *Bialla*, palatio Ducum Radzivillorum, Gymnaſioque publico exornata.

XVIII. *Ruſſia Rubra, in quâ* Reſtat Poloniæ pars quinta & ultima, quæ ortum proſpicit , ubi Ruſſia rubra, Podoliaque ſe offerunt. Ruſſiam rubram diverſimodè accipiunt; latè ſumpta complectitur Ruſſiam propriè dictam , univerſam Podoliam & Voliniam , at in ſtricto ſenſu , non niſi Ruſſiam propriè dictam, quo ipſam hìc ſumimus. Dicitur Ruſſia Rubra ab argillâ rufi coloris, aliàs Nigra à ſylvis , quibus obtegitur ; item Parva & Meridionalis , ſi cum Moſchoviâ conferatur , Gall. *Ruſſie Noire* aut *Rouge*. Limitatur à boreâ Poleſiâ ; ab occaſu Poloniâ minore ; ab auſtro monte Carpato , ſive Hungariâ & Tranſylvaniâ ; ab ortu Moldaviâ , Podoliâ , Volhyniâ. Longiſſimè à boreâ in auſtrum extenditur inter Poleſiam & Tranſylvaniam. Flumina nobiliora, quæ ipſam rigant , ſunt Bugis, Sana, Tyras, *Nieſter*. In eâ Baſtarnæ antiquitùs ſeu Peucini populi ex parte habitârunt. Diſpeſcitur in tres Palatinatus, Chelmenſem , Belzenſem , & Leopolienſem , qui nomen ferunt ab urbibus. Palatinatus Chelmenſis borealiſſimus eſt & minimus, quem Bugis bifariàm dividit, ubi occurrunt Ulodavia, *Wlodawa*, ad Bugem; Opalinum, *Opalin* , ſuperiùs ad alteram ripam ; Turiſca , *Turiſck* ; Dubna, *Dubno* ; Chelma, *Chelm*, urbs Epiſcopalis exigui circuitûs cum arce ligneâ , præcipua

Palatin. Chelmenſis

Palati-

Digitized by Google

Palatinatûs ; Craſnoſlavia, *Kraſnoſław*, ad fl. Veprum, *Wieprz*, qui hìc ſtagnum conſtituit, gaudens ſede Epiſcopali, quæ hùc Chelmâ migravit. Medius Palatinatuum eſt Belzenſis, Bugi etiam adjacens, cujus oppida ſunt Rubiſſovia, *Rubieſſow*; Krylovia, *Krylow*; Belza, *Belcz*, in paludibus, ex ligno, primaria; Moſtia, *Moſti*; Magirovia, *Magierow*; Oborcovia, *Oborkow*. Belzenſem palatinatum ab occaſu & auſtro attingit Leopolienſis, ſeu Lemburgenſis, aliàs palatinatus Ruſſiæ, omnium & auſtraliſſimus, & maximus, cujus pars meridionalis Pocutia, *Pocouk*, ſeu *Pocouch*, incolis appellatur. Nobiliora oppida ſunt Zamoſcia, *Zamoſcie*; Iaroſlavia, *Iaroſław*; Nimirovia, *Niemirow*; Buca, *Buck*; Oleſca, *Oleſco*; Brodium, *Brody*; Zborovia, *Zborow*, cum titulo Ducatûs; Leopolis, Pol. *Lwow*, Germ. *Lemburg* & *Lewenburg*, urbs Archiepiſcopalis ad fl. Peltevum, ſeu Pettevum, munita, & emporium celebre, ſui Palatinatûs, quin Ruſſiæ totius princeps; Premiſlia, *Przemyſl*, ad fl. Sanam, Epiſcopalis, valida, probè culta; Sanocum, *Sanock*, ſuperiùs ad idem fl.; Felſtinum, *Felſtin*; Grodecia, *Grodeck*; Zydaczovia, *Zydaczow*; Halicia, *Halicz*, ad Tyram, ante Archiepiſcopalis dignitatis, quâ nunc gaudet Leopolis; Sniatinum, *Sniatyn*, ad fl. Pruthum in Moldaviæ confinio; Pocutiæ præcipuum. *Palatin. Belzenſis.* *Palatin. Leopolienſis.*

Poſtrema provincia regni Poloniæ eſt Podolia, incolis *Podole*, Gall. *Podolie*, quam ab occaſu palatinatus Leopolienſis; à boreâ Volinia ſuperior & inferior; ab ortu Tartaria Oczacovienſis, atque ab auſtro Tyras fl. limitant. Ampla eſt, benigna, mirè fertilis, abundans cerâ & melle, barbarorum excurſionibus & devaſtationibus obnoxia. Partes ejus ſunt duæ, ſuperior & inferior. Podolia ſuperior, Gall. *Haute Podolie*, minor eſt, irrigua & obverſa occaſui, quæ aliquibus Podoliæ nomine ſola venit. In ipsâ jacent Chamienicum ſeu Camenecia, *Kameniec*, & diſcriminis ergò *Kameniec Podolski*, urbs Epiſcopalis ad fl. Smotrzicum, ſic rupibus circumvallata, ut ædificiorum culmina diſpareant, cum arce propemodùm inexpugnabili, clavis Poloniæ, ſæpiùs irrito conatu tentata à Walachis, Tartaris, Turcis, atque ab his tandem ſubacta in magnum Poloniæ detrimentum, quibus hodiéque cum amplo admodùm Territorio ſubjecta manet; Buczacza, *Bouczacz*; XIX. *Podolia.* *Podolia ſuperior.*

Tramboula, *Trambowla*; Tarnopola, *Tarnopol*; Zbaraſſa, *Zbaras*, cum titulo Ducatûs; Felſtira, *Felſtir*; Barum, *Bar*, munimentum in paludibus cum arce in colle; Laticzovia, *Laticzow*; Chmielnicum, *Chmielnick*, inter paludes ad fl. Hypanim, *Bog*. Partem alteram Podoliæ, quæ inferior appellatur, Gall. *Baſſe Podolie*, & ſæpè Braclavienſis Palatinatus, biſecat Hipanis, ubi ſunt oppida & fortalitia, Zbaraſſa, *Zbaras*; Vinnicza, *Winnicza*, ad Hypanim; Brailovia, *Brailow*; Braclavia, *Braclaw*, ad idem fl., unde cognomen Palatinatui, clariſſima; Ianovia, *Ianov*; Humana, *Human*; Coniecpola, *Koniecpole*, ad Hypanim; Orihovia, *Orihow*, ad Tyram; Czurczahana, *Kurczahan*; Cazarna, *Cazarne*, in Tartariæ Oczacovienſis limite. Vixerunt olim in Podoliâ inter Hypanim & Tyram Iſtrici, Eneodcalæ, Iazyges, Axiaces, Carpiani, Callipedes.

Podolia inferior.

XX. *Sarmatia Europæa.* Atque ita Poloniam perluſtravimus, quæ quandoquidem cum traditâ Moſcoviâ Sarmatiam Europæam propemodùm continet, ante terminos ejus diſtinctè recenſebimus, quàm ad Poloniæ flumina progredimur. Termini itaque Sarmatiæ Europææ ab occaſu fuerunt Viſtula fl., quo à Germaniâ dividebatur, marè Suevicum, ſinus Finnicus, linea hinc in Grandvicum ſinum ducta, ac ipſe hic Sinus; à boreâ oceanus Hyperboreus ſive Sarmaticus; ab ortu Obius, lineaque ex ea perducta in Tanaim, qui ipſam à Scythiâ & Sarmatiâ Aſiaticâ diſterminabant; ab auſtro Tanais, palus Mæotis, iſthmus Tauricæ Cherſoneſi, (quam tamen Sarmatiæ Europææ adjiciunt alii) Pontus Euxinus, Iſter, Hieraſus, & Carpatica juga. Fuit ergo Sarmatia Europæa, ubi nunc eſt omnis pars Poloniæ, quæ à dextrâ Viſtulæ ripâ in ortum deflectit, Livonia Suecica, Ingria, pars Finlandiæ orientalis, univerſa Moſcovia, præter Lapponiam Moſcoviticam, & quicquid ex Tartariâ Moſcovitiçâ Europæ limites ſupergreditur, Tartaria minor, & pars Moldaviæ orientalis. Celeberrimos populos, qui Sarmatiam incoluêre, ſuis locis notavimus atque notabimus.

XXI. *Flumina Poloniæ.* Ad nobiliora tandem Poloniæ Flumina, quibus ſi quæ regio abundat, properemus. Atque illa quidem numero ſex ſunt; Rubo, Chronus, Viſtula, Tyras, Hipanis & Boryſthenes, quorum tria priora in mare Balticum ac tria poſteriora in Pontum

Pontum Euxinum ſe exonerant. Rubo, nunc Duina & Duna, Pol. *Dwina*, Germ. *Duna*, Moſc. *Dzwina*, naſcitur in Reſchoviâ, ducatu Moſcoviæ, in Novogardiæ magnæ & Tweriæ confinio prope lacum Volgam & fontes fluvii cognominis; hinc per Reſchoviam & Bielkiam, provincias occidentales Moſcoviæ, defluit, mox Lithuaniam confinem intrat, atque per borealiſſimos ipſius palatinatus, Vitebſcenſem & Polocenſem, progreditur, Vitebſcum & Polotam præterfluens. Dein palatinatum Polocenſem à Bratiſlavienſi dividit, uti Curlandiam quoque à Livoniâ Suecicâ, ac infra Rigam, quam alluit, admiſſis in ſuo defluxu variis, ſed minoris momenti fluminibus, ad arcem Dunemundam in ſinum Rigenſem, ſeu Livonicum, & per ipſum in Balticum mare effunditur. *Fl. Rubo.*

Secundus Fluvius Poloniæ eſt Chronus, Polon. *Niemen*, Germ. *Memel*, qui initium habet in Lithuaniâ in palatinatu Minſcenſi verſus palatinatûs Novogrodenſis limites; hinc per confinia palatinatûs Minſcenſis, Vilnenſis, Trocenſis, nec non Novogrodenſis labitur, Novogrodam præterfluit, Bielicam rigat, Palatinatum Trocenſem in duas partes diſtribuit, perfundens interea Grodnam, & Counam, urbes hujus Palatinatûs, ad quarum poſteriorem in ipſo Samogitiæ limite à dextrâ Viliâ ditatur. Mox intrat meridionalem tractum Samogitiæ, atque ex eo ſeptentrionalem Pruſſiæ ducalis, ubi nomen Ruſnæ, *Ruſſe*, ab oppido Ruſnâ induit, in plura brachia, inter quæ Ruſna eſt, finditur, atque per varia oſtia in ſinum Curonenſem primùm, dein per fauces hujus Sinûs ad arcem ejuſdem cum fluvio nominis, Memeliam, in Balticum mare egreditur. XXII. *Fl. Chronus.* *Vilia.*

Clarior eſt traditis Fluminibus Viſtula, ſive Viſtillus, Polon. *Wiſla*, Germ. *Weiſſel*. Fontes ejus ſunt in ducatu Teſchinenſi, proximè Hungariam in monte Carpato; inde deſcendit per dictum Ducatum & baronatum Pleſſenſem, partes ſuperioris Sileſiæ, nec non Poloniam minorem, in quâ Cracoviam, Regni Caput, Sandomiriamque alluit, ubi in ipſum à dextro latere Sana delabitur. Ex Poloniâ minore contendit per Maſoviam, irrigatque Czerſchiam & Warſaviam, infra quam à dextrâ quoque Bugem admittit, inter omnes, quos recipit fluvios, nobiliſſimum. Hinc per Polo- XXIII. *Fl. Viſtula.* *Sana.* *Bugus.*

niam majorem progreditur, præterfluens Plocum, Dobrinam, & Uladiſlaviam, atque in confinio Pruſſiæ Regiæ Torunium. Denique per Pruſſiam Regiam incedens, Culmam rigat & in ejus parte boreali in duos alveos ſcinditur, quorum dexter, vulgò Nagotus, *Nagot*, tendit Mariæburgum, poſt denuò fiſſus per varia oſtia in Habum ſe exonerat. Sinister verò alveus, qui altero major eſt, & Viſtula dicitur, pergit Dirſchoviam, *Dirſchow*, ſeu *Dirſchaw*, atque inferiùs ad arcem *Heuſt*, iteratò dividitur, & ramus orientalis in Habum properat, efficiens una cum Habo, alveo Nagoto, & parte Viſtulæ magnam inſulam Mariæburgenſem, vulgò *Gros Werder*; ramus verò occidentalis Gedanum deflectit, quo irrigato, ad arcem Mundam per oſtium amplum & profundum in ſinum Gedanenſem & Balticum mare ſe præcipitat.

XXIV. *Fl. Tyras.* Sequuntur tria Flumina Poloniæ, quæ in Pontum Euxinum defluunt. Horum auſtraliſſimum eſt Tyras, aliis Naparis, nunc *Nieſter*, quibuſdam *Turla*, qui oritur ex parvo lacu palatinatûs Leopolienſis, qui pars Ruſſiæ rubræ meridionalis eſt, ad auſtrum Leopolis; hinc fluit Haliciam, urbem dicti Palatinatûs, ex quo quando egreditur, dividit Podoliam ſuperiorem, inferiorem & Tartariam Oczacovienſem à Moldaviâ ac Beſſarabiâ, infraque Bialogrodam, præcipuum Beſſarabiæ oppidum, in Pontum Euxinum incidit.

XXV. *Fl. Hypanis.* Plùs in boream vergit Hypanis, nunc Bogus, *Bog*, inter Tyram & Boryſthenem medius. Provenit ex ſuperiore Podoliâ in Voliniæ ſuperioris limite, per quem ſimulatque deſcendit, Podoliam inferiorem ingreditur, Vinniczam & Braclaviam alluit, & ubi hanc provinciam bipartitus eſt, Tartariam Oczacovienſem quoque biſecat & proximè Pontum Euxinum in Boryſthenem defluit, cum quo ſine ullâ morâ per commune oſtium ad oppidum Oczacoviam in dictum Pontum effunditur.

XXVI. *Fl. Boryſthenes.* Luſtrandus ultimùm venit non ex ultimis fluvius Boryſthenes, *Nieper*, aliis *Dnieper*. Naſcitur in confinio ducatûs Reſchovienſis & Smolenſcenſis, provinciarum Moſcoviæ, prope Woloczam & Dnieporſcam oppida; inde per ducatum Smolenſcenſem progrediens, rigato Smolenſco, intrat Palatinatum Mſciſlavienſem, partem orientaliſſimam Lithuaniæ, præter-

præterfluitque ipſius oppida, Orſſam, Mohiloviam, Rohaczoviam (infra quam à dextrâ Berezinam admittit) nec non Rzeczycam. Ex Lithuaniâ tranſit in inferiorem Voliniam, bifariàm ipſam diviſurus, ubi non longè ab introitu oneratur à dextro latere Pripetio, *Przipiec*, & à ſiniſtro proximè ſupra Kioviam Deſenâ. Mox perfundit Kioviam, inferiùs Techtimiroviam, Circaſſium, Hudacum; dein Voliniam inferiorem & Tartariam minorem interfluit, complures parit inſulas, varios nutrit ſaltus, quibus navigiorum tranſitus admodùm impeditus redditur, & tandem inter Oczacoviam & Sterlniczam oppida in Pontum Euxinum ſe exonerat. Adjiciuntur Tabula generalis & ſpeciales Poloniæ. *Berezina.* *Pripetius.* *Deſena.*

POLONIÆ *Partes ſunt* V:

- I. Ad ortum, ubi
  - *Volinia*, { Inferior. Superior.
  - *Lithuania*, ubi Palatinat. { Mſciſlavienſis. Vitebſcenſis. Polocenſis. Minſcenſis. Novogrodenſis. Trocenſis. Vilnenſis. Bratiſlavienſis.
- II. Ad borcam, ubi
  - *Curlandia*, ubi { Semigallia. Curlandia.
  - *Samogitia.*
- III. Ad occaſum, ubi
  - *Pruſſia*, { Ducalis. Regia.
  - *Polonia major*, ubi Palat. { Poſnanienſis. Caliſſienſis. Inulocenſis. Breſtienſis. Uladiſlavienſis. Dobrinenſis. Plocenſis. Ravenſis. Lencicienſis. Siradienſis.
  - *Polonia minor*, ubi Palat., { Cracovienſis. Sandomurienſis. Lublinenſis.
- IV. In medio, ubi
  - *Maſovia*, ad Occaſum.
  - *Polachia*, media inter utramque.
  - *Poleſia*, ad Ortum.
- V. Ad auſtrum, ubi
  - *Ruſſia Rubra*, ubi Palat., { Chelmenſis. Belzenſis. Leopolienſis.
  - *Podolia*, { Superior. Inferior.

Digitized by Google


I. Pars Poloniæ ad Ortum, in quâ
Volinia,
Inferior,
Hudacum. Circaſſium. Techumirovia. Kiovia. Bialegrodia. Bialacera. Coeſlina.
Superior,
Zytomierzia. Baranovia. Olirogium. Zaſlavia. Cremenecum. Lucenria. Volodomiria. Czartoriſcum. Alexandria. Uſtzomira. Ovrucza.
Ducatus Lithuania, ubi VIII Palatinatus,
Mſciſlavienſis,
Rzeczyca. Robaczovia. Mſciſlavia. Mohilovia. Orſſa.
Vitebſcenſis,
Suraſſa. Vitebſcum. Ula.
Polocenſis,
Poloca. Driſſa. Pliſſa.
Minſcenſis,
Minſcum. Boriſſovia. Brodzieca. Suiſlocza.
Novogrodenſis,
Slucum. Nelvifium. Novogroda. Slonima. Volkoviſcum.
Trocenſis,
Bielica. Grodna. Merecza. Couna. Troca. Lida.
Vilnenſis,
Oſmiana. Vilna, Caput Lithuaniæ. Vilcomiria.
Bratiſlavienſis,
Narocza. Miadziala. Braſlavia.
II. Pars Poloniæ ad Boream, in quâ
Ducat. Curlandia, ubi
Semigallia,
Egipcus. Bauska. Mitavia, Ducis ſedes. Doblinum.
Curlandia,
Neoburgum. Sebelia. Goldinga. Windavia. Liba.
Samogitia, ubi
Schwnda. Ianiskia. Birza. Poniviſa. Kidania. Roſienna. Madnicia.
Pruſſia,
Ducalis,
Memelia. Tilſa. Labia. Regiomons, Caput Pruſſiæ Ducalis. Brandeburgum. Fiſchuſa. Pillavia. Heiligpeila. Landsberga. Raſtenburgum. Ortelesburgum. Freiſtadium. Hollandia. Mulhuſium.
Regia,
Wartenberga. Heilsberga. Brunsberga. Fraunberga. Elbinga. Mariæburgum. Strasburgum. Golubia. Torunium. Culma. Crudentum. Stargardia. Dirſchovia. Gedanum, Caput Pruſſiæ Regalis. Munda. Hella. Putiſcum. Buca. Continum.

III. Pars


III. Pars Poloniæ ad Occaſum, in quâ
Polonia major, ubi X Palatinatus,
Poſnanienſis, Rogoſnia. Meſeritium. Primentium. Crimna. Poſnania.
Caliſſienſis, Caliſſia. Kaminum. Landicum. Gneſna. Naclia.
Inulocenſis, Bydgoſta. Inuloca.
Breſtienſis, Cruſvicia. Breſtia. Covalia.
Uladiſlavienſis, Uladiſlavia.
Dobrinenſis, Dobrina. Libna. Rippina.
Plocenſis, Plonskum. Raſundium. Plocum.
Ravenſis, Sochaciovia. Goſtinia. Lovicium. Rava.
Lencicienſis, Brezina. Inovloda. Lencicium. Uninovia.
Siradienſis, Warta. Siradia. Oſtroſſovium. Vieluna. Petricovia. Radomſcum. Roſpira.
Polonia minor, ubi Palatinatus,
Cracovienſis, Czenſtochova. Lelovia. Severia. Slaucovia. Ilcuſſia. Novagora. Olvecimum. Satoria. Cracovia, Caput totius Poloniæ. Velicia. Bochna. Sandecia. Luboulia. Becia. Vounicia.
Sandomirienſis, Pilſna. Corcina. Polanecia. Sandomiria. Zavichoſtia. Opatovia. Viſlicia. Piczovia. Malogoſtia. Zarnavia. Sydlovecia. Radomia. Cunovia.
Lublinenſis, Cazimiria. Piotrovinum. Urzendovia. Lublinum. Opolia. Lucovia. Scodlecia.
IV. Pars Poloniæ in medio Regno, in quâ
Maſovia, ad Occaſum, ubi
Liva. Latovitia. Czerſchia. Warſavia, Caput Maſoviæ. Viſſegrodia. Zacrocimum. Ciechanovia. Rozanum. Pultuſcia. Viſcovia. Kamenecia. Nara. Novigrodia. Lumſa. Viſna.
Polachia, media inter utramque, ubi
Tykoczinum. Knyſſinum. Auguſtavia. Vaſilcovia. Suraſſia. Nareva. Bielka, Caput Polachiæ. Drogicinum. Mielnicum. Lozicza.
Poleſia, ad Ortum, ubi
Ianovia. Breſcia. Kamenecia. Chomska. Pinſcum. Tarovia. Davidovia. Dobrovicia. Nobla. Koda. Biala.

V. Pars



CAPUT XXXVII.

Pars ſeptentrionalis Turciæ Europææ.

I. *Turcia Europæa limites & quantitas.*

TANDEM inter Europæ partes ſe offert Turcia Europæa, Gall. *Turquie en Europe*, quam terminat à ſeptentrione Moſcovia & Polonia; ab occaſu Germania, ſinus Venetus, Gall. *G. de Veniſe*, & mare Ionium, *M. Ionienne*; à meridie mare Mediterraneum; ab ortu Ægæum, ſeu Archipelagus, Helleſpontus, *d'Eſtroit des Dardanelles*, Propontis, *M. de Marmara*, Boſphorus Thracius, *d'Eſtroit de Conſtantinopole*, Pontus Euxinus ſeu mare Nigrum, *M. Noire*, Boſphorus Cimmerius, *d'Eſtroit de Caffa*, Palus Mæotis, *M. de Zabaque*, & fl. Tanais, *Don*, quouſque Tanaim minorem recipit. Regionem hiſce limitibus circumſcriptam Turciam Europæam

ropæam nuncupamus, petito nunc à parte potiori nomine; quæ enim ſub hujus belli initium tota ferè Turcis ſuberat, diminutionem haud exiguam paſſa eſt, quando Imperator Germanicus ipſi detraxit Tranſylvaniam, inſignem partem Hungariæ & Sclavoniæ, atque Reſpublica Veneta nobiliſſima Moreæ munimenta ſuperavit. Ne tamen communis tractandi ordo nimiùm invertatur, ſub Turciâ Europæâ recenſebimus, quicquid in terminis modò poſitis incluſum eſt. Iacet pars maxima circiter intra gradus latitudinis borealis XXXV & XLIX; at Tartaria minor altiùs ſurgit, ad gradus LI. Longè magis in parte ſeptentrionali, quàm meridionali diffunditur. De Turciæ hujus conſtitutione in partibus dicemus, nonnulla de Turciâ in genere addituri, quando ſub Turciæ Europææ finem referemus, quid ex Aſiâ & Africâ Magnus Dominus poſſideat.

II. *Turcia ſeptentrionalis limites & diviſio.*

Dividimus Turciam Europæam in partem Septentrionalem & Meridionalem. Illa limitatur ab ortu Tanai, Palude Mæotide, Boſphoro Cimmerio, Ponto Euxino, Boſphoro Thracio, Propontide & Helleſponto; ab auſtro mari Ægæo & Græciâ; ab occaſu ſinu Veneto & Germaniâ; à boreâ Poloniâ & Moſcoviâ. Partes Turciæ ſeptentrionalis ſunt XIII, aut XIV: Tartaria minor, Tartaria Oczacovienſis, Beſſarabia, Moldavia, Walachia (hæc & Moldaviam nonnullis includit) Tranſylvania, Hungaria, Sclavonia, Croatia, Dalmatia, Boſnia, Servia, Bulgaria & Romania. Inter haſce partes tres primæ jacent ad Pontum Euxinum; quatuor proximæ inter fl. Tyram, montem Carpatum, flumina Dravum & Danubium; quatuor, quæ immediatè ſequuntur, inter Dravum & ſinum Venetum; tandem tres ultimæ inter Danubium & Græciam.

III. *Tartaria minor.*

Trium primarum partium, quas Pontus Euxinus alluit, ampliſſima eſt Tartaria minor, Gall. *Petite Tartarie*, inter omnes partes Turciæ Europææ orientaliſſima. Minor cognominatur ad differentiam Tartariæ magnæ ſeu Aſiaticæ, ex quâ, qui ipſam incolunt Tartari, appulêre. Dicitur aliàs Tartaria Precopenſis & Crimenſis ab urbibus, & olim dicta eſt Scythia parva ſive Cimmeria. Ipſam à boreâ limitat Moſcovia; ab ortu Tanais, palus Mæotis, & boſphorus Cimmerius; ab auſtro pontus Euxinus; ab occaſu pars infima Boryſthe-

ryſthenis, atque Volhynia inferior. Maximè ab occaſu in ortum ſe explicat inter Boryſthenis oſtia, & Tanaim minorem, quà in majorem ſe effundit. Solum variat, partìm fabuloſum & incultum, partìm dives frumenti, paſcuorum, ſylvarum. In montibus reperitur aurum, argentum, ferrum. Populoſa eſt ob Tartarorum polygamiam. Pars cultior degit in oppidis, ſed neque deſunt, qui in agris beſtiarum more vagantur, depaſtiſque uno in loco paſcuis, mox cum uxoribus, liberis, armentis aliò ſe transferunt. Carnem, lac & ſanguinem equinum adamant, feri, in rapinam valdè proclives, laborum atque inediæ patientiſſimi. Princeps, qui Tartaris præeſt, communiter Chamus appellatur, ſub Imperii Turcici clientelâ. Plurimi hìc Muhamedani ſunt; etiam Chriſtiani, Græci, Armeni, Judæi, qui legibus ſuis vivunt.

IV. *Tartaria Crimea.* Dividitur Tartaria minor in partem meridionalem & ſeptentrionalem. Pars meridionalis appellatur Tartaria Crimea ſeu Tartaria Precopenſis propria, item Taurica Cherſoneſus, *Krimski*, uti olim celebrata, ſic & hodie, pars Tartariæ nobilior, cum Iſthmo ad ſeptentrionem, in quâ vixerunt Tauri, Cimmerii, & Boſphorani, qui Boſphorum utrinque accoluêre. Oppida ejus ſunt Coſlovia, *Koſelou*, ſeu *Koſlow*; Baccaſara, *Bacieſaray*, præcipua ad fluviolum ejuſdem nominis, ubi ſedes Chami, & Chamorum ſepulchra; Baluclava, *Baluclawa*; Imkerma, *Imkermen*; Crimea, *Krim*, aliis *Krimenda*, vetuſta, unde Regioni cognomentum; Theodoſia, nunc Caffa, ſeu Caphâ, *Caffa*, urbs ampla, elegans, emporium & portus inſignis, ad cujus portas uſque ſuam Iuriſdictionem extendit Chamus Tartaricus, antea ſub Genuenſium, jam Turcarum dominio, caput exiguæ Præfecturæ cognominis, atque Præfecti Turcici habitatio; Cercum, *Kerci*, ad fauces Mæotidis, ſeu Boſphorum Cimmerium, cui hodie ab hoc oppido, nec non Caphâ, quamvis longiùs ab eo diſtet in occaſum, cognomentum eſt; Panticapæa, *Pantico*, ad eundem Boſphorum; item Kiderleria, *Kiderleri*, quæ & hoc Fretum interdum denominat; Taphræ ſeu Taphros, nunc Tartaris *Or*, Polonis & exteris Precopia, *Perecop* ſeu *Precop*, urbs in Iſthmo, quæ & Tartariæ cognomen imponit, caſtro munita.

V. *Tartaria* Pars ſeptentrionalis minoris Tartariæ eſt Tartaria Nagaienſis,

ſis, *Nahaiſky*, ſic dicta à Tartaris Nagaienſibus, qui & hìc habitant, & in Tartariâ Moſcoviticâ, quorum ibidem facta eſt mentio. Olim hìc degêre Georgi, Tauroſcythæ, Nomades, & Iazyges Moeotæ. Tractus Tartariæ Nagaienſis, qui minùs diſtat à Moſcoviâ, deſertus ferè eſt, & oppidis deſtituitur. Ad oſtium fl. Tanais in limite Circaſſorum jacet urbs Tanais, nunc incolis Azaca, *Azack*, Italis *Tana*, aliis *Aſof*, & *Azow*, ſub Imperatore Turcico, non exigui momenti, orientaliſſima omnium, quas in Europâ poſſidet; Nigropolis, *Nigropoli*, ſupra Iſthmum Tauricæ ponitur, borealior ſinu Ponti, qui ante Carcinites nuncupatus eſt, nunc ab eâ *G. de Nigropoli* variis appellatur, de quo alii diſputant; Sterlnicza, *Sterlnicza*, ad Boryſthenis oſtium. *Nagaienſes.*

Ad Pontum Euxinum inter Boryſthenis & Tyræ oſtia atque inferiorem Podoliam occurrit Tartaria Oczacovienſis, quam fl. Hypanis, *Bog*, bipartitur. Sub Turcis eſt, ejuſque oppida ſunt Bilchoviſia, *Bilchowiſie*, ad Boryſthenem in limite inferioris Voliniæ; Oczacovia, *Oczacow*, aliàs *Dziarcrimenda*, ad Boryſthenis oſtium contra Sterlniczam Tartariæ minoris, caput hujus Tartariæ; Koczubium, *Koczubi*, ad Pontum Euxinum. VI. *Tartaria Oczacovienſis.*

Sequitur Beſſarabia, *Beſſarabie*, quæ Tyram, Pontum, Iſtrum, Moldaviamque interjacet. Ipſam olim Arpii & Tyragetæ tenuêre, nunc Tartari Budziacenſes incolunt. Quibuſdam Beſſarabia pars eſt Moldaviæ, aliis diſtincta Provincia. Turcarum ſubeſt dominio. Clariora oppida ſunt Tekina, *Tekin*, *Tigina* & *Bender*, ad Tyram cum caſtro; Bialogrodia, *Bialogrot*, *Biellogrod* & *Akierman*, præcipua, ad idem fl. inferiùs; Kilia nova, *Kilia nova*, ad borealiſſimum Iſtri brachium non procul ab oſtio, è cujus regione eſt Kilia vetus, *Kilia Vechia*, in inſulâ Kiliâ, quam faciunt Iſtri brachia; Oblucica, *Oblucice*, ſuperiùs prope idem flumen. VII. *Beſſarabia.*

Viſâ parte Turciæ Europææ, quæ ad Pontum eſt, ad illam progredimur, quæ inter fl. Tyram, montem Carpathum, fl. Dravum atque Danubium occurit, ejuſque partes ſunt quatuor Moldavia, Walachia, Tranſylvania, & Hungaria, quarum hæc occaſum, & reliquæ ortum proſpiciunt. Moldaviam nonnulli partem faciunt Walachiæ, quibus Walachia VIII. *Moldavia.*

in Moldaviam & Walachiam dividitur. Principatus Moldavia, quibuſdam Multavia, cui à flumine Multavo ſeu Moldâ nomen eſt, incolis *Moldove*, Gall. *Moldavie*, aliàs Walachia orientalis, inferior, major & ciſalpina, limitatur Beſſarabiâ, Danubio, Walachiâ propriâ, Tranſylvaniâ, Ruſſiâ rubrâ & Tyrâ. Varia flumina ipſam rigant, quorum clariſſimus eſt Hieraſus, *Pruth*, ſolum habet fertile, vinum generoſum, equos fortiſſimos. Princeps Moldaviæ, Waiwoda dictus, vulgò Hoſpodar, ſub Turcicâ clientelâ eſt. Moldavi, ſicut & Walachi, religionem Græcam profitentur. Oppida ipſius ſunt Galatia, *Galacz*, prope infimum tractum Hieraſi; Falcinum, *Falcyn*, ſuperiùs; item Nuſium, *Nuſz*; Iaſſium, *Iaſſy*, ſedes olim Waiwodæ; Chotczynum, *Chotczyn*, ad Tyram; Czarnowca, *Czarnowce*; Soczova, *Soczowa*, ac *Czukaw*, caput Moldaviæ, & Principis habitatio, cum arce; Moldadania, *Moldadania*, ad fl. Moldam; Targoroda, *Targorod*; Margoſeſtum, *Margoſeſt*; Vaſluia, *Vaſluy*; Claditium, *Cladits*; Pudna, *Pudna*.

IX. *Walachia.* Inter Moldaviam, Tranſylvaniam, Hungariam & Danubium jacet principatus Walachia, ſeu Walachia propria, Gall. *Valachie*, item occidentalis, ſuperior, minor & tranſalpina, trianguli ſphærici figuram exprimens. Abundat frumento, vino, ſylvis, ovibus, bobus, equis. Princeps ſeu Waiwoda Valachiæ, vulgò Hoſpodar, ſub Turcarum quoque clientelâ eſt. Oppida clariora ſunt Ialonicza, *Ialonicz*, ad flumen Launizam; Ermiſtadium, *Ermiſtat*; Targoviſcum, *Targoviſco*, & *Tarvis*, ad fl. Launizam, Walachiæ propriæ nobiliſſimum, ſedes Principis; Braskovia, *Braskow*; Langenavia, *Langenaw*, ſeu *Longenow*; Rebnitia, *Rebnitz*, ad fl. Alutam; atque inferiùs Aluta, *Alauth*, Arcimum, *Arcim*, Richza, *Richz*, ubi fl. Aluta in Danubium labitur; Orſanum, *Orſano*, ſuperiùs prope idem flumen; item Peda, *Peds*, in Hungariæ limite.

X. *Tranſylvania.* Nunc proximus eſt principatus Tranſylvania, incolis & Hungaris *Erdely*, Gall. *Tranſylvanie*, petito à ſylvis nomine, quæ, uti & juga montium, ipſam ambiunt. Sclavis Septemcaſtrenſis Regio appellatur, Germ. *Siebenburgen*, à ſeptem Urbibus, quas hìc Saxones condiderunt. Tranſylvaniam ab ortu limitant Walachia, & Moldavia; à boreâ Poloniâ; ab occaſu

occaſu Hungaria; ab auſtro eadem cum Walachiâ. Feraciſſima eſt frumenti, vini exquiſitiſſimi, leguminum & fructuum omnis generis. In montibus reperitur optimæ notæ aurum, argentum, mercurius, plumbum, ſtannum, chalybs, ferrum, marmor, ſulphur. Boum, equorum inſigniter crinitorum, cervorum procerorum, nec non volatilium hìc ſumma ubertas eſt. Flumina nobiliora ſunt Aluta, *Alt*, & Maruſius, *Maros*, Hung, *Mariſch* Germ. Paret hodie Imperatori Germanico. Religio variat, admitttuntur publicè Reformati, Lutherani, Pontificii, Arriani. Incolarum ratione diſpeſcitur Tranſylvania in Siculos, Hungaros & Saxones, quibus miſcentur Walachi. Celebriores ejus urbes ac oppida inter fl. Maruſium atque Walachiam ſunt Zabeſus, incolis *Zaaſebes*, & *Zebes*, Germ. *Millembach*, ad Maruſium, olim primaria ſedes Saxonum; Cibinium ſive Hermanopolis, *Hermanſtat*, incolis *Zeben*, prima inter ſeptem urbes Saxonicas, ad fl. Cibinium, ampla, magnifica, valida, caput Tranſylvaniæ; Fogaraſium, *Fogaras*; Braſſovia, ſeu Corona & Stephanopolis, Germ. *Croonſtat*, incolis *Braſſow*, prope confinia Walachiæ, intra montes amœniſſimos, optimè rigua & munita, cum tribus amplis ſuburbiis; Medieſus, *Medwiſch*, Germ., incolis *Megies*, ad fl. *Kokel*; ſuperiùs Segeswaria, incol. *Segeswar*, Germ. Sciburgium, *Scheſpurg*; Novomarchia, Germ. *Neumarck*, incol. *Waſſerhely*. Inter fl. Maruſium & Hungariam ſe offerunt Biſtricia, Germ. *Noſen*, & *Biſtriz*, incol. *Beſterze*, ad fl. ejuſdem nominis in tractu vitifero, in cujus ditione auri fodinæ ſunt; Coloſvaria, incol. *Coloſwar*, Germ. Claudiopolis, *Clauſenburg*, urbs ad fl. Samum, magna, populoſa, cum illuſtri Gymnaſio; Engedinum, *Engedin*, ad Maruſium celebre ſuo Gymnaſio; Alba Iulia, incol. *Gula Feirwar*, Germ. *Weiſſenburg*, ad fl. Ompayum, qui hìc in Maruſium ſe exonerat, Gymnaſio & Principis ſede inclyta.

Urbes citra fl. Maruſium.

Urbes ultra fl. Maruſium.

Ex Tranſylvaniâ tranſimus in Hungariam, incolis *Magiar*, Gall. *Hongrie*. Regnum hoc olim ab Auſtriâ ad Pontum Euxinum, atque à Poloniâ ad Adriaticum mare ſe diffudit, complexa Beſſarabiam, Moldaviam, Walachiam, Tranſylvaniam, Hungariam propriam, Sclavoniam, Croatiam, Dalmatiam, Boſniam, Serviam & Bulgariam. Nunc ejus limites ab ortu

XI. *Hungaria.*

ſunt Valachia & Tranſylvania; à boreâ mons Carpates, qui à Poloniâ ipſam dividit, & Sileſia; ab occaſu Moravia, Auſtria & Stiria; ab auſtro Dravus & pars Danubii. Dives eſt frumenti, vini, fructuum, pecoris, ferinæ, piſcium, auri, argenti, æris, ferri, ſalis, thermarum. Aer & aqua, exceptâ parte Danubii, quæ inter Auſtriam & Budam eſt, minùs laudantur. Flumina Hungariæ celebriora ſunt Tibiſcus ſeu Patiſſus, *Tiſſa*, accolis, *Teyſſe* Germ., Danubius omnium maximus, & Dravus, quem ipſam diximus limitare. Subeſt ferè domui Auſtriacæ, facta ſub moderno Rege Ioſepho regnum hæreditarium. Religionem profitetur Pontificiam, Reformatam, Lutheranam, quarum illa huic & iſti multum negotii faceſſit.

Hungaria variis diviſio.

XII. Multos continet Comitatus, in quorum tamen numero Auctores non conſentiunt. Quidam enumerant LXXIV; alii LXXIII; ſunt qui eos contrahunt ad LX, LIV, L. Qui ſtatuunt LIV, Hungariam ad Savum ampliant, & tractui inter hunc ac Dravum ſeptem Comitatus attribuunt. Nos, miſſis Comitatibus, ipſam in Superiorem & Inferiorem partimur.

Hungaria ſuperior.

Superior, quæ inferiore major eſt, interjacet Danubium, Auſtriam, Moraviam, Sileſiam, Poloniam, Tranſylvaniam & Walachiam. Majoris momenti urbes & oppida ipſius ſunt Varadinum, *Warad* incol., *Waradein* Germ., ad fl. Chryſium, munitiſſimum ſub Turcis, uti & Iulium, *Gyula*, Hung. *Gywa*, impoſita lacui; Conadium ſeu Genadium, *Chonad*, ad Maruſium, & ſuperiùs Lippa, *Lippa*; Temeſia, ſeu Temeſwaria, *Temeſwar*, ad fl. Temeſiam, valida, ſub Turcis; Segedinum, *Seged*, ad Tibiſcum, in quem Maruſius hìc loci ſe exonerat; Solnocia, *Zolnock*, ad Tibiſci & Sagiwæ confluentes, feliciter munita; Agria, *Eger*, ad fl. Agrium, qui in Tibiſcum delabitur, cum arce *Erlaw* ad ripam oppoſitam, unde & urbs *Erlaw* appellatur; Debrecinum, *Debreczen*, non procul à Tranſylvaniæ limite cum illuſtri Gymnaſio; Bathoria, *Bathor*; Zatmaria, *Zatmar*, caſtrum ad Samum; Tokæum ſeu Toccaium, *Tockay*, urbs firmiſſima in loco paluſtri ad Bodrachi & Tibiſci confluentias, cujus vina magnam laudem inveniunt; Geoncium, *Geontz*, ad fl. *Hernath*, ſeu *Horat*, cum illuſtri Gymnaſio; Saros Patacum, *Saros Patach*, amplum ad fl. Bodrachum, exornatum ante Gymnaſio, quod partìm Geon-

cium

cium tranſlatum eſt, partim Albam Iuliam, urbem Tranſylvaniæ; Mungatium, *Munkatz*, arx propemodùm inexpugnabilis; Ungaria, *Unguar*; Caſſovia, *Caſchaw*, ad fl. *Hernath*, munita & elegans; Eperiæ, *Eperies*; Leutha, *Lentſch*; Neuſolium, *Neuſol*, ad fl. *Gran*, ubi æris & mercurii fodinæ, & inferiùs Altenſolium, *Altenſol*, dives auri, argenti, cupri, mercurii, atque acidularum; Cremnitia, *Cremnitz*, in valle cum aurifodinis & monetariâ officinâ; Schemnitia, *Schemnitz*, ubi argentifodinæ; Nitria, *Neytra*, ad fl. ejuſdem nominis; inferiùs Neoſolium, ſeu Neuhuſelium, *Neuheuſel*, id eſt nova Domus, feliciter munitum; Scinta, *Scinta*, ad Vagam, uti & Leopolſtadium, *Leopolſtad*; Tyrnavia, *Tyrnaw*; Poſonium, Hung. *Poſon*, Germ. *Presburg*, urbs ad Danubium in confinio Auſtriæ cum caſtro, quod vertici montis inſidet, metropolis Superioris Hungariæ, ubi in templo S. Martini Hungariæ Reges coronantur; Gakata, *Gakata*, inferiùs ad Danubium, item Vacia, Hung. *Watzew*, Germ. *Woczen*; Peſtum, *Peſth*, contra Budam in ſolo campeſtri; Colocia, *Colocz*, urbs Archiepiſcopalis; Bathonia, *Bath Monſter*, prope Danubium, uti & Bodrochium, *Bodroch*.

XIII. *Hungaria inferior.*

Poſt inſpectam Hungariam Superiorem Hungaria Inferior ſe offert, limitata Danubio, Auſtriâ, Stiriâ, & Dravo. Illius oppida & urbes ſunt Baranyvarda, *Baranyward*; Mohatzium, *Mohacz*, ſeu *Mokatz*; Altinum, *Tolna*; Buda, *Buda* Hung., *Offen*, Germ., munitiſſima cum caſtro ad Danubium, olim Regni caput & ſedes Regia, Hungariæ hujus clariſſima, quam ante annos aliquot Turcis Imperator, non ſine ſanguine, eripuit; Viſſegradia, *Vizegrad*, ſuperiùs ad idem fl.; item Strigonium, *Gran*, urbs Archiepiſcopalis cum arce; Comara, *Komara*, & *Comorn*, oppidum firmiſſimum cum arce triangulari in infimo tractu inſulæ Schutiæ majoris, quam parit Danubius, ſylvis, pratis, lacubuſque, diſtinctam; Iavarinum ſive Arrabo, *Iauarin* & *Raab*, munimentum nobiliſſimum in ſolo paluſtri ad Arrabonis ſeu Rabi, *Raab*, atque Danubii confluentes; Altenburgum, *Altenburg*, Germ., *Owar* Hung., olim pagus, nunc propugnaculum, prope quod ingens lacus eſt, Germ. *Newſidler See*; Caniſia, *Kaniſcha*, in loco paludoſo verſus confinia Stiriæ & Dravum; Alba Regalis, *Stuhl Weiſſenburg* Germ., *Ozekes Feiewar*, Hung., urbs undequa-

dequaque cincta paludibus, aliàs Regni primaria, atque Regum inauguratione & ſepulturâ celebris, penes quam jacent Volceæ paludes, hodie Lacus *Balaton*, Germ. *Platten See*; Sygetum, Pannonicâ linguâ Inſula, *Siget*, ſitum in inſulâ fl. Almæ, hìc ſtagnantis, naturâ & arte firmatiſſimum; Quinque Eccleſiæ, *Funffkirchen*, in regione fertili cum arce validâ.

XIV. *Dacia.* Antequam pergimus, recenſenda venit Dacia, quæ latè ſumpta extendit ſe, teſte Brietio, à Carpatho monte trans Danubium ad montes Scardum & Æmum, complexaque fuit Daciam veram, Iazyges Metanaſtas, & Myſiam ſuperiorem ac inferiorem. Sed miſsâ Myſiâ, de quâ inferiùs loquemur, ſita fuit Dacia vera inter Danubium, Tibiſcum, montem Carpatum, & fl. Hieraſum, ubi nunc ſunt explicita pars Hungariæ ſuperioris inter Tibiſcum & Tranſylvaniam, tota Tranſylvania, Walachia, & pars Moldaviæ ad uſque Hieraſum. Partes Daciæ veræ fuerunt tres, Alpeſtris, Mediterranea & Ripenſis. Dacia Alpeſtris (ſic dicta eſt, teſte Brietio, à productione montis Æmi ad Carpathum, quæ Alpes veteribus appellabatur) tenuit partem Daciæ ortivam, ubi hodie major pars eſt Moldaviæ & Valachiæ, atque habitârunt populi Cauconeſii, Taiphali, Cotenſii, Senſii, Piephigi. Dacia Mediteranea, aliàs vera Gepidia, poſſedit integram ferè Tranſylvaniam, in quâ vixerunt Burridenſii, Rhatacenſii, & Tauriſci. Dacia Ripenſis Tibiſcum atque Danubium attingit, occupavitque partem ſuperioris Hungariæ, Tranſylvaniæ, & Valachiæ, ipſiuſque populi fuerunt Prendaveſii, Albocenſii, Ciagiſi, & Saldenſii. Tandem Jazyges, quos Ptolemæus Metanaſtas, hoc eſt Vagos, cognominat, egerunt inter Tibiſcum atque Danubium, in eâ parte ſuperioris Hungariæ, quæ hæc flumina interjacet.

XV. *Sclavonia.* Sequitur pars Turciæ Europææ Septentrionalis, quæ inter fl. Dravum & ſinum Venetum ſita eſt, cujus partes ſunt Sclavonia, Croatia, Dalmatia, & Boſnia. Sclavonia latè accepta, quæ Regni titulo gaviſa fuit, continuit, quicquid inter Dravum & Adriaticum mare conſpicitur, atque idcirco integram hanc partem. At ſtrictè ſumpta, Gall. *Eſclavonie*, clauditur Dravo, Danubio, Savo, comitatu Cillienſi, atque ducatu Stiriâ. Pars ejus orientalis ad inferiorem Savi Tractum

ctum Raſcia appellatur, atque incolæ Raſci, Germ. *Ratzen*, qui & ultra Savum in Servia habitant. Sclavonia gaudet ſereno aëre & copiâ frumenti, pecoris & armentorum. Nunc tota ferè Auſtriaci juris eſt. Varios continet Comitatus; quidam ſeptem, alii ſex, quin quatuor enumerant. Ejus meliores urbes & oppida in parte orientali ſunt Valponia, *Valpo* & *Valpon*; Murſa, nunc Eſſechium, *Eſſeck*, ad Dravum, cum longiſſimo ponte ligneo, clavis inferioris Hungariæ; Valcowaria, *Valcowar*, ad Danubium, atque inferiùs Ilocum, *Ilock*; Varadium Petreium, ſeu Varadinum Petri, *Peterwaradeyn*; Salancema, *Salankemen*, inter quam & Varadinum Petri nuper magnam Turcis cladem attulit Imperator Germanicus; Semlinum, *Semlyn*, juxta Danubii & Savi confluentes; Vetus Sirmium, *Alt Sirmium*; Poſegia, *Poſega*, caput comitatûs cognominis firmiſſimum. Plùs in occaſum vergunt Gradiſcia, *Gradiſka*, munita juxta Savum; ſuperiùs Ieſſenotia, *Ieſſenocz*; Fanum S. Georgii, *S. George*; Copranitza, *Capranitz*, & *Coppreuniz*, munita cum arce; Waraſdinum, *Waraſdin*, ad Dravum; Zagrabia, *Zagrab*, Germ. *Agram*, urbs Epiſcopalis ad Savum, in Croatiæ limite, validiſſima, caput Zagrabienſis comitatûs.

Ejus Urbes ad ortum.

Ad occaſum.

Poſt Sclavoniam proxima eſt Croatia, Gall. *Croacie*, Regni titulo illuſtris, atque aliàs amplior, quam hodie limitat Sclavonia, Boſnia, Dalmatia, mare Adriaticum & Carniola. Populi Croatæ, Germ. *Krabaten*, appellantur. Oleas, & vites abundè profert. Partìm Auſtriaci, partìm Turcici juris eſt. Dividitur in Croatiam propriam & Morlachiam. Illa pars major eſt & ſeptentrionalis Croatiæ, ejuſque clariora loca ſunt Siſcia, ſeu Siſecum, *Siſeg*, ad fl. Savum; Caroloſtadium *Carlſtat*, munitum feliciter, Croatiæ Auſtriacæ Caput; Cherſtina, *Kherſtina*; Vihitza, *Wyhitz*, aliàs *Bigihon*, & *Pighiton*, ad lacum exiguum, valida & Croatiæ Turcicæ præcipua; Velaia, *Welay*. Inter hanc Croatiam & ſinum Venetum occurrit Morlachia, Gall. *Morlaquie*, cujus populi Morlachi dicuntur, in montibus degentes, & in primis in monte Albio olim, hodie Morlaccâ. In ipsâ jacent Rebnicum, *Rebnico*; Novigardia, *Novigrad*; atque ad Sinum Senia, Italis *Segna*, Germ. *Zeng*, Epiſcopalis, parva, ad montis radices cum antiquo caſtro

XVI. *Croatia; ubi*

Croatia propria.

Morlachia.

ſtro in monte præcipiti & portu; Iablonitium, *Iablonitz*; Oſtrovina, *Oſtrowina*.

XVII. *Dalmatia.* Ex Croatiâ tranſimus in Dalmatiam, Gall. *Dalmacie*, cujus continens terminatur à boreâ Croatiâ, & Boſniâ; ab ortu Serviâ & Albaniâ; ab occaſu ſinu Veneto. Ad hunc longiſſimè ſe diffundit inter Croatiam ac Albaniam, variæ latitudinis, maximæ quidem inter ſinum Venetum & Serviam. Cœlum Dalmatiæ temperatum eſt, ejuſque incolæ dicuntur macrobii. Loca aſpera feris ſcatent, culta vitibus, oleis, ſegete, nec mellis, ceræ, aut plumbi hìc defectus eſt. Dalmatiam partiuntur Veneti, Reſpublica Raguſina, Turcæ.

XVIII. *Dalmatia Veneta. Ejus Inſula.* Veneti tenent tractum ex Continente, atque complures Inſulas, quæ licet partìm Dalmatiæ, partìm Morlachiæ littori objaceant, omnes tamen ab ipſis ſub Dalmatiâ comprehenduntur. Morlachiæ littori objacent Giſſa, nunc Pagantium, *Pago*, cum oppido ejuſdem nominis, unde multùm ſalis educitur; Arba, *Arbe*, ubi magna ſalis, vini ficuumque ubertas eſt, & Arba oppidum; Vegia, *Vegia*, ubi Velca, *Welka*, & Vegia, *Vegia*, portus dives ſalinis; Crepſa, *Cherſo*, cum oppido ejuſdem nominis, & Abſorus ſive Abſyrtium, *Oſero*, quod priori ponte jungitur, cum oppido *Oſero*, Epiſcopali, quod aliter civitas Auſarenſis dictum eſt. Ambæ Straboni Abſyrtides appellantur, olim una inſula, quæ, immiſſo à Venetis mari, in duas diviſa eſt, pecoris divites. Dalmatiæ littori objacent inſula Grandis, I. *Grande*; Incoronata, *Incoronata*; Iſſa, *Liſſa*; Corcyra Melæna, ſeu nigra, *Curzola*, cum urbeculâ Epiſcopali ejuſdem nominis, quam à republicâ Raguſinâ fretum dividit; Pharos, ſeu Pharia, *Leſina*, abundans croci, vini, olei, mellis, ceræ, piſcium cum urbe cognomini, cui portus eximius; Bratia, *la Brazza*, ubi nec paſcua, nec vinum deeſt, cum Bratiâ oppido; Olyntha, *Solta*; Bua, *Bua*; Patina, *Patina*; Inſula S Michaelis, *S. Michel*. In continente Dalmatiâ ſubſunt Venetis Ænona, *Nona*, urbs Epiſcopalis, valida; Iadera, *Zara*, Archiepiſcopalis, permunita, caput & Comitatûs ejuſdem nominis, & Dalmatiæ Venetæ, ponte juncta continenti; Novigardia ſeu Novigradum, *Novigrad*; Scardona, *Scardona*, Epiſcopalis, ferè diruta, è Sici regione; Sicum, juxta varios nunc Sebenicum, *Sebenico*, ad

Urbes in continente.

ſinum

ſinum ejuſdem nominis ; Tragurium, *Trau*, ſitum in ſcopulo, cum ponte, quo inſulæ Buæ adnectitur; Salona, *Salona*, hodie caſtrum ; Cliſſa, *Cliſſa*, arx validiſſima in rupe præcipiti; Palatium, nunc Spalatum, *Spalato*, & *Spalatro*, urbs ampla, feliciter munita, Archiepiſcopalis, loco Salonæ, ex cujus crevit ruinis, cum portu tuto & capace; Peguntium, jam Almiſſum, *Almiſſa*; juxta Albaniam jacent Catara, *Cataro*, urbs Epiſcopalis ad intimum receſſum ſinûs Rhizonici, nunc *G. di Cataro*, firmiſſima, & Budua ſeu Budoa, *Budoa*, juxta ſinum Venetum, ultima ditionis Venetæ.

XIX. *Dalmatia Raguſina.*

Media eſt inter Dominium Venetum & Turcicum in Dalmatiâ Reſpublica ſeu ditio Raguſina, Sinui eidem adjacens, exigui circuitûs, arte potiùs, quàm naturâ fertilis, ſub ſuæ Reipublicæ imperio, atque Turcarum in primis, nec non aliorum, quibus tributum pendit, clientelâ. Ducem, qui Rector dicitur, Raguſini quolibet menſe eligunt, neque ab iis in Turcicâ ditione ulla ſolvuntur portoria. Subſunt Reipublicæ inſulæ Angoſta, *Auſta* ſeu *Aguſta*, in quâ villæ jucundiſſimæ, & Melita ſeu Melitena, *Meleda*, alterâ major, cum ejuſdem nominis oppido. In continente occurrunt Sabium, *Sabio* ſeu *Sabioncello*, ad oram peninſulæ; Stagnum, *Stagno*, ad Iſthmum; & extra peninſulam Raguſa, *Raguſi* Italis, urbs ad radices montis in rupe maritimâ, parvi circuitûs, ſed cui ampla ſuburbia, Archiepiſcopalis, caput Reipublicæ, populoſa, plena mercibus, quæ per orientem & occidentem circumferuntur, cum portu egregio & caſtro S. Laurentii, in quod indies novus Gubernator immittitur.

XX. *Dalmatia Turcica.*

In Dalmatiâ Turcicâ, quæ reſiduam partem Dalmatiæ continet, ſunt Caſtrum novum, *Caſtel Novo*, oppidum validiſſimum intra ſinûm Rhizonicum cum portu ; Tribunium, *Trebigna*, quod Græci & Turcæ inhabitant, Epiſcopale, olim ſub Raguſinorum dominio ; Naro & Narona, *Narenca*, urbs Epiſcopalis ad ſinum Naronenſem, quà in ipſum fl. Narbo delabitur, antiquitùs ampla & potens, quæ in ſinum Venetum imperium affectavit, atque à Venetis attrita eſt, nunc longè ignobilior ; ſuperiùs Moſtara, *Moſtar*.

XXI. *Illyricum.*

Ubi jam Dalmatia & Morlachia ſunt, fuit olim pars ampla Illyrici, quod ab Arſiâ Hiſtriæ flumine, ad fl. Drilonem ſeu

limitem Macedonicum ſe extendit, & partem Boſniæ, Serviæque complexa eſt. Pars Illyrici inter Arſiam & urbem Sicum, *Sebenico*, Liburnia appellabatur; reliqua inde ad fl. Drilonem Dalmatia.

XXII. *Boſnia.* Pars quarta ſeu ultima Turciæ inter Dravum & ſinum Venetum Boſnia eſt, ſic à Boſnâ fl., qui ipſam perfundit, nuncupata, aliàs Boſſina & Boſſena, Gall. *Boſnie*, Germ. *Woſſen*. Clauditur à Dalmatiâ, Croatiâ, Savo, qui ipſam diſtinguit à Sclavoniâ, & Serviâ. Quondam ſuis Regibus paruit; poſt Turcis, à quorum imperio nec hodie immunis eſt. Regionem habet aſperam, cui tamen nec gramen deeſt, nec auri aut argenti fodinæ. Dividitur Boſnia in ſuperiorem & inferiorem. *Superior.* Illi, quæ ad meridiem eſt, attribuuntur Banialucum, *Banialuch* & *Bagnaluca*, in Dalmatiæ confinio, ordinaria Præfecti ſedes; *Inferior.* item Tinina, ſeu Tina, *Tina*, Croatiæ propinquior. Boſniæ inferiori inſunt Iaitia, *Iayeza*, monti inſidens & caſtro munita, Regum olim habitatio; Varboſania, *Warboſania*, & *Worboſina*, ante Regionis præcipua, nunc deficiens; Boſna Sarajum, aliis Saralium ſimpliciter, *Boſna-ſaraio*, & *Saraio*, quibuſdam Boſniæ totius primaria.

XXIII. *Pannonia.* Explicitis partìm in Germaniâ, partìm hoc ipſo Capite partibus, quas Pannonia olim continuit, ipſam hìc verbulo attingemus. Pannoniam, quæ ampliſſima eſt veteris Europæ regio, limitavit ab occaſu Noricum; à boreâ Danubius; ab ortu idem fl., ac Mœſia ſuperior; ab auſtro Illyricum. Diſtributa fuit in partem ſuperiorem & inferiorem. Superior Pannonia partem occidentalem tenuit, ubi nunc pars Croatiæ, Carniolæ, Stiriæ, Archiducatûs Auſtriæ, atque inferioris Hungariæ. Pannonia inferior, in ortum ſita, complexa eſt integram ferè inferiorem Hungariam, Sclavoniam, partemque Boſniæ & Serviæ.

XXIV. *Servia.* Supereſt tandem ex Turciâ Europæâ ſeptentrionali tractus, qui inter Danubium eſt & Græciam, & cujus partes ſunt Servia, Bulgaria, Romania, quarum illæ Iſtro, hæc mari Ægæo adjacent. Servia, *Servie*, limitatur à boreâ Savo & Danubio, qui ipſam à Sclavoniâ, Hungariâ, Valachiâque dividunt; ab ortu Bulgariâ; ab auſtro montibus Macedoniæ & Albaniæ; ab occaſu Dalmatiâ & Boſniâ. Pars ejus ſeptentrionalis

nalis Raſcia appellatur. Servia fertilis & amœna eſt, ac Græcam religionem ſequitur. Olim Deſpoten habuit, cui ſubfuit quoque Boſnia; poſt Turca ipſam occupavit. Oppida clariora Serviæ ſunt Drinavaria, *Drinawahr*, ad fl. Drinam; Vivaria, *Wiwar*; Ternoviza, *Ternoviza*; Orachum, *Orach*, cultum; Drina, *Drin*, ad fl. cognominem; ſuperiùs Cepeliza, *Cepeliza*; Novibazaria, *Novibazar*, tempore Deſpotarum Serviæ metropolis; Niſſa, *Niſi*; Razena, *Razena*; Zenobicza, *Zenobicz*. Sequitur Belgradum, ſeu Alba Græca, olim juxta varios Taurunum, quod in Belgradi viciniâ fuiſſe malunt alii, nunc Gall. *Belgrad*, Ital. *Belgrado*, Germ. *Griechiſch Weiſſenburg*, urbs ad Savi atque Danubii confluentes, colli inſidens, munitiſſima, cum arce, Raſciæ non tantùm, ſed & totius Serviæ clariſſima; Fanum S. Andreæ ſeu Semendria, Ungaris, *Zendrew*, Turcis *Semender*, inferiùs ad Danubium, aliàs caput Raſciæ, nunc magna ex parte in ruinis; item Vineratium, *Vineratz*; Barovizza, *Barovizza*; Viddinum, *Viddin*; Giuſtandila, *Giuſtandil*; Scopia, ſive Uſcopia, *Uſchup*, in confinio Macedoniæ, quam tamen uti & Giuſtandilam, & Viddinum Sanſonus Bulgariæ attribuit.

XXV. Bulgaria.

Tranſimus in Bulgariam, *Bulgarie*, quam ab occaſu terminat Servia; à boreâ Iſter ſive Danubius; ab ortu Pontus Euxinus; ab auſtro Romania & Macedonia. Maximè inter Serviam & Pontum extenditur, cum exiguâ in quibuſdam ſui partibus latitudine. Montes habet editiſſimos, læta paſcua, & copiam boum, & ovium. Ante Regibus ſuis paruit, nunc Turcis ſubjecta eſt, ac Græcam religionem profitetur. Clariores ejus urbes ſunt Sophia, *Sophie*, Bulgariæ nobiliſſima, populoſa, ampla, ſed abſque muris, ideoque à Turcis vicus habita, ſedes Rumili Beglerbegi, hoc eſt præfecti Romaniæ, ex quo pendet, in plano ſita, in viâ, quæ Belgrado ducit Conſtantinopolim; Siliſtria, *Siliſtrie*, ampla ad fl. *Abis*, diſtans ab Iſtro xxx paſſ. mill.; infra Siliſtriam eſt Nicopolis, *Nigeboli*, gemina, major & minor, quas Danubius interfluit; Ternava, *Ternova*; Haſgrada, *Haſgrad*; Doroſterum, *Doroſtero*; Axiopolis, *Axiopoli*; Provada, *Provada*. Iuxta Pontum ſunt Iſtropolis, *Proſlaviza*, aliis *Stravico*; Tomi, ſeu Tomos, exilio Naſonis celebres, variis *Baba*; Magnegalia,

Magnegalia; Varna, *Varna*; Meſembria, *Meſember*.

XXVI. *Moeſia.* In parte orientali Serviæ & Bulgariâ olim Moeſia fuit, Ptolemæo Myſia, eratque duplex, nempe Moeſia ſuperior & inferior. Illa partem Serviæ orientalem, & occidentalem Bulgariæ continuit, in quâ clariſſimi fuerunt populi Dardani, regioque ipſorum Dardania, poſita in parte auſtrali Serviæ verſus confinia Macedoniæ & Illyrici. Moeſia inferior reliquam Bulgariæ partem tenuit, ejuſque pars verſus Pontum Scythia Pontica dicta eſt. In hâc Scythæ habitârunt, quorum pars validiſſima erant Getæ, quibus & trans Danubium in Daciâ ſedes fuit. Triballi, gens nobiliſſima, à Ponto remota erat, atque ſuperiori Moeſiæ propinquior.

XXVII. *Romania.* Ultimùm ſe offert Romania ſive Rumelia, Gall. *Romanie*, Græcis *Rumelie*, cui Nova Roma (quo nomine Imperator Conſtantinus appellavit Conſtantinopolim) nomen impoſuit. Limitatur ab ortu Ponto Euxino, Boſphoro Thracio, Propontide & Helleſponto; ab auſtro Ægæo mari; ab occaſu Macedoniâ & Bulgaria; â boreâ monte Æmo ſive Hæmo, Turcis *Balkan*, Slavis *Cumoniza*, Italis *Monte Argentaro*, *Coſtegnazzo*, item Mundi catenâ, editiſſimo, quo ab inferiori Mœſiâ ſive Bulgariâ dividitur. Olim Thracia nuncupata eſt, populoſque admodùm multos continuit, unde penes Poëtas varia Thracum nomina. Solum lætiſſima habèt paſcua, frumenti quoque ferax & fructuum, ſed vini in quibuſdam partibus perparcè. In montibus argentum, plumbum & alumen offenditur. Ora admodùm piſcoſa eſt, & in tractu mari vicino ſæpiùs graſſatur peſtis. Inter flumina ejus maximi momenti eſt Hebrus, nunc vulgò Mariza, *Mariza*. Pendet quoque ex Beglerbego ſive Beglierbego Romaniæ; cujus perampla Præfectura eſt, quippe ſub quâ Bulgaria quoque, ut modò dictum, nec non Græcia cenſentur. Oppida Romaniæ, quorum multa tempus perdidit, partìm maritima ſunt, partìm mediterranea. Iuxta aut ad Pontum jacent Stravichum, *Stravicho*; Apollonia, magna quondam, nunc Siſopolis, *Siſopoli*; Stagnara, *Stagnara*; Malathia, *Malathia*; Galata, ſive Peræa & Pera, *Pera*, quaſi ultra æſtuarium, ad Boſphorum eſt, exiguo tantùm canali ſive ſinu à Conſtantinopoli diviſa, per quem facillimus trajectus eſt, proinde ſuburbium

Urbes maritimæ.

ejus

ejus habetur trans portum, ubi Latini ferè omnes, Romano-Catholici, & Legati Principum Chriſtianorum commorantur; Conſtantinopolis, Ital. *Conſtantinopoli*, Turcis *Stamboul*, aliàs nova ſeu ſecunda Roma, & Byzantium, urbs ad oſtium Freti, cui nunc ipſa, aut mare Nigrum cognomentum imponit, peſti frequenter obnoxia, lignea, ſepticollis, ampliſſima, populoſiſſima, à Conſtantino Magno Imperatore Imperii ſedes conſtituta, hodie Romaniæ non tantùm, ſed & totius Imperii Turcici longè clariſſima, Patriarchali dignitate, ac ſede Imperatoris Turcici quàm maximè illuſtris; Selymbria, *Seliurea*, ampla, ſed ferè ſine moenibus, dives thermarum ad Propontidem, uti & Redæſtum, *Rodeſto*, & *Rudiſto*, emporium cultum, frequens & celebre cum portu capaci. In peninſulâ Romaniæ, quæ olim Cherſoneſus Thracia & Helleſpontiaca dicta eſt, ſe offerunt ad Helleſpontum Callipolis, nunc Gallipolis, *Gallipoli*, urbs magna, minùs populoſa, cum arce, armamentario & portu, ſedes Beglerbegi Inſularum, ſive Præfecti maris, quæ nunc Fretum denominat; item Seſtos ſeu Seſtus, *Seſto*, cui opponitur Abydus Aſiatica, quæ nunc Dardanellæ vulgò vocantur, quamvis à dictarum urbium ruderibus in auſtrum jaceant. Duo ſunt Helleſponti caſtra, à quibus vici adjacentes vocantur, alter vetus Caſtrum Romeliæ, alter vetus Caſtrum Natoliæ, & Fretum ipſum Fretum Dardanellarum, ubi inuſitatæ magnitudinis tormenta ſunt, quæ horizontaliter diſpoſita, navibus, invito præſidio, viam reddunt inviam; Cardia, *Caridia*, vicus in orâ occidentali Peninſulæ in ipſo Iſthmo juxta ſinum Melanum, jam Gall. *Golfe de Megariſe*, & interdum *de Caridia*; Ænus, ſeu Ænum, *Eno*, ad oſtium Hebri ſive Marizæ, à quo proximus Sinus nomen ducit; Maronea, *Marognia*; Abdera, *Aſperoſa*, Democriti Gelaſini natale ſolum. Urbes & oppida mediterranea Romaniæ ſunt, ad Hebrum Trajanopolis, *Trajanopoli*; atque ſuperiùs Plotinopolis, *Ploutin*; Hadrianopolis ſeu Adrianopolis, *Andrinopoli*, Italis; *Andrinople*, Gall. & Turcis *Endrem*, urbs ante occupatam Conſtantinopolim ſedes Imperii Ottomanici, ampla, ſalubris & ſecunda Romaniæ, in quâ magnus Dominus ſæpiùs commoratur; Philippopolis, *Philippopoli*, magna, Archiepiſcopalis, ſine mœnibus, dicta ante Trimontium; Ianicolis, *Ianicoli*,

Urbes mediterranea.

ricoli, aliàs *Nococelo*; Sala, *Sal*, & Nicopolis, *Nicopoli* in Macedoniæ limite.

XXVIII. *Fl. Danubius.* Luſtratis partibus Turciæ Europææ Septentrionalis, ad nobiliſſima ejus flumina, Danubium & Hebrum, progredimur. De Danubii ortu & progreſſu ad uſque Auſtriæ Hungariæque confinia hujus SECT. CAP. XXXI, § v. dictum eſt. Ex Auſtriâ ſimulátque Hungariam intrat, ad urbem Poſonium ſcinditur; brachium dextrum admittit Leytham, *Leytha*, ad Altenburgum, & Arrabonem ſeu Rabum, *Raab*, ad urbem ejuſdem nominis; brachium ſiniſtrum Vagum, *Waag*, ac Nitriam, *Neytra*; utrumque ad Comaram confluens, inſulam Schutiam majorem, minoremque conſtituit. Hinc pergit Strigonium (è regione ipſius Grano, *Gran*, ditatur,) Viſſegradiam, Vaciam, Budam & Peſtum (ambas interfluit,) Colociam, infra quam à dextro latere recipit Sarvitiam, *Zarwiza*, atque inferiùs Dravum, Germ. *Draw*, Hung. *Trab*, ad caſtrum *Erdwdy*. Divisâ ſic Hungariâ inferiore à ſuperiore, hanc quoque ſuo defluxu à Sclavoniâ ſeparat, atque à lævâ ſupra Belgradum Tibiſcus, *Teiſſa*, in ipſum delabitur, uti ad hanc urbem à dextrâ Savus, *Saw*. Tum curſum inter Hungariam, & Serviam continuat, nec non inter Bulgariam, & Valachiam (in hac fl. Aluta, *Alt*, ipſi miſcetur,) Moldaviam (in hac fl. Hieraſus, *Pruth*, ac Beſſarabiam, in quâ tandem in varios ramos diſſectus, olim per ſex ſpatioſa oſtia, aliis quinque, aut ſeptem, in Pontum Euxinum effundebatur; at hodie per duo tantùm navigabilia ſe exonerat, cætera arenæ & limus obſtruxerunt. Pars Danubii inferior Iſter dicta eſt, ubi verò ejus principium ponendum ſit, litigant. Illud Ptolemæus ducit ab urbe Axiopoli; ſunt, qui à confluentibus Savi atque Danubii; alii aliter.

Leytha. *Rabus.* *Vagus.* *Nitria.* *Granum.* *Sarvitia.* *Dravus.* *Tibiſcus.* *Savus.* *Aluta.* *Hieraſus.* *Iſter.*

XXIX. *Fl. Hebrus.* Hebrus, qui poſt Danubium, & flumina nobiliora, quæ in hujus alveum deſcendunt, inter cætera in Turciâ Europæâ ſeptentrionali eminet, Rhombus ante nominatus eſt, nunc *Mariza*. Hic Thraciæ ſive Romaniæ fluvius (qui, niſi auctus nive, lentus eſt, & in cujus arenis auri ſunt grana) naſcitur in Macedoniæ limite ex binis fontibus, quorum quiſque flumen progignit, borealior Marizam majorem, & auſtralior Marizam minorem, quæ ad urbem Philippopolim confluentes

Mariza major & minor.

Digitized by Google

Digitized by Google

PARTIE
TVRQVIE
EN
EVROPE
MER
IONIENNE
ITALIE
G. DE VENISE
MER MED
Partie de
TVRQVIE.
EN EVROPE
Par N. Sanson le fils
Geog: du Roy.

MER BLANCHE
ou ARCHIPEL autref
MER ÆGÉE.
MER DE MARMARA
PARTIE D'ASIE
RODE
Constantinople
Andrinople
Philippopoli
Scutari
Rodisto
Tenedo
Imbro
Troia
Lemnos
Salonique
Negre Pont
Pelagnisi
Schiati
Scio
Smyrne
Andri
Tino
Nicaria
Sirina
Parvo
Nicia
Lero
Patmosa
Stampalia
Nisiro
C. Crio
Guido
Nansio
Falcanera
Standia
Candia
C. de Sidero
C. Salamoni
Spada
Sanfono
Malo
Cerigo
Napoli di Malvasia
Colochi
Grabuse
Fenice
Bonifacio ou CANDIE
Gulfe de Napoli
Golfe de Coron
Golfe de Lepante
Golfe de Salonique
Golfe de Volo
Golfe de Satalie
Golfe de Macri
Golfe de Scalanova
Golfe de Sidero
Golfe de Candie
Golfe de Mirabello
Golfe de Settia
Golfe de Sapienza
Golfe de Modon
Golfe de Coron
Golfe de Napoli
Golfe de Malvasia
Golfe de Colochi
Golfe de Grabuse
Golfe de Fenice
Golfe de Bonifacio
Golfe de Candie
Golfe de Sidero
Golfe de Salamoni
Golfe de Satalie
Golfe de Macri
Golfe de Scalanova

Digitized by Google

fluentes, unum dein flumen conſtituunt, quod Mariza ſimpliciter appellatur. In ſuo decurſu tranſit Hadrianopolim, Plotinopolim, ad quam Coprizâ ditatur, nec non Trajano- *Coprizâ.*
polim, infra quam contra inſulam Samothracen per duo oſtia in Ægæum mare delabitur.

CAPUT XXXVIII.

Pars Meridionalis Turciæ Europææ, ſive Græcia.

ABSOLUTA parte Septentrionali Turciæ Europææ, ad Meridionalem progredimur, ſive Græciam. Græcia, Turcis Rumelia, *Romeli*, limitatur à boreâ Romaniâ, quam in Græciâ includunt alii, Bulgariâ, Serviâ & Dalmatiâ, à quibus ingenti montium catenâ dividitur, cujus pars occidentalis Scardus ſeu Scodrus à Veteribus appellata eſt; ab occaſu orientaliſſimâ parte ſinûs Veneti, ejuſdem faucibus & mari Ionio; ab auſtro ſinu Coronæo & Laconico; ab ortu mari Ægæo. Olim Regio fuit nobiliſſima, quæ cæteras omnes famâ, gloriâ, doctrinâ, pluribus artibus, imperio & bellicâ laude plurimùm ſuperavit, quæ frequentes Colonias deduxit in Italiam, ut ſuprà viſum, quando de Magnâ Græciâ, in partem Aſiæ, quæ Græciæ obvertitur, & plures alias regiones, atque ex quâ, ut Plinius loquitur, omnis literarum effulſit claritas. Hodie (ſunt enim res humanæ circulus) maximam partem Græciæ Turca poſſidet, minimam Veneti. Barbariſſima eſt, nullamque habet Academiam, urbes celeberrimas tempus rerum edax aut abſumpſit, aut attrivit, exiguis ſæpè relictis tantùm, vel nullis ruderibus. Abundat optimæ notæ vino, frumento, fructibus varii generis, & quæcunque vita deſiderat. Diverſis rigatur fluminibus, ſinuſque habet, & multos, & amplos, quorum in antiquis Hiſtoriis crebra fit mentio. Lingua admodùm impura eſt, admixtis ei magnâ copiâ vocibus peregrinis, Turcicis, Sclavonicis, Arabicis, Italis; proinde mirum non eſt, ultra ſeptuaginta dialectos hoc tempore in ipsâ, teſte Cruſio, numerari. Annum Græci ab Æquinoctio autumnali ordiuntur, ob Conſtantinianam Indictionem, quæ XXII Septembris die inſti- I. *Græcia limites. Veteris & novæ conſtitutio.*

tuta eſt, neque à Chriſti natalibus, ſed condito Mundo annorum ſeriem deducunt. Primatum Eccleſiæ Romanæ negant, item purgatorium, & S. Cœnam Laicis ſub utraque ſpecie, adhibito pane fermentato, largiuntur.

II. *Græcia diviſio. Macedonia vetus.* Dividimus Græciam in Continentem & Inſulas. Continens, quæ limitibus modò traditis continetur, jacet aut extra, aut intra Iſthmum Corinthiacum. In parte extra Iſthmum, quæ Turcis paret, ſunt quinque Provinciæ, Macedonia, Albania, Epirus, Theſſalia, & Achaia. Macedonia, Gall. *Macedoine*, olim Regni titulo illuſtris, ante regis Philippi tempora vix ultra Macedoniam propriam diffundebatur, cui, ipſo regnante, adjuncta eſt Theſſalia, nec non pars Epiri & Thraciæ. Aſt quando filius Alexander rerum potiebatur, ſceptro Macedonico non tantùm univerſa Thracia, & Græcia, ſed & tota Aſia, item Ægyptus & Lybia, partes Africæ, ſe ſubmiſerunt. Macedoniæ propriæ, ſive veræ termini antiquitùs fuerunt à boreâ Thracia & mons Scardus, quo à Moeſiâ ſuperiore atque Illyrico dividebatur; ab occaſu mare Adriaticum; à meridie Epirus & Theſſalia; ab ortu mare Ægæum. *Hujus diviſio.* Subactam à Paulo Æmilio Macedoniam in quatuor regiones diviſam fuiſſe, teſtis eſt Livius. Primæ Regionis, quæ Thraciam contingebat, provinciæ ſive partes erant quatuor, Edonis, Odomantice, Biſaltia & Sintica ſive Sintice, ſitæ ad aut juxta Strimonem fluvium. In ſecundâ Regione, quæ Primæ fuit finitima, partes occurrebant novem, Orbelia, ſive Orbelis, Almopia, pars Pæoniæ, Ioria, Pelagonia, Mygdonia, Amphaxitis, Chalcidica, atque Paraxia. In tertiâ Regione, quæ inter ſecundam & quintam media extitit, erant partes ſex, Pieria, Bottiæa, Emathia, ſive Æmathia, (hoc nomine Macedonia priùs appellata eſt) Lynceſtis, pars Pæoniæ, & Æſtræis. In quartâ ſeu ultimâ Regione, quæ in occaſum vergebat, & à mari Ionio alluebatur, partes erant duodecim, aliis decem; Albania, Taulantias, Elymiotis, Eordetis, Daſſaretis, Parthyæis, Deuriopus, Pelagonia, Stymphalia, & Oreſtis.

III. *Macedonia nova.* Macedonia hodierna, antiquâ longè anguſtior, limitatur à boreâ Romaniâ & Bulgariâ; ab occaſu Albaniâ; ab auſtro Theſſaliâ; ab ortu variis finibus maris Ægæi, ſeu Archipelagi.

Digitized by Google

lagi. Dives eſt armentorum, ferarum, frumenti, & quibuſdam in locis vitis & oleæ, neque auri fodinis deſtituitur. Partes hujus Macedoniæ ſunt juxta varios quatuor; Iamboli, ubi fuit prima & ſecunda Regio Macedoniæ; Comenolitari, ubi pars tertiæ Regionis, & aliqua pars Theſſaliæ; Macedonia, ubi magna pars Tertiæ Regionis; & Ianna, quæ maximam partem Theſſaliæ complectitur. Clariores urbes Macedoniæ ſunt aut fuerunt Heraclea Sintica, atque Heraclea ſimpliciter, Caſtaldo *Cheſeia*; Amphipolis, Turcis *Emboli*, ad fl. Strymonem, olim caput primæ Regionis Macedoniæ; Philippi, *Filippo*, urbs ad radices montis Pangei in Thraciæ confinio, quam Thraciæ alii attribuunt, ad quam erant Campi Philippici, ubi Cæſaris percuſſores, Brutus & Caſſius, à M. Antonio & C. Octavio devicti ſunt, nunc Archiepiſcopalis, ſed à paucis inhabitata atque deficiens, penes quam Amphitheatrum videtur penè integrum, & rudera, quæ ſplendorem urbis antiquæ indicant; Neapolis, nunc Sophiano *Chriſtopoli*, ad ſinum Strymonicum, qui Thraciam & montem Atho interfluit, & in quem Strymon, cui nomen debet, delabitur; Cavalla, *Cavala*, ad eundem Sinum; uti & Conteſſa, unde hic Sinus, *G. de Conteſſa*, atque interdum *Cavala* appellatur; nec non Stagyra, quibuſdam nunc *Libanova*, Ariſtotelis natale ſolum, quam à Philippo everſam in gratiam ſui Præceptoris filius Alexander reſtituit; Mons Athos, editiſſimus, cujus umbra veſpertina, teſte Plinio, in inſulam Lemnum pertingit, excurrens in modum peninſulæ inter ſinum Strymonicum & Singiticum, cujus Iſthmum duodecim ſtadiorum Xerxes perfodit, atque hinc Athos velificatus dictus eſt, nunc Italis *Monte Santo*, à XXIV Monaſteriis, quæ in ipſo numerantur, atque in quibus ingens numerus eſt Monachorum ordinis S. Baſilii. Ab eo proximus Sinus ad auſtrum, qui ante Singiticus ab urbe Singo ipſi appoſitâ appellatus eſt, *G. de Monte Santo* dicitur. Torone, jam *Caſtel Rampo*, ad ſinum, qui Toronaicus olim nominabatur, hodie ab oppido in intimo ejus receſſu *G. de Ajomama*; Theſſalonica, *Salonichi*, antiquitùs Therma, ſita ad boreale littus ſinûs Thermaici, nunc *G. de Salonichi*, caput ante ſecundæ Regionis Macedoniæ, hodie totius, ſedes Præfecti ſeu Sangiaci, *Sangiack*, portus atque

Urbes Macedoniæ.

que emporium celebre, quod Venetis Turca eripuit, atque à Turcis non tantùm, ſed & Chriſtianis, & Judæis incolitur; Apollonia, ad fl. Echedorum, nunc Seræ, *Seres*; Pella, *Ianizza*, ſeu *Ieniza*, aliis *Zuchria*, quondam Regia Macedonum, Gazæ ſedes, & caput tertiæ Regionis Macedoniæ, ad quam marmora indies & ædium Regiarum fundamenta eruuntur; Pydna, nunc Citrum, *Chitro*, ad ſinum Thermaicum; Berroea, *Veria*; Scydra, *Siderocapſa*; Coginium, *Cogny*, caſtrum, extructum olim ad latrones coercendos, nunc penè deſertum.

IV. *Albania.* Inter Macedoniam & orientaliſſimam partem ſinûs Veneti atque ejuſdem fauces ſe offert Albania, Turcis *Arnaut*, Gall. *Albanie*, pars veteris Macedoniæ occidua. Dicitur aliàs Albania propria, atque ſuperior, ut ab inferiore, quæ Epirus eſt, diſtinguatur. Fert vinum generoſum, linum, goſſipium, tapetes, ceram, & ſal ex montibus effoditur. Inter oppida ejus, quæ à mari diſtant, ſunt Belgradum, *Belgrado*; Lychnidos ſeu Lychnidus, *l'Ocryda*, ad lacum ejuſdem nominis, *Lago dell' Ocrida*, ex quo fluvius Drilo, *Drino*, delabitur; Albanopolis, *Albanopoli*, antiqua & deſerta; Croia, *Croia*, in quâ Scanderbegus Ottomannis fortiter reſtitit, & moriens ipſam cum totâ ditione ſuâ obtulit Venetis, ſed eam à mari remotiorem non potuerunt defendere, Brietio Albaniæ primaria; Ducaginum, *Ducagini*; Scodra, *Scutari*, rupi impoſita, aliis caput Albaniæ. Ad aut proximè mare jacent Antibarum, *Antivari*, in ſcopulo; Olcinium, ſeu Ulcinium, nunc Dulcinium, *Dolcigno*, cum tuto portu & arce; Liſſus, *Aleſſio*, urbs in arduo colle ad fl. Drilonem, qui infra ipſam mox in ſinum Illyricum, hodiè Drilonis, ſic ab hoc flumine appellatum, Ital. *Golfo dello Drino*, ſe effundit, aliquibus Albaniæ nobiliſſima; Epidamnus, poſt Dyrrachium, (negante Appiano, cui duæ ſunt urbes) *Durazzo*, urbs antè pulcherrima, ex quâ in Italiam frequens erat navigatio, etiamnum ampla, cum arce & portu capace, ſed cœli gravioris; Pyrgus, *Pirgo*; Spinarza, *Spinars*; Aulon, Ptolemæo Aulon navale, *Valona*, juxta fauces ſinûs Veneti cum ampliſſimo portu, rectiùs ſinu, quam à Turcis obteſſam coacti nuper fuerunt Veneti derelinquere, poſtquam mœnia factis cuniculis diruerant.

Oppida mediterranea.

Maritima.

V. *Epirus vetus.* Ex Albaniâ ad Epirum progredimur, cujus termini olim fuerunt

fuerunt fl. Celydnus, qui ipſam à Macedoniâ ſeparavit; mons Pindus, qui à Theſſaliâ; fl. Achelous, qui ab Achaiâ; & tandem mare Ioniuṃ. Suis paruit Regibus, dein Macedoniæ regno unita fuit, poſtmodùm Romanis ceſſit, ultimùm Turcis. Clariores ejus regiunculæ fuerunt Chaonia, Moloſſia, ſeu Moloſſis, (in eâ Stephano fuit Dodone, ſeu Dodona, urbs ampla & ſatis florens juxta ejuſdem nominis fluvium, quam Theſprotiæ adſcribit Pauſanias, & Hellopiæ alii, ubi templum erat juxta nemus Jovi ſacrum, in quo arbores reſponſa dare, & quercus vocales eſſe dicebantur; item fons Jovis, qui faces extinctas incendebat, jam verò prorsùs interiit) Theſprotia ſive Theſprotis, Almena, ſeu Almene, Dolopia, Caſſiopæa, Amphilochia, Acarnania.

VI. *Epirus nova.*

Hodierna Epirus, Gall. *Epire*, (aliàs Albania inferior, ad diſcrimen explicitæ mox Albaniæ, ac Canina, quod tamen nomen alii ad ſeptentrionalem Epiri tractum reſtringunt) minùs, quàm antiqua, in auſtrum diffunditur. In eâ occurrunt montes Acroceraunii, ſeu Ceraunii, ſic dicti olim, quòd propter ſublimitatem ſæpiùs à fulmine ferirentur, nunc montes Diaboli ſeu Chimeræ, unde armenta pinguiſſima; Oricum, *Orſa*, oppidum juxta fauces ſinûs Veneti; Grammata, *Gramata*, mari adjacens, ad quod quoque eſt Panormus, *Panormo*; Chimæra, *Chimera*, & contra Corcyram Buthrotum, *Butrinto*, jam amplæ urbis cadaver, ad cujus ſinum ob piſcium abundantiam multi degunt piſcatores; Baſtia, *Baſtia*; Torone, *Perga*, cum arce ſub dominio Reipublicæ Venetæ, & Corcyræo Prætore, cujus incolis Veneti conceſſerunt duas vicinas inſulas, ſitas ad auſtrum, quæ duæ Paxæ appellatæ ſunt, nunc *Pachſu*, & *Antipachſu*, ubi lætiſſima paſcua, in quibus armenta ſua nutriunt; Nicopolis, variis *Preveza*; in faucibus ſinûs Ambracii, à quâ & G. *de Preveza* dicitur, atque ex oppoſito littore Actium, urbs olim & promontorium, nunc C. *Figalo*; Anactoria, *Vodiza*; Ambracia, quibuſdam & hodie *Ambrachia*, aliis *Larta*, *l'Arta* & *Arta*, quæ nonnullis ab Ambraciâ diſtincta urbs eſt; noviſſimæ mappæ ſolam Lartam exprimunt, quæ ex Ambraciæ ruinis increvit, Epiri caput, ſitum juxta intimum receſſum ſinûs Ambracii, nunc vulgò G. *de Larta* & *l'Arta*, qui limo ſenſim impletur; Delvinum, *Delvino*, burgus mediterraneus.

VII. *Theſſalia vetus.* Sequitur Theſſalia, quam terminavit antiquitùs Epirus, Macedonia, cujus limites à veteribus cum Theſſaliæ limitibus confunduntur, mare Ægæum, & Achaia, ſive Hellas. Partes ejus fuerunt quinque, Theſſaliotis, ſive Theſſalia propriè dicta, Eſtiotis, ſeu Heſtiæotis, Pelaſgiotis, Magneſia, & Phtiotis. Ptolemæo tantùm quatuor enumerantur, omiſsâ Magneſiâ, quam cum Pelaſgiotide & Phthiotide confundit.

VIII. *Theſſalia nova.* Theſſaliæ hodiernæ, Gall. *Theſſalie*, pars maxima, juxta teſtimonium Brietii, Ianna dicitur, & aliqua pars etiam Comenolitari. Clariora ejus loca habentur Gomphi, *Gonſi*, juxta fontes fluminis Penei; Ianna, *Ianna*, in lacu ejuſdem nominis, munita, unde regioni nomen profluxit; Tricca ſeu Trica, ubi Æſculapii templum fuit, jam *Tricala* ad fl. Peneum; Pharſalus, quibuſdam *Farſa*, Brietio periit, urbs olim in Phthiotide, ad quam erant Campi Pharſalici, quos victoria Iulii Cæſaris in Pompejum nobilitavit; Lariſſa, *Lariſſa*, ad fl. Peneum, uti olim, ſic hodiè Theſſaliæ præcipua, inter quam & proximum littus ſinûs Thermaici occurrit Olympus, cujus vertex ſupra mediam aëris regionem aſſurgere dicitur, & ortum verſus montes Oſſa & Pelius, fabulâ Gigantomachiæ inclyti; inter Oſſam & Olympum erant Tempe, cognomento Theſſala, amœniſſima vallis, cujus latitudo æquabat circiter jugerum & ſemis, & longitudo quinquies mille paſſus, teſte Plinio; Magneſia promontorium, nunc *Capo di San Georgio*; Demetrias, *Demetriada*, ad ſinum Pelaſgicum, aliàs Demetriacum, & Pagaſicum, ab urbe Pagasâ, ſeu Pagaſis, quæ in intimo ejus receſſu extiterunt, nunc nomen ab oppido Armiro gerit, vulgò *G. del Armiro*; Thebæ Phthioticæ ſive Theſſalicæ, nunc *Zitton*, & *Zeitton*, ad ſinum Maliacum, hodie *G. de Zeiton*, qui Theſſaliam & inſulam Euboeam interfluit.

IX. *Achaia vetus.* Reſtat pars quinta & ultima Græciæ extra Iſthmum Corinthiacum, quæ Achaia eſt, aliàs Hellas & Græcia propria. Eam limitavit à ſeptentrione mons Oeta, quo à Theſſaliâ dividitur; ab occaſu fl. Achelous, quo ab Epiro; à meridie ſinus & Iſthmus Corinthiacus, ac ſinus Saronicus, quibus à Peloponneſo; ab ortu mari Ægæo & Euripo, qui inter Achaiam & Euboeam fluit. Ejus partes fuerunt ſeptem, Doris, Ætolia, Locris, cujus incolæ Locri dividebantur in Locros Ozo-

Ozolas ſeu Ozolos, Epicnemidios & Opuntios; Phocis, in quâ celebratiſſimus mons Parnaſſus biceps, cujus alterum jugum Libero ſacrum erat, alterum Apollini; Boeotia, in quâ montes Helicon, Muſis dicatus, Poëtis decantatiſſimus, & Cytheron, uterque quibuſdam Parnaſſi pars, ſicut hic Pindi, atque hinc penes Poëtas frequens horum nominum confuſio; Attica, in quâ mons Hymettus, floribus, marmore & melle celebris; & Megaris.

X. *Achaia nova.*

Nunc Achaia Livadia dicitur, in qua eſt promont. Antirrhium, jam *Capo Molicreo*, contra Rhium, Peloponneſi promontorium, ad fauces ſinûs Corinthiaci, ubi in mare Ionium ſe effundit. Ad hoc & illud Promontorium arx eſt, quæ Dardanellæ, *Dardanelles*, appellantur, & Sinûs introitum cuſtodiunt; Naupactus, indigenis *Epactos*, Ital. *Lepanto*, urbs ad oram ſinûs Corinthiaci juxta fauces ipſius, qui hodie ab eâ *Golfo de Lepanto* nominatur, cum arce in montis faſtigio, ad cujus radicem ſita eſt, & portu exiguo, Venetis olim obediens; Amphiſſa, nunc *Salona*, quam & Turcæ & Græci habitant, unde ſinus Criſſæus, pars ſeptentrionalis ſinûs Corinthiaci, hodie *G. di Salona* dicitur; Delphi, ampla olim civitas, non mœnibus munita, ſed tantùm abruptis ſaxis & rupibus, ad montem Parnaſſum, qui etiamnum hìc biceps eſt, atque ex quo ſcaturit fons Caſtalius, quo qui labra proluit, repentè Poëtam prodire fabulata eſt antiquitas, ubi clariſſimum fuit templum Apollinis Pythii & commune humani generis Oraculum, cultu & religione multùm excellens, jam *Caſtri* nominatur, vicus centum circiter ædium; Lebadia, *Livadia*, ubi olim Antrum Trophonii oraculo celebre, ſita juxta ſinum Corinthiacum, inculta à Turcis, Græcis atque Judæis aliquot, frumenti & orizæ perquàm dives, ſupra quam eſt Copais lacus, potiùs ſtagnum ſive palus, nunc dictus Græcis Limnitis Livadias, *lac de Livadia*, à proximâ urbe; Orchomenus, *Orcomeno*, ad boream Lacûs, olim ab equis ſuis celebrata, ubi erat templum ditiſſimum & Gratiis dicatum, nunc caſtrum tenue; Thebæ cognomento Bœoticæ, & Ogygiæ, ab Ogyge, qui hìc rerum potitus eſt, Heptapylos à ſeptem portis appellatæ, cum arce Cadmæâ munitiſſimâ, quondam caput Bœotiæ, indigenis hodie *Thiva*, exteris corruptè *Stiva*, ſeu *Stives*.

Stives. Quod arx Cadmæa fuit, nunc tantùm ex urbe antiquâ ſuperat, edito loco impoſitum. In uno ex ſuburbiis fons videtur pulcherrimus, Dirce, ſic credunt, Veterum. Ad aut prope Euripum occurrunt Talanta, *Talandi*; Anthedon, *Antidon*; Oropus, *Ropo*, magnus vicus, diſtans à littore duo miliaria; Marathon, *Maraton*, vicus exiguus ab Euripo remotior, cujus campi etiamnum dicuntur Marathonii; Panormus portus, *porto Rhafei*, ſtatio piſcatorum; Sunium promontorium, nunc Columnarum à Columnis hìc extantibus, *C. de Colomnes*; Athenæ, Turcis & Græcis *Athina*, corruptè *Saitina*, *Saitines*, ac *Setines*, metropolis Atticæ, clarior, quàm ut ullius indigeat præconio, nunc caput Ducatûs cognominis, quod ante Turcarum dominium Ducibus ſuis ſubfuit, à littore ſinûs Saronici vix mille paſſus remotum, cum arce munitâ in rupe. Abundat optimæ notæ vino, oleo, piſcibus, multa habet antiquitatis veſtigia, incolæ Græci & Turcæ ſunt, lingua Græca hìc purior eſt, quàm in Archipelagi inſulis. Megara, *Megara*, vicus tenuis, dives antiquitatum.

XI. *Pars Græciæ intra Iſthmum ſive Peloponneſus.*

Luſtratâ parte Græciæ Continentis, quæ extra Iſthmum Corinthiacum jacet, ad alteram, quæ longè minor eſt, & intra Iſthmum collocata, progredimur. Antiquitùs Peloponneſus dicta eſt, ingens peninſula, quam à boreâ ſinus & tenuis Iſthmus Corinthiacus, quo Achaiæ connectitur, item ſinus Saronicus limitant; ab ortu ſinus Argolicus; ab auſtro ſinus Laconicus & Meſſeniacus; ab occaſu ſinus Cypariſſius & Patrarum. Hodiè à Græcis Μορέας dicitur, à Latinis *Morea*, à Gallis *Morée*, petito ab arboribus Moris nomine, quarum hìc ingens eſt copia. In medio montes aſſurgunt, pars cætera fertilior & amoena eſt, & colles vallibus penſantur. Figura vitis folio non malè confertur. Nobiliſſimas Munitiones Veneti Turcis hoc, quod nondum compoſitum eſt, bello eripuêre, factâ ſuæ poteſtatis Moreâ. Ejus partes olim octo, aliis ſex fuerunt, Corinthia, Sicyonia, Achaia propria, (ſub hac, qui ſex enumerant, priores duas comprehendunt) Elis, Meſſenia, Laconia, Argia, ſeu Argolis, & Arcadia, quarum hæc ſola mediterranea erat, reliquæ maritimæ. Jam partes ipſius ſtatuuntur quatuor, ducatus Clarentiæ, Saccania, Tzaconia, & Belvedera.

Hujus diviſio vetus;

& nova.

Duca-

Ducatus Clarentiæ pars eſt borealiſſima Moreæ, extendens ſe à mari Ionio ad ſinum Saronicum, *G. di Engia*, in quâ antè fuerunt Achaia propria, Sicyonia, & Corinthia. Ejus clariora loca, quando ab occaſu incipimus, ſunt Dyme, jam variis Clarentia, *Clarenza*, juxta mare Ionium, unde nomen huic Ducatui, hodie à paucis inculta, cum portu aliàs capace, quem nunc arena implevit; Patræ, *Patras*, à quibus proximus ſinus, *G. di Patras*, appellatur; Rhium promontorium, nunc *Capo Rhio*, ad fauces ſinûs Corinthiaci, ſeu Lepantini, ubi una ex arcibus ſeu Dardanellis Lepantinis, *Dardanel*, quæ illas cum alterâ, quæ in oppoſito Freti littore eſt, cuſtodit; Ægira, *Xilocaſtro*; Sicyon, *Vaſilica* ſive *Baſilica*, urbs antiquiſſima, cui palatii rudera, quæ hìc videntur, nomen faciunt; Corinthus, *Coranto*, urbs Peloponneſi clariſſima, caput Corinthiæ in medio Iſthmo Corinthiaco, dictum porta Peloponneſi, cui & arx erat Acrocorinthus in monte præcipiti, & duo navalia, Lecheum ad ſinum Corinthiacum, & Cenchreæ ad ſinum Saronicum; proinde jure merito Bimaris appellata fuit: nam ipſam Ionium mare per ſinum Corinthiacum alluit, uti Ægæum per Saronicum. Nunc abſque muris eſt, parva, infrequens, cum arce, quæ etiamnum ſupereſt, ſed navale Lecheum arena obſtruxit, & ad Cenchreas, *Kenchreai*, non niſi turris conſpicitur. XII. *Clarentia.*

Orientali parti ducatus Clarentiæ ab auſtro adhæret Saccania ſive Sacania, aliàs Romania Moreæ, aut Romania minor, olim Argolis ſeu Argia, & populi Argivi. Majoris momenti urbes in ipsâ fuerunt Epidaurus, juxta ſinum Saronicum, quam nobilitabat templum Æſculapii, ſitum extra mœnia, dives tabulis votivis, ſanitatis reſtitutæ teſtibus, jam aliquibus *Cherroneſi*, aliis *Pigiada*, aut *Eſculapio*; Troezen, hodie *Damala*; Scyllæum promontorium, *Capo Schilli*, communis ſinûs Saronici & Argolici terminus; Nauplia, *Napoli di Romania*, item *Napoli*, & *Napli*, urbs ampla ad intimum receſſum ſinûs Argolici, jam vulgò ab ipsâ *G. di Napoli*, populoſa, continenti exiguâ tantùm parte nexa, ubi caſtrum ad radicem montis Palamidæ undique exciſi validiſſimum, caput Sacaniæ cum portu capaciſſimo; Lerna palus fuit Herculis labore notiſſima, qui jam adultus fertur in eâ Hydram XIII. *Saccania.*

face & ferro oppreſſiſſe, colubris & capitibus pullulantem & vicinæ omni regioni perquàm infeſtam, ut locum fecerit proverbio Λέρνη κακῶν ; Argos, item Argos Peloponneſiacum, & Hippium ab equis generoſis, quos ferebat, nunc *Argo*, caput ante Argiæ, hodie viculus, in quo aliquot tuguriola; Mycenæ, ſeu Mycene, cujus muros Cyclopes effecerant, jam *Charia*, ſeu *Agios Adrianos*, caſtrum, ſic dictum ab Adriano, qui religioſè hìc colitur; Nemea, *Triſtina*, hìc ludos Argivi celebrabant, atque in Nemeâ ſylvâ jugulavit Hercules inuſitatæ magnitudinis Leonem, ac pellem detractam pro inſigni geſtavit.

XIV. *Tzaconia.* Ad occaſum & auſtrum Saccaniæ jacet tertia pars Moreæ, Tzaconia, aliàs regio Tzaconum ſeu Maïnotarum, quos ita quidam diſtinguunt, ut illos in boreali, hos in auſtrali parte Tzaconiæ collocent. Tzacones ſive Maïnotas reliqui populi Moreæ barbaros habent, etſi Græcæ religionis. Expeditiſſimi ſunt, & artis certiſſimè vibrandi ſagittas callentiſſimi. Regio ex quatuor Moreæ partibus media & ampliſſima eſt, occupatque ex Peloponneſo Arcadiam ac Laconiam, & licet paulò ſit ſterilior, nihil ad victum deficit; nam quibus carent Tzacones, ſupplet piratica, & prædæ, quas ex inſulis Turcicæ ditionis abigunt. Arcadiæ nobiliores urbes fuerunt Stymphalus, juxta lacum Stymphalum, qui poſt Eraſinus dictus eſt, & ad radices montis Stymphali, notiſſimi labore Herculeo, & ex quo defluit Alpheus, fl. Peloponneſi maximus & clariſſimus, qui Arcadiam in Ciſalpheam, ſeu ſuperiorem, & Tranſalpheam, ſeu inferiorem, diſtribuit; Tegea, ſeu Tegæa, ubi templum Minervæ fuit, & theatrum ex marmore, prope erat mons Crathis; Orchomenon, ſeu Orchomenus, cognominata inſula, quia jacebat in paludibus; Megalopolis, nunc *Leontari*, *Londario*, ſeu *Lundari*, Polybii Hiſtorici patria, hodie nullius momenti vicus; Mantinea, victoriâ & obitu Epaminondæ celebris, jam *Mundi*, ſeu *Mandi*, vicus exiguus. In Laconiâ excelluit Sparta ſeu Lacedæmon, urbs olim potentiſſima ad fl. Eurotam, ſed abſque muris, quorum defectum Spartanorum ſupplebat fortitudo, nunc *Miſitra*, id eſt indigenis minutus caſeus; Amyclæ, inferiùs, ob Caſtorem & Pollucem inclytæ, jam *Vordonia*; atque

ad

ad ſinum Argolicum Praſia, ſeu Braſias, *Cypariſſi*; Cyphanta portus, *le Botte*; Epidaurus Limera, hodie *Malvaſia*, urbs rupi impoſita, quam undique mare cingit, & pons ligneus jungit continenti, cum portu capace, & arce validâ, nobili vino celebris, quod quamvis & alibi proveniat, ab hâc tamen urbe nomen trahit; Maléa, promontorium, *Cabo Malio*, *& C. S. Angelo*, in primis vorticoſum, ſæviſſimis ventis obnoxium, qui ſæpè ex improviſo variant, Nautis terribile, terminus ſinûs Argolici, & Laconici. Sequuntur Aſopus, *Rampano*, & *Caſtel Rampano*, juxta ſinum Laconicum, à quo hic hodie *Golfo di Caſtel Rampano* interdùm dicitur, & ſæpiùs *G. di Colochina*, ab urbe ejuſdem nominis, ſita proximè hunc ſinum occaſum verſus; Tenaria, promontorium, *C. Matapan*, Peloponneſi, quin & Europæ totius auſtraliſſimum, dives ante marmoris, medium inter ſinum Laconicum & Meſſeniacum; Leuctra, & Leuctrum, *Maina*, unde Maïnotis nomen eſt, tractuſque urbi vicinus abundat frumento, vino, oleo; Taygetus mons, in cujus faſtigio Perſarum more equus Soli immolabatur, ferarum abundans, nunc *M. des Mainots*, non longè à Tenario promontorio ſurgit in boream.

XV. *Belvidera.*

Tzaconiam ab occaſu contingit pars quarta ſeu ultima Moreæ, Belvedera, complectiturque Meſſeniam & Elidem. Meſſeniæ majoris momenti urbes fuerunt Abea ſeu Abæ, *Calamata*, urbs prima, quæ ex Laconiâ venientibus ſe offert, à quâ ſinus proximus, quem Meſſenia regio antiquitùs Meſſeniacum cognominavit, Nautis *G. di Calamata* nuncupatur; Meſſene, *Moſſeniga* ad eundem Sinum; item Corone, *Coron*, urbs munitiſſima, à quâ ſinus Meſſeniacus vulgò nomen gerit Coronæi, *G. di Coron*; Acritas promontorium, *C. di Gallo*, qui dictum Sinum ab occaſu limitat; Methone, *Modon*, urbs culta, emporium celebre, cum arce firmâ & portu nobiliſſimo; Pylus Meſſeniaca, *Navarino*, feliciter munita, portus percommodus; Cypariſſiæ, ſeu Cypariſſa, jam *Arcadia*, aliàs urbs & portus non inelegans, quæ nunc deficit, à quâ ſinus Cypariſſius *G. di Arcadia* dicitur, pars maris Ionii, quæ aliis ſinus Chelonites eſt, negantibus ſinum Cypariſſium hodie inveniri. In Elide præſtabat Olympia, olim Olympia Piſa, jam *Langanico*, ad fl. Alpheum, non procul ab oſtio, urbs toto

orbe celeberrima quinquennali ludorum celebritate, quos Hercules in campis Olympiæ vicinis instituerat, ut sese gymnasticis certaminibus juventus Græciæ exerceret, præluderetque vero certamini; gaudebat luco ex oleastris, unde victores coronabantur, nunc tenue oppidulum; præter Olympiam fuit Elis, Elidis regionis primaria ad fl. Peneum, jam ab amœno situ Græcis Calloscopium, *Belvedere*, amplum, à quo hæc pars postrema Moreæ nomen trahit.

XVI. *Græciæ Flumina, quæ exeunt in mare Ægæum:*

Antequam ad Græciæ Insulas progredimur, celebriora Græciæ continentis Flumina memorabimus, quæ aut in mare Ægæum, aut Ionium, aut Adriaticum exeunt. Inter prima sunt sequentia Macedoniæ flumina; Strymon, nunc *Stromona*, proximum Thraciæ sive Romaniæ, quod in sinum Strymonicum, *G. de Contessa*, effluit; Chabrius seu Chabris, jam *Cilabro*, Brietio *Chabria*, qui in Thermaicum, *G. de Salonichi*. In hunc se quoque exonerant Echedorus, *Verataſar*, juxta Thessalonicam; Axius, *Vardari*, celebratus Homero ob aquas pellucidas, in quem non procul ab ostio descendit Erigonus, *Vistrizza*; item Aliacmon, seu Haliacmon, *Platamona* Moletio, rapidissimum & præceps. Sequuntur duo Thessaliæ flumina, Peneus, hodie *Salampria*, Poëtis maximè decantatus, qui inter Olympum & Ossam ad sinum Thermaicum etiam properat; & Sperchius, nunc *Selambria*, aliis *l'Agriomela*, qui in Maliacum sinum, *G. de Zeiton*, effunditur. Achaiam perfundit Cephisus seu Cephissus, nunc *Cefisso*, admodùm obnoxius inundationibus, qui in Euripum effluit. Ex Peloponnesi fluminibus in Ægæum mare decurrit Inachus, nunc *Planizza*, qui postquam Argiam sive Sacaniam rigavit, juxta Naupliam sinum intrat Argolicum, *G. di Napoli*; nec non Eurotas, *Vasilipotamo* seu *Basilipotamo*, id est regius fluvius, qui in Arcadiâ natus, seu septentrionali tractu Tzaconiæ, hinc per Laconiam, sive partem meridionalem Tzaconiæ, perfusâ Spartâ, abit in sinum Laconicum, *G. di Colochina*.

Chabrius. *Echedorus.* *Axius.* *Erigonus.* *Aliacmon.* *Peneus.* *Sperchius.* *Cephisus.* *Inachus.* *Eurotas.*

XVII. *Quæ in mare Ionium:*

Transimus ad flumina Græciæ, quæ exeunt in mare Ionium. Inter ea est Pamisus, seu Panysus, *Pirnaza*, aliis *Spirnazza*, qui, Arcadiâ, Messeniâque irrigatis, miscetur sinu Messeniaco, *G. di Coron*; & Alpheus, *l'Orfea*, fluvius Arcadiæ, & Elidis, qui infra Olympiam mari committitur. Extra

Fl. Pamisus. *Alpheus.*

Pelo-

Digitized by Google

Peloponneſum in Ionium mare influunt Achelous, fl. Acarnaniæ, partis Epiri, & Acheron, etiam Epiri fluvius. *Achelom.* *Acheron.*

In mare Adriaticum labuntur hæc veteris Macedoniæ flumina; Celydnus, nunc aliquibus *Salnich*, juxta Epiri confinia, Macedoniæ ad auſtrum terminus; Lous, *Piergo*, aliis *Polina*; Apſus, ſeu Thapſus, quibuſdam *l'Aſpro*, & qui olim Macedoniæ & Illyrici terminus, nunc hodiernæ Albaniæ fluvius eſt, Drilo, *lo Drino*, duplex, Niger & Albus. Drilo Niger, Ital. *Drino Nero*, ex Lychnide palude Macedoniæ provenit, & fluxu in boream directo, incidit in Drilonem Album, *Drino Bianco*, cui ex Scardo monte initium eſt, fitque ex his duobus fluminibus unum, *Drino* dictum, quod Scodram & Liſſum alluit, atque per ſinum Drilonis, *G. dello Drino*, Adriaticum mare ingreditur. XVIII. *Quæ in mare Adriaticum:* *Celyd. Lous.* *Apſus.* *Drilo Niger.* *Drilo Albus.* *Drilo.*

Tandem Græciæ Inſulas contemplemur, quæ magno numero ſe offerunt, ſitæ partim in Ionio, partim in Ægæo mari. In mari Ionio, quarum præcipuæ parent Venetis, jacent Saſo, nunc *Saſeno*, in ſinûs Veneti faucibus, deſerta, Turcicorum Piratarum refugium; Corcyra, *Corfu*, Gall. *Corfou* ampla, contra Epirum, ſub Venetis, in quâ omnis generis fructus, frumentum, vinum, oleum, aqua laudatiſſima, ſal, mel, cera, herbæ Medicæ, veſtes Phrygiæ, & urbs Corcyra, *Corfu*, propugnaculis, & duplici arce munitiſſima; Paxus duplex, Ericuſa ſeu Paxus, *Pachſu*, & Paxus altera, *Antipachſu*, priore minor, quas Pargenſibus Epirotis dederunt Veneti, ut ſua illic nutrirent pecora; Leucas ſive Leucadia, olim Neritia, hodie *S. Maura*, amœna, vitibus undique conſita, colonia Corinthiorum, qui eam per fretum exiguum ab Epiro ſeparaverunt, ſub Venetis, in quâ Fanum S. Mauræ, *S. Maura*; Echinades, *le Curzolari*, inſulæ parvæ ad oſtium Acheloi fluminis, quarum una aliquibus eſt Dulichium, *Dulichio*, ſub Turcis, uti & Ithaca, ſive Nericia, Ital. *Valle di Compare*, celebratiſſima Ulyſſis patria, & juxta quoſdam Homeri; Cephalenia, *Cephalogna*, Ital. *Cefalonia*, aliàs Samos, oppoſita faucibus ſinûs Corinthiaci ſub Venetis, dives lanæ, ceræ, mellis, ſerici, vini, olei, ubi Cephalonia, *Cephalogna*, & *Argoſtoli*, portus ampliſſimus in meridionali littore; Zacynthus, *Zante*, affluens uvarum Corinthiacarum, item vini & olei, XIX. *Inſulæ maris Ionii:* *Saſo.* *Corcyra.* *Paxus duplex.* *Leucadia.* *Echinades.* *Dulichium.* *Ithaca.* *Cephalonia.* *Zacynthus.*

olei, ſub Venetis, ubi Zacynthus, *Zante*, urbs ampla, muro clauſa, cum ingenti ſuburbio, & nobili portu, quem S. Nicolai nuncupant; Strophades, *Strivali*, inſulæ duæ exiguæ, oleis ornatæ & vitibus ſub Turcis; item Sphagia, *Sapienza*, deſerta ferè ob excurſiones piratarum.

Strophades.

Sphagia.

XX. *Inter Inſulas maris Ægæi eminet Creta.*

Inter Inſulas Ægæi maris, quæ Græco littori objacent, & ad quas progredimur, Creta maxima clariſſimaque eſt, multis appellata nominibus, inter quæ erat Hecatompolis, (Plato tamen non niſi nonaginta annotavit) hodie Candia, *Candie*. Extenditur ab occaſu in ortum ad L milliaria Germanica, & ab auſtro in boream, ubi latiſſima eſt, circiter ad XVI. Soli eſt fertiliſſimi, vino gaudet Malvatico, ſaccharo, cui cognomen ab hac Inſulâ, cupreſſis, lauris, myrthis, malis aureis, granatis, citreis, ficibus, optimo oleo, ſale, lætiſſimis paſcuis. Noxiis ferè caret animantibus, excepto Phalangio, aranei ſpecie, Italis *Tarantula*, quod ſtupido dolore interimit, ſi Muſica malo medicinam non faciat. Portus habet plures & optimos. Propemodùm Turcici juris eſt.

XXI. *Creta Diviſio.*

Dividitur in IV Territoria, Sitienſe, Candienſe, Rhitymnenſe & Caneenſe, quibus à quatuor nobiliſſimis Inſulæ urbibus cognomentum eſt. In territorio Sitienſi, quod maximè in ortum vergit, ſunt Sitia, ſeu Sittia, *Sittia* & *Setia*, quibuſdam ante Cyteum, quatuor urbium nobiliſſimarum minima, portus ad littus boreale eximius; mons Dictæus, Straboni Dicte, nunc Laſthus, *Laſthi*, cujus alterum cornu procurrit ad promontorium *Sidero*, alterum ad promontorium Samonium & Salmonidis, (in Sacris Salmone dicitur) hodie *C. Salamoni*, utrumque ad littus ortivum; prope hoc erat Portus pulcher, hodie juxta quoſdam *Boniporto*, & Laſæa, Plinio Laſos, aliàs aliis Thalaſſa; Gnoſſus, olim Minois regia, jam *Cinoſa*, pagus; Sacra petra, *Hierapetra*, ſeu *Girapetra*, oppidum ad littus meridionale, unde & promontorio vicino nomen. In territorio Candienſi, quod Sitienſi ab occaſu proximum eſt, ſunt Gortyna, quondam urbium Cretæ primaria, inter quam & Gnoſſum Labyrinthus erat, ſtupendum Dædali opus, & Minotauri ſedes, cujus veſtigia etiamnum ad ortum Idæ montis ſuperſunt, nunc *Gortina*, ſeu *Gurtina*, pagus exiguus; Spina longa, ſeu Spinalunga, *Spinalonga*, arx in ſcopulo ſub Venetis juxta littus

Territorium Sitienſe.

T. Candienſe.

littus ſeptentrionale in Spinalungæ ſinu; Matium, variis Candia, *Candia*, occidentalior, à quâ hodiernum Inſulæ nomen deſcendit, urbs ampla, in veterem & novam diſtincta, munitiſſima, cum armamentario inſtructiſſimo, & portu nobili, longiſſimâ obſidione Turcarum celeberrima, interque Candiæ urbes facilè princeps. In territorio Rhitymnenſi, quod Candienſe ab occaſu contingit, ſunt mons Ida, nunc Siloritus, *Pſiloriti*, ſitus in mediâ Inſulâ, ex cujus vertice Lybicum & Ægæum mare ſe offerunt; Rhitymna, jam Rethymum, *Retimo*, urbs ad littus ſeptentrionale, cum caſtro in rupe & portu non incommodo. Tandem in territorio Caneenſi, omnium occidentaliſſimo, eſt circa littus ſeptentrionale Suda, *Suda*, arx ſub Venetis munitiſſima in inſulâ ſeu ſcopulo ejuſdem nominis, uti & ſinu, qui olim Amphimalus dicebatur, cum portu capace; Cydon, *Canea*, ad idem littus, urbs quadrata, firma, cum portu; Garabuſa, *Garabuſe*, arx ſub Venetis occidentalior; Leuci montes, nunc Sfachiotæ, *M. di Sfachia*, in quibus habitant ejuſdem nominis incolæ; Sfachia, caſtrum, C. *Sfaccia*, quod nominatos ſtatim Montes denominat, ſitum ad littus meridionale; item Phœnix ſeu Phœnicus, nunc *Finichia*, & *Fenice*; Liſſus, variis *Caſtel Selino*; Criumetopon, ſive frons Arietis, jam C. *Crio*. Contra hoc Promontorium fuit exigua inſula Claudos, ſeu Clauda, variis nunc *Gozo*, quibus ob diſconvenientem ſitum Brietius & alii ſe opponunt. Longiùs à Cretâ diſtat Cythera, *Cerigo*, occidentaliſſima maris Ægæi inſula, ad introitum ſinus Laconici, montoſa, ſub Venetis, cum caſtro ejuſdem nominis ad occaſum & tuto portu.

T. Rhitymnenſe.

T. Caneenſe.

I. Claudos.

I. Cythera.

Sequuntur maris Ægæi Inſulæ, Cyclades dictæ, à circuli figurâ, quam ſuo ſitu exprimunt, ſitæ in primis inter Cretam ad meridiem & Caphareum promontorium Eubœæ inſulæ ad ſeptentrionem. Numerus earum variat, pro ut Cycladum nomen extenditur, aut contrahitur. Iſidorus quinquaginta ſtatuit, alii duodecim enumerant, hodie cum cæteris maris Ægæi inſulis communi Inſularum Archipelagi nomine efferuntur. Exceptâ Teno, quæ ſub Venetis eſt, reliquæ Turcis obediunt, atque ipſarum incolæ penè omnes Græci ſunt. Inter clariores, majores & magis cultas numerantur Melos, *Milo*, quam

XXII. *Cyclades, Inſulæ maris Ægæi; inter quas*

Melos

Siphnus. Seriphus. quam variæ minores ambiunt; Siphnus, *Sifano*; Seriphus, *Serfino*; Paros, *Paris*, aliis *Pario*, cui & oppidum ejuſdem nominis ad boream cum portu gemino; Naxus, *Naxia*, cum oppido & aliquot portubus; Amurgus ſive Amorgus, *Amorgo*, aliis *Morgo*, ubi caſtrum ejuſdem nominis, & quidam vici; Rhena ſeu Rhenia, & huic proxima ad ortum, ac minor, Delos, circa quam choream Cyclades videntur agitare, exiguæ, *Sdilles*, dictæ; Myconos, *Micone*, aliis *Micole*; Tenos, *Teno* & *Tine*, ſub Venetis, cum caſtro in monte, & binis portubus; Andros, *Andro* & *Andri*, cui ejuſdem nominis oppidum in ſcopulo, quod Inſulæ pons conjungit; Cea, *Zea*; Thera, *Termia*, dives balneorum.

Paros. Naxus. Amurgus. Rhena. Delos. Myconos. Tenos. Andros. Cea. Thera.

XXIII. Pergimus ad reſiduas Inſulas Ægæi maris, quæ ad Græciam referuntur. In ſinu Saronico jacent Ægina, *l'Egina*, ſeu *Engia*, à quâ Sinus hodie *G. di Engia* nuncupatur, ubi ejuſdem nominis oppidum infrequens; uti & Salamis, priori vicina, nunc *Coluri*, aliis *Culoro*, quam olim nobilitavit navalis victoria, quam reportavit de Perſis Themiſtocles, utraque ſub Turcis. Achaiæ obtenditur Euboea, nunc *Negroponte*, maris Ægæi poſt Cretam maxima inſula, ſub Turcis, quam à continente dividit Euripus, quem ſepties die & ſepties nocte fluere, fluctibus invicem verſis, Mela Auctor eſt; alii minùs frequenter. At qui ipſum hodie luſtrârunt, teſtantur, varios dies ſtatos continuoſque quolibet menſe recurrere, quibus uno die decies, duodecies, decies ter, atque interdum decies quater, acceſſum & receſſum patiatur, cæteris menſis diebus æſtum ejus ab æſtu communi non diſcrepare. Abundat Euboea frumento, vino, & fructibus diverſi generis. Montes habet, in quorum faſtigiis nix per ſemeſtre conſpicitur. In ipsâ eminent Cariſtus, *Cariſto*, Italis *Caſtelroſſo*, urbs benè munita, cum portu commodo in orientali littore; Gereſtus, *Gereſto*, ubi Gereſtia ſacra in honorem Neptuni celebrata fuêre; Chalcis, nunc Græcis incolis Egripos, exteris Negropontium, *Negroponte*, urbs ad anguſtias Euripi, Bœotiæ ponte connexa, ampla, valida, Inſulæ uti quondam, ſic etiamnum clariſſima, à Turcis & Iudæis inculta, cum portu atque ſuburbiis, quæ magno numero Chriſtiani habitant. Ad ortum Eubœæ eſt inſula Scyros, *Sciro*, culta cum

Reſiduæ Inſ. maris Ægæi: Ægina. Salamis. Euboea. Hujus Euripus. Scyros.

cum oppido ejuſdem nominis & tuto portu. Plus in boream vergunt Lemnos, *Stalimene*, ampla, culta, monti Atho oppoſita, in quâ ad littus occiduum eſt urbecula cognominis, olim Myrina, in cujus forum Athos, teſte Solino, umbram ſpargebat, quamvis abeſſet ab ipsâ octuaginta ſex paſſuum millibus; ad ortum jacet Mandra, *Mandro*, ſeu *Madra*, oppidum, juxta quod terra Lemnia effoditur. Thraciæ viciniores ſunt Thaſſus, ſeu Thalaſſia, *Taſſo*, ubi Thaſſus, *Taſſo*, portus, & caſtra varia; Samothrace, *Samandrachi*, culta, ſed abſque portu; Imbros, *l'Embro*, prope Cherſoneſum Thraciæ & fauces Helleſponti cum caſtro in monte & tuto portu. *Lemnus.* *Thaſſus.* *Samothrace.* *Imbros.*

XXIV. *Quæ Turca extra Europam poſſidet. Turcia regimen & Turcarum indoles.*

Luſtratâ parte Meridionali & Septentrionali Turciæ Europæ, notandum denique, quid in Aſiâ Africâque magnus Dominus poſſideat. In Aſiâ ipſi ſubſunt complures Inſulæ contra Aſiam minorem; ipſa Aſia minor ſeu Anatolia; pars Comaniæ & Georgiæ vivit ſub clientelâ Turcicâ; Armenia ſeu Turcomania; Aſſyria latè ſumpta, ſeu Diarbechia, in quâ ſunt Aſſyria propria ex parte, Meſopotamia, & Chaldæa; Arabia ex parte; & Syria latè ſumpta, in quâ Syria propria, Phœnicia, nec non Judæa. In Africâ eidem parent pars Abexiæ oræ, tractus Æthiopiæ ſuperioris ad littus occidentale ſinûs Arabici; Ægyptus, & regnum Barcanum. Regnum verò Tripolitanum, Tunetanum & Algerianum ſub Turcicâ degunt clientelâ. In diffuſiſſimam hanc Regionem abſolutiſſimum imperium habet Ottomanus, ipſaque in multas Præfecturas generales, Gallis *Beglerbeglic*, Belgis *Beglerbegſchappen*, diſtributa eſt, quarum quæque in ſuas Præfecturas minores, ſeu Sangiacatus ſubdividitur. Illarum Præfecti Beglerbegi, *Beglerbegen*, nec non Baſſæ, & harum Sangiaci, *Sangiacken*, appellantur. Imperium à Fratrum ſtrangulatione auſpicantur Imperatores, neque uxores ducunt, ſed concubinas. Turcæ plerique ſunt melancholici, impetuoſi, avari, zelotypi, proclives in polygamiam, nefariam Venerem, ſuperſtitionem, idololatriam, & rerum futurarum auguria, fortes, in primis Janizarii, flos militiæ Turcicæ, qui ex Chriſtianis componitur, Turcæ conceſſis tributi loco, rebus novis non rarò ſtudet, Imperatores è medio ſuſtulit, tranſlato, quò volebat, Imperio. Capillos Turcæ, præter cincinnum in ver-

tice, detondent ſibi, muſtaces alunt, caput albo galero ornant, dextram ad Cyri exemplum pluris faciunt, brutis & floribus delectantur, vino, quod lege vetitum eſt, abſtinent, minimè potu *Coffeé*. Quæ de Turciâ Europæâ tradita ſunt, proxima Tabula in genere, & quæ ſequuntur, particulatim exhibent.



IV Tabulæ ſpeciales Turciæ Europææ Septentrionalis.



II. Pars


II. Pars Turciæ
inter fl. Tyram, mont. Carpatum, fl. Dravum, & Iſtrum, in quâ
Walachia, ubi
Moldavia,
Galatia. Falcinum.
Nuſium. Iaſſium.
Chotczynum. Czarnowca.
Soczava, Caput Moldaviæ.
Moldadania. Targoroda.
Margoſeſtum. Vaſſuia.
Cladſitium. Pudna.
Walachia,
Ialonicza. Ermiſtadium.
Targoviſcum, Caput Walachiæ.
Braskovia. Langenavia.
Rebnitia. Aluta. Arcimum.
Richza. Orſanum. Peda.
Tranſylvania, ubi
Citra fl. Maruſium,
Zabeſus. Cibinium, Caput Tranſylvaniæ. Fogaraſium.
Braſſovia. Mediesus.
Segeswaria. Novomarchia.
Ultra fl. Maruſium,
Biſtricia. Coloſvaria.
Engedinum. Alba Iulia.
Hungaria,
Superior,
Varadinum. Iulium.
Conadium. Lippa.
Temeſwaria. Segedinum.
Solnocia. Agria. Debrecinum.
Bathoria. Zatmaria.
Toccaium. Geoncium.
Saros Patacum. Mungacium.
Ungaria. Caſſovia. Eperiæ.
Leutha. Neuſolium.
Altenſolium. Cremnitia.
Schemnitia. Nitria.
Neuhuſelium. Scinta.
Leopoldſtadium. Tyrnavia.
Poſonium, Caput ſuperioris Hungariæ.
Gakata. Vacia. Peſtum.
Colocia. Bathonia.
Bodrochium.
Inferior,
Baranyvarda. Moharzium.
Altinum. Buda, Caput inferioris Hungariæ.
Viſiegradia. Strigonium.
Comara. Arrabo.
Altenburgum. Canifia.
Alba Regalis. Sygetum.
Quinque Eccleſiæ.
Sclavonia, ubi
Ad Ortum,
Valponia. Eſſechium.
Valcowaria. Ilocum.
Varadinum Petri.
Salanceme. Semlinum.
Vetus Sirmium. Poſegia.
Ad Occaſum,
Gradiſcia. Ieſſenotia.
Fanum S. Georgii. Copranitza.
Waraſdinum. Zagrabia.
Croatia, ubi
Croatia,
Siſecum. Carolòſtadium.
Cherſtina. Vihitza. Velaia.
Morlachia,
Rebnicum. Novigardia.
Senia. Iablonitzum.
Oſtrovina.

- **III. Pars Turciæ** inter fl. Dravum, & S. Venetum, *in quâ*
  - Dalmatia, ubi
    - *Sub Venetis*,
      - Insula Pagantium. I. Arba.
      - I. Vegia. I. Crepſa. I. Abſorus.
      - I. Grandis. I. Incoronata.
      - I. Iſſa. I. Corcyra nigra.
      - I. Pharos. I. Bratia.
      - I. Olyntha. I. Bua. I. Patina.
      - I. S. Michaelis. Urbes, Ænona.
      - Iadera. Novigardia. Scardona.
      - Sebenicum. Tragurium.
      - Salona. Cliſſa. Spalatum.
      - Almiſſum. Catara. Budua.
    - *Sub Republ. Raguſinâ*,
      - Inſula Angoſta. I. Melita.
      - Sabium. Stagnum.
      - Raguſa, *Caput Reipublicæ.*
    - *Sub Turcis*,
      - Caſtrum novum. Tribunium.
      - Narona. Moſtara.
  - Boſnia,
    - *Superior*,
      - Banialucum.
      - Tinina.
    - *Inferior*,
      - Iaitia. Varboſania.
      - Boſna Serajum.
- **IV. Pars Turciæ** inter fl. Iſtrum, & Græciam, *in quâ*
  - Ad fl. Iſtrum,
    - *Servia*,
      - Drinavaria. Vivaria.
      - Ternoviza. Orachum. Drina.
      - Cepeliza. Novibazaria.
      - Niſſa. Razena. Zenobicza.
      - Belgradum, *Caput Servia.*
      - Semendria. Vineranum.
      - Barovizza. Viddinum.
      - Giuſtandila. Uſcopia.
    - *Bulgaria*,
      - Sophia, *Caput Bulgaria.*
      - Siliſtria. Nicopolis. Ternava.
      - Haſgrada. Axiopolis.
      - Provada. Iſtropolis.
      - Tomi. Magnegalia.
      - Varna. Meſembria.
  - Ad mare Ægæum, *Romania*,
    - Stravichum. Siſopolis.
    - Stagnara. Malathia. Galata.
    - Conſtantinopolis, *Caput totius Imperii Turcici.*
    - Selymbria. Redæſtum.
    - Gallipolis. Seſtus. Dardanella.
    - Cardia. Ænum. Maronea.
    - Abdera. Trajanopolis.
    - Plotinopolis. Hadrianopolis.
    - Philippopolis. Ianicolis.
    - Sala. Nicopolis.
- **Fl. Turciæ Sept.** *celebriora exeunt in*
  - Pontum Euxinum, *Danubius*, vehens
    - Leytham. Rabum. Vagum.
    - Nitriam. Granum.
    - Sarvitiam. Dravum.
    - Tibiſcum. Savum.
    - Alutam. Hieraſum.
  - Mare Ægæum, *Hebrus*, vehens
    - Marizam majorem.
    - Marizam minorem.
    - Coprizam.

II Tabulæ ſpeciales Turciæ Europææ Meridionalis, ſive Græciæ.

- *Macedonia*,
  - Heraclea Sintica. Amphipolis.
  - Philippi. Neapolis. Cavalla.
  - Contefſa. Stagyra. Torone.
  - Ajomarna. Theſſalonica.
  - Apollonia. Pella. Pydna.
  - Berroea. Scydra. Coginium

I. Conti-

Digitized by Google


I. Continens Græciæ, in qua
Extra Isthmum v Provinciæ,
Albania,
Belgradum. Lychnidos.
Albanopolis. Croia.
Ducaginum. Scodra.
Antibarum. Dulcinium.
Liſſus. Dyrrachium. Pyrgus.
Spinarza. Aulon.
Epirus,
Oricum. Grammata.
Panormus. Chimæra.
Buthrotum. Baſtia. Torone.
Nicopolis. Actium. Anactoria.
Ambracia. Delvinum.
Theſſalia,
Gomphi. Ianna. Tricca.
Pharſalus. Lariſſa.
Demetrias. Armirum.
Thebæ Phthioticæ.
Achaia,
Dardanella. Naupactus.
Amphiſſa. Delphi. Lebadia.
Orchomenus. Thebæ Bœoticæ.
Talanta. Anthedon. Oropus.
Marathon. Panormus.
Athenæ. Megara.
Intra Isthmum Peloponneſus, nunc Moréa, ubi
Clarentia,
Clarentia. Patræ. Dardanella.
Ægira. Sicyon. Corinthus.
Saccania,
Epidaurus. Troezen.
Nauplia. Argos.
Mycenæ. Nemea.
Tzaconia,
Stymphalus. Tegea.
Orchomenon. Megalopolis.
Mantinea. Lacedæmon.
Amyclæ. Prafia. Cyphanta.
Epidaurus Limera. Aſopus.
Colochina. Leuctra.
Belvedera,
Abea. Meſſene. Corone.
Methone. Pylus Meſſeniaca.
Cypariſſia. Olympia.
Calloſcopium.
Flumina continentis Græciæ celebriora exeunt in
Mare Ægæum,
Strymon.
Chabrius.
Echedorus.
Axius, vehens
Erigonium.
Aliacmon.
Peneus.
Mare Ionium,
Sperchius.
Cephiſus.
Inachus.
Eurotas.
Pamiſus.
Alpheus.
Achelous.
Acheron.
Mare Adriaticum,
Celydnus.
Lous.
Apſus.
Drilo, vehens
Drilonem Nigrum & Album.

II. Insulæ Græciæ
- In mari Ionio,
  - *Saso.*
  - *Corcyra,* — Corcyra.
  - *Paxus duplex.*
  - *Leucadia,* — Fanum S. Mauræ.
  - *Echinades,* inter quas — Dulichium. Ithaca.
  - *Cephalenia,* — Cephalenia.
  - *Zacynthus,* — Zacynthus.
  - *Strophades.*
  - *Sphagia.*
- In mari Ægæo,
  - *Creta,* — Sida. Portus pulcher. Gnossus. Sacra Petra. Gortyna. Spina longa. Candia, *Caput Cretæ.* Rhitymna. Suda. Cydon. Garabusa. Sfachia. Phœnicus. Lissus.
  - *Claudos.*
  - *Cythera,* — Cythera.
  - *Melos.*
  - *Siphnus.*
  - *Seriphus.*
  - *Paros.* — Paros.
  - *Naxus.* — Naxus.
  - *Amurgus.* — Amurgus.
  - *Rhena.*
  - *Delos.*
  - *Myconos.*
  - *Tenos.*
  - *Andros,* — Andros.
  - *Cea.*
  - *Thera.*
  - *Ægina,* — Ægina.
  - *Salamis.*
  - *Eubœa,* — Cariſtus. Gereſtus. Negropontium.
  - *Scyros.* — Scyros.
  - *Lemnos,* — Myrina. Mandra.
  - *Thaſſus,* — Thaſius.
  - *Samothracæ.*
  - *Imbros.*

INTRO-

Digitized by Google

Digitized by Google

OCEAN
Cercle du Pole
SVEDE.
EVROPE.
POLOGNE
TARTARIE
TVRQVIE
MER NOIRE
PERSE
ARABIE
MER DE
Tropicque
l'Equateur ou Ligne
Isles Maldives
Isle de Ceylan
Zanzibar
Madagascar ou St Laurent I.

L'ASIE.
Par N. Sanson d'Abbeville.
Geographe ordinaire du Roy
SEPTENTRIONAL.
TERRE DE
IESSO, YEZO, ou
SESSO
TARTARIE
CHINE
OCEAN
ORIENTAL
Golfe de Bengala
Formosa
de Cancer
Larrons
Papous
Macassar
Borneo
Sonde
Java
Equinoctiale.

Digitized by Google

INTRODUCTIONIS AD GEOGRAPHIAM NOVAM ET VETEREM

SECTIO TERTIA, DE IMPERIIS ASIÆ.

CAPUT I.

Asia in genere.

HUC USQUE Europa nos detinuit. Ad Asiam progredimur, partem secundam Orbis Veteris, totius olim facilè principem, in quâ conditus fuit Paradisus, primi vixerunt mortalium, omnigenæ artes, scientiæ, linguæ, primæ in Orbe Monarchiæ traxerunt originem, fundata est Christi Ecclesia, ipse in lucem susceptus munia sua obiit, & tantùm non omnis veteris ac novi Testamenti Historia completa est. Limitatur Asia à septentrione mari Scythico, sive Tartarico; ab ortu mari Esonis, Gall. *M. de Iesso*, seu *Kaimachites*, & Sinensi; à meridie mari Indico strictè dicto, Arabico, & freto Babelmandelo; ab occasu sinu Arabico, seu mari Rubro, Gall. *M. Rouge*, & Isthmo, qui hoc Mare atque Internum interjacet, quibus ab Africâ dividitur; item parte orientali maris Mediterranei, Gall. *M. de Levant*, nec non mari Ægæo, Hellesponto, Propontide, Bosphoro Thracio, Ponto Euxino, Bosphoro Cimmerio, Palude Mæotide, I. *Asia dignitas & limites.*

tide, inferiori parte fl. Tanais, lineâ ab hoc ad oſtia Volgæ ductâ & hinc in Obium, tandem inferiore tractu hujus fluminis, quibus Aſia ab Europâ diſtinguitur. Confer. SECT. II. CAP. V, § IV.

II. *Aſiæ quantitas & ſitus.* Diffundit ſe Aſia continens ab occaſu in ortum à mari Ægæo ad mare Eſonis, ſive à gradu LV ad gradum CLXXXII Longitudinis; atque ab auſtro in boream ab Ilhor ſeu Ihor, urbe auſtraliſſimâ aureæ Cherſoneſi, ad extremam Tartariam, ſive à gradu I ad LXXII, quin juxta alios LXXIV, Latitudinis borealis. Inſulæ autem ipſius, quæ jacent in mari Indico contra Sinam & Indiam, ad gradum XI circiter Latitudinis auſtralis ſeſe explicant. Proinde pars maxima Inſularum, & quædam partes ex Continente intra Zonam ſunt Torridam; pars longè ampliſſima Continentis eſt intra Zonam Temperatam Septentrionalem, parteſque minimæ in Zonâ Frigidâ Septentrionali locum tenent. Vincit Aſia Europam non ſolùm, ſed & Africam magnitudine.

III. *Figura & conſtitutio.* Figuram Aſiæ quidam pileo Ducis Veneti, aut ephippio, aut pegaſo componunt; alii, reſectis ab auſtro peninſulis, ovum inquiunt imitari. Clima pro variâ latitudine multùm variat. Solum plurimis in locis fertiliſſimum eſt, etiam in ipsâ Zonâ Torridâ fructus fert nobiliſſimos & deſideratiſſimos, qui frùſtra alibi quæruntur, nec deſunt pretioſiſſimi lapides, optimæ notæ metalla, montes fluminaque celebria. Aſiatici habentur molles, capaces artium, ingenii ferè ſervilis, amantes regiminis Monarchici, proinde rectè Tacitus: *Suetus Regibus Oriens.* Fluxis veſtibus delectantur.

IV. *Aſia varia diviſio.* Aſiam non eodem modo omnes partiuntur. Sunt, qui ipſam diſpeſcunt in Continentem & Inſulas. Inſulæ jacent aut in mari Mediterraneo & Ægæo contra Aſiam minorem, aut in oceano Indico contra Sinam & Indiam. Continens aut ſeptentrionem proſpicit, aut meridiem. In parte ſeptentrionali occurrit regio Aſiæ inter mare Nigrum & Caſpium (ejus partes ſunt Georgia, Comania & Circaſſia), nec non Tartaria ad mare ejuſdem nominis. In parte meridionali ſe offerunt ex ordine, quando ab ortu in occaſum progredimur, ad oceanum Indicum Sina, India, Perſia & Arabia, atque ad mare Mediterraneum, Ægæum & Nigrum Turcia Aſiatica. Alii

Aſiam

Digitized by Google

TVRQVIE en ASIE
Par le S.r Sanson d'Abbeville
Geographe ord.re du Roy.
MER MALEVRE ou M
autrefois
PONT
PETITE TAR
MER MEDITERRANEE
Isle de Crete ou Candie.
ROYAVME DE BARCA
PARTIE D'AFRIQVE
EGYPTE
Damiete
Alexandrie
Rosette
Rhodes
Cypre
Isle de
Cde la Gate
Cde S.t Epiphane
Sorpanto
Chrisamo
Retimo
Candia
Belvedere
Napoli de Romanie
Corinthe
Argos
Sparte
Corfou
Bouches du Danube
Sinope
Samastro
Cassamo
Amasie
Chiangare
Cangari
Asserat
Caramania
Pendrin
Tripoli
Suez
Le Caire
Rosette
Salona
Alberton
Rosa
Rigalia
Patriarche
Sabionchi
Philippopoli
Andrinopoli
Constantinople
Pera
Sisopoli
Cabo Pisello
Cabo Carambis
Bellu
Castromena
Ysnicmid ou Nicea
Bursa
Sangare R.
Langonie
Asso
Troya
Pergamo
Adramitti
Satalie
Scio
Nicaria
Nixia
Lero
Patmosa
Samo
Mycone
Andros
Tenos
Sira
Paros
Nixia
Argentiere
Milo
Cerigo
Napoli de Malvoisie
Modon
Zante
Cephalonie
Ithaque
Corfou
Durazzo
Valona
Dulcigno
Antivari
Cattaro
Ragouse
Spalatro
Zara
Sebenico
Narenta
Salone
Xeracloa
Philippopoli
Andrinopoli
Constantinople
Pera
Sisopoli
Cabo Pisello
Samastro
Cassamo
Sinope
Amasie
Chiangare
Cangari
Asserat
Caramania
Pendrin
Tripoli
Suez
Le Caire
Rosette
Damiete
Alexandrie
Rosette
Rhodes
Cypre
Isle de
Cde la Gate
Cde S.t Epiphane
Sorpanto
Chrisamo
Retimo
Candia
Belvedere
Napoli de Romanie
Corinthe
Argos
Sparte
Corfou
Bouches du Danube
Sinope
Samastro
Cassamo

70
75
80
85
MOSCOVIE
TARTA
Nagais
CIR
CASSI.
Sonscha
MER DE
BACCV ou
de SALA encor de
TABARESTAN ol
MARE CASPIVM
et HYRCA
NVM.
TVR
Pesigori.
Pap/oul
DIAR
BECK
TAN.
SOVRIE
ORISTAN
BERIARA. ou
ARABIE
DE
PETREE.
SERTE.
YERAC
CHVR
DIS
Baccu
Bagdad
Mosul
Cormaba
Basra
Balsora
Mauden
Anaara
Anabon
50
40
35
30
16
Orc.
inf.
70
75
80. A. d'Winter fe:

Digitized by Google

Digitized by Google

MER NOIRE
Cabo Pyello
olim
Canal de la Mer Noire ou Destr. de Constantinople
Acheronsf.
Calcedoine
MER DE MARMARA
Nicomedie
Iſnick
Nicea
Schio
CHIOV:
Baſurich
BOLLI.
Bolli
Caſtromena
Perſeke
Angori
TAIE
Boſuchi
CHIAN:
Erma
Rabia
Otmangiuch
RONI
Simſo
Tabaran
GARE
Pafin
Chiongari
ANATOLIE
Cangri
Gamara
aux Anciens
Arcabia
Byrea
Nigdia
Acſarat
Buga
Madre ſ.
Phildelphia
Sardes
Nouan
SARCHAN
ASIE
Laodicia
Pergame
Elea
Phocia
Smyrne ou Iſmyr
GERMIAN
Burnu
Apamia
Monz
Laodicia
Tmolus
Tmolus
Maſgniſa
Iachſily
Porga
Nicaria
Alabanda
Aidinelly
Aidin
Menta (ſeb
Stantonis
Malaſſo
Pabnoſa
MER
Lero
Capra
Zinara
Lerina
Mendes
Kabicarnaſſo
NELLI.
Cragus M.
Macre
Fiſchi
Tinica
Studia
Patara
Rhodes
Cirio
Gnido
Nizari
Stampalia
Piſcopia
Carchi
Falconera
Pima
Stagnia
Standia
Scarpanto
MER MEDITE

ou MER MAIEVRE
PONTVS EVXINVS.
ANATOLIE
Par N. Sanſon le fils
Geographe du Roi
Chriſtonda
Terbiſonda
Iaurra
Tripoly
Tarrabeſan
Limaña
Igino
Ciegalla
Perme A.
Permen
A M A : GENECH.
Erzerun
TVRCOMA:
Marasi
Chiarme
Tocato
Caſalmach
TOCAT
Chemach
Arſingan
Trabezan R. ou Trab.
Suuas
Gianich
Caiſaria
NIE
Segian
S I E
PEGIAN.
L I E
Tiſaria
SVVAS.
Sanaſtia
Antitaur M.
Cheraſar
Arcalach
Mongobich
DIAR:
Acſaru
Arana
Carpurt
Abiach
ANADO
Hors
LE
CARA:
Areſar
Barmuſada
A L A:
Caſa
Arale
Genſuiſa
BO:
Malatia
BECK.
Paralais
MINEVRE.
Cagny
Tiagna
Tianse
Iouachs
ZOCH
Marax
NIE
Colach
DV:
Cydno R. ou Carus
Marabeg
Verſagoly
Laranda
Aſchar
Adana
L I.
Aieſaray
CARMA
Chiel Iſar
NIE.
Tarſun
Selecha
Antiochetta
Pelopoli
Adena
Candelora
Spuria
Malo
Laiazzo
Side
Scalemure
GOLFE
DE LAIAZZO
Alexandretta
Alepp
C.S. Andre
C. de S. Epiſany
Pentaſia
Corines
Nicoſia
Souaidie
Baſſe
CYPRE
Famagoſta
Antiochia
RANÉE
Limiſſo
C. de la Gate
A. d. Winter ſcl.

Digitized by Google

Asiam distribuunt in IV vasta Imperia; Turcicum, Tartaricum, Indicum & Persicum; aut in V, addito enumeratis Imperio Sinensi. Sunt, qui partes Asiæ (numeratis pro parte unâ Insulis oceani Indici contra Sinam & Indiam) statuunt sex, aut septem, aut octo, prout Turciam Asiaticam aut amplificant, aut constringunt. Quidam enim Turciæ Asiaticæ partes faciunt Georgiam & Arabiam, quibus proinde sex sunt partes Asiæ; quidam Arabiam tantùm distinguunt à Turciâ Asiaticâ, non Georgiam, atque ii admittunt septem partes Asiæ; quidam denique revellunt à Turciâ Asiaticâ uti Arabiam, sic & Georgiam, & iis octo numerantur partes Asiæ. Nos octo etiam statuimus, atque illæ sunt Turcia Asiatica, regio Asiæ inter mare Nigrum & Caspium, Tartaria, Sina, Insulæ contra hanc atque Indiam, India, Persia atque Arabia, quas tradito hoc ordine contemplabimur.

CAPUT II.

Turcia Asiatica. Natolia. Contra hanc sitæ Insulæ.

I. *Turcia Asiatica limites, & constitutio.*

INTER partes Asiæ primùm se offert Turcia Asiatica, Gall. *Turquie en Asie*, quia Turciæ Europææ ultimùm traditæ viciniſſima est, & cum hac Imperii Turcici partem longè potiſſimam constituit, quas ideo præstat non divellere. Limites Turciæ Asiaticæ à boreâ sunt Pontus Euxinus & Georgia; ab ortu Persia; ab austro Arabia; ab occasu Ægyptus, pars orientalis maris Mediterranei, mare Ægæum, Hellespontus, Propontis & Bosphorus Thracius. Sita est Turcia Asiatica intra gradum XXX aut XXXI, & XLV Latitudinis borealis, ejusque solum producit, quæcunque vita desiderat, ferax frumenti, fructuum, melioris vini, croci, gossypii, argenti, æris, ferri, crystalli, aluminis.

II. *Ejusdem divisio. Natolia nomen & terminus.*

Dividitur non incommodè Turcia Asiatica in partem Occidentalem & Orientalem. Illa fl. Euphratem & mare Mediterraneum atque Ægæum interjacet; hæc idem flumen & Persiam. In parte Occidentali Turciæ Asiaticæ occurrunt Natolia, contra hanc sitæ Insulæ, & Syria. Natolia, aliàs Anatolia, & Anatole, dicitur Italis *Natolia*, & Turcis *Nadulu*,

id eſt Ortus, petito nomine à ſitu, jacet enim ratione Italiæ & Turciæ Europæ ortum verſus. Nec alio fundamento Italis partes Aſiæ mari Mediterraneo vicinæ, inſulæ ab occidente remotiores, & pars maris Mediterranei ortiva *Levante*, quod eſt Oriens, appellantur. Olim Aſia minor dicta eſt, ut diſcerneretur ab Aſiâ majori, quâ una ex tribus partibus Orbis Veteris deſignabatur. Inter omnes partes Aſiæ maximè vergit in occaſum, Europæ propinquiſſima, peninſula ſeu Cherſoneſus, quam terminat à meridie pars ortiva maris Mediterranei, Gall. *M. de Levant*; ab occaſu mare Ægæum, Helleſpontus, Propontis, Boſphorus Thracius, quibus ab Europâ dividitur; à ſeptentrione Pontus Euxinus; ab ortu Armenia ſeu Turcomania (ubi pro maximâ parte ſuperior pars Euphratis limitis vice defungitur) & Syria monte Amano, qui incolis *Montagna Neros*, Mons aquoſus dicitur, à copiâ fontium & rivulorum, quibus irrigatur, aliis verò *Monte di Scanderona*, ab urbe radicibus ejus incumbente. Qui autem hìc Iſthmus intercedit inter mare Ponticum & Syriacum, minimè tenuis eſt. Ampliùs Aſia minor extenditur inter Helleſpontum ſeu mare Ægæum & Euphratem, quàm inter Pontum & mare Mediterraneum.

III. *Pars Natoliæ propria ad boream; ubi quondam*

Partes hodiernæ Natoliæ ſtatuuntur quatuor; Natolia, Caramania, Aladulia, atque Amaſia, quarum prima occaſum, reliquæ ortum proſpiciunt. Natolia propriè dicta, quæ ad explicitam Europam proximè accedit, partem tenet Natoliæ circiter dimidiam, diffunditque ſe à Ponto ad mare Rhodienſe, attingitque ab ortu Caramaniam, & Amaſiam, atque ab occaſu Ægæum mare, Helleſpontum, Propontidem, nec non Boſphorum Thracium, atque in quatuordecim Sangiacatus, ſeu Præfecturas minores ſubdividitur. Olim in Natoliâ propriè dictâ fuerunt ſequentes regiones, Galatia, Paphlagonia, Pontus & Bithynia, nec non Aſia minor ſive propriè dicta, quarum hæc in meridiem jacet, illæ in ſeptentrionem. Galatia Gallis, qui ex Italiâ profecti hìc habitârunt, ſic appellata eſt, dicta quoque Gallogræcia, à Gallis & Græcis, qui hìc miſti degêre, nunc *Chiagare*, contingitque ab ortu partem Natoliæ, quæ Amaſia dicitur. Clariores ejus urbes fuerunt Peſſenus, ſeu Peſſinus; Therma ſive Germa, & Ancyra, hodie *Angouri*,

Galatia.

Caput

Caput ante populorum Tectoſagarum, etiamnum clara. Paphlagonia, nunc Caſtaldo *Roni*, aliis *Bolli*, pars erat Galatiæ latè ſumptæ, ſita intra Galatiam propriam & Pontum, in quâ præſtabant Pompejopolis, in mediterraneis, atque in orâ Ponti Amiſus Ptolemæo, Plinio Amiſum, nunc *Simiſo* Græcis, Turcis *Amid*, & Sinope, *Sinopi*, ampla juxta ſinum Amiſenum cum portu, Diogenis Cynici natale ſolum. In Ponto, nunc *Genech*, qui Paphlagoniæ ab occaſu & Pontico mari à boreâ adjacebat, erant ad Pontum Amaſtris, nunc *Samaſtro*, quam Paphlagoniæ quidam attribuunt, & Heraclea Ponti, nunc *Penderachi*, oppidulum; Claudiopolis, quæ & Bithynium, Caſtaldo *Caſtromena*, ad Elatam fl., in mediterraneis. In Bithyniâ, jam *Becſangil*, quæ inter traditam modò Ponti regionem & Propontidem media erat, & Ponto etiam alluebatur, nobiliores urbes fuerunt Chalcedon, nunc *Scutari*, ad Boſphorum Thracium ex adverſo Conſtantinopolis, Concilio Oecumenico quarto incluta; Nicomedia, nunc *Comidia*, ad intimum receſſum ſinûs Aſtaceni, *G. de Comidia*, celebris Conſtantini Magni baptiſmo & obitu, deſerta ferè; Nicæa, nunc *Iſnich*, & *Nichor* ſeu *Nichea*, Aſcaniæ paludi ad ortum adjacens, quam Concilium Oecumenicum primum contra Arrium in primis nobilitavit; Libyſſa, nunc *Lebuſſa*, aliis *Gebiſe*, Hannibalis morte atque ſepulchro celebris, hodie vicus; Pruſa ſeu Pruſias, cognomento ad Olympum, ad cujus radices extructa eſt, nunc *Burſa*, urbs in fertili & irriguâ planitie, Turcarum, antequam in Europam penetrârunt, Regia, inter hujus Tractûs præcipuas, culta feliciter cum caſtro in colle. Bithyniam & Pontum, quos nunc ſeorſim expendimus, duas antè regiones fuiſſe, ſed poſtmodùm ſub unâ Provinciâ cenſas, Cluverius auctor eſt.

Paphlagonia. *Pontus.* *Bithynia.*

IV. *Pars Natoliæ propriæ ad auſtrum, olim Aſia minor, ſtrictè dicta; ubi ſubra*

Reſiduam partem Natoliæ propriæ, quæ in meridiem jacet, occupavit olim Aſia minor, ſtrictè ſic dicta, pars Aſiæ minoris § II. definitæ, in quâ ſeptem extiterunt Eccleſiæ, quarum in Apocalypſi mentio injicitur. Partes ejus fuerunt Myſia, Phrygia, Lydia, Æolis, Ionia, & Caria, cujus partem Doris conſtituit. Myſia, nunc *Natolie*, duplex erat, minor & major. Myſia minor plus vergebat in boream, & à Propontide & Helleſponto perfundebatur, dicta aliàs Myſia Helleſpontiaca, & Straboni Olympica. Ejus urbes nobiliores ad

Myſia minor;

Propontidem erant Cyzicus, *Chizico*, aliis *Spiga*, *Spinga*, *Palormi*, ſeptuaginta annos poſt Romam condita, inſidens Inſulæ parùm diviſæ à continenti, dives marmoris; ab hac urbe occaſum verſus eſt inſula Proeconneſus, ſita in Propontide & orâ Myſiæ minoris, hodie *Marmora*, à marmore, quod hìc effoditur, circuitûs xx milliarium, feliciter culta cum oppido; Parium; ad Helleſpontum Lampſacus, *Lampſaco*, ad Granici fluminis oſtium, ex adverſo Callipolis, quæ eſt in Cherſoneſo Thraciâ; Abydus, *Avido*, contra Seſtum in eâdem Cherſoneſo; ab hujus Urbis ruderibus aliquantò auſtrum verſus una occurrit ex Dardanellis, arx juxta Helleſpontum, clauſtrum Propontidis; Dardanus ſeu Dardanum in Helleſponti littore, à quo nomen arcibus Dardanellis, ejuſdem cuſtodibus, proveniſſe, ſunt, qui conjiciunt. *Myſia major.* In Myſia majore, quæ alterâ meridionalior erat & orientalior, eminebant in littore Antandros; Trajanopolis; Adramyttum, Turcis *Endromit*, Europæis *Andramiti*, Sanſoni *Landimitri*, cum portu ad ſinum Adramyttenum, *G. d'Andramiti*; Pergamus, *Pergamo*, urbs ad radicem montis ad fl. Caycum, patria Galeni, in amœnâ, fertili & irriguâ planitie, inhabitata Turcis, & pauciſſimis familiis Chriſtianorum, qui vitam ex agriculturâ tolerant, ubi celebris antè Eccleſia, tertia inter Aſiaticas. Phrygia pariter in minorem & majorem dividebatur. *Phrygia min.* Sub Phrygiâ minore ſive parvâ, parte regionis, quæ nunc *Sarcum* dicitur, comprehendit Sanſonus Myſiam majorem ac minorem, hujuſque partes facit Troadem & Helleſpontum. Aliis Troas pars eſt Phrygiæ minoris, exclusâ ab hac utrâque Myſiâ. Sunt quibus Phrygia minor & Troas eadem eſt regio, quæ primùm Troas dicta eſt, & poſtmodùm à Phrygibus occupata, minor Phrygia. Urbes Phrygiæ minoris fuerunt Troja, poſt appellata Ilium, *Troje*, ſita inter Idam montem & littus, quondam Aſiæ totius florentiſſima, decennali bello obſeſſa, expugnata, everſa, Poëtis Homero, Virgilioque decantatiſſima, nunc flebile ſuperſtes ſolum, ruderaque è mari conſpicua, teſtes veteris magnificentiæ, portum ejus celeberrimum arena fermè opplevit; item Alexandria Troas, ſeu Alexandria Troadis ad littus Ægæi maris, ab Alexandro Magno condita, paucis milliaribus in auſtrum, hodie in ruinis. *Phrygia maj.* Phrygia major ſive magna, nunc

Germian,

Germian, fuit priori longè amplior, mediterranea, inter Phrygiam minorem ad occaſum atque Galatiam ad ortum, Curtio frequentior villis, quàm urbibus, quarum præcipuæ fuerunt Cotiaium ſeu Cotyæum, *Chiutaie*, Natoliæ propriæ facilè princeps, & ſedes hujus Beglerbegi; Midaium ſeu Midæum; Gordium, ad fl. Sangarium, Midæ regia, ubi Alexander Magnus, cum nodum Gordium ſolvere non poſſet, oraculo eluſo, enſe recidit; Synnada, cujus marmor magni fiebat, nunc *Simnada*, propemodùm in ruinis; Apamia Cibotus, ante Celæna, *Apamiz*, urbs ad fl. Mæandrum, qui hìc Marſyâ ditatur, indies deficiens; Hierapolis; Coloſſæ, nunc Græcis *Chonos*, ad fl. Lycum, Epiſtolâ Paulinâ celebres; Laodicea, ad fl. eundem, qui infra ipſam in Mæandrum deſcendit, ubi ſeptima fuit Eccleſia Aſiatica, nunc Turcis *Eski Hiſſar*, id eſt Vetus Caſtrum, minimè *Laudichia*, teſte Sponio & aliis, tota deſolata eſt, ubi nil præter molam, & Theatra quatuor ex marmore, longè potiſſima inter Urbis reliquias. Lydia, quæ & Mæonia dicta fuit (Cluverio tamen pars altera Lydiæ Mæonia appellatur) hodie *Caraſia*, interjacebat Phrygiam majorem & Ioniam, Regni titulo illuſtris, ejuſque urbes erant Philadelphia, ad Tmoli montis radices, ubi ſexta fuit Eccleſia Aſiatica, hodie Græcis venit eodem nomine, at Turcis dicitur *Allackſcheir*, id eſt Urbs Dei, etiamnum probè culta, in quâ quatuor ſuperſunt Eccleſiæ, & numerus Chriſtianorum non exiguus, ultimùm inter Aſiæ Minoris urbes ab Imperio Turcico ſubjugata eſt; Sardes ſeu Sardis, nunc *Sardo*, ad fl. Pactolum, celebrem ob arenas auriferas, ad montis Tmoli radices, Lydiæ caput & Regia Croeſi, ditiſſimi Regum ſui temporis, ubi quinta fuit Eccleſia Aſiatica, hodie abjectus vicus, quem ferè paſtores atque bubulci incolunt; Thyatira, Turcis *Akbiſar*, quod eſt Album Caſtrum, dicta, prope Hermum fl., in latiſſimâ & amœnâ planitie, ſolis Turcis habitata, ubi quarta fuit Eccleſia Aſiatica, dives frumento, goſſypio, & antiquitatum veſtigiis, ampla, ſordida, cujus ædificia ex vivis cæſpitibus à Sole ſiccatis propemodùm componuntur. *Lydia.*

Inter Lydiam & mare Ægæum occurrebat Æolis, ſive Æolia, parva regio, ſic appellata ab Æolibus, Græciæ populis, qui in ipſam, relicta patriâ, trajecêre, ibidemque, ædificatis *Æolis.*

in eâ, teſte Herodoto, duodecim urbibus, ſedes ſuas fixerunt. Nunc pars regionis eſt, quæ *Sarcum* dicitur, & in ipsâ excelluêrunt ad mare Elea, patria Zenonis; Myrina; Cuma, quæ Sybillæ Cumanæ cognomentum impoſuit; Phocæa nova, *Fochia nova*, urbs culta cum portu & arce; Phocæa, in Ioniæ limite, nunc *Fochia*, ſeu *Foja Vecchia*, vicus nullius momenti.

Ionia. Æolidi ad auſtrum proxima erat Ionia, nunc pars regionis, quæ *Sarcum*, ſive *Sarchan* nominatur, cujus incolæ appellati ſunt Iones, ab Ionibus Græciæ populis oriundi, quibus variæ fuerunt civitates in continenti, inter quas clariores erant Smyrna, Europæis *Smyrne*, Turcis *Iſmir*, caput Ioniæ, ſita in Iſthmo peninſulæ Ioniæ ad ſinum Smyrnæum, *G. de Smyrne*, & fl. Melem, partìm in monte, partìm in planitie, ubi ſecunda fuit Eccleſia Aſiatica, patria Homeri, quem quoque Rhodus, Colophon, Salamis, Ios, Argos, Athenæ ſuum vendicant, ampla, quaſſata ſæpiùs terræ motu, emporium celeberrimum, quod Turcæ maximo numero, item Græci, Armeni, Judæi habitant, & plurium Nationum Europæarum Conſules; Clazomene, ſeu Clazomenæ ad eundem Sinum, patria Anaxagoræ, nunc *Urla*, ſeu *Vourla*; ſequuntur ad mare Ægæum Erythræ; Teos; Lebedus; Colophon; Epheſus, Turcis *Ajaſalouck*, ubi olim erat magnificentiſſimum Dianæ Templum, quod igne perdidit Heroſtratus, & prima Eccleſia Aſiatica, nunc vicus, & urbis cadaver, cujus magnificentiam loquuntur copioſiſſima rudera; Priene, patria Biantis, periit; Miletus, *Palatſchia*, nunc vicus propemodùm in ruinis, in confinio Cariæ. Quod ſupereſt ex Natoliâ propriâ, Caria quondam appellabatur, nunc *Aidinelli*, ſita inter Ioniam & Rhodienſe pelagus, cujus pars erat Doris, media inter hoc Pelagus & ſinum Ceramicum. Dorii verò originem trahebant à populo Græciæ ejuſdem nominis. Doridis urbes erant Gnidus ſeu Cnidus, *Guido*, in extremâ orâ peninſulæ ad occaſum, ante inter primas regionis, cum duplice portu, hodie in ruinis; ei adjacebat ejuſdem nominis Promontorium, nunc *C. Crio*; Ceramus ad ſinum cognominem; & Halicarnaſſus, olim Regia Regum Cariæ, ubi fuit Mauſoleum regis Mauſoli, quod uxor Artemiſia defuncto marito ædificavit, habitum inter orbis miracula, nunc uſque eo exciſa eſt, ut de ſitu diſputetur,

Caria, cujus pars Doris.

aliqui-

aliquibus illius rudera ex adverſo Coi inſulæ collocantibus. Extra Doridem in Cariâ erant Myndus, *Menteſe*, urbs maritima, primaria regionis, & ſedes Præfecti; Mylaſa ſeu Mylaſſa, *Melaſſo*; Magneſia ad Mæandrum, vulgò *Mangreſia*, ubi diem obiit Themiſtocles; Antiochia ad Mæandrum, *Tachiali*; Aphrodiſias, *Apodoſia*; Stratonica; Caunus, *la Roſſa*, urbs maritima ad ſinum Glaucum, nunc Macrenſem in confinio Lyciæ.

V. *Caramania; ubi olim*

Abſolutâ Natoliâ propriâ, pergimus ad tres reliquas partes Natoliæ, quæ ortum proſpiciunt. Illarum prima eſt Caramania, Turcis *Caraman-ili*, Italis *Caramania*, quam terminat ab occaſu Natolia propria; à boreâ Amaſia; ab ortu Aladulia; ab auſtro pars maris Mediterranei, quod inſulas Rhodum & Cyprum interfluit. Pars Caramaniæ, quæ mari adjacet, Caramania propria appellatur. Habuit Caramania, antequam parebat Imperio Turcico, diu Principes magni nominis, & ſub ipſius Præfecturâ ſeptem præfecturæ minores, ſeu Sangiacatus hodie numerantur. Olim hìc fuerunt regiones Lycia, Pamphylia, Piſidia, Lycaonia & pars Ciliciæ. In Lyciâ, *Lycia.* nunc *Menteſeli*, quæ Lycio mari, parte Mediterranei, alluebatur, & inter Cariam atque Pamphyliam media erat, clariores urbes fuerunt Telmeſſus, ſeu Telmeſus ad ſinum Telmeſſicum; Xanthus ad ejuſdem nominis fluvium, non procul ab oſtio; Patara, nunc *Patera*, parva, colli inſidens, quondam templo atque oraculo Apollinis inclyta, quod hìc per ſemeſtre Brumale reſponſa dabat; Andriace; Myra, ſeu Myrra, nunc *Strumita*, juxta fl. Limyrum in colle, ampla; Limyra, variis nunc *Mari* vel *Maira*, ad fl. Limyrum; Olympus ad mare, uti & Phaſelis, in Pamphyliæ confinio, exigua, nunc *Fionda*. Lyciæ ad ortum proxima fuit Pamphylia, quam ab auſtro *Pamphylia.* mare Pamphylium perfudit. Hodie hìc pars occidentalis eſt Caramaniæ. Inter urbes Pamphyliæ excelluerunt Attalia ſeu Atalia, Turcis *Satalyah*, Italis *Satalia*, ad ſinum Attalicum, *G. di Sattalia*, Nautis ob tempeſtates & naufragia formidoloſum, prædita portu & arce, inter hujus tractûs præcipuas; Side vel Syda, maritima in Ciliciæ limite; Selga, à mari remotior; item Termeſſus, nunc *Termes*, vicus; Aſpendus; Perga, ubi olim Dianæ templum. Pamphyliam à boreâ contingebat Pi- *Piſidia.*

ſidia,

id eſt Ortus, petito nomine à ſitu, jacet enim ratione Italiæ & Turciæ Europæ ortum verſus. Nec alio fundamento Italis partes Aſiæ mari Mediterraneo vicinæ, inſulæ ab occidente remotiores, & pars maris Mediterranei ortiva *Levante*, quod eſt Oriens, appellantur. Olim Aſia minor dicta eſt, ut diſcerneretur ab Aſiâ majori, quâ una ex tribus partibus Orbis Veteris deſignabatur. Inter omnes partes Aſiæ maximè vergit in occaſum, Europæ propinquiſſima, peninſula ſeu Cherſoneſus, quam terminat à meridie pars ortiva maris Mediterranei, Gall. *M. de Levant*; ab occaſu mare Ægæum, Helleſpontus, Propontis, Boſphorus Thracius, quibus ab Europâ dividitur; à ſeptentrione Pontus Euxinus; ab ortu Armenia ſeu Turcomania (ubi pro maximâ parte ſuperior pars Euphratis limitis vice defungitur) & Syria monte Amano, qui incolis *Montagna Neros*, Mons aquoſus dicitur, à copiâ fontium & rivulorum, quibus irrigatur, aliis verò *Monte di Scanderona*, ab urbe radicibus ejus incumbente. Qui autem hìc Iſthmus intercedit inter mare Ponticum & Syriacum, minimè tenuis eſt. Ampliùs Aſia minor extenditur inter Helleſpontum ſeu mare Ægæum & Euphratem, quàm inter Pontum & mare Mediterraneum.

III. *Pars Natoliæ propria ad boream; ubi quondam*

Partes hodiernæ Natoliæ ſtatuuntur quatuor; Natolia, Caramania, Aladulia, atque Amaſia, quarum prima occaſum, reliquæ ortum proſpiciunt. Natolia propriè dicta, quæ ad explicitam Europam proximè accedit, partem tenet Natoliæ circiter dimidiam, diffunditque ſe à Ponto ad mare Rhodienſe, attingitque ab ortu Caramaniam, & Amaſiam, atque ab occaſu Ægæum mare, Helleſpontum, Propontidem, nec non Boſphorum Thracium, atque in quatuordecim Sangiacatus, ſeu Præfecturas minores ſubdividitur. Olim in Natoliâ propriè dictâ fuerunt ſequentes regiones, Galatia, Paphlagonia, Pontus & Bithynia, nec non Aſia minor ſive propriè dicta, quarum hæc in meridiem jacet, illæ in ſeptentrionem. Galatia Gallis, qui ex Italiâ profecti hìc habitârunt, ſic appellata eſt, dicta quoque Gallogræcia, à Gallis & Græcis, qui hìc miſti degêre, nunc *Chiagare*, contingitque ab ortu partem Natoliæ, quæ Amaſia dicitur. Clariores ejus urbes fuerunt Peſſenus, ſeu Peſſinus; Therma ſive Germa, & Ancyra, hodie *Angouri*,

Galatia.

Caput

Caput ante populorum Tectoſagarum, etiamnum clara. Paphlagonia, nunc Caſtaldo *Roni*, aliis *Bolli*, pars erat Galatiæ latè ſumptæ, ſita intra Galatiam propriam & Pontum, in quâ præſtabant Pompejopolis, in mediterraneis, atque in orâ Ponti Amiſus Ptolemæo, Plinio Amiſum, nunc *Simiſo* Græcis, Turcis *Amid*, & Sinope, *Sinopi*, ampla juxta ſinum Amiſenum cum portu, Diogenis Cynici natale ſolum. In Ponto, nunc *Genech*, qui Paphlagoniæ ab occaſu & Pontico mari à boreâ adjacebat, erant ad Pontum Amaſtris, nunc *Samaſtro*, quam Paphlagoniæ quidam attribuunt, & Heraclea Ponti, nunc *Penderachi*, oppidulum; Claudiopolis, quæ & Bithynium, Caſtaldo *Caſtromena*, ad Elatam fl., in mediterraneis. In Bithyniâ, jam *Becſangil*, quæ inter traditam modò Ponti regionem & Propontidem media erat, & Ponto etiam alluebatur, nobiliores urbes fuerunt Chalcedon, nunc *Scutari*, ad Boſphorum Thracium ex adverſo Conſtantinopolis, Concilio Oecumenico quarto incluta; Nicomedia, nunc *Comidia*, ad intimum receſſum ſinûs Aſtaceni, *G. de Comidia*, celebris Conſtantini Magni baptiſmo & obitu, deſerta ferè; Nicæa, nunc *Iſnich*, & *Nichor* ſeu *Nichea*, Aſcaniæ paludi ad ortum adjacens, quam Concilium Oecumenicum primum contra Arrium in primis nobilitavit; Libyſſa, nunc *Lebuſſa*, aliis *Gebiſe*, Hannibalis morte atque ſepulchro celebris, hodie vicus; Pruſa ſeu Pruſias, cognomento ad Olympum, ad cujus radices extructa eſt, nunc *Burſa*, urbs in fertili & irriguâ planitie, Turcarum, antequam in Europam penetrârunt, Regia, inter hujus Tractûs præcipuas, culta feliciter cum caſtro in colle. Bithyniam & Pontum, quos nunc ſeorſim expendimus, duas antè regiones fuiſſe, ſed poſtmodùm ſub unâ Provinciâ cenſas, Cluverius auctor eſt.

Paphlagonia. *Pontus.* *Bithynia.*

IV. *Pars Natoliæ propriæ ad auſtrum, olim Aſia minor, ſtrictè dicta; ubi fuêre*

Reſiduam partem Natoliæ propriæ, quæ in meridiem jacet, occupavit olim Aſia minor, ſtrictè ſic dicta, pars Aſiæ minoris § II. definitæ, in quâ ſeptem extiterunt Eccleſiæ, quarum in Apocalypſi mentio injicitur. Partes ejus fuerunt Myſia, Phrygia, Lydia, Æolis, Ionia, & Caria, cujus partem Doris conſtituit. Myſia, nunc *Natolie*, duplex erat, minor & major. Myſia minor plus vergebat in boream, & à Propontide & Helleſponto perfundebatur, dicta aliàs Myſia Helleſpontiaca, & Straboni Olympica. Ejus urbes nobiliores ad

Myſia minor;

id eſt Ortus, petito nomine à ſitu, jacet enim ratione Italiæ & Turciæ Europæ ortum verſus. Nec alio fundamento Italis partes Aſiæ mari Mediterraneo vicinæ, inſulæ ab occidente remotiores, & pars maris Mediterranei ortiva *Levante*, quod eſt Oriens, appellantur. Olim Aſia minor dicta eſt, ut diſcerneretur ab Aſiâ majori, quâ una ex tribus partibus Orbis Veteris deſignabatur. Inter omnes partes Aſiæ maximè vergit in occaſum, Europæ propinquiſſima, peninſula ſeu Cherſoneſus, quam terminat à meridie pars ortiva maris Mediterranei, Gall. *M. de Levant*; ab occaſu mare Ægæum, Helleſpontus, Propontis, Boſphorus Thracius, quibus ab Europâ dividitur; à ſeptentrione Pontus Euxinus; ab ortu Armenia ſeu Turcomania (ubi pro maximâ parte ſuperior pars Euphratis limitis vice defungitur) & Syria monte Amano, qui incolis *Montagna Neros*, Mons aquoſus dicitur, à copiâ fontium & rivulorum, quibus irrigatur, aliis verò *Monte di Scanderona*, ab urbe radicibus ejus incumbente. Qui autem hìc Iſthmus intercedit inter mare Ponticum & Syriacum, minimè tenuis eſt. Ampliùs Aſia minor extenditur inter Helleſpontum ſeu mare Ægæum & Euphratem, quàm inter Pontum & mare Mediterraneum.

III. *Pars Natoliæ propriè ad boream; ubi quondam*

Partes hodiernæ Natoliæ ſtatuuntur quatuor; Natolia, Caramania, Aladulia, atque Amaſia, quarum prima occaſum, reliquæ ortum proſpiciunt. Natolia propriè dicta, quæ ad explicitam Europam proximè accedit, partem tenet Natoliæ circiter dimidiam, diffunditque ſe à Ponto ad mare Rhodienſe, attingitque ab ortu Caramaniam, & Amaſiam, atque ab occaſu Ægæum mare, Helleſpontum, Propontidem, nec non Boſphorum Thracium, atque in quatuordecim Sangiacatus, ſeu Præfecturas minores ſubdividitur. Olim in Natoliâ propriè dictâ fuerunt ſequentes regiones, Galatia, Paphlagonia, Pontus & Bithynia, nec non Aſia minor ſive propriè dicta, quarum hæc in meridiem jacet, illæ in ſeptentrionem. Galatia Gallis, qui ex Italiâ profecti hìc habitârunt, ſic appellata eſt, dicta quoque Gallogræcia, à Gallis & Græcis, qui hìc miſti degêre, nunc *Chiagare*, contingitque ab ortu partem Natoliæ, quæ Amaſia dicitur. Clariores ejus urbes fuerunt Peſſenus, ſeu Peſſinus; Therma ſive Germa, & Ancyra, hodie *Angouri*,

Galatia.

Caput

Caput ante populorum Tectoſagarum, etiamnum clara. Paphlagonia, nunc Caſtaldo *Roni*, aliis *Bolli*, pars erat Galatiæ latè ſumptæ, ſita intra Galatiam propriam & Pontum, in quâ præſtabant Pompejopolis, in mediterraneis, atque in orâ Ponti Amiſus Ptolemæo, Plinio Amiſum, nunc *Simiſo* Græcis, Turcis *Amid*, & Sinope, *Sinopi*, ampla juxta ſinum Amiſenum cum portu, Diogenis Cynici natale ſolum. In Ponto, nunc *Genech*, qui Paphlagoniæ ab occaſu & Pontico mari à boreâ adjacebat, erant ad Pontum Amaſtris, nunc *Samaſtro*, quam Paphlagoniæ quidam attribuunt, & Heraclea Ponti, nunc *Penderachi*, oppidulum; Claudiopolis, quæ & Bithynium, Caſtaldo *Caſtromena*, ad Elatam fl., in mediterraneis. In Bithyniâ, jam *Becſangil*, quæ inter traditam modò Ponti regionem & Propontidem media erat, & Ponto etiam alluebatur, nobiliores urbes fuerunt Chalcedon, nunc *Scutari*, ad Boſphorum Thracium ex adverſo Conſtantinopolis, Concilio Oecumenico quarto incluta; Nicomedia, nunc *Comidia*, ad intimum receſſum ſinûs Aſtaceni, *G. de Comidia*, celebris Conſtantini Magni baptiſmo & obitu, deſerta ferè; Nicæa, nunc *Iſnich*, & *Nichor* ſeu *Nichea*, Aſcaniæ paludi ad ortum adjacens, quam Concilium Oecumenicum primum contra Arrium in primis nobilitavit; Libyſſa, nunc *Lebuſſa*, aliis *Gebiſe*, Hannibalis morte atque ſepulchro celebris, hodie vicus; Pruſa ſeu Pruſias, cognomento ad Olympum, ad cujus radices extructa eſt, nunc *Burſa*, urbs in fertili & irriguâ planitie, Turcarum, antequam in Europam penetrârunt, Regia, inter hujus Tractûs præcipuas, culta feliciter cum caſtro in colle. Bithyniam & Pontum, quos nunc ſeorſim expendimus, duas antè regiones fuiſſe, ſed poſtmodùm ſub unâ Provinciâ cenſas, Cluverius auctor eſt.

Paphlagonia. *Pontus.* *Bithynia.*

IV. *Pars Natoliæ propriæ ad auſtrum, olim Aſia minor, ſtrictè dicta, ubi fuêre*

Reſiduam partem Natoliæ propriæ, quæ in meridiem jacet, occupavit olim Aſia minor, ſtrictè ſic dicta, pars Aſiæ minoris § II. definitæ, in quâ ſeptem extiterunt Eccleſiæ, quarum in Apocalypſi mentio injicitur. Partes ejus fuerunt Myſia, Phrygia, Lydia, Æolis, Ionia, & Caria, cujus partem Doris conſtituit. Myſia, nunc *Natolie*, duplex erat, minor & major. Myſia minor plus vergebat in boream, & à Propontide & Helleſponto perfundebatur, dicta aliàs Myſia Helleſpontiaca, & Straboni Olympica. Ejus urbes nobiliores ad

Myſia minor.

Propontidem erant Cyzicus, *Chizico*, aliis *Spiga*, *Spinga*, *Palormi*, ſeptuaginta annos poſt Romam condita, inſidens Inſulæ parùm diviſæ à continenti, dives marmoris; ab hac urbe occaſum verſus eſt inſula Proeconneſus, ſita in Propontide & orâ Myſiæ minoris, hodie *Marmora*, à marmore, quod hìc effoditur, circuitûs xx milliarium, feliciter culta cum oppido Parium; ad Helleſpontum Lampſacus, *Lampſaco*, ad Granici fluminis oſtium, ex adverſo Callipolis, quæ eſt in Cherſoneſo Thraciâ; Abydus, *Avido*, contra Seſtum in eâdem Cherſoneſo; ab hujus Urbis ruderibus aliquantò auſtrum verſus una occurrit ex Dardanellis, arx juxta Helleſpontum, clauſtrum Propontidis; Dardanus ſeu Dardanum in Helleſponti littore, à quo nomen arcibus Dardanellis, ejuſdem cuſtodibus, proveniſſe, ſunt, qui conjiciunt. *Myſia major.* In Myſia majore, quæ alterâ meridionalior erat & orientalior, eminebant in littore Antandros; Trajanopolis; Adramyttum, Turcis *Endromit*, Europæis *Andramiti*, Sanſoni *Landimitri*, cum portu ad ſinum Adramyttenum, *G. d'Andramiti*; Pergamus, *Pergamo*, urbs ad radicem montis ad fl. Caycum, patria Galeni, in amœnâ, fertili & irriguâ planitie, inhabitata Turcis, & pauciſſimis familiis Chriſtianorum, qui vitam ex agriculturâ tolerant, ubi celebris antè Eccleſia, tertia inter Aſiaticas. Phrygia pariter in minorem *Phrygia min.* & majorem dividebatur. Sub Phrygiâ minore ſive parvâ, parte regionis, quæ nunc *Sarcum* dicitur, comprehendit Sanſonus Myſiam majorem ac minorem, hujuſque partes facit Troadem & Helleſpontum. Aliis Troas pars eſt Phrygiæ minoris, excluſâ ab hac utrâque Myſiâ. Sunt quibus Phrygia minor & Troas eadem eſt regio, quæ primùm Troas dicta eſt, & poſtmodùm à Phrygibus occupata, minor Phrygia. Urbes Phrygiæ minoris fuerunt Troja, poſt appellata Ilium, *Troje*, ſita inter Idam montem & littus, quondam Aſiæ totius florentiſſima, decennali bello obſeſſa, expugnata, everſa, Poëtis Homero, Virgilioque decantatiſſima, nunc flebile ſuperſtes ſolum, ruderaque è mari conſpicua, teſtes veteris magnificentiæ, portum ejus celeberrimum arena fermè opplevit; item Alexandria Troas, ſeu Alexandria Troadis ad littus Ægæi maris, ab Alexandro Magno condita, paucis milliaribus in *Phrygia maj.* auſtrum, hodie in ruinis. Phrygia major ſive magna, nunc

Germian,

Germian, fuit priori longè amplior, mediterranea, inter Phrygiam minorem ad occaſum atque Galatiam ad ortum, Curtio frequentior villis, quàm urbibus, quarum præcipuæ fuerunt Cotiaium ſeu Cotyæum, *Chiutaie*, Natoliæ propriæ facilè princeps, & ſedes hujus Beglerbegi; Midaium ſeu Midæum; Gordium, ad fl. Sangarium, Midæ regia, ubi Alexander Magnus, cum nodum Gordium ſolvere non poſſet, oraculo eluſo, enſe recidit; Synnada, cujus marmor magni fiebat, nunc *Simnadi*, propemodùm in ruinis; Apamia Cibotus, ante Celæna, *Apamia*, urbs ad fl. Mæandrum, qui hìc Marſyâ ditatur, indies deficiens; Hierapolis; Coloſſæ, nunc Græcis *Chonos*, ad fl. Lycum, Epiſtolâ Paulinâ celebres; Laodicea, ad fl. eundem, qui infra ipſam in Mæandrum deſcendit, ubi ſeptima fuit Eccleſia Aſiatica, nunc Turcis *Eski Hiſſar*, id eſt Vetus Caſtrum, minimè *Laudichia*, teſte Sponio & aliis, tota deſolata eſt, ubi nil præter molam, & Theatra quatuor ex marmore, longè potiſſima inter Urbis reliquias. Lydia, quæ & Mæonia dicta fuit (Cluverio tamen pars altera Lydiæ Mæonia appellatur) hodie *Caraſia*, interjacebat Phrygiam majorem & Ioniam, Regni titulo illuſtris, ejuſque urbes erant Philadelphia, ad Tmoli montis radices, ubi ſexta fuit Eccleſia Aſiatica, hodie Græcis venit eodem nomine, at Turcis dicitur *Allackſcheir*, id eſt Urbs Dei, etiamnum probè culta, in quâ quatuor ſuperſunt Eccleſiæ, & numerus Chriſtianorum non exiguus, ultimùm inter Aſiæ Minoris urbes ab Imperio Turcico ſubjugata eſt; Sardes ſeu Sardis, nunc *Sardo*, ad fl. Pactolum, celebrem ob arenas auriferas, ad montis Tmoli radices, Lydiæ caput & Regia Croeſi, ditiſſimi Regum ſui temporis, ubi quinta fuit Eccleſia Aſiatica, hodie abjectus vicus, quem ferè paſtores atque bubulci incolunt; Thyatira, Turcis *Akhiſar*, quod eſt Album Caſtrum, dicta, prope Hermum fl., in latiſſimâ & amœnâ planitie, ſolis Turcis habitata, ubi quarta fuit Eccleſia Aſiatica, dives frumento, goſſypio, & antiquitatum veſtigiis, ampla, ſordida, cujus ædificia ex vivis cæſpitibus à Sole ſiccatis propemodùm componuntur. *Lydia.*

Inter Lydiam & mare Ægæum occurrebat Æolis, ſive Æolia, parva regio, ſic appellata ab Æolibus, Græciæ populis, qui in ipſam, relicta patriâ, trajecêre, ibidemque, ædificatis *Æolia.*

in eâ, teſte Herodoto, duodecim urbibus, ſedes ſuas fixerunt. Nunc pars regionis eſt, quæ *Sarcum* dicitur, & in ipsâ excelluêrunt ad mare Elea, patria Zenonis; Myrina; Cuma, quæ Sybillæ Cumanæ cognomentum impoſuit; Phocæa nova, *Fochia nova*, urbs culta cum portu & arce; Phocæa, in Ioniæ limite, nunc *Fochia*, ſeu *Foja Vecchia*, vicus nullius momenti.

Ionia. Æolidi ad auſtrum proxima erat Ionia, nunc pars regionis, quæ *Sarcum*, ſive *Sarchan* nominatur, cujus incolæ appellati ſunt Iones, ab Ionibus Græciæ populis oriundi, quibus variæ fuerunt civitates in continenti, inter quas clariores erant Smyrna, Europæis *Smyrne*, Turcis *Iſmir*, caput Ioniæ, ſita in Iſthmo peninſulæ Ioniæ ad ſinum Smyrnæum, *G. de Smyrne*, & fl. Melem, partìm in monte, partìm in planitie, ubi ſecunda fuit Eccleſia Aſiatica, patria Homeri, quem quoque Rhodus, Colophon, Salamis, Ios, Argos, Athenæ ſuum vendicant, ampla, quaſſata ſæpiùs terræ motu, emporium celeberrimum, quod Turcæ maximo numero, item Græci, Armeni, Judæi habitant, & plurium Nationum Europæarum Conſules; Clazomene, ſeu Clazomenæ ad eundem Sinum, patria Anaxagoræ, nunc *Urla*, ſeu *Vourla*; ſequuntur ad mare Ægæum Erythræ; Teos; Lebedus; Colophon; Epheſus, Turcis *Ajaſalouck*, ubi olim erat magnificentiſſimum Dianæ Templum, quod igne perdidit Heroſtratus, & prima Eccleſia Aſiatica, nunc vicus, & urbis cadaver, cujus magnificentiam loquuntur copioſiſſima rudera; Priene, patria Biantis, periit; Miletus, *Palatſchia*, nunc vicus propemodùm in ruinis, in confinio Cariæ. Quod ſupereſt ex Natoliâ propriâ, Caria quondam appellabatur, nunc *Aidinelli*, ſita inter Ioniam & Rhodienſe pelagus, cujus pars erat Doris, media inter hoc Pelagus & ſinum Ceramicum. Dorii verò originem trahebant à populo Græciæ ejuſdem nominis. Doridis urbes erant Gnidus ſeu Cnidus, *Guido*, in extremâ orâ peninſulæ ad occaſum, ante inter primas regionis, cum duplice portu, hodie in ruinis; ei adjacebat ejuſdem nominis Promontorium, nunc *C. Crio*; Ceramus ad ſinum cognominem; & Halicarnaſſus, olim Regia Regum Cariæ, ubi fuit Mauſoleum regis Mauſoli, quod uxor Artemiſia defuncto marito ædificavit, habitum inter orbis miracula, nunc uſque eo exciſa eſt, ut de ſitu diſputetur,

Caria, cujus pars Doris.

aliqui-

aliquibus illius rudera ex adverſo Coi inſulæ collocantibus. Extra Doridem in Cariâ erant Myndus, *Menteſe*, urbs maritima, primaria regionis, & ſedes Præfecti; Mylaſa ſeu Mylaſſa, *Melaſſo*; Magneſia ad Mæandrum, vulgò *Mangreſia*, ubi diem obiit Themiſtocles; Antiochia ad Mæandrum, *Tachiali*; Aphrodiſias, *Apodoſia*; Stratonica; Caunus, *la Roſſa*, urbs maritima ad ſinum Glaucum, nunc Macrenſem in confinio Lyciæ.

V. *Caramania; ubi olim*

Abſolutâ Natoliâ propriâ, pergimus ad tres reliquas partes Natoliæ, quæ ortum proſpiciunt. Illarum prima eſt Caramania, Turcis *Caraman-ili*, Italis *Caramania*, quam terminat ab occaſu Natolia propria; à boreâ Amaſia; ab ortu Aladulia; ab auſtro pars maris Mediterranei, quod inſulas Rhodum & Cyprum interfluit. Pars Caramaniæ, quæ mari adjacet, Caramania propria appellatur. Habuit Caramania, antequam parebat Imperio Turcico, diu Principes magni nominis, & ſub ipſius Præfecturâ ſeptem præfecturæ minores, ſeu Sangiacatus hodie numerantur. Olim hìc fuerunt regiones Lycia, Pamphylia, Piſidia, Lycaonia & pars Ciliciæ. In Lyciâ, *Lycia.* nunc *Menteſeli*, quæ Lycio mari, parte Mediterranei, alluebatur, & inter Cariam atque Pamphyliam media erat, clariores urbes fuerunt Telmeſſus, ſeu Telmeſus ad ſinum Telmeſſicum; Xanthus ad ejuſdem nominis fluvium, non procul ab oſtio; Patara, nunc *Patera*, parva, colli inſidens, quondam templo atque oraculo Apollinis inclyta, quod hìc per ſemeſtre Brumale reſponſa dabat; Andriace; Myra, ſeu Myrra, nunc *Strumita*, juxta fl. Limyrum in colle, ampla; Limyra, variis nunc *Mari* vel *Maira*, ad fl. Limyrum; Olympus ad mare, uti & Phaſelis, in Pamphyliæ confinio, exigua, nunc *Fionda*. Lyciæ ad ortum proxima fuit Pamphylia, quam ab auſtro *Pamphylia.* mare Pamphylium perfudit. Hodie hìc pars occidentalis eſt Caramaniæ. Inter urbes Pamphyliæ excelluerunt Attalia ſeu Atalia, Turcis *Satalyah*, Italis *Satalia*, ad ſinum Attalicum, *G. di Sattalia*, Nautis ob tempeſtates & naufragia formidoloſum, prædita portu & arce, inter hujus tractûs præcipuas; Side vel Syda, maritima in Ciliciæ limite; Selga, à mari remotior; item Termeſſus, nunc *Termes*, vicus; Aſpendus; Perga, ubi olim Dianæ templum. Pamphyliam à boreâ contingebat Pi- *Piſidia.*

ſidia,

ſidia, nunc *Verſacgeli*, quam varii comprehendunt ſub Pamphyliâ, alii verò illam ab hac ſeparant, quos ſequimur. Piſidiæ celebriores urbes erant Seleucia & Antiochia, quibus diſcriminis ergo Piſidiæ cognomentum adjiciebatur. Plus in boream & ortum vergebat Lycaonia, nunc *Cogni*, quam quidam partem faciunt Cappadociæ; aliis diſtincta habetur regio. Urbes majoris momenti erant Lyſtra; Iſaura, *Saura*; Iconium, primaria Lycaoniæ, nunc *Cogni*, ampla, culta, Caramaniæ totius facile princeps, & Præfecti Turcici habitatio; Derbe. Tandem Caramania complectitur partem Ciliciæ. Hæc inter Pamphyliam & Syriam extendebatur ad mare Cilicium, partem Mediterranei, multò diffuſior ab occaſu in ortum, quàm ab auſtro in boream, & erat duplex, Cilicia Trachiotis ſive aſpera atque Campeſtris, aliàs propria, quarum illa in occaſum, hæc in ortum ſita erat. Continet autem Caramania Ciliciam aſperam & partem occiduam ex Ciliciâ campeſtri. Urbes inſigniores in hac parte Ciliciæ fuerunt Selenus, *Iſlenos*, ad littus; Antiochia ad Tragum, *Antiochetta*; Anemurium, *Anemora*, aliis *Stalemura*; Seleucia aſpera, *Seleſchia*; Corycus, *Churco*, cum caſtro valido, & portu capace; Pompejopolis, quæ & Soloe, ſeu Soli, item Trajanopolis dicta, nunc *Paleſoli*, vicus; Tarſus, Ciliciæ metropolis ad fl. Cydnum, non longè ab oſtio, patria Apoſtoli Gentium, colonia Romanorum, libera, donata jure Civitatis, nunc incolis *Teraſſa*, Turcis *Terſis*, Italis *Tarſo*.

Lycaonia.

Pars Cilicia.

VI. *Aladulia, ubi olim*

Poſt Caramaniam proximum locum tenet Aladulia, *Aladuli*, quam limitat ab occaſu Caramania; à boreâ Amaſia; ab ortu Euphrates & mons Amanus; ab auſtro pars maris Mediterranei, quæ inter Syriam fluit & Cyprum. Ubi nunc eſt pars meridionalis & maritima Aladuliæ fuit olim pars orientalis Ciliciæ, atque in parte ejuſdem ſeptentrionali pars auſtralis Armeniæ minoris. In hac parte Ciliciæ erant Mallus, nunc *Mallo*, urbs quondam juxta oſtium fl. Pyrami, hodie vicus; Iſſus, nunc *Lajazzo*, ſeu *la Iazzo*, in confinio Syriæ juxta montem Amanum ad ſinum Iſſicum, *G. de Lajazzo*, ubi Alexander Magnus Darium ſuperavit, urbs etiamnum culta, cum tuto portu; Adana, *Adena* ad fl. Pyramum. In parte Armeniæ minoris, quam nunc complectitur Aladulia, & *Bozoch* appellant, fuerunt

Pars Cilicia & Armenia minoris.

fuerunt Metita, ad fl. Euphratem, nunc *Maraz*, ſeu *Maraſch*, urbs magna & elegans, caput Præfecturæ cognominis, ex quâ quatuor pendent Sangiacatus ſeu minores præfecturæ; item Melitene, nunc *Malatiah*, aliquantò ſuperiùs, caput olim Melitenes, parvæ Provinciæ in Aſiâ minori.

VII. *Amaſia; ubi olim ampla pars Cappadociæ.*

Supereſt ultima pars Natoliæ, quæ Amaſia, *Amaſie*, appellatur. Ejus limes ab ortu eſt Turcomania; à boreâ Pontus Euxinus; ab occaſu Natolia propria; ab auſtro Caramania & Aladulia. Hìc olim fuit ampla pars Cappadociæ, cujus partes erant tractus borealis Armeniæ minoris, atque ad Pontum Pontus Cappadocicus, Polemoniacus, & Galaticus. Clariores urbes hìc fuerunt Sebaſtopolis, nunc *Suvas*, urbs ampla, & egregia, Præfecti Turcici habitatio, ſub cujus præfecturâ ſex minores ſunt præfecturæ ſeu Sangiacatus; Neocæſarea, variis nunc Tochata, *Tocat* & *Tocato*, ampla & elegans ad montis radicem cum caſtro in rupe, à quâ vicina regio *Tocat* dicitur; Cæſarea, ante Maza & Mazaca, nunc *Caiſar*, ad fl. Melam, prope montem Argeum, quæ Baſilium Magnum Epiſcopum habuit; Amaſia, Italis *Amaſia*, Turcis *Amnaſan*, ſita intra montes ad fl. Irim, Strabonis natale ſolum, urbs magna, Regionis vicinæ caput, & ſedes Præfecti Turcici; Trapezus, incolis *Taraboſan*, Italis *Trebiſonda*, urbs ad Pontum, & montis radices cum portu capace, quondam Cappadociæ, item Imperii Trapezuntini clariſſima, & etiamnum Trapezuntinæ Præfecturæ.

VIII. *Natolia Montes:*

Luſtratis partibus Natoliæ, verbulo notemus maximos ejus Montes & Flumina. Montes in Natoliâ benè multi ſunt, & plurium ſuperiùs injecta mentio, quando de urbibus dictum, quæ iis adjacent. Cæteros tamen magnitudine plurimùm Taurus ſuperat. Initium ejus eſt in Caramaniæ littore, ubi olim Lyciæ & Pamphyliæ confinia; hinc nonnihil ſurgit in boream; dein in ortum extenditur per partes Caramaniæ & Aladuliæ, quæ mari Mediterraneo viciniores ſunt, quin per univerſam Aſiam ad uſque mare Eoum. Propriè tamen Tauri nomine venit pars montis, quæ intra Natoliam continetur, cujus nomen pro varietate locorum variat. Brachium Tauri eſt Amanus, incolis *Montagna Neros*, terminus inter Natoliam & Syriam, cujus & ſupra meminimus. Hoc brachio Tauri longè

Taurus.

Amanus.

Antitaurus.

majus eſt alterum, quod Caramaniam ab Aladuliâ, & hanc ab Amaſiâ diſtinguit, & olim Armeniam minorem biſecabat, Antitaurus appellatum, incolis hodie *Roham Thaura.*

IX. *Natolia Flumina:*

Flumina, quæ Natoliam perfundunt, varia ſunt, & effunduntur aut in Pontum Euxinum, aut in mare Mediterraneum, aut Ægæum. Inter prima excellunt Iris, Halis, & Sangarius. *Iris.* Iris, hodie *Caſalmach*, fl. Cappadociæ, nunc Amaſiæ, qui in confinio Armeniæ minoris juxta Sebaſtiam naſcitur, hinc per Cappadociam contendit, atque rigatâ inter alias urbes Amaſiâ, circa limitem Natoliæ propriæ in Pontum delabitur. *Halis.* Halis, nunc *Otmagiuth* ſive *Aly*, ex monte Antitauro fluxum inſtituit per Cappadociam, Galatiam, & Paphlagoniam in ſinum Amiſenum; hodiernæ autem Tabulæ Halim intra Natoliam propriam conſtringunt. *Sangarius.* Sangarius, nunc *Sangari*, ſeu *Zagari*, ortum trahit in Phrygiâ majore ex monte Didymo, per quam, nec non Bithyniam Pontum petiit, hodie ſolam Natoliam propriam perfundit, maximus fluviorum, qui ex ipsâ in Pontum properant. Inter flumina, quæ ex Natoliâ in mare Mediterraneum exeunt, infima non fuerunt Cydnus & Xanthus. *Cydnus.* Cydnus, flumen Ciliciæ rapidum, gelidum, & ſalubre, quod quùm æſtuans Alexander ſequeretur, perniciosiſſimum ſibi expertus eſt. Nunc ab aquis nigris *Caraſu* dicitur, tranſitque & Aladuliam & Caramaniam, in quâ, poſtquam Tarſum alluit, mari miſcetur. *Xanthus.* Xanthus, nunc *Sirbi*, olim Lyciæ, jam Caramaniæ fluvius, ex monte Cadmo duxit originem, & urbem ejuſdem nominis interluit, infra quam in Lycium mare ſe exonerat. Denique inter flumina, quæ ex Natoliâ mare Ægæum ſubeunt, præſtant Mæandrus, Cayſtrus, Hermus, Caicus & Scamander, qui quando ab auſtro in boream pergimus, ſe tradito ordine conſequuntur, & partem meridionalem Natoliæ propriæ perfundunt. *Mæandrus.* Mæandrus, aliàs Mæander, *Madre*, fertur ex Phrygiâ majore per Cariam atque Ioniam curſu plurimis flexibus ſinuoſo, & ad boream urbis Mileti in mare effunditur. *Cayſtrus.* Cayſtrus, nunc *Caraſou*, id eſt aqua nigra, etiam ex Phrygiâ majore profluit, tranſit Lydiam, in quâ Philadelphiam præterfluit, & in Ioniâ inter Epheſum & Colophonem mare ingreditur. *Hermus.* Hermus, nunc *Sarabat*, ortus quoque in Phrygiâ majori, Lydiam pervadit, in

in quâ Pactolo auriferis arenis celebri ditatur, dein per confinia Æolidis & Ioniæ in ſinum Smyrnæum devolvitur. Caicus, nunc *Girmaſti*, Nigro *Caſtri*, fontes habet in Myſiâ majore, interque hujus, & Lydiæ atque Æolidis confinia, poſtquam Pergamum alluit, inter Pitanen & Eleam mare ingreditur. Scamander, Homero Xanthus, nunc *Scamandro*, fluvius exiguus, ſed clariſſimus Phrygiæ minoris, ex Idâ monte deſcendit, infraque Ilium non procul Sigeo promontorio mari ſe miſcet. *Caicus.* *Scamander.*

X. *Natolia Inſulæ in mari Ægæo:*

Miſsâ Natoliâ, ad Inſulas nobiliores accedimus, quas ab ipſius littore occidentali mare Ægæum, atque à meridionali Mediterraneum plus minùs dividit. Omnes Turcis obediunt. In mari Ægæo jacent Tenedos, *Tenedo*, parva contra Troadem, cum vico & arce; Lesbos, *Metelino*, longè amplior contra Myſiam majorem, ubi Mitylene, *Metelino*, primaria Inſulæ in tractu ejus orientali, quæ nunc ipſi nomen imponit; Chios, ſeu Chius, *Scio*, contra Ioniam, montoſa, & dives vini Malvatici, in quâ Chios urbs, prædita amplo portu & arce; Samos, Samus, & Samo, *Samo*, vicina quoque Ioniæ, ex adverſo Epheſi, quæ ideo & Samos Ionica appellatur, habetque parvam urbem cognominem; Icaria, *Nicaria*, ad occaſum Sami, à quâ mare circumfluum Icarium nuncupatum eſt; plus in auſtrum ſita eſt Pathmos, *Palmoſa*, aliis *Patina*, in quâ Ioannes Theologus exulavit, Spiritu divino correptus eſt, & ſeptem Epiſtolas Apocalypticas exaravit, cum oppido, & arce in ejus meditullio; nec non Leros, *Lero*, culta cum oppido & portu duplice; Coos, aliàs Cos, *Lango* vulgò, ſeu *l'Iſola longa*, Græcis *Stinco*, Nautis & Turcis *Stanchio*, contra Cariam, oblonga, culta, fertilis, Hippocratis medici & Apellis pictoris clara natalibus, in quâ urbs Coos, *Lango*, munita, & varii vici; Aſtypalea, *Stampalia*, oblonga, plus vergens in meridiem & occaſum, culta, cum oppido in parte meridionali & portu gemino; Carpathus, *Scarpanto*, media inter Cretam ac Rhodum, cui nomen debet Carpathium pelagus. In eâ eſt Carpathus oppidum. Ex recenſitis hiſce inſulis Icaria, Pathmos, Leros, Aſtypalea nobiliores ſunt inter inſulas, quæ Sporades appellatæ fuerunt, quia non glomeratæ ſunt, ut Cyclades, ſed diſperſæ per mare Ægæum, in quarum numero Auctores diſſentiunt. *Tenedos.* *Lesbos.* *Chios.* *Samos.* *Icaria.* *Pathmos.* *Leros.* *Coos.* *Aſtypalea.* *Carpathus.* *I. Sporades.*

XI. *Natolia Inſin mari Interno: Rhodus.*

In mari Mediterraneo contra littus meridionale Natoliæ jacet Rhodus & Cyprus. Continenti vicinior Rhodus eſt, Italis *Rhodi*, Gallis *Rhodes*, ſita ex adverſo Cariæ, Cœli perquàm ſalubris, ubi fuit Coloſſus ſeu Statua ex ære, Soli dicata, altitudinis LXX Cubitorum, quæ ob molem immodicam inter ſeptem Orbis Miracula enumeratur. Terræ motu concidit & diffracta eſt. Rhodum tenuerunt Equites Ordinis S. Ioannis Hieroſolymitani, ab eâ Rhodii appellati, quibus à Solimanno II. pulſis, poſt obſidionem ſex menſium, Carolus V. Imperator Melitam conceſſit, à quâ nunc Equites Melitenſes dicuntur. Dives eſt paſcuorum & fructuum. Mare, quod Rhodum alluit, ab eâ Rhodienſe nominatur. Urbes ejus fuerunt Camirus, *Ferachio*; Lindus, *Lindo*; Rhodus, *Rhodes*, in parte orientali inſulæ, quondam ſapientiæ ſtudio illuſtris, nunc princeps urbium, feliciter munita, ſedes Præfecti Turcici, portus & emporium celebre. *Cyprus.* Ciliciæ Cyprus objacet, Gall. *I. de Cypre*, remotior à Continente, una ex quatuor maximis Inſulis, quas mare Internum complectitur. Circuitum ejus quidam ſtatuunt CXXX circiter milliarium, & plus ab occaſu in ortum, quàm ab auſtro in boream extenditur. Cœlum & ſolum adeò extulerunt Veteres, ut inter cætera nomina, quibus hanc Inſulam appellârunt, Macaria quoque fuerit. Aer hodie tantam laudem non invenit, at terra ferax eſt vini, olei, ſacchari, croci, rhabarbari, goſſypii, malorum limoniorum, aureorum, frumenti, cupri. Locuſtis multùm affligitur. Novem hìc olim fuerunt Regna, hodieque Dux Sabaudiæ ob jus, quod ſibi in Cyprum ſentit competere, Cypri Regem ſe nominat, & hoc nomine in Sacello Papali inter coronata Capita immediatè poſt Venetos refertur. Diviſa olim fuit in partes quatuor juxta quatuor Mundi Cardines: in Paphiam, quæ ſita erat in occaſum; in Amathuſiam ſeu Amathuntiam, quæ in auſtrum; in Lapithiam, quæ in boream; atque in Salaminam ſeu Salaminiam, quæ in ortum, petito partis cujuſque nomine ab Urbe maritimâ, quam quæque complectebatur. Nunc in ſeptem Sangiacatus Cyprus diſtinguitur, interque ejus urbes & oppida cæteris præſtant Paphos, *Baffo*, urbs ad oram occiduam; Amathus, *Limiſſo*, ad oram auſtralem, ante cultior; Nicoſia, *Nicoſia*, mediterranea, munita,

Digitized by Google



Digitized by Google

TURCOMANIE
EMPIRE DES PERSES
DIARBEC
MESOPOTAMIE
ARABIE DESERTE
DESERT
BABYLONIE
CHALDEE, et
ARABIE
Maragara
Totquan
Barcon
Cey
Van
Chiasal
Bareina
Eldamacha
Dachercan
Armema
SALMAS
Nuria
Cuc
Hadran
Schiahirazur
ZE
RUN
Asancheur
Soira
Hadeth
Hini
Talcoran
Goziral
Ebon Barée
Harbei
Sargeat
Tal Mauran
Nisibin
Giallab
Tamarda
ou Tal Nadasa
Dara
Reba
Bageta
Obaidia
Sarrug
Raul
Bereaid
Haeliana
Belad
Ain Tergiar
Tal
Alchair
MOSUL
Cafr
Line
Chanegiun
Kabula
Soeid
Alnebraim
Hatdher
Sinn
Carmaba
Tahar
Vadi Alschea
Maquasin
Fartha
Tagrit
Zab
Felougia
Rafue
Dascara
Mchabur
Rahabul
Aginian
Vassa
Bon Tauc
Dalia
Dasa
ANNA
Sukana
Nabrasun
Teimara
Batveh
Corna
Xanil
Corcub
Nabraban
Dagelat Alamara
Nahr Malcel
Hire
Teamma
Balsera
Manbig
Hay
Faraa
Dahama
Tadhema
Hadaj
Tangia
Abadan
Alchasciana
GOLFE
DE
BALSERA
Samman
Annah
Merab
BIE
HEUREUSE
Parties
d'Abbeville
du Roy.
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
39
38
37
36
35
34
33
32
31
30
29

Digitized by Google

nita, ampla, ſedes Regum ultimorum, nunc caput Inſulæ, in irriguâ planitie, Præfecti Turcici habitatio; Ceraunia, *Cerines*, oppidum in orâ boreali cum amplo portu; Famaguſta, item Fama Auguſta & Hamacoſtos, Italis *Famagoſta*, Gallis *Famagouſte*, urbs valida in orâ orientali cum portu eximio; Salamis parùm ab urbe Famaguſtâ abiit in ſeptentrionem, partemque Inſulæ orientalem denominavit, dicta dein Conſtantia, quam Saraceni exciderunt, nunc *il Porto Coſtanzo*.

CAPUT III.

Syria Hodierna.

I. *Syria nomen & termini.*

POST Luſtratam Natoliam, & Inſulas, quæ contra ipſam ſitæ ſunt, aggredimur partem tertiam ſive ultimam Turciæ Aſiaticæ, quæ in occaſum vergit, atque ea eſt Syria. Syria (quæ & Aſſyria, atque Hebræis Aram dicta eſt ab Aramo, filio Semi) quondam maximè patuit, complexa Palæſtinam, Phœniciam, Syriam propriam, Meſopotamiam, Aſſyriam & Babyloniam; poſtmodùm verò avulſis ab eâ Babyloniâ, Aſſyriâ & Meſopotamiâ, tantùm Syria propria, Phœnicia & Palæſtina Syriæ nomine venerunt, atque etiamnum veniunt. Hujus Syriæ, Italis *Soria*, Gallis *Sourie*, incolis *Soriſtan*, terminus à ſeptentrione eſt mons Amanus, quo olim à Cappadociâ ſeu Armeniâ minore dividebatur, hodie ab Aladuliâ, parte Natoliæ; ab ortu fl. Euphrates uſque ad urbem Thapſacum, ſitam ad Euphratem in Meſopotamiæ, Syriæ & Arabiæ Deſertæ confinio, qui ipſam ſeparavit à Meſopotamiâ, nunc Diarbechiâ, item Arabia Deſerta; à meridie Arabia Petræa; ab occaſu eadem Arabia, mare Syriacum, pars Mediterranei orientaliſſima, Gallis *Mer de Levant*, & mons Amanus, quo à Ciliciâ, nunc Aladuliâ, diſtincta fuit.

II. *Syria quantitas, & conſtitutio.*

Maximè Syria extenditur inter concurſum montis Amani, & fl. Euphratis, ac partem Arabiæ Petrææ, quæ ſinui Arabico, ſeu Rubro mari propinquiſſima eſt, quam intercapedinem Cluverius facit CXL milliarium. Latitudo (quæ ubi vel maxima, longitudine triplo ferè minor exiſtit) variat, minima occurrit in tractu boreali; at nullibi latior, quàm inter

mare Syriacum & Arabiam Deſertam. Cœlum habet ſalubre, & feliciter temperatum, ſolum altum, humile, amœnum, dives pecorum, armentorumque, ferax (excepto tractu, qui Arabiæ vicinus eſt) frumenti, vini, ficuum, malorum aureorum, citreorum, melonum, cannarum, in quibus mellis ſpecies continetur, dactylorum, aromatum & herbarum medicinalium, quibus calida Cœli temperies amica eſt. Ubi verò horridum ſolum exiſtit, id non tàm ſoli vitio imputandum, quàm multiplicibus bellis, perpetuis Arabum incurſionibus, incolarum defectui, & jugo Turcico, quod, ut tutior ſit dominatus, negligenter colit regiones, quotquot potitur.

III. *Syriæ Præfecturæ.* Diſpeſcunt Turcæ Syriam in tres generales Præfecturas, Alepenſem, Tripolitanam & Damaſcenam. Præfectura Alepenſis, *Beglerbeglic d'Alep*, borealiſſimam Syriæ partem occupat, novem Sangiacatus ſeu præfecturas minores complectitur, & totius Præfecturæ caput eſt Alepum, *Alepo*, ſedes Præfecti Turcici. Præfecturæ Alepenſi ab auſtro adjacet Tripolitana, ſic appellata ab urbe primariâ, Tripoli, *Tripoli de Sorie* Gallis, ubi Turcarum Præfectus habitat. Habet ſub ſe quatuor Sangiacatus, ſive minores Præfecturas. Reliquam Syriæ partem, quæ meridionaliſſima & occidentaliſſima eſt, tenet Præfectura Damaſcena, *Beglerbeglic de Scham* ſive *de Damas*. Nomen habet ab urbe Damaſco, in quâ degit Præfectus, & ex eâ pendent decem Sangiacatus, ſive minores præfecturæ, inter quas quædam hæreditariæ ſunt, & veriùs Principatus.

IV. *Syriæ alia diviſio. Syria propria.* Dividitur & Syria hodie in Syriam propriam, Phœniciam & Judæam. Syria propria, Gall. *Sourie*, Ital. *Soria*, pars Syriæ ampliſſima eſt, in ſeptentrionem & ortum maximè excurrens, quam limitant fl. Euphrates, Arabia Deſerta, Phœnicia, mare Syriacum & Natolia. Celebriores urbes & loca in hâc Syriæ parte ſunt verſus boream Samoſata, ad fl. Euphratem in Diarbechiæ & Natoliæ confinio, patria Luciani & Pauli Samoſateni, nunc exciſa, cujus locus *Scempſat* dicitur; Alepum, Gallis *Alep*, Italis *Alepo*, antiquitùs ex plurimorum opinione Berroea, ſive Beroa, item Beroe, aliquibus verò Hierapolis, nec non Chalybon, ob aliqualem hujus nominis convenientiam, urbs totius

Urbes ad boream.

tius Syriæ nobiliſſima, prima, tribus gaudens ſuburbiis, ſitûs commodiſſimi inter fl. Euphratem, & mare Syriacum, emporium celeberrimum, populoſiſſimum, in quod ex ortu & occaſu Mercatores & merces confluunt, & diſtrahuntur; Alexandria, item Alexandriola, ſeu Alexandria minor, Turcis *Scanderona*, Italis *Aleſſandreta*, ad radices montis Amani & ſinum Iſſicum in Natoliæ confinio, urbs antea & emporium celebre, ex quo hodie ſuperſunt domus Ducis Ianizariorum ex lapidibus, qui hìc vectigalia exigit, & quædam tuguria in gratiam Mercatorum, qui hinc Alepum, aut contrà frequentes iter inſtituunt. Plus in auſtrum vergunt Antiochia, quæ diſcriminis ergo cognominata eſt Magna, & Epidaphne, à Daphne illius ſuburbio, nunc Gall. *Antioche*, Ital. *Antiochia*, Turcis *Antachia*, urbs olim Syriæ primaria, ſita prope oſtium fl. Orontis, partìm in colle, partìm in plano, ubi Diſcipuli primùm Chriſtiani appellati ſunt, hodie à paucis incolitur, & ex parte diruta eſt, ſalvis muris, qui veterem magnificentiam loquuntur; Laodicea, *Laudichia* & *Laudicea*, ad oram maris, parva & paulatìm deficiens, cum amplo portu; Apamia, ad fl. Orontem, nunc *Hama*, in fertili & amœnâ regione; ſuperius Emeſſa, *Hemz*; Palmyra, nunc *Fayd*, nonnullis & *Tamos*; Laodicea ſcabioſa, juxta fontes Orontis fl., *Laudieſa*.

Urbes ad auſtrum.

V.

Phœnicia.

Inter Syriam propriam ad ſeptentrionem & Judæam ad meridiem jacet Phœnicia, *Phœnicie*, maritima quoque regio, ſed minor traditâ Syriâ. In ipsâ majoris momenti ſunt, in mediterraneis *Raalbec*, & Damaſcus, incolis *Scham*, Gall. *Damas*, Ital. *Damaſco*, urbs ſita in planitie, quam montes ambiunt, olim clariſſima & magnifica, nunc caput Phœniciæ, ſedes Præfecti generalis, & Patriarchæ Græcorum, quæ Antiochiâ huc tranſlata eſt, à paucis incolitur, ejuſque vinum, pruna, lana, ſericum, & ex his parati panni etiamnum laudem inveniunt. Ad mare Syriacum jacent Tripolis Syriæ, Gall. *Tripoli de Sourie*, ut à Tripoli Barbariæ diſtinguatur, urbs ampla, culta, munita muris, turribus & arce in clivo, in quo Præfectus Turcarum habitat, cum portu non ignobili; Berytus, incolis *Bayrut*; Sidon, *Sayd*, nunc perquàm exigua, ad radices collis cum antiquâ arce in ſaxo, & portu capace, ſed ma-

Urbes mediterranea.

Urbes ad mare Syriacum.

ſed malefido, quam nuperiùs Pontifex Archiepiſcopali titulo condecoravit ; Tyrus , incolis & Ital. *Sur*, Gall. *Sour*, hodie uſque adeò in ruinis , ut non niſi caſtrum antiquum & quindecim ædes in eâ dicantur ſupereſſe ; Ptolemais, ante Aco, Hebræis Acon , nunc Ital. *Acri* , Gall. *Acre* , & interdum *S. Iean d'Acre*, ab Equitibus S. Ioannis Hieroſolymitani, qui diu ſedem hìc fixerunt , & urbem contra Saracenos fortiter defendêre, jam propemodùm periit, inhabitata à pauciſſimis.

VI. *Judæa.* Tertiam & ultimam Syriæ partem conſtituit Judæa , Gall. *Iudée*, vulgò nunc Terra Sancta, media inter Phœniciam ad boream, & Arabiam Petræam ad auſtrum, atque extenſa ad mare Syriacum. Dividitur quibuſdam hodie in Tractus XI , quorum octo jacent inter mare Syriacum & fl. Iordanem, & tres reliqui trans ipſum, quos Arabes habitant. Alii inter Iordanem ac Mare partes quatuor ſtatuunt, & ſex in eâ parte Judææ, quæ à Jordane in ortum deflectit. Urbes ejus vix alicujus momenti ſunt, quarum præcipuæ habentur, & à mari Syriaco plus minùs remotæ , Nazareth, *Nazareth* & *Naſra*, ferè exciſa, & vicus in monte juxta torrentem Ciſon, caput tractûs Nazareni , in quo ſunt pagi viginti quinque ; Tiberias, incolis *Tabariyah*, ad occidentale littus maris Tiberiadis, parva, magnâ ex parte diruta, à paucis ob incurſiones Arabum inculta; Bethſan , nunc *Elbeyſan* , caſtrum juxta ripam occidentalem Jordanis , paululùm infra dictum Mare ; Neapolis , Ital. *Napoſa* , Gall. *Naplouſe*, oppidum in valle inter duos montes, quod ex Samariæ ruinis increvit, ſedes Sangiaci , & caput Tractûs cognominis, in quo centum viculi numerantur ; Hieroſolyma, Turcis vulgò *Cudſembarich*, & *Coudſcherif*, item (teſte Michaële Nau) *Elkods*, id eſt urbs Sancta, Gall. *Ieruſalem* , Terræ Sanctæ præcipua , & Tractûs , qui urbis Sanctæ appellatur , & vicos centum continet , exigui ambitûs , clauſa mœnibus contra inſultus Arabum, vix decem incolarum millibus inculta, quotidieque deficiens, ſedes Sangiaci, una ex quatuor urbibus, quò Romano-Catholici religionis ergo peregrinantur ; Hebron, indigenis *Elkabil*, oppidum cultum ſine muris, partìm in colle ſitum, partìm in plano , caput Tractûs ejuſdem nominis , aliàs dicti, Tractus amici Dei, in quo vici ſunt quindecim. Ad aut prope mare

Urbes à mari Syriaco remotæ.

Mari vicina.

Syria-

Syriacum jacent Cæſarea Palæſtinæ, nunc *Caiſar*, ſed in ruinis; Joppe, *Jafa*, aliàs *Jaffa* & *Giaffo*, cujus pars juxta portum nunc ſatis incolitur, cum variis diverſoriis, in quibus mercatores & peregrini, qui ex Europâ Hieroſolymam abeunt, excipiuntur; Azotus, *Alzete*, fermè periit; Aſcalon, *Scalona*, paucis habitatur; Gaza, Ital. *Gaza* ſeu *Gazara*, parva & infrequens, quæ Principem habet proprium, ſed ſub dominio Turcarum, caput Tractûs Gazetici, in quo trecenti viculi numerantur.

CAPUT IV.

Judæa Vetus. Judæa Trans-Jordanica.

ATQUE ita tres partes hodiernæ Syriæ, Syriam propriam, Phœniciam & Judæam, percurrimus, operæ pretium fuerit etiam oculis perluſtrare, quomodo eædem antiquitùs ſe habuerint, in primis Judæa, quandoquidem de eâ Sacer Codex meminit quàm frequentiſſimè. Ab hac igitur retrogrado ordine ducemus initium, dein ad Phœniciam & Syriam propriam progreſſuri. Regio hæc primitùs dicta eſt Terra Chanaan, ſeu Chananæa, ab ejus antiquiſſimo poſſeſſore Chanaan, Noëmi ex filio Cham nepote, qui cum undecim ſuis filiis hanc olim inhabitavit, nec non poſteri ipſorum per multa ſecula. Terra Promiſſa ſeu Promiſſionis nuncupata eſt, ex quo eam Deus Abrahæ & poſteris ejus promiſit. Terra item Hebræorum ſeu Iſraelitarum, quando Abrahæ poſteri potiſſimam ejus partem occupârunt, & inter Tribus duodecim diviſêre. Terra Judæ, ſeu Iudæa à tribu potentiſſimâ & maximè illuſtri. Palæſtina, quo nomine Ptolemæo venit, nec non Græcis & Romanis ſcriptoribus, indubiè à celeberrimâ & fortiſſimâ gente Palæſtinorum, ſeu Philiſtinorum, quæ Judææ tractum maritimum ab Ægypti confinio uſque ad Cæſaream Stratonis vel Doram incóluit, exteris Nationibus apprimè cognita. Denique ab obitu Salvatoris Chriſtianis communiter Terra Sancta appellata eſt, & etiamnum appellatur, præſertim quia in eâ conceptus, natus, educatus eſt, doctrinam ſalutis edocuit, miraculis

I. *Veteris Judææ Nomina.*

Philiſtini.

raculis confirmavit, fatis conceſſit, ſepultus eſt, gloriosè ſurrexit, & ex eâ Cœlum repetiit.

II. *Veterè Judæa variè limites.* Termini Judææ à meridie fuerunt Torrens ſeu fluvius Ægypti, qui & *Sichor* dictus eſt, ad cujus oſtium erat oppidum Rhinocorura ſeu Rhinocolura, Ægypti olim, poſt Judæorum, cui truncati naribus incolæ nomen fecerunt, item ſolitudo *Berſabee*, & montana *Seir* ſeu *Sebir*, quæ inde à fontibus fluminis Ægypti in ortum protendebantur verſus montana Moabitarum, & Judæam à deſerto *Pharan*, quod Hagaris & Iſmaëlis ſedes fuit, à deſerto Cades-Barneâ, ab Idumæâ & Arabiâ Petræâ diſtinguebant. Ab ortu ipſam limitavit regio Moabitarum & Ammonitarum, ſive Arabia Petræa & Deſerta, nec non pars meridionalior Cœleſyriæ; à ſeptentrione Phœnicia Damaſcena, mons Antilibanus, & Sidoniorum regio; ab occaſu mare Mediterraneum, aliàs Internum, Occidentale, & Magnum, ad differentiam minorum, quæ intra Iudæam continentur. Atque ita Iudæa primitùs terminata fuit; at ſub imperio Davidis & Salomonis limites ejus ad fl. Euphratem prolati ſunt per Palmyrenam, quæ pars fuit Syriæ orientalior, & meridionalior, Hebræis *Aram Tzoba*, ſeu *Soba*. Sic Salomon imperium legitur diffudiſſe ab urbe Thapſaco, ubi Euphratis trajectus erat, ad Gazam uſque.

III. *Longitudo & Latitudo.* Sita fuit Judæa, quando priores terminos reſpicimus, intra gradus Latitudinis borealis XXXI & XXXIII, aut juxta alios XXXIV; nam variant aliquantulùm Auctores, quibuſdam meridionalem Judææ terminum Æquatori magis admoventibus, aliis eundem ab Æquatore magis removentibus. In eo conſentiunt, latitudinem Judææ trium circiter graduum exiſtere. In umbilico ſeu medio Orbis conſtitutam ajunt Geographi, quod non planè de nihilo eſt, quando de Orbe Veteri atque ἐν πλάτει accipitur. Longitudo ejus juxta phraſin Scripturæ extenditur, vel ab introitu Emath, urbis Nephtalim, ad torrentem Ægypti; vel à Dan, urbe in Tribu Nephtalim ad radicem Antilibani collocata, receptiſſimo Judææ termino ad boream, uſque ad civitatem Berſabeæ in tribu Simeonis, & deſerto cognomini, receptiſſimum ejuſdem terminum ad auſtrum, conficitque hæc poſterior intercapedo ex ſententiâ Adrichomii plus

plus minùs ſexaginta ſeptem milliaria Gallica, quorum quodque tria ferè milliaria Italica, ſeu totidem Paſſuum millia complectitur, & commenſuratur unius horæ itinere. Latitudinem Judææ à mari Magno ad tractum fl. Jordanis, ubi maximè excurrit in ortum, nonnulli ſeptendecim aut octodecim milliaribus definiunt; at ultra Jordanem ipſam patuiſſe, ex traditis modò terminis manifeſtum eſt.

IV. *Conſtitutio.*

Judæam egregiè munivit Natura. Ab occaſu mari Mediterraneo, ad quod portus fuerunt eximii, & optima opportunitas inſtituendæ quaquaverſùm navigationis. Cæteros limites illuſtria Montana ambiunt. A boreâ, uti dictum, Antilibanus & Libanus, quorum appellationes ſæpiùs confunduntur; ab auſtro montana *Seir*, ſeu Idumææ; ab ortu montana Moabitarum, item montes *Arnon*, *Galaad*, *Hermon*. Intùs longè fuit amœniſſima, diſtincta nobiliſſimis montibus, vallibus, campis, nemoribus, fontibus, fluminibus, lacubus, maribus. Cœlum habuit temperatiſſimum, aërem ſaluberrimum, ſolum feraciſſimum. Abundavit ubique ſupra fidem pecoribus, armentis, avibus, apibus quoque, piſcibus, frumento, vino, oleo, ſaccharo, balſamo, ſeu opobalſamo, aromatis, palmis, ficibus, malis granatis, floribus, & omni deliciarum genere. Acceſſit incredibilis incolarum frequentia, & numerus urbium, pagorum, caſtellorum, nullibi terrarum major, in tàm anguſtâ loci intercapedine. Quando populus Iſraeliticus Terram Promiſſam ingrediebatur, Regna continebat LII, Satrapias maritimas Philiſtæorum V, Populos majoris VII, Amorrhæos, Gergeſæos, Hevæos, Phereſæos, Iebuſæos, Hethæos, Chananæos, ortos ex poſteris Chanaanis, & deletos à Joſuâ, quorum ſedes in tranſitu ſuis locis notabimus.

V. *Diviſio.*

Occupata plurimâ ex parte ab Iſraelitis Judæa, juſſu & auxilio Divino, in Tribus XII diviſa fuit, quarum duæ & dimidia trans Jordanem, cæteræ verò cis hoc Flumen ſedes ſuas habuerunt, diſperſâ per omnes Tribus Tribu Levi. Trans Jordanem erant Tribus Ruben, Gad & dimidia tribus Manaſſe; at cis Iordanem Tribus Nephtali, Aſer, Zabulon, Iſachar, dimidia tribus Manaſſe, Ephraim, Benjamin, Iuda, Dan, & Simeon. Omnes autem hæ Tribus primò Regnum

unum conſtituêre, aſt tempeſtate Rehabeami in duo dividebantur, Regnum Iudæ & Iſraelis, diſtinctis à Schiſmate appellationibus, quæ aliàs promiſcuè uſurpabantur. In regno Iudæ tantùm erant Tribus Simeonis, Iudæ & pars Benjaminis; reliquas Regnum Iſraelis complectebatur. Illius ſedes Regia erat Hieroſolyma, hujus verò Samaria potiſſimùm.

VI. *Iudæa Trans-Jordanica.* Aggredimur primùm regionem Judææ Trans-Iordanicam, quam ab occaſu fl. Jordanes terminavit; ab ortu Arabia & Syria; à boreâ mons Hermon; ab auſtro pars infima Arnonis fluvii. Obtigit hæc pars Iudææ ſine ſortitione Tribui, uti dictum, Rubenis, Gadis, & dimidiæ Manaſſis, appellata antè Amorritis, & ab Amorrhæis vel Emorrhæis inhabitata, poſtquàm victricibus armis ultra Jordanem promoti, Moabitas & Ammonitas ſedibus hiſce pepulerant. *Amorrhæi.*

VII. *Tribus Rubenis.* Inſedit Tribus Ruben partem Judææ Trans-Iordanicæ auſtraliſſimam, quam ab auſtro & ortu fl. Arnon, ſive Arabia Petræa terminavit; à boreâ Tribus Gad; ab occaſu infimus tractus Jordanis, quo à Tribu Benjamin diviſa eſt, & mare Mortuum. Hìc Moabitæ cis & trans Arnonem habitârunt. *Moabita.* Per hanc Regionem Populus Iſraeliticus intravit in Canaanem Cis-Jordanicam, atque ex eâdem Elias in Cœlum vectus eſt. Campeſtria habuit laudatiſſima, item montes & valles amœniſſimos, urbes complures, in quarum ſitu, quemadmodum & in ſitu Urbium per omnes Judææ Tribus, Tabulæ non rarò vehementer diſſentiunt, quod nunc atque deinceps obſervandum. Inter Urbes Tribûs Ruben fuerunt *Laſa*, poſt dicta *Callirhoe*, à fluxu variorum & nobilium fontium, quos poſſidebat; *Cademoth*, quæ & *Cedemoth*, ac *Iethſon*, civitas Levitarum; uti & fuit *Mephaat*, ſeu *Mephat*, quam Iudas Machabæus, trucidatis maribus, incendio vaſtavit; *Baalmeon*, olim urbs inclyta; *Medaba*, princeps quondam urbs Ammonitarum; *Eſebon*, item *Heſebon* & *Esbon*, urbs, quæ poſt ceſſit Levitis, monti impoſita, in confinio Rubenis & Gadis, quam huic quidam attribuunt, regia Sihon, regis Amorrhæorum; *Eleale*, vinearum dives; *Iahaſa*, ſeu *Iaſa*, urbs Levitarum, cum deſerto cognomini; *Cariathaim*; *Bamoth-Baal*, id eſt excelſa Baal, urbs & mons ejuſdem nominis, in quo Baal colebatur; *Bethphogor*, hoc eſt domus hiatûs, Latinis Fanum Phogor,

Phogor, Idoli Moabitici; *Phogor*, mons editiſſimus, è cujus vertice Balaam inſtinctu Dei benedixit populo Iſraëlitico, cui ut malediceret, ipſum cum Balac, Rege Moabitarum, conſcenderat; *Aſedoth Phaſga*; *Phaſga* ſeu *Piſga*, mons maximè ſublimis, è cujus vertice Moſes univerſam Terram Promiſſionis, in quam ingredi non licebat, monſtrante Deo, contemplatus eſt; *Nebo*, mons huic propinquus; Adrichomio & hic, & in primis ille, ſumma juga fuerunt montanorum *Abarim*, quæ, facto à Moabitis initio, juxta tractum Iordanis verſus montana Galaad extendebantur; *Macherus*, urbs munitiſſima, ſtructa ſuper rupem, altam & præcipitem undique, non procul à boreali littore maris Mortui, in quam vinctus ab Herode Ioannes Baptiſta miſſus eſt, ubi & vitam cum violentâ morte commutavit; *Livias* ſeu *Libias* prope oſtium Iordanis, condita ab Herode in honorem Liviæ, matris Tiberii; *Boſor* ſeu *Bezer*, urbs refugii, attributa Levitis, media inter Macherunta & montem *Nebo*; *Sethim*, Hebraice *Sitim*, ubi Iſrael cum filiabus Madian ac Moab fornicatus eſt; *Bethabara*, ad Jordanem, Baptiſmo Ioannis celebris, notat domum tranſitûs, vel quod hìc eſſet trajectus Jordanis, vel per ejus alveum Iſraelitæ tranſierint; *Abila*, urbs in campeſtribus Moab, cujus ager copiam habebat palmarum; *Bethjeſimoth*, terminus campeſtrium Moab ſeptentrionalis; *Sarathaſar*; *Helon*.

VIII. *Tribus Gad.*

Tribus Gadis ſita fuit in regione Trans-Jordanicâ inter Jordanem ad occaſum, quo à Tribu Ephraim & dimidiâ Tribu Manaſſis cis dictum flumen diſtinguebatur; inter torrentem *Iaboc* ad ſeptentrionem, ſive dimidiam Tribum Manaſſis trans Jordanem; inter regionem Ammonitarum, montana *Galaad* & Arabiæ ad ortum; ac inter Tribum Rubenis ad auſtrum. Regio fuit jucundiſſima ac feraciſſima, complexa partem optimam terræ *Galaad*, quæ à monte *Galaad*, cui adjacet, appellationem accepit, nec non terram *Thob*, ad quam fugit, & in quâ habitavit Iephte, ſub imperio quondam Amorrhæorum. Inter urbes excelluerunt *Dibon*, ampla & valida; *Aroer*, quæ & *Ar*, *Arnon*, & *Rabbath-Moab*, id eſt grandis Moab, urbs potens ad Arnonem, Moabitarum Metropolis; *Nabatha*; *Mennith*, urbs Ammonitarum, quos Iephte prælio ſuperior huc uſque fudit; *Iazer*, quæ & *Iezer*, urbs

Levitarum in agro pingui ad lacum cognominem; *Arnon*, urbs, ad quam mons ejuſdem nominis; *Mageth*, urbs olim ampla; *Rogelim*, oppidum Bercellai, qui fugientem Davidem pavit; *Maſpha*, ſeu *Maſphat*, urbs Levitarum, Iephte habitatio; *Rabba*, item *Rabbath*, urbs ad torrentem *Jaboc*, regia olim atque metropolis Ammonitarum, qui medii fuerunt inter Moabitas ad auſtrum, atque Syros ad boream, & quos ultra montana Amorrhæi primùm, dein Iſraelitæ pepulerunt, ubi fuit lectus ferreus regis Ogi, longitudinis IX & latitudinis IV cubitorum, atque in cujus expugnatione Urias cecidit; quando autem urbem & regionem vicinam Ptolemæus Philadelphus, rex Ægypti, ſuperavit, utraque ab ipſo Philadelphia, ut volunt, appellata eſt; *Ramoth-Galaad*, urbs Levitarum & refugii, in quâ Jehu in Regem unctus eſt; *Caſbon*; Saltus *Ephraim*, campus, cui poſt tergum Sylva, ubi Abſalom periit; *Thesba* ſeu *Thesbe*, Eliæ patria; *Dabir*, urbs juxta Jordanem; *Betharan*, ſuperiùs; item *Socoth*, Græcè Scenæ, id eſt Tabernacula, ubi Patriarcha Jacob cum fratre in gratiam rediit, & ſeniores *Socoth* ſpinis contrivit Gedeon; *Phanuel*, ubi idem Patriarcha cum Domino luctatus eſt, ac turrim urbis cognominis Gedeon vaſtavit, ſitæ juxta torrentem *Iaboc*; *Mahanaim*, id eſt Caſtra, urbs Levitarum ultra Torrentem, in confiniis Manaſſis trans Iordanem, ubi Jacobo Dei Angeli occurrerunt.

Ammonitæ.

IX. *Dimidia tribus Manaſſis trans Jordanem.*

Quod reſtat ex Judææ Trans-Jordanicâ, Dimidia Tribus Manaſſis occupavit. Ejus limes ab occaſu erat mare Galilææ & Jordanis, quibus à tribu Zabulon & Nephtalim dividebatur; à boreâ Syria Damaſci & mons Hermon; ab ortu Mons idem & mons Galaad; ab auſtro tribus Gad. Ad montes Hermon, & Libanum ſiti fuerunt populi Hevæi. Complexa eſt hæc Tribus Dimidia mediam partem regionis Galaad, totamque ditionem Ogi, regis Baſan. Regio *Baſan* ſeu Baſanitis extenditur Adrichomio in longum ab urbe *Mahanaim*, ſive torrente *Iaboc* ad Damaſci confinia, & regionem *Geſſuri* & *Machati*; in latum verò à montanis *Galaad* & *Hermon*, ad mare Galilææ & Iordanem. Lætiſſima erant paſcua in Baſanitide, armenta pecoraque pinguiſſima, copioſa nemora, in quibus quercus eximiæ. Ipſam Gigantes robuſtiſſimi inhabirârunt, unde

Hevæi.

Digitized by Google

unde & Terra *Raphaim*, ſive Gigantum appellata eſt, ex quorum reliquiis fuit Ogus, Rex ultimus univerſæ Baſanitidis, quem Iſraelitæ trucidârunt. Fuerunt hìc multæ regiones, *Gergeſæorum*, *Gamalitica*, *Gaulonitis*, *Batanæa*, quæ extra pinguem Baſanitidem producta fuit in ortum verſus deſerta Syriæ & Arabiæ, *Trachonitis*, *Argob*, *Geſſuri*, *Machati*, *Auranitis*. Habuit hæc Tribus dimidia multas urbes clariſſimas, amplas munitaſque feliciter, inter quas numerabantur *Ephron*, ſeu *Hephron*, montibus circumvallata, non procul ab oſtio torrentis *Jaboc*; *Hippos* ſeu *Hippus*, juxta mare Galilææ; *Gadara*, monti impoſita, à quâ tractus vicinus regio Gadarena dictus eſt, ab Ethnicis potiſſimùm inhabitata; *Iabes Galaad*, urbs regionis Galaaditidis præcipua, quam à Naas Ammonitarum rege obſeſſam Saul fortiter liberavit; *Pella*, cui Pella Macedoniæ nomen dicitur feciſſe; *Galaad*, ſtructa in monte ejuſdem nominis, à quo & ipſa, & *Galaad* Terra appellationem hauſit, patria Iephte, Ducis Iſraelitarum fortiſſimi; *Caſphor*; *Camon*; *Cedar*, eximia urbs, cujus in Cantico Salomon meminit; *Iair*; *Edrai*, regia Ogi, Regis Baſan; *Gamala*, ædificata in rupe altâ, & undequaque præcipiti, à quâ regio Gamalitica nomen ſortita eſt; *Geraſa*, olim *Gergeſa*, inculta à Gergeſæis, à quâ circumjacens territorium regio Geraſenorum & Gergeſenorum nuncupabatur; cùm vero Gergeſæ Gadara propinqua fuerit, veroſimile autumant, idem territorium ab utraque Civitate denominatum fuiſſe; *Magedan*, ſive *Magdala* circa Geraſam; *Dalmanutha*, intra Magdalenſes fines, ut mirum non ſit, voces *Dalmanutha* & *Magdala* ſumi promiſcuè; *Iulias*, ad mare Galilææ, non longè ab influxu Jordanis in hoc Mare, anteà, Joſepho teſte, *Bethſaida*, at juxta Adrichomium ſub ditione civitatis Bethſaidæ, tunc vicus ſolummodò tranſmarinus; *Deſertum Bethſaidæ*, dives graminis; *Corozaim*, Græcè *Chorazin*, ad ipſum Jordanis influxum contra *Capharnaum*, quam multis miraculis & concionibus Salvator, ſed incaſſùm, dignatus eſt; *Sueta*, ſeu *Suita* & *Suites*, ſuperiùs, urbs nobilis in regione feraciſſimâ; Tabernacula *Cedar* fuerunt inter urbes Suetam proximè recenſitam & Cedar, de quâ paulò ſuperiùs, in campis fertiliſſimis & amœniſſimis tempore nundinarum, quæ hìc ſtato tempore cele- *Gergeſai.*

celebrabantur; *Gaulon*, aliàs *Gaulan*, *Golan* & *Galon*, urbs eximia in Batanæâ regione, Levitica, atque refugii, à quâ tractus vicinus regio Gaulonitis ſeu Gaulanitis appellatur; uti ab *Adrach* oppido adjacens regio Terra *Adrach*; *Aſtaroth*, urbs ampla regionis Batanææ, Levitica & regia ſedes Regis Ogi; *Theman*; *Bozra*, munita & Levitica, quæ, uti & *Theman*, confundendæ non ſunt cum urbibus cognominibus in Idumæâ; *Antiochi Pharanx*, ſive *Vallis*; *Sogane*, ſtructa in loco validiſſimo; *Argob*, urbis & regionis nomen; *Naamath*, oppidum, quod pulchrum ſonat hebraicè, atque à recentioribus confictum varii arbitrantur, tanquam parùm remotum ab urbibus Themane & Suetâ, ac ſedes quaſi Tzophar Naamathitis; *Selcha* ſeu *Salcha*, clauſtrum regni *Baſan* ad boream; *Geſſur*, urbs regia, caput *Geſſuri*, regionis finitimæ, quò fugit Abſalom, violatâ ſorore Thamar; *Seleucia*, urbs ad aquas *Meron*, jucundi ſitûs, dives fontium; *Aram*; *Gerſon*, alienigenarum urbs in Baſanitide; *Machati*, valida; *Abela*; *Mara*; *Auran*, cui regio Auranitis nomen debet.

CAPUT V.

Judæa Cis-Jordanica.

I. *Judæa Cis-Jordanica.*

VIsa regione Judææ Trans-Jordanicâ, ad Cis-Jordanicam progredimur, quam ab ortu limitavit explicita regio Trans-Jordanica, ſeu fl. Jordanis inter utramque defluens; ab auſtro montana *Seir* & fl. *Sichor*; ab occaſu mare Magnum; à boreâ Sidoniorum regio & mons Antilibanus. Multùm hæc pars Judææ priorem ſuperat magnitudine, atque ideò inter novem Tribus & dimidiam ſortitò diſtributa eſt, quæ fuerunt, uti § V præcedentis CAP. notatum, Nepthtali, Aſer, Zabulon, Iſachar, dimidia tribus Manaſſe, Ephraim, Benjamin, Juda, Dan, & Simeon, quas tradito ordine percurremus.

II. *Tribus Nephtali.*

Primùm ergo in Judæâ Cis-Jordanicâ, quando ipſam à ſeptentrione ingredimur, ſe offert tribus Nephtali, ſeu Nephtalim, quam limitat ab ortu dimidia tribus Manaſſe trans Jordanem, ſive Jordanis ipſe à fontibus ad uſque mare Galilææ; ab au-

ab auſtro ipſum hoc Mare & tribus Zabulon; ab occaſu tribus Aſer; à boreâ mons Antilibanus. Maximè inter hunc montem & mare Galilææ extenditur; variat autem latitudo, quæ in boreali tractu minima eſt. Soli fuit fœcundiſſimi & amœniſſimi, in primis verſus oram maritimam, potuitque facillimè cum cæteris Tribubus, Phœnicibus, Syris, Damaſcenis commercia exercere. Fuerunt in hâc Tribu regiones *Emath*, *Paneas*, *Berim*, *Arbellis*; ſed ad urbes nobiliores accedimus. Intra fines Nephtalim (ut tranſeam ſilenter magnificum Auguſti templum, quod inter fontes Jordanis Herodes ſenior vivo Cæſari ex albo marmore paravit, & dedicavit) fuit *Laïs*, aliàs *Laiſa*, & *Lesbem*, ſita ad radices montes Libani, ubi fontes *Jor* & *Dan* confluunt in communem alveum, in agro lætiſſimo, dicta dein (erat enim Danitarum Colonia) *Dan*, *Paneas* & *Cæſarea Philippi*, extremus Judææ ad ſeptentrionem terminus, à quâ regio vicina *Paneas* appellatur; præter hanc erant *Heleph*, ſeu *Heleb*; *Reccath*, urbs valida; *Abela* & *Abel-beth-Maacha*, quò fugit Seba perduellis; *Reblatha*, ſeu *Rebla*, præclara civitas, quam fons Daphnis perfudit; *Aroſeth*, ſeu *Haroſeth Gentium*, urbs Siſaræ ad aquas *Meron*, quâ ex iis exit Jordanis, à diverſæ nationis gentibus inhabitata; inferius *Adami*; *Iebnael*; *Lecum*; *Capharnaum*, Græcè *Capernaum*, emporium quondam ditiſſimum, florentiſſimum, ad ſeptentrionale littus maris Galilæi juxta Iordanem, quà hic in ipſum effunditur, in agro fertili & amœno, Chriſti habitatione, concionibus atque miraculis inclytum, à quo & Deſerto nomen, & Monti, qui & Mons Chriſti appellatus eſt, qui ipſum diligenter frequentavit; *Kedesh-Nephtalim*, urbs Levitarum & refugii, jugo montis impoſita; *Arbellis*, oppidum, quod circumjacentem regionem denominavit; *Magdalel*, munita; *Carthan*, urbs Levitica; *Sephet*, in jugo altiſſimo, ac jucundiſſimo; *Nephtalim*, urbs inſignis; *Naaſon*, ſita in valle; *Bethſemes*, valida; *Aſor*, ſeu *Haſor*, regia Regis Jabin potentiſſimi; *Cariathaim*, urbs Levitarum; uti & *Amothdor* ſeu *Chamothdor*, media inter Paneada & Emath; *Emath*, quæ & *Amath*, ac *Hammath*, munitiſſima, ad Eleutheri fontes, juxta Libanum, Judææ ad ſeptentrionem quoque terminus, à quâ adjacens territorium regio Emathæa, & Amathites dictum eſt; *Aſſedim*, valida.

III. *Tribus Aſer.* Uti tribus Nephtalim, ſic & tribus Aſer, aliis Aſſer & Asher, ex omni parte Cis-Jordanicâ maximè ſurgit in boream. Terminat hanc Tribum ab ortu Nephtalim; à meridie Zabulon; ab occaſu mare Magnum, & regio Tyriorum, & Sidoniorum, quam, etſi intra ſortem Aſeris contenta fuit, Aſeritæ nunquam potuerunt ſibi ſubjicere; à ſeptentrione Antilibanus ſeu Syro-Phœnicia. Fuerunt hìc in tractu boreali terra *Maſpha*, & ad montes Tyrios *Chabul* ſeu *Cabul*, cujus xx Civitates Hiramo Tyriorum Regi donavit Salomon; item in parte auſtrali *Vallis Aſer*, aliàs *Vallis pinguis*, ditiſſima olei, vini, tritici nobiliſſimi, quæ nunc Vallis S. Georgii ab ejuſdem nominis Caſtro, quod in eâ ſitum eſt, nuncupatur. Neque hæc Vallis tantùm fertiliſſima fuit, ſed & pars Tribûs reſidua. Celebriores urbes erant *Elkath*, item *Helkath* & *Chelkad*, Levitica ad ſeptentrionem; *Cana Major*, ſic dicta, ut ab alterâ minore diſtinguatur, mediterranea prope fl. Eleutherum; *Roob*, *Rohob*, ſeu *Rechob*, potens, Levitis conceſſa; *Gabala*; *Cabul*; *Abdon*, Levitica; *Bethemeth* ſeu *Bethemec*, valli impoſita, in confinio Zabulonis; uti quoque erant *Bethdagon* & *Labanath*; *Sihor*; *Aco*, dein *Ptolemais*, ſic ab Ægypti rege appellata, celebris civitas ad Mare & fines Terræ Iſraeliticæ, cujus veteres Colonos non potuit tribus Aſer expellere; *Meſſal* ſeu *Miſſal*, in limite Zabulonis juxta Mare, Levitis tributa.

IV. *Tribus Zabulon.* Tribus Zabulon ſeu Zebulon à boreâ limitatur tribu Aſer & Nephtalim; ab ortu mari Galilææ; ab auſtro tribu Iſachar, ſive Torrente Ciſon, qui utramque interfluit; ab occaſu mari Magno, adeo ut hæc Tribus bimaris fuerit, plus tamen ad illud, quam hoc Mare exporrecta, ſoli felicis. Majoris momenti urbes erant *Zabulon*, validiſſima, non longè à mari mediterraneo; *Cana Galilæa* ſive *Minor*, quam quidam non locant in confinio Aſeris, ſed tribu Nephtalim, Joſepho vicus, hìc Salvator initium fecit ſuorum miraculorum, aquam in vinum convertendo; *Anathon* ſive *Hanathon*; *Cethron*; *Berſabe*; *Semeron*, urbs potens & regia; *Damna*, urbs Levitica; *Noa*; *Dothaim* & *Dothan*, oppidum dives ficibus, vineis & olivis, ubi fratres Joſephus reperit; *Bethulia*, urbs celebris, edito monti inſidens, atque abundans fontibus; *Bethlehem Zabulonis*, ut diſtin-

distinguatur à Bethlehem Judæ, Sanſoni ipſa Bethulia, quas tamen plures distinguunt; *Amthar*, urbs culta; *Remmon*, urbs Levitica, Sanſoni eadem, quæ Damna, de quâ paulò ſuperiùs; *Bethſaida*, celebris ad mare Galilææ civitas, in confinio tribûs Nephtalim, in quâ Salvator multa patravit miracula; fuit ſub ditione Bethſaidæ, teſte Adrichomio, vicus & deſertum trans dictum Mare; Terra *Geneſar*, Græcè *Genezareth*, regio pulcherrima, feraciſſima & temperiei optimæ; *Magdalum*, caſtrum, turribus & munitionibus munitum, ad idem Mare; *Iotapata*, urbs tutiſſima in rupe, ad quam ab uno latere tantùm patebat aditus; *Tiberias*, urbs ampla, eximia, thermis ſuis atque Academiâ celebris, ſita ad meridionalem tractum maris Galilææ, quod & ab ipsâ denominatur, atque ab Herode Tetrarchâ in honorem Tiberii Cæſaris ædificata, & hoc nomine appellata; *Iaphie*; *Cartha*, urbs Levitarum; *Legio*; *Cheſelethtabor*, urbs in ſolo campeſtri ad radicem *Tabor*, ſeu *Thabor*, qui Ioſepho Itabyrius, mons ſublimis, rotundus, oleis, vitibus & fructiferis arboribus diverſi generis ornatus, Chriſti Transfiguratione celebris; *Tabor*, urbs Levitarum; *Saffa* vel *Saffra*; *Sephoris*, urbs dives, ampla, munitiſſima; *Buria*, in ſolo frugifero; *Nazareth*, urbs elegans, in quâ Salvator conceptus & educatus eſt, atque ab ipsâ Nazarenus nominatus; *Naalol*, urbs Levitarum; *Sarid*; *Gabe*, urbs inſignis; *Sicaminum*, ſeu *Epha*, aliis *Elpha*, oppidum maritimum, quod proximæ Tribui Mappæ quædam attribuunt.

V. *Tribus Iſachar.*

Tribus Iſachar ſeu Iſſachar habet ad boream conterminam tribum Zabulon, à quâ per torrentem Ciſon dividitur; ad ortum mare Galilææ, & Jordanem, quà ex ipſo egreditur; ad auſtrum dimidiam tribum Manaſſe; ad occaſum mare Magnum, ad quod tamen juxta quoſdam non planè extenditur, contermina eâ parte monti Carmelo & Terræ Naid. Regio optima pulcherrimaque fuit. Inter montes clariſſimos erant *Carmelus*, & *Gelboe*. Ille, diſtinguendus ab altero Carmelo Judæ, occupavit partem hujus Tribûs occiduam, (ſic Mappæ communiter, nonnullis tamen intra tribum Zabulonis concluditur) & in mare Magnum per modum promontorii excurrit, ſublimis, nemoroſus, conſitus oleis, vineis, arboribus fructiferis diverſi generis, herbis fragranti-

bus, incultus multis colonis, inclytus Eliæ Hiſtoriâ, & Carmelitarum Ordine, quibus hinc nomen & origo. Mons *Gelboe* ab urbe Iezraël ad Iordanem ſe diffudit per confinia dimidiæ tribûs Manaſſe, atque in ipſo Saul & Jonathan à Philiſtæis cædebantur. Fuerunt & in hâc Tribu Vallis *Iezraël*, variis prælis celebris; Campus Magnus, qui & campus *Mageddo*, & Campus *Eſdrelon*, & planities Galilææ appellatus eſt, & in tribum Manaſſis ſe explicuit, ſoli perquàm abundantis vino, frumento, oleo, hodie campus Sabæ à Sabâ caſtello nominatur; & Terra *Naid*, ad montem Carmelum. Nobiliores urbes tribus Iſachar erant *Bethſemes*, ad extremum pedem Carmeli, diſtinguenda à Bethſemes Nephtali, Judæ, & quæ plures ejuſdem nominis; *Aphraim*; *Naim*, & *Nain*, ad torrentem *Ciſon*, ad cujus portam Salvator viduæ filium in vitam reſtituit; *Seon*; *Endor*, ubi Saul Pythoniſſam conſuluit; *Anaarath*; *Rabboth* in valle Iezraëlis; *Dabereth* ſeu *Dabrath*, urbs Levitarum & refugii, per quam torrens *Ciſon* delabitur; *Ceſion*, quoque Levitica; *Iſachar*, urbs Tribui cognominis, media inter mare Galilææ & Jordanem; *Abes*; *Ramoth* & *Enganim*, urbes Levitarum; *Enhadda*; *Bethpheſes*; *Cedes*, urbs Levitarum, Sanſoni eadem, quæ *Ceſion*, de quâ paulò ante; *Iezrael*, Achabi regia, ſita in radice montis Gelboë ad occaſum, atque in confinio dimidiæ tribus Manaſſe, quam & Manaſſe adſcribit Adrichomius, à Prophetis interdum pro Iſraele uſurpata, ad quam erat vinea Nabothi; *Iaramoth*, Levitis adſcripta; *Suna*, *Sula*, & *Sunem*, Abiſag puellæ patria, quam ſæpè tranſivit Eliſæus; *Aphec*, ubi Philiſtæi non ſemel caſtra poſuêre; *Eſdrelon*, urbs in magno Campo, cui & cognomentum emponit; *Caſaloth*.

VI. *Dimidia tribus Manaſſis ad Jordanem.*

Dimidia tribus Manaſſis, cognomento cis Iordanem, ut ab alterâ tribu dimidiâ ejuſdem nominis diſtinguatur, à boreâ attingit tribum Iſachar; ab ortu Jordanem; ab auſtro tribum Ephraim; ab occaſu mare Magnum. Vixerunt in parte occiduâ & verſus oram maritimam hujus dimidiæ Tribus in ſylvis & montibus Phereſæi, agreſte hominum genus, quod tamen aliis in tractu meridionaliori collocatur. Regio fuit læta oculis, ob campeſtrium, collium, montium, vallium, fontium miram varietatem, ſoli fertilitatem, frequentiam incola-

Phereſæi.

incolarum, & civitates magnificas. Fuit in tractu occiduo hujus dimidiatæ Tribûs pars borealis Campestrium Saronæ, quæ à Cæsareâ Palestinæ ad Lyddam, aut Joppen extendebantur, vallata ab ortu atque occasu montibus, fœcundissima frugibus, pomariis, pascuis, in quibus animalia Regis pascebantur. Urbes ejus fuerunt *Nopheth*; *Dor* seu *Dora*, maritima, munita, potens, regia, cujus regem Josua è medio sustulit; *Turris Stratonis*, post *Cæsarea Palæstinæ*, magnifica, ampla, valida, dives, contermina ab ortu paludi dulci & profundæ, atque ab occasu mari Mediterraneo; *Capharnaum*, etiam maritima; *Mageddo*, urbs eximia, cujus regem Iosua interemit, & juxta quam rex Josias à Sagittariis perfossus est, sita in Campo magno, qui ab ipsâ & campus *Mageddo* dicitur, ut dictum, in tribu Issachar; *Ieblaan*, munita; *Adadremmon*, etiam in campo *Mageddo*; *Gaber*; *Gethremmon*, urbs Leviticа; *Tanac*, item *Thanach* & *Thenach*, ampla & potens in limite Isachar, Levitis concessa, penes quam Debora contra Sisaram strenuè dimicavit; *Acrabata*, urbs, à quâ Acrabatena toparchia nomen trahit; *Aner*, civitas Levitarum; *Bethseca*; *Bethsan*, post *Scythopolis*, à Scythis instaurata & inculta, in amœnâ planitie, ingens, inter montana *Gelboë* & Jordanem; *Salem* seu *Salim*, ubi dicitur fuisse regia Melchisedec; *Ennon* & *Ænon*, juxta Salem, ubi ob copiam aquarum baptizabat Ioannes; *Bezech*, urbs regia; *Bethbera*; *Ephra*, urbs Gedeonis, in quâ degit, & sepultus est, & prope quam fuit ara & lucus *Baal* dicatus; *Alexandrium*, castellum; *Abelmaula*, urbs egregia; *Thersa*, aliàs *Tharsa* & *Thirsa*, urbs regia in monte sublimi, quæ & regia fuit Regum Israel ad conditam usque Samariam; *Thebes*, urbs inclyta in solo pinguissimo, cujus turrim dum Rex Abimelec oppugnat, molari lapide contunditur; *Nais*; *Machmata*, aliàs *Machmeth* & *Aser Machmath*, in confinio Ephraim; *Narbatha*; *Manath*, castrum; *Endor*; *Galgal*, urbs regalis, cujus regem Josua sustulit; *Capharsalama*, dein Herodi appellata *Antipatris* à patre suo Antipatro, urbs maritima & interamnia, in limite Ephraim, cincta luco pulcherrimo, in loco campestri nobilissimo.

VII. *Tribus Ephraim.*

Tribum Ephraim terminavit à boreâ dimidia tribus Manassis cis Jordanem; ab ortu ipse hic fluvius; ab austro tri-

bus Benjamin, & Dan, aliis ſola Benjamin, etſi refragantur Mappæ; ab occaſu mare Magnum, ad quod minùs diffunditur. Admodùm montoſa fuit hæc Regio, præpinguis tamen, & ubique luxurians. Pars ejus, quæ à montanis Ephraim, in ſpecie ſic nuncupatis, in occaſum deflectit, complectebatur partem meridionalem Campeſtrium Saronæ fœcundiſſimam, de quibus & in Manaſſe ſtatim meminimus. Propter hujus Tribûs excellentiam accidit, ut Regnum Iſraëlis fuerit etiam Ephraim nuncupatum. Urbes inſigniores in hac Tribu fuerunt *Sarona*, regia civitas, quam ſuperavit Joſua, inſidens monti ejuſdem nominis, cujus Campeſtria jam aliquoties laudavimus; *Gophna*, à quâ toparchia Gophnitica nomen trahit; *Bethoron ſuperior*, Levitis conceſſa, in montis cacumine; *Hyrcanium* ſeu *Hyrcania*, caſtellum validiſſimum; *Adarſa*; *Addus*; *Phanuel*; *Pharaton*, in monte *Amalec*; *Samaria*, quam Omri, Rex Iſrael, in montis Semeron faſtigio ædificavit, in limite tribûs Manaſſe, urbs verè magnifica, amœniſſima, munitiſſima, à primis incunabulis regia Regum Iſrael, ſuccedens in locum Therſæ, de quâ in dimidiâ tribu Manaſſis, huic Tribui conterminâ, dein in honorem Cæſaris Auguſti *Sebaſte*, id eſt Auguſta, à rege Herode nominata, Hieronymo *Sebaſtopolis*; *Bethel*; *Sichem*, urbs Levitarum & refugii, ſita in monte, ſeu, quod alii malunt, in jucundâ convalle, cinctâ undique montibus, dicta Chriſti tempeſtate *Sichar*, & poſtremùm à reſtauratione *Neapolis*, id eſt nova Civitas, durante etiamnum hoc nomine, juxta quam fuerunt Jacobi puteus, Joſephi ſepulchrum, mons *Hebal* ſeu *Ebal*, & huic oppoſitus mons *Garizim*, ſeu *Gerizim*, ſolemni Legis recitatione celebres; *Luza*; *Benith*, ſeu *Banith*; *Ennon*; *Thanathſelo*; *Iechmaan*, urbs Levitarum; *Bethaven*; *Taphua*, urbs regia, quam, trucidato Rege, Ioſua ſuperavit; *Ataroth-Addar*; *Lanoe*; *Ataroth*; *Naaratha*; *Ephrem* & *Ephraim*, in limite tribûs Benjamin; *Archiataroth*; *Doch*, Joſepho *Dagon*, arx in edito monte, proſpectûs amœniſſimi; *Mello*, cujus cives Abimelechum regem ſibi cum Sichemitis delegerunt; *Gethremmon*, urbs Levitarum; *Najoth*, ubi Saûl prophetavit; *Ephron*; *Machmas*, urbs ampla; *Silo*, urbs in monte cognomini editiſſimo, contermino tribui Benjamin, hìc diu arca Dei fuit, & tabernaculum fœde-

fœderis; *Ruma*, ſeu *Aruma*, ſedes Abimelechi; *Iephleti*; *Thamnathſara*, item *Thamna* & *Thamnata*, cui nomen debet Thamnatica, ſeu Thamnitica toparchia, urbs ampliſſima in montanis, poſſeſſa à duce Joſuâ jure hæreditario, atque inculta, juxta quam quoque ſepultus eſt; *Gazer* & *Gazara*, urbs Levitarum; *Lidda* ſeu *Lydda*, poſt appellata *Dioſpolis*, id eſt Jovis civitas, in quâ Petrus Æneam liberavit paralyſi; *Ramatha*, aliàs *Ramathaim*, *Arimathæa*, & quia in Sophim, monte *Ephraim*, ædificata erat, *Ramatha Sophim*, urbs Levitica in confinio tribuum Ephraim, Dan, Judæ & Benjamin, patria Samuelis, quam, nec non Lyddam tribui Benjamin adſcribit celeb. Spanhemius; alii *Ramatham* ad tres Tribus conterminas pertinuiſſe judicant.

VIII. *Tribus Benjamin.*

Tribus Benjamin contermina fuit ad boream tribui Ephraim; ad ortum fl. Jordani; ad auſtrum tribui Judæ; ad occaſum tribui Dan; at celeb. Spanhemio ad mare Magnum in angulum quaſi protenſa fuit, qui in ipsâ præter Ramatham & Lyddam, de quibus modò dictum, maritimam Joppen includit. Fuit hæc Tribus, ſi amplitudinis Terræ, & numeri urbium reſpectus habetur, inter minimas. Occidentem verſus admodùm acuminabatur, aſt verſus orientem erat latior, ſoli tamen fœcunditate nulli Tribuum ſecunda. In primis laudem inveniebant Campeſtria *Iericho*, mirè fertilia, in quibus erant fructuum & deliciarum omne genus, ac pretioſiſſimum illud balſamum ſeu opobalſamum. Urbes hujus Tribûs fuerunt *Nebo*; *Helam*; *Maſpha*, aliàs *Maſphat*, & *Meſphe*, urbs in Benjamin & Judæ confinio, quam huic Tribui adſcribit Hieronymus, ſedes judicii Samuelis; *Nobe* ſeu *Nob*, urbs Sacerdotalis, ubi gladium Goliathi David nactus eſt, & panes propoſitionis comedit; *Amoſa*; *Bethoron inferior*; *Gabaon*, urbs olim regia, & ingens, cujus incolæ Joſuam ſalutis ſuæ gratiâ dolo circumvenêre, dein Sacerdotalis; *Gabaa*, item *Gabaa Saul*, clara hujus incunabulis, Levitica; *Rama*; *Anathoth*, Sacerdotalis, Jeremiæ patria; *Gabaath*; *Sene* & *Boſes*, rupes, quarum frontes ſibi adverſæ ſunt; *Beroth*; *Bethel*, ante *Luza*, urbs in edito monte, Jacobi Patriarchæ inſomnio celebris; *Hay* & *Ai*, olim civitas regia, quam flammis Joſua vaſtavit; *Bethaven*, cum adjacenti ſolitudine; *Galgala* ſeu *Gilgal*, urbs incluta, ubi Iſraelitæ ex Jordane egreſſi caſtra poſuêre;

ſuêre; *Lod*; *Hadid*; *Samaraim*; *Almon*, Aaron filiis conceſſa; *Betharaba*; *Iericho*, urbs ampla, populoſa, regia, dives palmetis, à quibus & Palmarum Civitas nuncupata eſt, cujus muri tubarum clangore conciderunt, ſita in Campeſtri regione, cui ab ipsâ cognomentum eſt, præpingui atque lætiſſimâ, ut dictum paulò ſuperiùs, cujus Roſæ, vulgò Hierichuntinæ dictæ, nihil ſingulare habent; *Ophora*, *Ophera* & *Ophra*; *Sela*; *Heleph* ſeu *Eleph*; *Ophni*; *Iarephel*; *Bahurim*, oppidum in monte; *Recem*; *Bethera*, urbs munitiſſima; *Hieroſolyma*, aliàs *Salem*, *Solyma*, *Jebus*, ſic dicta à Jebuſæis, qui Montana Judææ inhabitârunt, & poſtquam Titus veterem Urbem vaſtaverat, ab Ælio Adriano *Ælia* & *Ælia Capitolina*, civitas totius Judææ, quin Orientis facilè princeps, ſita ferè, ſi Terræ latitudo ſpectetur, in umbilico ſeu mediullio ipſius, imo juxta varios Orbis terreſtris, quod de veteri Orbe, atque ἐν πλάτει accipere oportet, in monte tergemino, *Sione*, *Acrâ* & *Moriâ*, quorum quiſque ſuas habuit convalles, parte ſui majori & meliori, in quâ Templum deinceps extitit, in hâc Tribu, alterâ in Tribu Judæ conterminâ, ad torrentem *Cedron*, de quâ ſilere præſtat, quàm pauca dicere. *Horti* extra muros Hieroſolymæ fuerunt complures, interque eos ad ortum *Regii*; item *Mons Oliveti*, ad ortum quoque Urbis & Templi, à quibus altâ valle & torrente Cedron dividebatur. Frequentes Olivæ nomen ipſi fecerunt, quamvis & myrtis, pinis, palmis, fructiferiſque arboribus redundaverit, atque ex ipſo Salvator Cœlum repetiit. Ad occaſum Hieroſolymæ erat *Mons Calvariæ* ſive *Golgotha*, petroſus, locus extremi ſupplicii, quem poſtmodùm Hadrianus intra Urbis mœnia concluſit; item *Mons Gion*, ſeu *Gihon*, ſaxoſus, oblongus, ſublimis, & profundâ valle ab Urbe diremptus, in quo Salomon in Regem unctus eſt. *Vallis Raphaim*, ſive *Gigantum*, ampla, dives olei, vini, tritici & frugum omnis generis, etiam erat ad occidentem Hieroſolymæ; *Vallis* verò *Joſaphat*, aliàs vallis *Cedron*, & vallis Montium, ad orientem ipſius, media inter Urbem & montem Oliveti, quam torrens *Cedron* defluxu ſuo rigavit & fœcundavit, commune olim totius Urbis, & Judæorum hodieque ſepulcretum, non abſque ſuperſtitione; *Vallis filiorum Hinnom*, dicta & vallis *Tophet*, & vallis interfectionis, erat inter

Libaſai.

Hiero-

Hieroſolymæ meridiem & ortum ad radicem montis Offenſionis, quam *Cedron* quoque præterfluxit, plena viridariis, hortis, atque nemoribus. Porrò ad ortum Hieroſolymæ fuerunt *Gethſemane*, villa ad radicem montis Oliveti, olivarum abundans; *Bethphage*, vicus, aliis tractus, etiam ad dicti Montis radicem; atque *Bethania*, vicus in tractu ejuſdem nominis, ſitus in monte & viâ, quæ ducebat *Iericho*, ubi Lazarum Salvator ſepulchro & morte excitavit. Tandem ad occidentem Hieroſolymæ fuit *Emmaus*, amœniſſimus vicus in montis faſtigio, de quo in tribu Judæ dicendum, ad quam ipſum complures referunt, excepto tamen Sanſone, cui in hâc Tribu collocatur.

IX. *Tribus Judæ.*

Tribum Judæ limitavit à boreâ tribus Benjamin; ab ortu extrema Iordanis, quà hic in mare Mortuum delabitur, nec non ipſum hoc Mare; ab auſtro ejuſdem lingua ſive extremus ſinus, atque montana *Seir*; ab occaſu tribus Simeon, Dan, & mare Magnum; nam V Satrapiæ maritimæ Philiſtæorum, quas Tabulæ in tribu Simeon & Dan delineant, in ſacro Codice, & à Joſepho Judæ tribui attribuuntur, cujus quoque *Sachrona* fuit. Superavit Judæ tribus omnes cæteras amplitudine, urbium & pagorum frequentiâ, numero ac fortitudine incolarum, ut mirum non ſit, univerſam Regionem appellatam fuiſſe à principe Tribuum, & munimento ſuo ad auſtrum & occidentem adverſus hoſtes validiſſimos. Optimè montibus, vallibus, campeſtribus, rivis, & maribus interſtincta fuit, paſcuis atque vinetis affluens, verſus tamen montana *Seir*, & mare Mortuum plura habuit deſerta, non prorſus horrida, aut inacceſſa, propinquis ubique urbibus. Habitárunt in hâc Tribu Chananæi, ſtrictiùs ſic nuncupati, diffuſi à regione Philiſtæorum ad regionem Amorrhæorum. Urbes & celebriora loca tribûs Judæ fuère *Socho* ſeu *Sochot*, urbs in ſolo campeſtri & confinio Benjamin, inter quam & Azecham Philiſtæi adverſus Saulem caſtrametabantur, & ubi David Goliathum lapide proſtravit; *Emaus*, vicus, diſtans Hieroſolymâ in occaſum ſtadiis LX, ſive VII milliaribus Italicis, atque dimidio, poſt dictus *Nicopolis*; *Bethſur*, ſeu *Bethſora*, oppidum & caſtrum munitiſſimum; *Mareth*, civitas; item *Bethanoth*; *Eglon*, urbs regia; *Ethan* ſeu *Etham*; *Bezec*, urbs regia, *Chananæi.*

cujus rex fuit Adonibezec; *Bethlehem*, cognomento *Juda*, ut diſtinguatur à Bethlehem Zabulonis, aliàs *Ephrata*, patria Davidis, à quo & civitas David nuncupata eſt, ubi & Salvator primam lucem aſpexit; *Thecua*, urbs monti impoſita, dives pinguibus paſcuis, patria Prophetæ Amos; *Debera*; *Netophati*; *Segor* ſeu *Zoar* & *Tzohar* juxta montem *Engaddi*, haud procul à mari Mortuo, Sanſoni ad hujus littus auſtrale, urbs exigua, una ex quinque urbibus *Pentapoleos*, ſeu regionis quinque Civitatum, Lothi precibus ſervata, cæteræ enim *Adama*, *Seboim*, *Gomorra* & *Sodoma* cœleſti igne, de quo & Strabo, Tacitus atque Solinus meminêre, perierunt, fueruntque in regione longe amœniſſimâ, ubi nunc mare Mortuum; *Engaddi*, appellata ante *Aſaſonthamar*, hoc eſt urbs palmarum, ſita in excelſis & præruptis rupibus, ac agro quondam fragrantiſſimi odoris ex multitudine arbuſtorum, atque in primis balſamo; *Civitas Salis*; *Collis Achilla*, caſtrum munitum; *Vallis Salinarum*; *Deſertum Juda*; *Cabſeel*, juxta linguam meridionalem maris Mortui; *Aſcenſus Scorpionis*, Hebraicè *Acrabbim*, mons à Scorpionibus, qui in ipſo abundabant, nominatus, proximè dictum Mare in montibus *Seir*; urbes *Eder*; *Iagur*; *Cina*; *Cedes*; *Charmel* in monte Carmelo, fertili, ubi habitavit Nabal, diſtinguendo à monte ejuſdem nominis, de quo in Iſachar; *Maon*, urbs in ſolo campeſtri, ad Deſertum *Maon*, nemoroſum & refertum ſpeluncis & antris, diuturnum Davidis refugium; *Ziph*, urbs in monte, cujus cives infidi erant Davidi, & à quâ nomen ingenti Deſerto *Ziph*, ejuſdem frequenti quoque latibulo; *Iota*, ſeu *Iuta*; *Nebſan*; *Gabaa*; *Accain*; *Zanoe*; *Iucadam*, *Hebron*, ante *Arbe* & *Cariatharbe*, urbs antiquiſſima Chananææ, in monte *Hebron*, cujus ager Calebo datus eſt, ſacerdotalis, refugii, juxta quam erat Quercus *Mamre*, & locus *Heth*, quem, item Hebron, quin meridionalem regionem Palæſtinæ Hethæi, iidem, qui Anakæi, & terribiles, incoluêre, à quibus Abraham emit geminam ſpeluncam, regia Davidis per ſeptennium, in Sacris celeberrima; *Jezrael*, patria Amaſæ, Præfecti Exercitûs Abſalonis; *Gilo*, ſeu *Gelo*, patria Achitophel; *Holon* & *Olon*, urbs Levitica; *Goſen*, cui adjacens Terra nomen debet; *Anim*; *Heſron*, quæ & *Eſron*, & *Aſor*; *Adar*; *Aſemona*; *Aſornoba*, ſeu *Aſor nova* ad diſtinctionem veteris; *Samur*; *Iether*, urbs Levi-

Hethæi.

Levitica; *Ierimoth*, aliàs *Iarmuth*, urbs regia, quam Joſua vaſtavit, occiſo Rege; *Ceila* ſeu *Cehila*, urbs, quam David liberavit obſidione Philiſtæorum; *Odollam*, & *Adullam*, urbs etiam regia, cujus Regem Joſua interemit, ad quam petra fuit & ſpelunca cognominis, Davidis refugium; *Leemas*; *Naama*; *Bethdagon*; *Cariathiarim*, quæ & *Cariathbaal*, urbs in colle, & confinio tribûs Benjamin, in quâ arca Domini diu permanſit; *Aaſar*; *Azecha*, urbs munitiſſima, ad quam multus lapis depluit in Amorrhæos; *Lebna* ſeu *Libna*, urbs regia, poſtmodùm Sacerdotalis, valida; *Maceda*, regia civitas, in cujus ſpeluncâ ſe abdiderant quinque reges Amorrhæorum; *Cheſlon*, quæ Hieronymo huic Tribui adſcribitur; item *Lachis*, urbs regia, munitiſſima; *Bethſemes*, ſeu *Bethſames*, urbs Sacerdotalis, in cujus agrum arca Domini rediit ab urbe *Accaron*; *Sachron*, ſeu *Sichron*, maritima; hanc verò & tres urbes proximè præcedentes Tabulæ Dani ferè, ſed falsò, attribuunt. Denique partem tribûs Judæ conſtituerunt quinque Satrapiæ maritimæ Philiſtæorum, expugnatæ à Judâ, quæ erant *Gaza*, urbs ampla, populoſa, celebris, verſus torrentem *Beſor*, aliquantùm remota à Mari, cujus portas Simſon in montem vicinum tranſtulit; *Aſcalon*, urbs maritima, munitiſſima, cujus triginta cives Simſon trucidavit, & veſtibus exuit; *Azotus*, ſeu *Aſdod*, urbs prævalida, ubi erat *Dagon*, idolum Philiſtæorum; *Accaron*, ſive *Hecron*, civitas inſignis, in quâ colebatur idolum *Beelzebub*; *Gath* ſeu *Geth*, urbs quoque egregia, patria Goliathi. Ex his quinque urbibus duas priores Tabulæ in tribu Simeonis notant, & tres poſteriores in Danis tribu, ſed perperàm.

X. *Tribus Dan.*

Tribus Dan terminata fuit ad boream à tribu Benjamin, & Judâ; ad ortum à tribu Judâ; ad auſtrum à tribu Simeon per torrentem Sorec; ab occaſu à tribu Judâ, & mari Magno. Fuit hæc Tribus anguſtiſſima, & minor, quàm ut Danitis ſufficeret, hinc limites poſtmodùm extendit in partibus Nephtalim & Aſer ad Sidoniorum confinia, & urbem *Lais* armatâ manu occupavit, ſitam in tribu Nephtalim ad radicem Libani, & confluentes *Jor* & *Dan*, quam à patre ſuo Danitæ *Dan* nuncupârunt, cujus ſuprà in tribu Nephtalim meminimus. Inter urbes hujus Tribûs in Tabulis vulgò lo-

catur *Joppe*, aliàs *Japho* & *Japha*, urbs in ſaxo ſublimi, antiquiſſima, maritima, portus celebris, ad quem ligna & lapides, ad Templi fabricam deſtinati, appellebant ex Libano, & ubi Jonas navim conſcendit, fugiens conſpectum Domini, contradicente celeb. Spanhemio, cui tribus Dan ad ſuburbana *Joppe* tantùm protenditur, & urbs ipſa locatur in tribu Benjamin, ſicut ſuperiùs in hâc Tribu notavimus. Miſsâ *Joppe*, occurrunt in tribu Dan *Iamnia*, ſeu *Iabnia*, urbs maritima, media inter Joppe & Sachronam, in ſolo campeſtri; *Caſphin*, urbs pontibus & muris munita ad ſtagnum; *Mejajarcom*, ſeu *Aqua Iercon*, urbs aquis adſita; *Arechon*; *Gethremmon*, ſeu *Gath-Rimmon*, urbs Levitica; *Bane*; *Thamna*, quæ & *Tamnata* & *Themna*, ubi oves totondit Judas, & Simſon Leonem necuit; *Baalath*; *Helon*, ſeu *Elon*; *Ajalon*, urbs Levitica, in limite Judæ & Benjamin; *Jud*; *Adjada*; *Modin*, monti impoſita, patria principum Machabæorum, ubi & ipſorum ſepulchra ex albo & polito marmore; *Eltece*, aliàs *Eltheek*, & *Eltecon*, urbs Levitica; *Gedor* ſeu *Gador*, in ſolo fœcundo & campeſtri; *Nehel Eſcol*, id eſt torrens & vallis Botri, ubi eximiæ magnitudinis botrum exploratores abſcidêrunt, nec non mala granata & ficus, quam tamen tabula Sanſonis Judæ attribuit; *Saraa* ſeu *Zora*, urbs in planitie, patria Simſonis; *Heirſemes*, aliàs civitas Solis; *Iethela*; *Gabathon*, item *Gibbethon*, urbs Levitica; *Eſthaol*, ſita in campeſtribus, inter quam & Zoram Simſon ſepultus eſt.

XI. *Tribus Simeon.* Supereſt ex Judæâ Cis-Jordanicâ tribus Simeon, ſita in Judæ tribu, quæ nacta majorem ſortem, quàm indigebat, tribui Simeonis portionem ſuæ hæreditatis largita eſt. Videtur hæc Tribus, ut numero minima, arctioribus terminis incluſa fuiſſe, ad boream à tribu Danis per torrentem Sorec diviſa; ad ortum contigua tribui Judæ; ad auſtrum parti Idumææ, & fluvio Ægypti; ad occaſum mari Magno. Inter urbes Simeonis fuerunt *Bethlebaoth*; *Seſenna*; *Siceleg*, ſeu *Ziklag*, urbs Philiſtæis poſſeſſa, quam Achis Davidi dono dedit; *Medemena*; *Selim*; *Aen*, ſeu *Ain*, & *Hain*, urbs Sacerdotalis; *Remmon*; *Harma* ſeu *Horma*, regia civitas, quam Ioſua ſuperavit; *Bethul*, ſeu *Bathuel*; *Bethberai*; *Aſerſual*, ſive *Haſerſual*; *Aſſemon*; *Aſergadda*; *Molada*; *Dabir*, ſeu *Debir*, urbs regia, priùs appellata *Cariathſepher*,

riathſepher, id eſt urbs literarum, ſive Academia Palæſtinæ, quam Othniel expugnavit, facta etiam Sacerdotalis; *Gerara*, urbs regia, olim Chananæorum ad auſtrum terminus, patria Iſaaci, à quâ adjacens regio Geraritis, ſeu Geraritica dicta eſt, in quâ fuit torrens & vallis Geraræ, Joſepho fauces, ubi habitavit Iſaacus; *Berſabee*, urbs in Sacris notiſſima, quam Abrahamus, Iſaacus & Iacobus diu inhabitârunt, terminus Judææ ad meridiem, contigua amplo Deſerto cognomini, in quo Hagar cum filio Iſmaele vagata eſt, & quò ſe recepit Elias, ſaluti ſuæ conſulens; *Deſertum arenoſum*, quod poſterioribus Scriptoribus *Mare arenoſum* dicitur, infrugiferum, torridum, aquarum indigens, conſtans ex levi & molli arenâ, quam ventus nullo negotio, ſi ſævior eſt, in altum attollit uſque eo, ut viatores in præſentiſſimo verſentur diſcrimine; *Majuma*, *Majoma*, & *Majonia*, urbs prope Gazam ad mare, hujus Portus, à quâ num ortus ſit Majumæ ludus ſive feſtivitas, diſceptatur; *Anthedon*, urbs maritima; item *Raphia*, ampla, & *Rhinocorura* ſeu *Rhinocolura*, in Palæſtinæ & Ægypti confinio ad fl. *Sichor*, & mare Ægyptium, cujus & ſuprà in limitibus Judææ meminimus.

CAPUT VI.

Iudæa aliter diviſa.

ATQUE ita XII Tribus luſtravimus, in quas Judæa ab Iſraelitarum ingreſſu diviſa fuit. Quando Romani potiebantur Judæâ, ipſam in ſex Regiones diſtinxerunt, Iudæam, Samariam, Galilæam, Thraconitidem, Peræam, & Idumæam; quarum duæ primæ, & tertia pro maximâ parte, ſitæ fuerunt inter mare Magnum ad occaſum, & fl. Iordanem ad ortum; duæ proximæ in Judæâ Trans-Jordanicâ; atque ſexta ſeu ultima ad Judææ meridiem. I. *Alia Judæa diviſio.*

Iudæa, ſtrictiùs ſic appellata, limitabatur ad ortum infimâ parte fl. Iordanis, & mari Mortuo; ad auſtrum Idumæâ; ad occaſum mari Magno; ad boream tribu Ephraim, ſive Samariâ, & complectebatur tribus Benjamini, Judæ, Simeonis, nec non maximam partem tribûs Danis. Subdiviſa fuit II. *Iudæa ſtrictè dicta.*

ſa fuit hæc Regio in tractum Maritimum, in quo urbes fuerunt eximiæ, & portus varii, de quibus dictum in Tribubus; in tractum Montanum, in quo montana Hebron & Deſerta complura; in tractum Campeſtrem ſive Ortivum, in quo Campeſtria Iericho nobiliſſima, ut dictum in tribu Benjamin; & denique in tractum Septentrionalem ſatis editum, in quo Hieroſolyma, totius hujus Regionis longè clariſſima & variæ urbes, de quibus ſuprà in Tribubus Iudæ & Benjamini.

III. *Samaria.* Samaria, aliàs Samaritis, & Samarienſis regio, cui Samaria, Metropolis & Regia Iſraëlis, nomen fecit, ad auſtrum Judææ fuit contermina; ad ortum ipſam terminavit fl. Jordanis; ad boream tribus Iſachar ſeu Galilæa; ad occaſum mare Magnum, atque adeo continuit iſtam Judææ partem, quæ olim ſors fuit tribûs Ephraim & dimidiæ tribûs Manaſſis cis Jordanem, ſoli varietate & pinguedine Judææ ſimillima. Samariam Judæi, quando Judæam in ſuas regiones diſtribuunt, non enumerant, quia Samaritanos & eorum Sacra odêre, ipſeque Salvator interdixit Apoſtolis introitum urbium Samaritanarum.

IV. *Galilæa.* Galilææ limes ad auſtrum fuit dimidia tribus Manaſſis cis Jordanem, ſive Samaria; ad occaſum mons Carmelus & urbs Ptolemais cum Territorio; ad boream Tyrus & Tyriorum regio; ad ortum diffudit ſe Galilæa ultra Jordanem & mare Galilææ, complexa Gaulonitidem, Gadaram & Hippum. Ceſſerat hæc Terra quondam tribubus Iſachar, Zabulon, Aſer, Nephtalim, & Dan etiam ex parte in tractu boreo. Fuit cœlum Galilææ clementiſſimum, ſolum amœniſſimum, & feraciſſimum frumenti, vini, olei & diverſi generis fructuum. Civitates habuit benè multas, & vicorum ubique abundantiam, & frequentiam incolarum uſque adeo, ut, Joſepho teſte, minimus vicus numeraverit ultra xv fortiſſimorum Colonorum millia. Fuerunt Galilææ incolæ cùm ex reliquiis x Tribuum, tùm gentibus alienigenis ipſis permixtis, Ty[illegible], Sidoniis, Syris, Arabibus. Linguâ uſi ſunt Syriacâ, ſicut Judæi, ſed magis vitiatâ, & vocibus peregrinis, & peculiari dialecto, quam facile erat diſcernere. In Galilææ Salvator conceptus, educatus, & maximè verſatus eſt, prima

ſparſit

ſparſit Euangelii ſemina; hinc appellatus Galilæus, uti & pars maxima Apoſtolorum, hìc orta & enutrita. Diviſa fuit Galilæa in Inferiorem, & Superiorem. Galilæa inferior pars eſt Galilææ meridionalis, in quâ fuerunt potiſſimùm tribus Iſachar, Zabulon & pars tribûs Nephtalim, quæ mari Galilææ adjacuit, atque adeo Cana Galilææ, ſive minor, de quâ tamen dubitant alii, cui Galilææ adſcribi debeat, diviſa forſan minùs à mari Galilææ, quàm communiter opinantur, urbs Nazareth, tractus Tiberiadis & Capernaum. Galilæa ſuperior plus vergebat in ſeptentrionem, ad quem contingebat Syro-Phœniciam, appellata in Sacris Galilæa Gentium; tùm quia pars erat Judææ extima, contermina Gentibus alienigenis; tùm quia ipſam Iſraelitæ, admiſtis hiſce, inhabitârunt, ut dictum paulò ſuperiùs. Complectebatur omnem fere tribum Nephtali, & tribum Aſer.

Galilæa inferior.

Galilæa ſuperior.

V. *Decapolis.* Decapolis, hoc eſt decem Civitatum Regio, de quâ non ſemel meminit Hiſtoria Euangelica, nomen tulit à decem nobilioribus urbibus, quas inter plures alias complectebatur, & vulgò habetur illa Galilææ pars cis Jordanem, quæ fuit ad mare Galilææ. Aliis univerſa Decapolis, exceptâ forſan Scythopoli, trans dictum Flumen collocatur. Sunt, qui ipſam partìm citra Jordanem, partìm ultra conſtituunt, quibus inter alios Adrichomius accedit, cui terminus Decapolis ad boream eſt civitas Damaſcus cum monte Libano; ad occaſum urbs Sidon; ad auſtrum Scythopolis; ad ortum eidem trans Jordanem & mare Galilææ ultra Hippum, Gadaram & Pellam (aliis ad Pellam uſque) diffudit ſe, longa triginta milliaria, & lata paulò minùs. Civitates verò decem, quæ regioni Decapolitanæ nomen fecerunt, ſunt juxta eundem Adrichomium Scythopolis ſive Bethſan, Tiberias, Iotapata, Bethſaida, Capernaum, Corozaim, Cedes Nephtalim, Sephet, Aſor & Cæſarea Philippi.

VI. *Trachonitis.* Luſtratis Judæâ, Samariâ, & Galilæâ, parte Judææ Cis-Jordanicâ, ad partem Trans-Jordanicam pergimus, Trachonitidem & Peræam. Trachonitis, ſeu Traconitis, item Trachon & Tracon, pars Judææ Trans-Jordanicæ borealiſſima, ad boream limitata fuit monte Libano, & Damaſcenâ regione; ad ortum parte montis Hermonis, & meridie Trachonibus,

nibus, ſic ipſos Strabo nuncupat, quibus à Deſerto Arabiæ diſtinguebatur; ad auſtrum explicuit ſe ad vicum Arphas, atque Juliada oppidum; ad occaſum fuit fl. Jordanis & Galilæa. Complexa eſt Trachonitis partem ſeptentrionalem dimidiæ tribûs Manaſſis trans Jordanem, fuitque omninò ſaxoſa, plena ſpecubus, ampla, nec inamœna, Judæis & Syris habitata. Utrùm verò Ituræa pars ſit Trachonitidis, certant Geographi. Sunt, qui ſentiunt, Ituræam diffudiſſe ſe à fl. Jordane juxta radices montis Libani occaſum verſus ad uſque montana Tyriorum & Sidoniorum, quin ſeptentrionalem tractum Libani. Sunt, quibus Ituræa & Peræa ſtrictiùs accepta, de quâ poſt Trachonitidem dicemus, voces ſunt unius & ejuſdem regionis. Sunt, qui Ituræam partem faciunt ſeptentrionalem Trachonitidis, ſitam ad montem Hermonis, autumantes eandem regionem eſſe, quæ quondam Geſſuræa appellabatur. Trachonitidi Idumæam atque montana Seir varii quoque attribuunt, quæ tamen exiſtimamus rectiùs ad meridiem Judææ collocari, neque admittimus duplicem Idumæam, orientalem & auſtralem, neque montana Seir & verſus regionem Damaſcenam, & ad auſtrum Judææ. Verum de Idumæâ & monte Seir inferiùs. Terram Us, patriam Jobi, complures Chorographi etiam locant in Trachonitide, nec non ſedes trium Jobi Amicorum; aſt hypotheſi nituntur minimè probatâ, terram Us Idumæam fuiſſe, & hanc conſtituiſſe partem Trachonitidis.

VII. *Peræa.* Pars altera Judææ Trans-Jordanicæ Peræa fuit, multò priori meridionalior. Si vim vocis ſpectemus, per eam liceret intelligere univerſam regionem Trans-amnicam ſeu Trans-Jordanicam, at ſtrictiore ſenſu accipitur, pro parte auſtrali Judææ Trans-Jordanicæ, quæ ceſſit olim tribubus Gadis & Rubenis, & cujus limes ad boream fuit Pella; ad ortum Philadelphia, quondam Rabba ſeu Rabbath, filiorum Ammon; ad auſtrum Macherus, oppidum & caſtrum firmiſſimum, mari Mortuo adjacens; ad occaſum Jordanis. Plùs autem inter Pellam & Macherunta, quàm inter Philadelphiam, ſive Arabiam, atque Jordanem diffundebatur, dives montibus, fontibus, torrentibus, campis, arboribus, palmetis, vinetis, olivetis.

Reſtat

Reſtat pars ſexta & ultima Judææ, quæ maximè in auſtrum excurrit, Idumæa, aliàs Terra Edom, Seir, Theman, & nonnunquam Eſau, qui huic Regioni nomen impoſuit, illamque & ipſe, & pòſteri ipſius, dicti ab ipſo Edomæi, ſeu Idumæi, inhabitârunt. Sita fuit Idumæa ad auſtrum Judææ ſtrictè ſumptæ, atque hinc ipſa per Auſtrum nonnunquam deſignata eſt, continuitque montana *Seir*, Hebræis *Sebir*, quæ ab ortu in occaſum protendebantur, à montanis Moabitarum verſus fontes fluminis Ægypti, & mare Magnum ſeu Occidentem; hinc Edom apud Thalmudiſtas pro Occidente accipitur. Mons hic Seir, id eſt hiſpidus ſive piloſus, appellatus eſt, poſtquam ipſum hiſpidus Eſau, pulſis indè & deletis Horæis ſeu Horræis, obtinuit, nec non poſteri ipſius, quos inter fuerunt Amalekitæ, qui tranſitum Iſraelitis in Terram Promiſſam prohibebant. Attigit quoque Idumæa Ægyptum, item Arabiam Petræam, cujus partem etiam conſtituit; quin fines Idumææ promoti aliquando fuerunt ad ſuperiorem tractum maris Rubri ſeu Erythræi, quod ab Edomo, Græcis Erythrâ ſeu Erythro trahere cognomentum videtur, & ad confinia Arabiæ Deſertæ, ubi fuit *Theman*, urbs orientalior Idumææ in cognomini regione, patria Eliphazi Themanitæ, qui inter Jobi amicos ordine primus recenſetur, & ſermones cum ipſo primus inſtituit. Urbi Theman propinqua erat urbs *Bozra*, in limite terræ Moabitarum, proinde & ſæpiùs combinantur, tàm diſtinctæ à Theman & Bozrâ, urbibus dimidiæ tribûs Manaſſis trans Jordanem, ſeu Trachonitidis, quàm ipſa Idumæa atque montana Seir diviſa ſunt à Trachonitide, mediis inter hanc & illa Ammonitis, Amorrhæis & Moabitis. Confer. hujus CAP. § VI. Poſt captivitatem Judæorum Idumæa magnam partem Judææ auſtralis complexa fuit, dilatatis finibus ad mare Magnum, ubi Gaza, Aſcalon, Azotus, nec non Hieroſolymam. Verſa verò eſt alea, quando Johannes Hyrcanus, captis Idumæorum urbibus, omnem Idumæam Judææ poteſtati ſubjecit, ipſoſque juſſit & circumciſionem, & cæteros ritus Iudæorum admittere, ex quo tempore gens Idumæa Iudaicæ primùm accenſita eſt. Terram Us, in quâ Jobus degit, plurimi, quà Veteres, quà Recentiores, Idumææ attribuunt, quam tamen in eâ parte Ara- VIII. *Idumæa.*

biæ Deſertæ, quæ verſus Euphratem eſt, atque Meſopotamiam, malumus collocare; quare de Terrâ Us, quando de Deſertâ Arabiâ. Fuit Idumæa (ſic loquitur Adrichomius) undequaque munita faſtigiis Montium, & in ſciſſuris petrarum ſita, regio nunc impenſè ſterilis, arenoſa, nullâque re commendabilis, quæ *Bidumi* quibuſdam hodie appellatur.

CAPUT VII.

Antiqua Phœnicia & Syria propria. Nobiliores Syriæ Lacus & Flumina.

I. *Phœnicia antiqua.* TRADITA fusè Judæa antiqua, ordo ducit ad duas reliquas partes Syriæ veteris, Phœniciam & Syriam propriam, quas paucis perſtringemus. Phœnicia limitata fuit ad meridiem Judæâ; ad ortum Syriâ propriâ; ad ſeptentrionem eâdem; ad occaſum mari Magno, quod eam à flumine Eleuthero ad fl. Chorſeum, ſeu Cherſeum alluit. Dicta eſt aliàs Phœnice, & Phœnix, & juxta quoſdam etiam *Syrophœnicia.* Syrophœnicia, ſaltem Syrophœnix Juvenali & Luciano pro Phœnice uſurpatur. Volunt verò Syrophœnices appellatos eſſe, ut à Phœnicibus Africanis, id eſt Pœnis, diſcernerentur. Sunt, quibus Syrophœnices iidem ſunt, qui Cœleſyri. Alii Syrophœniciam partem faciunt Cœleſyriæ, quæ circa Damaſcum eſt, quibus Syrophœnices medii fuêre inter Phœnices maritimos & Syros, ſic vocati à ſitu ſuæ regionis, & quia Syriæ viciniſſimi erant, & Syris propemodùm permixti. Nec ab ultimis multùm diſſentiunt, qui Syrophœniciam locant ad boream Galilææ ſuperioris, & tribûs Aſer, ubi fl. Adonis ſeu Adonius. Fuit Phœnicia, anguſtis licet circumſcripta limitibus, nobiliſſima Syriæ antiquæ regio, & in Sacris, & penes Hiſtoricos celebris. *Gens ipſa Phœnicum* (teſte Plinio) *in gloriâ magnâ literarum inventionis & ſiderum, navaliumque ac bellicarum artium.* Navigationes inſtituit non in Pontum ſolùm, aut Boſphorum, ſed & per mare Græcum, ac Barbarum, extra Herculis Columnas, emiſſis per totum ferè Orbem Coloniis, de quibus multa Bochartus. Lingua Phœnicum Hebrææ affinis fuit,

fuit, quæ cum ipſorum Coloniis ubique diſſeminata eſt, in quibus perpetua Hebraiſmi veſtigia.

II. *Phœnicia Libani.*

Diviſa quondam fuit in Phœniciam ſimpliciter, & Phœniciam Libani. Phœnicia Libani, ſeu Damaſcena, item Interior, in Sacro Codice Aram-Dammeſek, propriè ſita fuit intra montem Antilibanum & Libanum, qui juxta deſcriptionem Strabonis æqualibus ferè inter ſe ſpatiis diſſiti, paulò ſupra mare ducunt initium, Antilibanus prope mare Sidonium, & Libanus prope Tripolim, deſinuntque ad montes Arabiæ, qui ultra Damaſcum ſunt, & planam in medio relinquunt concavitatem. Urbes Phœniciæ Libaniticæ fuerunt Damaſcus, Phœniciæ hujus facile princeps, verſus quam fluxerunt fluvius Amana, qui & Abana, & fl. Pharphar, uterque ex Hermon montibus; Abila, aliàs Abela Lyſaniæ, urbs egregia, à quâ regio Abilene cognomentum accepit, cujus Præfectus & Tetrarcha fuit Lyſanias; Heliopolis. Deinceps Phœnicia Libani intra delineatos modò limites non ſubſtitit, ſed diffudit ſe per Palmyrenam, habuitque Arabiam Petræam & Palæſtinam ad meridiem.

III. *Phœnicia maritima.*

Pars altera Phœniciæ, dicta Phœnicia ſimpliciter, item Phœnicia propria, & maritima, jacebat verſus occidentem & ad mare Syriacum, ejuſque urbes fuerunt clariſſimæ, in littore Ptolemais; Tyrus, Hebraicè *Tzor* vel *Tzur*, corruptè *Sur*, à quo Syriæ nomen deſcendit, priùs inſula, poſt continens, hujus Phœniciæ Metropolis, & ditiſſimum emporium; Sarepta, Hebræis *Sarphath*, media inter Tyrum & Sidonem, in viâ publicâ non procul ab orâ littorali, dives vini melioris, ubi Elias Propheta hoſpitio exceptus eſt, & hoſpitam pavit non ſine miraculo; Sidon, urbs antiquiſſima in littore, & inſigne emporium; ad littus quoque ſunt Berytus, Byblus; Botrys; Tripolis, & Orthoſia.

IV. *Syria propria antiqua.*

Pars tertia & ultima Syriæ veteris eſt Syria propria, quæ, quod ex ipsâ ſupereſt, complectitur. Partes ejus juxta Ptolemæum & Sanſonem ſtatuuntur duodecim, Cœleſyria, Laodicene, Batanæa, Palmyrena, Chalybonitis, Cyrreſtica, Chalcidice, Apamena, Caſſiotis, Seleucis, Pieria & Comagena. Cluverio tantùm enumerantur tres, Cœleſyria, Antiochene & Comagene.

V. *Cœleſyria.* Cœleſyria, ſeu Syria Cœle, Latinis Syria Cava, propriè appellatur regio, quæ Antilibano & Libano montibus terminatur, lata ex ſententiâ Strabonis cc Stadiis, ac altero tanto longior; proinde cum alta ſit inter nominatos modò Montes convallis, non immeritò Cœleſyria nuncupata eſt. Sed & latiùs non rarò accipitur Cœleſyria, hinc Strabo inquit: *Tota regio ultra Seleucidem in Ægyptum & Arabiam recedens, Cœleſyria appellatur.* Cluverio protenditur ab Arabiâ Petræâ ad uſque Euphratem fluvium, & ſub ipsâ continentur ex partibus modò recenſitis Laodicene, Batanæa, Palmyrena, Chalybonitis, Cyrreſtica, & Chalcidice. Urbes hujus Cœleſyriæ ex parte retulimus, quando de dimidiâ tribu Manaſſis trans Jordanem dictum eſt. Inter reſiduas præſtabant Laodicea Scabioſa, ſeu cognominata ad Libanum, hinc regio Laodicene; Palmyra, caput Palmyrenæ, quæ Libanum ab oriente contingebat; Chalybon, hinc Chalybonitis regio; Zeugma, ad Euphratem; Hierapolis; Berræa; Cyrrus, hinc Cyrreſtica regio; Chalcis, hinc Chalcidice.

VI. *Antiochene.* Sequitur Antiochene, aliàs Antiochena, Seleucis & Seleucia, media inter Cœleſyriam, Comagenam, mare Syriacum, atque Phœniciam. Ejus partes Cluverio ſunt Apamena, Caſſiotis, Seleucis & Pieria. Inter urbes eminebant Emeſa ad fl. Orontem; inferiùs Apamia, hinc Apamena regio; Antaradus; Aradus; Laodicea; Antiochia, Antiochenæ caput & urbium Romanarum in Oriente, ad Orontem fl.; Seleucia, cognomento Pieria; Rhoſſus; Alexandria minor. Partem Antiochenæ conſtituit Tetrapolis, in quâ erant quatuor urbes jam memoratæ, Seleucia, Antiochia, Laodicea & Apamia. Montes hìc fuerunt Caſius ſeu Caſſius, perquàm ſublimis, hinc Caſſiotis regio; item Pieria, ſive Pierius, qui ad Iſſicum ſinum extendebatur, & regionem denominavit.

VII. *Comagene.* Reſtat denique Comagene ſeu Comagena, pars Syriæ maximè ſeptentrionalis, quæ Ciliciam, Cappadociam, Euphratem, Cœleſyriam & Antiochenam interjacebat, ejuſque urbes erant Germanicia; Singa, & Samoſata, ad Euphratem in Meſopotamiæ limite, caput regionis Comagenæ.

VIII. *Lacus Syriæ.* Ultimùm dicendum de Lacubus & Fluminibus Syriæ. Habet

bet Syria tres nobiliores Lacus, qui ſunt Samochonites, Genneſaritis & Aſphaltites, ſiti intra Judæam. Lacus Samochonites, aliis Samachonitis, Semechonitis, Sibbichæus, Aquæ *Meron*, ſeu *Merom*, nunc *Maron*, omnium minimus & borealiſſimus eſt, medius inter tribum Nephtalim & dimidiam tribum Manaſſis trans Jordanem, ac pari ferè intervallo diviſus ab urbe Dan & lacu Genneſaritide. Iuxta Adrichomium longitudinem obtinet ſexaginta, & latitudinem triginta ſtadiorum, & per eum ſecundum longitudinem Jordanis perlabitur. Æſtate penuriam habet aquarum, quibus abundat, quando nives in Antilibano reſolutæ in ipſum deſcendunt. Nobilitavit in Sacris hunc Lacum ingens Joſuæ victoria, qui Iabin, regem Hazor, & quotquot in ejus auxilium convolârant Chananæorum Reges, ſubitâ clade vaſtavit.

Lacus Samochonites.

Lacus ſecundus, qui & ſitu medius exiſtit, quamvis explicito longè, quàm explicando propinquior, & in N. Teſtamento notiſſimus, eſt Genneſaritis Ptolemæo & Straboni, aliter Geneſarites, *Geneſar*, ſtagnum & mare *Geneſareth*, mare Galilææ, *Cenereth* ac Tiberiadis, Gall. *M. de Galilée.* Ipſum ambierunt tribus Nephtalim, Zabulon, Iſachar, dimidia tribus Manaſſis trans Jordanem, urbeſque complures amœniſſimæ & celeberrimæ. In magnitudine ejus non conſentiunt. Joſephus ipſi largitur centum ſtadia longitudinis, & quadraginta latitudinis. Plura alii. Niger ambitum ejus extendit ad viginti paſſuum millia. Ipſum Jordanis quoque ſecundum longitudinem pervadit.

IX. *Lacus Genneſaritis.*

Lacus tertius & ultimus, & qui maximè vergit in auſtrum, ante vallis feraciſſima, plenaque deliciis, quam Jordanis perfundebat, eſt Aſphaltites, ſeu Aſphaltis, ſic dictus à bitumine, quod ex fundo ejus ebullit, vento agitante concreſcit, & ad littus appulſum colligitur. Appellatur quoque mare Mortuum, quia ob aquam ſpiſſam & fœtentem piſcibus expers eſt, & ſtagnat, item mare Occidentale, Sodomiticum, Salis, Salſiſſimum, Deſerti & Solitudinis, nunc *Bahar Melach*, hoc eſt mare ſalſum, &, teſte M. Nau, *Bahheret Louth*, ſive Lacus Loth, Gall. *M. Morte.* Ejus limes ab occaſu fuit tribus Juda, atque ab ortu regio Moabitarum. Editis montibus ferè cingitur, diffunditque ſe ex ſententiâ Joſephi ab aquilone

X. *Lacus Aſphaltites.*

in auſtrum ad quingenta & octuaginta ſtadia, atque ab occidente in orientem ad centum & quinquaginta. Linguæ figuram non malè exprimit, quo nomine venit pars ejus meridionaliſſima, & Sanſoni quoque tractus ſeptentrionalis, qui Jordanem admittit. *Nullum corpus animalium* (verba ſunt Plinii) *recipit: tauri camelique fluitant. Inde fama, nihil in eo mergi.* Prius ad ſalſedinem ejus attendenti mirum non videbitur.

XII. *Fl. Syriæ exeuntia in M. Mortuum: Iordanis.*

Flumina Syriæ partim in mare Mortuum, partim in Mediterraneum exeunt. In mare Mortuum quidem Iordanis, atque ſeu fluvii, ſeu torrentes, Arnon, & Cedron. Jordanis, aliàs Jordanes, accolis *Scheriah*, hoc eſt Lex, Gallis *Iourdain*, jucundiſſimus, maximus, & fermè unicus Judææ fluvius, de quo frequenter meminimus, naſcitur bicornis in Galilææ ad radices Antilibani, quatuor mill. paſſ. ſupra Cæſaream Philippi, ex binis fontibus *Jor* & *Dan*, parùm diviſis, hoc tamen occidentaliori, qui ad Cæſaream Philippi confluentes, Jordanem, qui primùm minor appellatur, conſtituunt, & ipſi veriſimiliter hoc nomen largiuntur. Hinc in meridiem deſcendens, & Galilæam ſuperiorem à Trachonitide diviſurus, tranſit lacum Samochonitem, ſeu aquas *Meron*; mox petit mare Galilææ, quod ad Capharnaum & Corozaim ingreditur. Sub hujus Maris exitu admittit à ſiniſtrâ fluvium ſive torrentem *Jabboc*, deinceps Jordanis major nuncupatur, & inter Peræam ad ortum, atque Samariam ac partem ſeptentrionalem Judææ ad occaſum defluens, tandem, diremptâ Judææ in Trans & Cis-Jordanicam, *velut invitus* (ſic Plinius loquitur) *Aſphaltitem lacum dirum naturâ petit, à quo poſtremo ebibitur, aquaſque laudatiſſimas perdit peſtilentibus mixtas.* Jordanem fluvium Paradiſi fuiſſe, neutiquam arbitramur, cum in Jordanem non quadrent, quæ de Paradiſi fluvio S. Pagina ediſſerit. Arnon, incolis nunc *Adramelech*, fluvius ſeu torrens Judææ Trans-Jordanicæ, provenit ex monte cognomini, tribumque Gad & Ruben præterfluens, in eundem Lacum, ſeu mare Mortuum ab ortu ſe exonerat. Cedron torrens, ſeu rivus eſt ad orientem Hieroſolymæ inter ipſam & montem Oliveti, qui aquâ pluviali ex montibus collectâ, nec non fontanâ ditatus per mediam vallem Joſaphati, & Gehennom, atque plana Deſerti mare Mortuum ab occaſu ingreſſus eſt.

Iabboc.

Arnon.

Cedron.

Sequun-

Sequuntur Syriæ Flumina, quæ in mare Mediterraneum delabuntur, quorum nobiliora ſunt Ciſon, Adonis, Eleutherus & Orontes. Ciſon, fluvius, ſive torrens Judææ Cis-Jordanicæ, aliquibus fluit ex mari Galilææ inter tribum Iſacharis & Zabulonis, & juxta radices montis Carmeli mare ſubit Mediterraneum. Adrichomio hic Torrens oritur ex monte Tabor, & mox in duos rivos dividitur, quorum minor fertur ad mare Galilææ, & major ad Mediterraneum. Adonis, nunc *Habar Aſcalb*, id eſt fluvius Canis, fluvius Phœniciæ, ſcaturit ex monte Libano, atque inter Berytum & Byblum mari Mediterraneo ſe miſcet. Eleutherus, hodie *Valania*, provenit ex monte Libano, & variis inter Tyrum & Sareptam Mediterraneum mare ingreditur; aliis verò juxta Balaneas oppidum, quod nunc Eleuthero nomen facit, & multò plus vergit in boream, quàm Sarepta & Tyrus. Denique Orontes, nunc *Almeimas*, ingens Syriæ flumen, ex Libano ducit initium, indè fluxum in boream inſtituens, perfudit inter alias urbes Emeſam, Apamiam, & Antiochiam, infra quam prope Seleuciam Pieriam in Mediterraneum mare effundebatur.

XIII. *Fl. Syriæ exeuntia in M. mediterran.* *Ciſon.* *Adonis.* *Eleutherus.* *Orontes*

CAPUT VIII.

Diarbechia & Aſſyria Antiqua.

PERTRACTATA parte Occidentali Turciæ Aſiaticæ, quæ mare Ægæum ac Mediterraneum, nec non fl. Euphratem interjacet, proximum eſt, ut partem ejus Orientalem inſpiciamus, quæ locum obtinet inter eundem fl. & Perſiam. In parte Orientali Turciæ Aſiaticæ ſe offerunt Diarbechia & Turcomania. Diarbechia, *Diarbeck*, ſeu *Diar Bechir*, id eſt regio Ducis, terminatur ab occaſu Syriâ propriâ, atque Arabiâ Deſertâ, vicemque limitis Euphrates pro maximâ parte ſupplet; ab auſtro eâdem Arabiâ & intimo receſſu ſinûs Perſici, ſeu maris Balſerenſis, *Golfe de Balſera*; ab ortu Perſiâ; à boreâ Turcomaniâ.

I. *Diarbechia latè ſumptâ.*

Partes ſive Provinciæ Diarbechiæ variis ſtatuuntur tres, Diarbechia, Iraca atque Curdiſtania, quarum illa ad occaſum,

II. *Diarbechia diviſa.*

Diarbechia ſtrictè ſumpta.

ſum, iſta ad meridiem, hæc ad ortum ſita eſt. Diarbechia ſtrictè ſumptâ, *Diar-beckir*, pars maxima Diarbechiæ latè ſumptæ, habet ab occaſu Euphratem, quo à Syriâ propriâ atque Arabiâ Deſertâ dividitur; ab auſtro Iracam; ab ortu Curdiſtaniam; à boreâ Turcomaniam. Dicitur Arabibus *al Gezira*, hoc eſt Inſula, potiùs Peninſula, nam ab occaſu & meridie Euphrate, atque ab ortu Tigri alluitur. Ipſam in quatuor partes ſive provincias hodie diſtribuunt. Urbes clariores Diarbechiæ ſunt *Orpha* ſeu *Ourfa*, in fertili, cultâ & amœnâ regione, nonnullis Diarbechiæ primaria, ubi optimum corium flavi coloris conficitur; *Bir*, ſive *Berygeon*, ampla ad montis radicem, dives optimi panis, vini, piſcium, fructuum, cum arce antiquâ ad Euphratem, cujus hìc fit trajectus; inferiùs *Raga* ſeu *Rika*, caput Ricanæ Præfecturæ, *Beglerbeglic de Rika*, in quâ ſeptem numerantur minores Præfecturæ, vulgò Sangiacatus; *Karkiſe*; *Harran*; *Diarbekir*, ſeu *Kar-Emir*, aut *Kar-emut*, caput Præfecturæ cognominis (aliquibus totius Diarbechiæ) dictæ etiam *Beglerbeglic de Diarbekir*, cui novendecim attribuuntur Sangiacatus, urbs ampla in monte ad dextram ripam Tigridis, munita duplice muro & LXXII turribus, populoſa, dives vini, frumenti, carnis optimæ, & in ipſa corium rubri coloris laudatiſſimum paratur; *Aſanchif*, ſive *Aſanchiuf*, juxta plures Diarbechiæ præcipua, variis gaudens ſuburbiis, in quibus ingens incolarum frequentia. In hujus Urbis ſitu Tabulæ diſſentiunt, pluribus ipſam in confinio Curdiſtaniæ collocantibus, aliis in Curdiſtaniâ ipſâ, Sanſone verò in Tabulâ Statûs Imperii Turcici ad occidentalem ripam Tigridis; *Merdin* urbs parva, in monte, munita muris & arce, è quâ fons egregius ſcaturit; ipſam quidam ponunt ad tractum Tigridis aliquanto inferiorem, quàm vulgò ſtatuitur, alii prope ipſum; *Geziré*, urbs quoque exigua in inſulâ Tigridis; *Niſibin*, aliis *Nesbin*, ſeu *Naſibin*, nunc tantùm digna pagi majoris nomine; Mauſilum, *Moſul*, ſeu *Mouſſul*, urbs ampla, externo aſpectu pulchra, quam alta mœnia ex lapide ambiunt, intùs verò deſolata ferè, ad occidentalem ripam Tigridis cum arce exiguâ, emporium, ad quod multi Mercatores, in primis Arabes & Curdi, confluunt, caput Præfecturæ cognominis, ſub quâ quinque ſunt Sangiacatus; Tekrita, *Tekrit*.

Pars

Pars ſecunda Diarbechiæ latè ſumptæ atque meridiem proſpiciens, eſt Iraca, *Terack*, aliis *Terach* & *Trach*, Tavernierio *Hierak-arabi*, quam limitat ab occaſu Arabia Deſerta; ab auſtro eadem & ſinus Perſicus; ab ortu Perſia; à borcâ Curdiſtania & Diarbechia. Provincia eſt perquàm irrigua, in quâ Euphrates & Tigris confluunt, paſcua habet & multa, & laudatiſſima, dives pecorum, armentorumque, imprimis bubalorum, lactis, butyri. Urbes Iracæ majoris momenti habentur *Zab*; *Felougia*; *Cufa*; *Balſara*, aliis *Balſera*, *Balſora*, *Baſſora*, *Baſra*, *Boſſora* & *Boſra*, ampla, diſtans dimidio milliari à communi alveo Euphratis & Tigridis, ex quo profunda foſſa Balſaram ducit, in confinio Deſertæ Arabiæ, cui Thevenotius & alii ipſam attribuunt, caput Præfecturæ ſeu Principatûs ejuſdem nominis, ſub proprio Principe, qui tamen ſub Turcarum clientelâ eſt, emporium celeberrimum, ad quod Belgæ quotannis & Angli Indicas merces advehunt, quæ mercatoribus divenduntur, harum gratiâ Conſtantinopoli, Smyrnâ, Damaſco, Cairo Ægypti hùc appellentibus. Tandem & ab urbe Balſarâ nunc ſinus Perſicus cognomentum adipiſcitur. *Gorno*, munimentum laudabile ad Tigridis & Euphratis confluentes; *Vaſet*, ſeu *Waſet* & *Waſith*, in cujus ſitu variant; *Bagdat*, ſeu *Bagdet*, hujus Provinciæ præcipua, caput Præfecturæ cognominis, ſub quâ decem continentur Sangiacatus, ſitum ad ſiniſtram ripam Tigridis, cum ponte ex lintribus, ambitûs trium circiter milliarium Italicorum, arce, vallo, turribus foſſiſque munitum, quod dubiâ fortunâ diu Perſæ & Turcæ tenuerunt, hodie, quin à pluribus annis, ſub Turcarum imperio, multùm & mercaturæ, & religionis ergò frequentatur. III. *Iraca.*

Tertia pars Diarbechiæ latè ſumptæ, & quæ in ortum vergit, diverſis, inter quos Tavernierius, eſt Curdiſtania, *Kurdiſtan*, aliis *Arzerun*, & Aſſyria. Ipſam Tavernierius extendit à lacu *Van*, boreali ipſius termino, qui extra Aſſyriam eſt in tractu orientali Armeniæ majoris, per ripam orientalem Tigridis ad uſque confinia civitatis Bagdadi, & ſubeſt pro maximâ parte Turcarum dominio. Urbes & loca celebriora Curdiſtaniæ ſunt *Ninive*, ad ſiniſtram ripam Tigridis, nunc mera rudera, quæ juxta flumen ad intervallum milliaris ſe diffundunt. IV. *Curdiſtania.*

fundunt. Hinc ad dimidium milliare collis eſt cum inſigni Moſcheâ, ubi monumentum Jonæ oſtenditur, locus venerationis maximæ, quem Chriſtiano adire non licet, niſi clanculùm; *Cherazoul*, *Schebreſul*, aut *Schahrazur*, urbs in excisâ rupe cum inſigni ponte lapideo, in Perſiæ limite, caput præfecturæ ejuſdem nominis, ſub quâ decem ſunt Sangiacatûs; *Amadie*; *Bitlis*, ſeu *Betlis*, urbs inter duos editos montes media, cum arce in colle perquàm præcipiti, ſub ſuo præpotenti Principe, qui neque Magno Domino, neque Perſarum Regi obnoxius eſt; *Salmaſtra*, ſeu *Salmaſtre*; *Van*, urbs ingens cum firmo caſtro in monte, caput Præfecturæ cognominis, in quâ novem occurrunt Sangiacatus. Ipſam ad Turcomaniam refert Tavernierius. Ab Armeniis magno numero incolitur, ſita ad Lacum ejuſdem nominis, inter maximos totius Aſiæ, ambitûs quinquaginta ferè milliarium, in quo abundantia piſcium, ſed tantùm (ſic tradunt Itinerariographi) unius & ejuſdem ſpeciei, & duæ inſignes inſulæ; *Taduan*, vicus juxta eundem Lacum, ubi portus capax & tutus eſt.

V. *Aſſyria.* Ubi hodie ſe offert explicita proximè Diarbechia latè ſumpta, olim pars orientalis Syriæ, ſeu Aſſyriæ laxiùs appellatæ, (confer §. I CAP. III.) extitit, quæ poſtmodùm ſolo venit Aſſyriæ nomine, ejuſque partes fuerunt Meſopotamia, Babylonia, atque Aſſyria.

VI. *Meſopotamia.* Meſopotamia, nunc Diarbechia ſtrictè ſumpta, quaſi Interamna, ſeu Medamna regio, nomen à ſitu obtinuit. Ipſam enim ab occaſu & auſtro alluit Euphrates, atque ab ortu Tigris. Ad boream fuerunt juga Niphatica, quæ eam ab Armeniâ majore diviſerunt. Hebræis eâdem de causâ Aram-Naharaim vocatur, Syria fluminum, duali numero, ſicut indicat vox Naharaim; item Paddan-Aram, Labanis habitatio & Jacobi perfugium, per quod tamen Bochartus non intelligit (uti plerumque intelligitur) integram Meſopotamiam, ſed partem ejus ſeptentrionalem ab Armeniæ montibus uſque ad fl Chaboram, quæ culta fuit & fertilis, reliquâ parte incultâ & aſperâ; at plùs juſtò videtur ſedem Labanis ſeptentrioni admovere. Regiones Meſopotamiæ fuerunt Anthemuſia, Chalcitis, Gauzanitis, Acabene, Sanſoni Acahen, Ingine,

gine, ſeu Tingine, Ancobarites, ſeu Ancoharitis. Inter urbes excelluerunt Seleucia, ad Euphratem, quà in Tigrim influit, è cujus ruinis poſtmodùm *Mouſſul* ſurrexit; Labbana; Niſibis, variis nunc *Niſibin*; Edeſſa, in Itinerario Antonini Ediſſa, hodie communiter *Orpha*, improbantibus aliis, ſaltem nec Orpha, nec Edeſſa eadem eſt, quæ *Charan*, de quâ proximè; Carræ, Craſſi & Romani exercitûs cruore celebres, in Sacris ex plurimorum ſententiâ *Charan*, ſeu *Charran*, item *Nachor*, ſedes Tharæ & Nachoris, unde Abraham divino juſſu egreſſus Sichemum contendit, dicta quoque *Aran*, & *Haran* ſeu *Harran*, ac ſita ad fl. Chaboram, aut in parte Meſopotamiæ, quæ ipſo perfunditur, non procul ab Euphrate, verſus Syriam Palmyrenam, & Deſertam Arabiam, in viâ, quæ ex Chaldæâ in Terram Chananæam duxit; Nicephorium; Chabora, ad fl. Chaboram, quà Euphrati miſcetur, Iſaaco Voſſio Ura Chaldæorum.

VII. *Babylonia.*

Pars ſecunda Aſſyriæ fuit Babylonia, quam limitavit à boreâ Meſopotamia & Aſſyria; ab ortu Suſiana; ab auſtro ſinus Perſicus, atque Arabia Deſerta, limes quoque ab occaſu. Chaldæa aliàs nuncupata eſt, quam alii partem faciunt Babyloniæ meridionalem verſus Arabiam Deſertam. Hodie Iraca dicitur, quæ tamen ultra Tigrim in ortum ſe explicat. Regiones claræ fuerunt in Babyloniâ Auchanites, ſeu Auchanitis, aliis rectiùs Auranitis, Mardocæa, ſive Amordocæa, nec non Chaldæa. Urbium princeps fuit Babylon, in quam duas Tribus tranſtulerunt Chaldæi, ſita in regione campeſtri, antiquitùs appellata *Sennahar*, *Sinhar*, *Sinear*, ad fl. Euphratem, qui ipſam in duas partes propemodùm æquales diſtribuit, eâ parte in varias foſſas diviſus. Murus ejus fuit ex cocto latere, cubitos altus quinquaginta, uſque eo latus, ut obviantibus ſibi quadragis facilis eſſet tranſitus, munitus ducentis & quinquaginta turribus, ambitûs trecentorum & ſexaginta quinque ſtadiorum, plurium juxta alios, Orbis miraculum. Produnt, ſuperatâ aliquando ab hoſtibus Babylone, id tertio demùm die intellexiſſe, qui ultimam ejus partem inhabitabant. In ipsâ Nimrod, Chami Nepos, regiam ſedem poſuit, atque ab hac Metropoli ipſa Regio Babylonia, & prima Monarchia, cui & regio Chaldaica cognomentum impoſuit, Babylonica appel-

lata est. Ex tradito situ Babylonis liquet, ipsam non fuisse, ubi nunc Bagdadum occurrit, urbs Iracæ ad orientalem ripam Tigridis, quamvis ex ruderibus ejus increverit; aut ubi fuit Ctesiphon, locata ad eandem ripam dicti fluminus; aut Seleucia Ctesiphonti vicina & oppositа; multò minùs, ubi Susa, longè orientalior, urbs Susianæ ad fl. Euleum. Vestigia ejus, etsi perquàm tenuia, quidam supereſſe volunt, infra Bagdadum, ubi Tigris in duos alveos scinditur, atque hodie jacet *Felougia*, at hujus situs cum traditâ Babylone parùm convenit. Aliis Babylon extitit ad Euphratem, ubi jam locus *Ella* seu *Ile*, atque ad quem multa rudera, & Turris, quæ hodieque Turris Nimrod nominatur. Præter Babylonem inter meliores urbes Babyloniæ erant Volgesia; Borsippa, Ptolemæo Barsita, ad paludes; Urchoa, seu Orchoa, quam plurimi judicant fuisse Ur Chaldæorum, patriam Abrahami. Sunt, quibus est Ura Plinii, quæ fuit, ubi erat Auranitis, regio Babyloniæ, puta in divertigio Euphratis ortum versus; aut Uria Eupolemi, qui scripsit de rebus Judaicis, urbs quoque Babyloniæ, fortè eadem cum Urâ Plinii. Isaaco Vossio Ur visa fuit Chabora, de quâ etiam in Mesopotamiâ meminimus. Bochartus mavult Ur collocare in boreali Mesopotamiâ versus confinia Assyriæ, & montes Armenios inter Nisibim & Tigrim amnem. Iis accedimus, qui Ur intra Chaldæam constituunt; quæ verò fuerit Ura, determinatu difficile est. Tandem inter Tigridis ostia fuit Teredon, urbs ampla, nunc Balsara compluribus, sed malè, cum rudera Teredonis ab urbe Balsarâ, testibus Itinerariographis, duobus distent milliaribus. Negandum tamen non est, Balsaram Teredoni incrementum debere.

VIII. *Situs Edenis & Paradisi.* Delineatis Mesopotamiâ & Babyloniâ, silenter transire non possumus Edenis seu Hedenis, & Paradisi situm, de quo sententia non una. Missis nugis aut fabulis, inveniuntur hodieque Viri eruditi, quibus sedes Paradisi Terrestris fuit intra terram Chananæam in valle Iericho circa Iordanem, quem volunt rigâsse Paradisum, sive in regione Damascenâ, non procul à monte Libani, contra quam opinionem difficultates benè multas movet celeb. Spanhemius in suâ *Introd. ad Geogr. Sacr. p. 5. 6. 7.* Sentiunt alii, Paradisum extitisse in Armeniâ

meniâ majore, quia ex ipſorum judicio fluvii, de quibus S. Scriptura meminit, ex eâ regione ſcaturiunt, non tantùm Tigris & Euphrates, ſed & Piſon, poſt Phaſis iiſdem appellatus, nomine nonnihil immutato, ac Gihon, dictus poſtea Araxes, ejuſdem, cujus Gihon, ſignificationis; eſt enim vox Gihon fluvius Chaldæis, quemadmodum Araxes Perſis. Sed neque hic Senſus cum ſacrâ Hiſtoriâ ſatis convenit, quæ docet Edenem ad Orientem ſpectáſſe, ſive reſpectu Arabiæ, in quâ Moſes degebat, ſive Terræ Chanaanis. Nam ex uſu Hebræorum Oriens notabat omnem illam regionem, quæ à Palæſtinâ vergebat in ortum, uti Arabia Deſerta, Chaldæa, Babylonia, pars auſtralior Meſopotamiæ, Aſſyriæ, Suſiana, Perſis. Et quidem in eâ parte Orientis regio Edenis ſita fuit, ubi Euphrates & Tigris confluunt, atque in varios alveos dividuntur, inter quos fuerunt, quamvis tot ſeculorum lapſu hodie obſcuriores, Gihon & Piſon, quorum ille terram Chus, hic terram Havilæ rigavit, locatas (ſic multi judicant) in Arabiâ Felice, nec procul à ſinu Perſico, in quem Tigris, Euphrates & nominati modò alvei ſe exonerant. Autumamus itaque cum celeb. Spanhemio & aliis ſedem Paradiſi, Horti illius amœniſſimi, quem in regione Edenis plantavit Deus, fuiſſe in tractu meridionali Babyloniæ aut Meſopotamiæ inter Tigrim, Euphratem, atque vicinos alveos.

Tandem pars tertia & ultima Aſſyriæ dicta eſt Aſſyria ſimpliciter, atque diſcriminis ergò Aſſyria propria, nunc *Kurdiſtan* ſeu *Arzerum*. Ipſam limitavit ab occaſu Tigris fl., quo à Babyloniâ & Meſopotamiâ diſtinguebatur; à boreâ Armenia major & Media; ab ortu Media; ab auſtro Suſiana. Aliàs vocata eſt Terra *Aſſur* Hebraicè, uti Græcè & Latinè Aſſyria, ab Aſſure, Semi filio, à quo Prima Monarchia etiam Aſſyriaca dicebatur. Autumat Bochartus, cui vetuſtiſſimi Scriptores Chaldæi adſtipulantur, Arcam Noëmi conditam eſſe in Aſſyriâ, & in Armeniam impulſam vi ventorum auſtralium, & irruentis ab auſtro Oceani. In Aſſyriam deportatæ ſunt decem Tribus Iſraelis à Salmanaſſare, & partìm in Aſſyriâ, partìm in Mediâ habitârunt. Aſſyriæ populi fuerunt Apolloniates, Sambatæ, & Goramæi, ſeu Garamæi. Regiones nobiliores Arbelitis, Arrapachitis, Calacine, Adiabene, Sit-

IX. *Aſſyria propria.*

tacene, quibus adjiciuntur ab aliis Chalonitis & Artacene. Calacine, ſeu Calachena, regio ſtatim nominata, Bocharto *Chalach* vel *Halah*, & Choatras, rectiùs ipſi Chaboras, mons inter Aſſyriam & Mediam medius, eidem eſt Chabor, à deportatis Iſraelitis inhabitati. Urbes & loca maximi nominis erant Cteſiphon, ampliſſimus pagus Aſſyriæ in orientali ripâ Tigridis, conditus à Parthis è regione urbis Seleuciæ atque in hujus odium, & à Parthorum Regibus inhabitatus, poſtmodùm urbs eximia; Ninus, in ſacris Ninive, juxta profanos auctores ferè omnes à Nino rege condita, & appellata, regia Aſſyriorum valdè magnifica ad orientalem ripam Tigridis. Mœnia Nini dicuntur habuiſſe centenûm pedum altitudinem, & iſtam latitudinem faſtigia murorum, ut ternis plauſtris pervia via fuerit. Turres mille & quingentas in orbem continuit, quarum altitudo erat pedum ducentorum, & ſtadia quadringenta & octuaginta, ſeu quindecim milliaria Germanica in circuitu, teſte Diodoro Siculo. Nunc multis Geographis & Itinerariographis *Mouſſul* vocatur, ſed falsò, cum hæc urbs jaceat ad occidentalem ripam Tigridis, & in oppoſitâ Ninus fuerit. Claræ quoque erant inter urbes Aſſyriæ Gangamela; atque, quæ huic vicina fuit, Arbela, ad fl. Caprum, à quâ adjacens regio Arbelitis appellata eſt, & ad quam Alexander Magnus Darii Codomanni exercitum maximâ clade vaſtavit, in quâ nongenta hominum millia ſcribitur perdidiſſe; item Gomara, aliàs Gamara & Garama, unde populi Garamæi nomen traxerunt; & Marde, ad Tigrim in limite Meſopotamiæ.

CAPUT IX.

Turcomania. Armenia Major. Fl. Euphrates & Tigris.

I. *Turcomania.* SUPEREST poſt explicitam Diarbechiam, quam olim, uti dictum, occupavit Aſſyria, ex parte orientali Turciæ Aſiaticæ pars altera, quæ Turcomania, *Turcomanie*, vulgò appellatur. Ejus limites ſunt ab occaſu Natolia; à boreâ Georgia; ab ortu Perſia, cui pars orientalior Turcomanniæ ſubjecta

Digitized by Google

PET TARTARIE
MER DE ZABA
PALUDS MEOTIDE
MER NOIRE, ou
MER MAIEURE, autrement
PONT EUXIN.
COMM
SONSCHA
TURCOMANS
TURCOMANIE
GEORGIE
COMMANIE
Par N. Sanson
d'Abbeville Geo
ordre du Roy
Sinope
Trebisonde
Erzerum
Tauris
Arfingan
Marquirt
Malatia
Samosat
Alep
Tripoli
Tana
Pisan
Tzer
Tarma
Bachmachi
Azara
Zingis
Genna
Sophia
Tamar
Arina
Santhia
Baiburd
Giangecu
Balu
Zabara
Alban
Diarbec


76 77 78 79 80 81 82 83 84 85
OSCOVIE
GRA.de TAR:
TARIE
NAGAISKI.
ANIE.
CIRCAS
MER DE BACU
pu de SALA encor de
TABARESTAN, de
GILAN &c. autref'
Mer CASPI
GEORGIENS
ENNE &c
SERVAN
ESTAT
OMANIE
DES
CHUR
DISTAN
PERSES.
Astrakan
Bouches du Volga
Derbent
Scamachi
Sarachi
Tumanska
Aliguan
Servan
Sammachi
Berunh
Vrox
Bakoera
Manadaga
Ardevil
Tauris
Barcoi
Maragga
Dachercan
Armaina
Salmas
Nariz
Amed
Mardin
Matira
Sert
Bitlis
Hava
Chuisal
Vaspan
Tabriz
Sebildir
Cholat
Bachesi
Bardaa
Cascatore
Bingial
Calicala
Gauksa
Grin
Lachan
Sianhoora
Girsy
Badlan
Hurian
Cabuchnusa
Exerche
Derbent
Tefus
Cartava
Clisca
Aleudar
Chila
Aligian
Servan
Sammachi
Berunh
Vrox
Lachan
Grin

Digitized by Google

ſubjecta eſt; ab auſtro Diarbechia. Conqueritur Tavernierius, hanc Regionem in Tabulis immeritiſſimò ſic appellari, autumatque potiori jure dicendam eſſe Armeniam, *Ermenick*, quia à ſolis ferè Armeniis inhabitatur. Populos Turcomanos, *Turcomans*, Baudrand dividit in Tribus ſeu partes XXXII, aitque latè per Aſiam vagari, in primis verſus Euphratem Perſiæque confinia. Urbes & loca nobiliora Turcomaniæ ſunt *Manuſcut*; *Majafarikin*; *Sumiſchach*; *Erzerum* ſeu *Erzerom*, urbs celebris cum ſuburbio & arce, Turcomaniæ præcipua, in Perſiæ limite, caput Præfecturæ ejuſdem nominis, ſub quâ numerantur undecim Sangiacatus, & clavis Imperii Turcici, ſita ſub magnæ planitiei finem, cincta editis montibus, cœli frigidioris, ferax tritici & hordei, quæ ad maturitatem brevi perveniunt; *Nackſivan*, Armeniis tantundem, ac *Navis*, ſeu *Arcæ ſtatio*, urbs non exigua, antiquiſſima (ſic Armenii ſentiunt) totius Orbis, & ſedes prima Conditoris Noëmi à Diluvio, ubi & ſepultus creditur, à Turcis & Perſis plus ſemel vaſtata, nunc ſub horum dominio; uti & *Karasbag*; item *Erivan* ſeu *Irvan*, urbs in regione, quæ eſt ex nobiliſſimis & ditiſſimis Perſiæ, dictâ Incolis *Iran*, & frequenter *Kara-bag*, condita in rupe ad flumen rapidum, incolis *Sangui-Cija*, cum inſigni ponte lapideo, in confiniis Turciæ & Perſiæ, ſæpiùs à Turcis & Perſis ſubjugata; *Kars*, caput Præfecturæ cognominis, cui ſex attribuuntur Sangiacatus, urbs ampliſſima, rerum ad vitam neceſſariarum dives, minùs populoſa, vicis ferè orba, cui vitio quamvis Magnus Dominus repetitis vicibus mederi ſtuduerit, incaſsùm ſemper laboravit, Persâ molimina ejus illudente.

II. *Armenia Major.*

Ubi hodie Turcomaniam Tabulæ delineant, fuit olim pars major Armeniæ Majoris; nam ejus limes ab occaſu erat fl. Euphrates, quo ab Armeniâ Minore dividebatur; à boreâ Moſchici montes, qui ipſam à Colchide & Iberiâ ſeparabant, ſicuti fluvius Cyrus, nunc *Kur*, ab Albaniâ; ab ortu mare Caſpium, & mons ejuſdem nominis, qui eam diſtinguebat à Mediâ; ab auſtro mons Niphates & Taurus, quorum ille Armeniam Majorem diſcernebat ab Aſſyriâ, hic verò à Meſopotamiâ. Populi Armeniæ Majoris fuerunt Mardi & Gordiæi; Regiones verò Gordene, aliis Gordiene & Gordiena,

diena, Thoſpitis, Corinea, Anzitene, Bagrandavene, ſeu Bagravandene, Cortea, Arſea, Aſtaunitis ſeu Aſpaunitis, Aciliſene, Sophene, Baſiliſſene, Hobordene, Bocche, Cotacene, Toſarene, Totene, Colthene, Soducene, Sacapene, ſeu Sacaſene, aut Sapacene, Syracene; mons Pariedrus, aliis Paryardes & Paryadris, hodie *Chielder* ſive *Tchilder*, è quo Araxes ſeu Araxus, *Aras*, verſus ortum, Phaſis accolis *Riole*, Italis *Fazzo* verſus boream, & Euphrates, *Euſrate*, verſus occaſum defluunt; item montes Gordyæi, qui, teſte Bocharto, etiam Cordyæi, Cordæi, Gordi, Curdi & Carduchi appellantur, ex quibus juxta Ptolemæum Tigris defluit. Communis ſententia eſt, Arcam Noæ, decreſcentibus aquis Diluvii, ſubſtitiſſe in montibus *Ararath*, hoc eſt in montibus Armeniæ majoris, & quidem in editiſſimo Gordyæorum. Judicant alii Arcam quidem reſediſſe in Armeniâ majori, ſed in aliquâ excelſiori parte Tauri montis, aut in monte Caſpio prope Mediam inter Arſiſſam paludem, quæ nunc plurimis ab adjacente urbe *Van* denominatur, ad meridiem, & Artaxatam aut Naxuanam, urbes, quas fl. Araxes alluit, ad ſeptentrionem. Narrat Tavernierius, initium Montis *Ararat*, quem Arca Noëmi inſedit, abeſſe ab urbe *Erivan* quinque milliaribus verſus plagam, quæ auſtrum & ortum interjacet, eundemque ab urbe *Nakſivan*, cui Arcæ ſtatio nomen dicitur feciſſe, & de quâ paulò ſuperiùs, diſtare tribus circiter milliaribus. Addit, ipſum cæteros Armeniæ montes, qui ingentem catenam conſtituunt, plurimùm ſupereminere, ab illis quaſi ſeparari, Cœlo ſereno ad quinque dierum iter conſpici, frequenter à medio ad ſummum faſtigium tres quatuorve menſes continuos nubibus obtegi, Armeniis *Meſeſouſar*, hoc eſt Montem Arcæ, appellari, qui ſimul atque in viſum ſe ingerit, Terram proni exoſculantur, poſt vultus in Cœlum erigunt, & ſignum Crucis efformant, fuſis aliquot precibus. Reliquias Arcæ etiamnum ſupereſſe, lapideam ferè nactas duritiem, communiter teſtantur Armenii, ſed penes ipſos fides eſto. Urbes nobiliores Armeniæ majoris fuerunt Thoſpia, ad lacum Thoſpitem; Tigranocerta; atque ad fl. Araxem Armauria, Artaxata, & Naxuana.

III. *Fl. Euphrates.* Dicendum denique de Fluminibus, quæ partem Orientalem

talem Turciæ Aſiaticæ ultimùm traditam perfundunt, atque ea in primis ſunt duo, toto Oriente nobiliſſima & eximii in Hiſtoriis nominis, Euphrates & Tigris, quorum jam ſuprà frequenter meminimus. Ambo in eadem regione naſcuntur, & in communem alveum ſe exonerant. Fluvius Euphrates, qui Tigri occidentalior & major eſt, Hebræis *Perath*, in Belgicâ Verſione Sacri Codicis *Phrath*, Arabibus hodieque *Frat*, teſte Nicolaio, Gall. & Ital. *Euphrate*, provenit in Armeniâ majore, nunc Turcomaniâ, ex monte Pariedro ſeu Paryarde, juxta quoſdam ex Moſchicis montibus; hinc per ipſam in occaſum defluit ad uſque Armeniæ minoris, nunc Natoliæ confinia; hìc fluxu verſo in auſtrum, primò Armeniam majorem ſeu Turcomaniam ab Armeniâ minore ſeu Natoliâ dividit, ex quâ à dextro latere in ipſum Melas ingreditur; dein Aſſyriam ſeu Diarbechiam à Syriâ atque Arabiâ Deſertâ diſtinguit, deſcenditque in ipſum ex Syriâ Singas, atque ex Meſopotamiâ ſeu Diarbechiâ propriâ Chaboras & Saocoras. In agro Babylonico ſeu Iracâ regione juxta Geographum Arabem, à quo non longè abeunt Græci & Romani Scriptores, in quinque alveos diſtribuitur, quorum unus è regione Bagdadi in Tigrim influit, quem veteres per Seleuciam inquiunt fluere; reliqui verò quatuor, ex Euphrate derivati, in varios lacus ſe immergunt. Unus ex hiſce alveis, qui Ptolemæo appellatur Regius amnis, & Polybio foſſa Regia, creditur (ita varii) eſſe Ezechielis *Chobar*, deductus operâ Præfecti Chobaris, & ab ipſius nomine ſic appellatus. Tandem ad munimentum *Gorno*, parùm ſupra Balſaram, Tigri miſcetur, atque per communem alveum, qui Arabibus vocatur, teſte Tavernierio, *Scetel-areb*, aliis *Schat el Arab*, id eſt Fluvius Arabum, infra Balſaram in ſinum Perſicum, nunc Gallis *G. de Balſera*, *Balſora*, *Baſſora*, ſe effundit.

Melas. *Singas.* *Chaboras. Saocoras.*

Alter fluvius partis Orientalis Turciæ Aſiaticæ eſt Tigris, accolis *Tigil*, Gall. *Tigre*, Hebræis *Hiddecel*, Joſepho *Diglath*, à rapido fluxu petito nomine. Scaturit in Armeniâ Majore ex Gordiæis montibus ſupra lacum Arethuſam, quem Plinius prodit injecta pondera ſuſtinere. Non procul ab ortu per hunc Lacum perlabitur, aquis minimè commiſtis; hoc ſuperato, dicitur ſpecu mergi, quem tamen, ſive cuniculos, de

IV. *Fl. Tigris.*

quibus proximè, noviſſimæ Tabulæ non delineant; dein Thoſpitem lacum tranſire, iterum mergi in cuniculos, è quibus poſtquam caput exeruit, delabitur inter Meſopotamiam ad occaſum, atque Aſſyriam ad ortum, recipitque ex Aſſyriâ Lycum, Caprum & Gorgum, & inter defluendum perfundit *Moſul*, & *Bagdad*, atque infra hanc Urbem (ſic loquitur Tavernierius) in duo brachia dividitur, quorum alterum ſe verſus Meſopotamiam inflectit, alterum ad veterem Chaldæam labitur; confluentia ingentem faciunt inſulam, quam & multæ foſſæ interſecant. Denique dum fluxum continuat, ad munitionem *Gorno* cum Euphrate conjungitur, & per eundem alveum in eundem Sinum Perſicum ſe exonerat.

Lycus. Caprus. Gorgus.

V. *Turcia Aſiatica Tabula.*

Sequitur Tabula generalis & ſpeciales Turciæ Aſiaticæ, inter quas gemina occurrit Veteris Judææ extra ordinem; quia propter uſum in Sacris diligenter ipſam expendimus, & inter Chartas Geographicas Sanſonis, quæ hoc Opere continentur, nunc quoque ſub formâ contractiori ejuſdem Vetus Judæa reperitur.

- Turciæ Aſiaticæ *partes ſunt* II:
  - Occidentalis, in quâ partes III,
    - I. *Natolia*, ubi
      - Natolia propria.
      - Caramania.
      - Aladulia. Amaſia.
    - II. *Inſulæ contra Natoliam*, ubi
      - Tenedos. Lesbos.
      - Chios. Samos. Icaria.
      - Pathmos. Leros. Coos.
      - Aſtypalea. Carpathus.
      - Rhodus. Cyprus.
    - III. *Syria*, ubi
      - Syria propria.
      - Phœnicia.
      - Judæa.
  - Orientalis, in quâ partes II,
    - I. *Diarbechia*, ubi
      - Diarbechia propria.
      - Iraca.
      - Curdiſtania.
    - II. *Turcomania.*

III Tabulæ

III Tabulæ ſpeciales Turciæ Aſiaticæ Occidentalis.

I. Natolia, in quâ

- Ad Occaſum, *Natolia propria*, — Peſſenus. Ancyra. Pompejopolis. Amiſus. Sinope. Amaſtris. Heraclea Ponti. Claudiopolis. Chalcedon. Nicomedia. Nicæa. Libyſſa. Pruſa. Cizicus. Parium. Lampſacus. Abydus. Dardanella, *arx*. Dardanus. Antandros. Trajanopolis. Adramyttum. Pergamus. Troja. Alexandria Troas. Cotiaium. Midaium. Gordium. Synnada. Apamia Cibotus. Hierapolis. Coloſſæ. Laodicea. Philadelphia. Sardes. Thyatira. Elea. Myrina. Cuma. Phocæa nova. Phocæa. Smyrna. Clazomene. Erythræ. Teos. Lebedus. Colophon. Epheſus. Priene. Miletus. Gindus. Ceramus. Halicarnaſſus. Myndus. Mylaſa. Magneſia. Antiochia. Aphrodiſias. Stratonica. Caunus.
- Ad Ortum,
  - *Caramania*, — Telmeſſus. Xanthus. Patara. Andriace. Myra. Limyra. Olympus. Phaſelis. Attalia. Side. Selga. Termeſſus. Aſpendus. Perga. Seleucia & Antiochia Piſidiæ. Lyſtra. Iſaura. Iconium. Derbe. Selenus. Antiochia ad Tragum. Anemurium. Seleucia Aſpera. Corycus. Soloe. Tarſus.
  - *Aladulia*, — Mallus. Iſſus. Adana. Mopſa. Melitene.
  - *Amaſia*, — Sebaſtopolis. Tochata. Cæſarea. Amaſia. Trapezus.

Flumina Natoliæ *celebriora exeunt in*

- Pontum Euxinum, — *Iris*. *Halis*. *Sangarius*.
- M. Mediterraneum, — *Cydnus*. *Xanthus*.
- Mare Ægæum, — *Mæandrus*. *Cayſtrus*. *Hermus*, velena. *Caicus*. *Scamander*. — Paſtolum.

- II. Insulæ contra Natoliam,
  - In Mari Ægæo,
    - *Tenedos.*
    - *Lesbos,* — Mitylene.
    - *Chios,* — Chios.
    - *Samos.* — Samos.
    - *Icaria.*
    - *Pathmos.*
    - *Leros.*
    - *Coos.* — Coos.
    - *Astypalea.*
    - *Carpathus.* — Carpathus.
  - In M. Mediterran.,
    - *Rhodus,* — Camirus. Lindus. Rhodus.
    - *Cyprus,* — Paphos. Amathus. Nicosia. Cerunia. Famagusta. Constantia.
- III. Syria, in quâ
  - Syria propria, ubi
    - *Ad Boream,* — Samosata. Alepum. Alexandriola.
    - *Ad Austrum,* — Antiochia. Laodicea. Apamia. Emesa. Palmyra. Laodicea scabiosa.
  - Phœnicia, ubi
    - *Absunt à Mari,* — Raalbec. Damascus.
    - *Ad Mare,* — Tripolis Syriæ. Berytus. Sidon. Tyrus. Ptolemais.
  - Judæa, ubi
    - *Absunt à Mari,* — Nazareth. Tiberias. Bethsan. Neapolis. Hierosolyma. Hebron.
    - *Ad aut juxta Mare,* — Joppe. Azotus. Ascalon. Gaza.

II Tabulæ Veteris Judææ.

- I. Trans-Jordanica, in quâ fuerunt Tribus 11 & dimidia,
  - I. *Tribus Ruben,* — Lasa. Cademoth. Mephaat. Baalmeon. Medaba. Esebon. Eleale. Iahasa. Cariathaim. Bamothbaal. Bethphogor. Phogor, mons. Asedoth Phasga. Phasga, mons. Nebo, mons. Macherus. Livias. Bosor. Sethim. Bethabara. Abila. Bethjesimoth. Sarathasar. Helon.
  - II. *Tribus Gad,* — Dibon. Aroer. Nabatha. Mennith. Iazer. Arnon. Mageth. Rogelim. Maspha. Rabba. Ramoth-Galaad. Casbon. Thesba. Dabir. Betharan. Socoth. Phanuel. Mahanaim.
  - Dimidia *Tribus Manasse,* — Ephron. Hippos. Gadara. Iabes-Galaad. Pella. Galaad. Casphor. Camon. Cedar. Iair. Edrai. Gamala. Gerasa. Magedan. Dalmanutha. Iulias. Corozaim. Sueta. Gaulon. Adrach. Astaroth. Theman. Bozra. Antiochi Pharanx. Sogane. Argob. Naamath. Selcha. Gessur. Seleucia. Aram. Gerson. Machati. Abela. Mara. Auran.

I. JUDÆÆ

I. JUDÆÆ *partes sunt* II:

II. Cis-Jordanica, in qua fuerunt Tribus IX & dimidia,

I. *Tribus Nephtali*, {
Lais. Heleph. Reccath. Abela.
Reblatha. Aroseth. Adami.
Iebnael. Lecum. Capharnaum.
Kedes-Nephtalim. Arbellis.
Magdalel. Carthan. Sephet.
Nephtalim. Naason.
Bethsemes. Asor.
Cariathaim. Amothdor.
Emath. Assedim.

II. *Tribus Aser*, {
Elkath. Cana Major. Roob.
Gabala. Cabul. Abdon.
Bethemet. Bethdagon.
Labanath. Sihor. Aco. Messal.

III. *Tribus Zabulon*, {
Zabulon. Cana Galilææ.
Anathon. Cethron. Bersabee
Semeron. Damna. Noa.
Dothaim. Bethulia.
Bethlehem Zabulonis.
Amathar. Remmon.
Bethsaida. Magdalum.
Iotapata. Tiberias. Iaphie.
Cartha. Legio. Chesselechtabor.
Tabor. Saffa. Sephoris.
Buria. Nazareth. Naalol.
Sarid. Gaba. Sicaminum.

IV. *Tribus Isachar*, {
Carmelus, *mons*. Gelboe, *mons*.
Bethsemes. Aphraim. Naim.
Seon. Endor. Anaarath.
Rabboth. Dabereth. Cesion.
Hachar. Abes. Ramoth.
Engannim. Enhadda.
Bethpheses. Cedes. Iezrael.
Iaramoth. Suna. Aphec.
Esdrelon. Casaloth.

Dimidia *Tribus Manasse*, {
Nopheth. Dor.
Turris Straronis. Capharnaum.
Mageddo. Ieblaan.
Adadremmon. Gaber.
Gethremmon. Tanac.
Acrabata. Aner. Bethseca.
Bethsan. Salem. Ennon.
Besech. Bethbera. Ephra.
Alexandrium. Abelmaula.
Therfa. Thebes. Nais.
Machmata. Narbatha.
Manath. Endor.
Galgal. Capharsalama.

V. *Tribus Ephraim*, {
Sarona. Gophna.
Bethoron superior.
Hyrcanium. Adarsa. Addus.
Phanuel. Pharaton.
Samaria, *Regia regni Israelit.*
Bethel. Sichem. Hebal, *mons*.
Garizim, *mons*. Luza.
Benith. Ennon. Thanathselo.
Iechmaan. Bethaven. Taphua.
Ataroth-Addar. Ianoe.
Ataroth. Naaratha. Ephrem.
Archiataroth. Duch. Mello.
Gethremmon. Najoth.
Ephron. Machmas. Silo.
Ruma. Iephleti.
Thamnathsara. Gazer.
Lidda. Ramatha.

VI. *Tribus Benjamin*,
- Nebo. Helam. Maſpha. Nobe.
- Amoſa. Bethoron inferior.
- Gabaon. Gabaa. Rama.
- Anathoth. Gabaath. Beroth.
- Bethel. Hay. Bethaven.
- Galgala. Lod. Hadid.
- Samaraim. Almon. Betharaba.
- Iericho. Ophora. Sela.
- Heleph. Ophni. Iarephel.
- Bahurim. Recem. Bethera.
- Hieroſolyma, *Caput Judæa, & Juda regni Regia.*
- Gethſemane. Bethphage.
- Bethania.

VII. *Tribus Juda*,
- Socho. Emaus. Bethſur.
- Mareth. Bethanoth. Eglon.
- Ethan. Bezec.
- Bethlehem Judæ. Thecua.
- Debera. Netophati. Segor.
- Adama. Seboim. Gomorra.
- Sodoma. Engaddi.
- Civitas Salis. Collis Achillæ.
- Cabſeel. Eder. Jagur.
- Cina. Cedes. Charmel.
- Carmelus, *mons*. Maon. Ziph.
- Iota. Nebſan. Gabaa.
- Accain. Zanoe. Iucadam.
- Hebron, *Regia Davidis per ſeptennium.*
- Iezrael. Gilo. Holon. Goſen.
- Anim. Hefron. Adar.
- Aſemona. Aſornoba. Samur.
- Iether. Ierimoth. Keila.
- Odollam. Leemas. Naama.
- Bethdagon. Cariathiarim.
- Aazar. Azecha. Lebna Maceda.
- Cheſlon. Lachis. Bethſemes.
- Sachrona. Gaza. Aſcalon.
- Azotus. Accaron. Gath.

VIII. *Tribus Dan*,
- Joppe. Jamnia. Caſphin.
- Mejajarcon. Arechon.
- Gethremmon. Bane. Thamna.
- Baalath. Helon. Ajalon. Jud.
- Adjada. Modin. Eltece.
- Gedor. Sarea. Heirſemes.
- Iethela. Gabarthon. Eſthaol.

IX. *Tribus Simeon*,
- Bethlebaoth. Seſenna. Siceleg.
- Modemena. Selim. Aen.
- Remmon. Harma. Bethul.
- Bethberai. Aſerſual. Aſſemon.
- Aſergadda. Molada. Dabir.
- Gerara. Berſabee.
- Deſertum arenoſum. Majuma.
- Anthedon. Raphia.
- Rhinocorura.

Poſterior Tabula Veteris Judææ.

II. JUDÆÆ ſub Romanis *partes erant* VI:

Cis Jordanem,
- I. *Judæa*, — Tribus Benjamin. Tribus Juda. Tribus Simeon. Pars maxima Tribûs Dan.
- II. *Samaria*, — Tribus Ephraim. Dimidia Tribus Manaſſe.
- III. *Galilæa*, *inferior*, — Tribus Iſachar. Trib. Zabulon. Pars T. Nephtali ad M. Galilææ.
- III. *Galilæa*, *ſuperior*, — Tota ferè Tribus Nephtali. Pars Tribûs Dan. Tribus Aſer.

Trans Jordanem,
- IV. *Trachonitis*, — Pars borea dimidiæ T. Manaſſe.
- V. *Peræa*, — Tribus Gad. Tribus Ruben.

Ad auſtrum Judææ, VI. *Idumæa*.

Flumina

Digitized by Google

Flumina Syriæ *celebriora exeunt in*
- Mare Mortuum,
  - *Jordanis*, vehens — Jabboc.
  - *Arnon.*
  - *Cedron.*
- M. Mediterraneum,
  - *Giſon.*
  - *Adonis.*
  - *Eleutherus.*
  - *Orontes.*

Tabula ſpecialis Turciæ Aſiaticæ Orientalis.

Turciæ Aſiaticæ Orientalis partes ſunt II,
- I. Diarbechia, ubi
  - *Diarbechia*, — Orpha. Bir. Rika. Karkiſe. Harran. Diarbekir. Aſanchif. Merdin. Geziré. Niſibin. Moſul. Tekrit.
  - *Iraca*, — Zab. Felougia. Cufa. Balſara. Gorno. Vaſet. Bagdat.
  - *Curdiſtania*, — Ninive. Cherazoul. Amadie. Bitlis. Salmaſtra. Van. Tadman.
- II. Turcomania, — Manuſcut. Majafarikin. Sumiſchach. Erzerum. Nackſivan. Karabag. Erivan. Kars.

Flumina Hujus Partis *celebriora exeunt in Sinum Perſicum*,
- *Euphrates*, vehens — Melam. Singam. Chaboram. Saocoram.
- *Tigris*, vehens — Lycum. Caprum. Gorgum.

CAPUT X.

Georgia. Mengrelia. Circaſſia. Comania.

PERAGRATA Turcia Aſiatica, ordo ducit ad Regionem Aſiæ, quæ Pontum Euxinum ſeu mare Nigrum, & Caſpium mare interjacet. In eâ occurrunt Georgia, Mengrelia, Circaſſia, atque Comania, quarum duæ priores plus vergunt in auſtrum, & duæ poſteriores in boream. I. *Regio Aſiæ inter Pontum & mare Caſpium.*

Georgia latè aut ſtrictè accipitur. Latè accepta terminatur ab auſtro Scirvaniâ, parte Perſiæ, Armeniâ majori, & præfecturâ Trapezuntinâ, parte Cappadociæ, nunc Amaſiæ; ab occaſu mari Nigro; à boreâ Circaſſiâ & Comaniâ; ab ortu Dagheſtaniâ, complectiturque in hac ſignificatione etiam Mengreliam. Fuit aliàs amplior, & uni Regi paruit, cujus regia ſedes erat Cotatis, nunc caput regni Imeretiæ. II. *Georgia Latè accepta.*

Georgia

III. *Georgia ſtrictè accepta; ubi*

Georgia ſtrictè accepta, aliàs propria, habet mare Caſpium ad ortum, & ad occaſum montes, quibus à Mengreliâ dividitur, & hoc ſenſu ſumit Georgiam Tavernierius, & alii. Georgia hæc, Gallis *Georgie*, aliis *Gurgien*, incolis & Aſiaticis *Gurgiſtan*, hodie eſt ſub poteſtate Regis Perſarum. Georgi dicuntur fortes, peritiſſimi ſagittarii, fideles, atque hiſce nominibus & Regi Perſiæ, & Magno Mogoli in amore, affabiles, vini generoſi, cujus ingens in Georgiâ ubertas eſt, ſupra modum amantes, formâ ſpectabili, in primis ſexus fœmineus, quem Rex Perſiæ & Turca ſibi expetunt. Pars longè potiſſima religionem Chriſtianam, cujus tamen perparùm gnara eſt, in primis viri, profitetur; cætera Muhamediſmum, cui favet Rex Perſiæ, qui vix ullum Georgiæ Præfectum, niſi Muhamedanum, patitur. Diſpeſcitur Georgia in duas Provincias, Gaguetiam & Carduelíam, præficitque & huic, & illi Præfectum Perſarum Rex ex ipſis Georgiæ Primatibus, quos titulo Regis condecorat. Gaguetia, *Gagheti*, ſeu *Kacheti*, Sanſoni *Zacheti*, regni nomine illuſtris, media eſt inter Scirvaniam, provinciam Perſiæ ad ortum, & Carduelíam, alteram partem Georgiæ, ad occaſum & boream. Sedet intra montana, & à fl. Cyro, *Kur*, perfunditur, ejuſque urbs nobilior eſt Zaganum, *Zagan*, ſeu *Zagain*, Sanſoni ad dictum fluvium. Contermina eſt Gaguetiæ ad occaſum & boream, uti modò notavimus, Carduelia, *Carduel*, ſeu *Cartuel*, Tavernierio *Kartelé*, alterum regnum Georgiæ, atque priori amplius, cujus caput, quin totius Georgiæ eſt Tephlis, *Teflis*, urbs non exigua, elegans, ſita ad fl. Cyrum in amœnâ regione, ingentem faciens ſerici mercaturam.

Gaguetia.

Carduelia.

IV. *Iberia.*

Ubi nunc Georgia propria, olim fuit Iberia, circumvallata montibus, media inter Albaniam ad ortum, Sarmatiam Aſiaticam ad ſeptentrionem, Colchidem ad occaſum, Armeniam majorem ad meridiem, ejuſque celebriores urbes erant Armactica, aliis Armotica, ſeu Harmaſtis, & Artaniſſa, atque à Cyro irrigabatur.

V. *Mengrelia.*

Ex Georgiâ pergimus ad Mengreliam, *Mengrelie*, partem alteram acceptæ latè Georgiæ. Ipſam terminat ab ortu explicita Georgia; ab auſtro Armenia major & Trapezuntina præfectura; ab occaſu mare Nigrum; à boreâ Circaſſia.

Mengre-

Digitized by Google

Mengrelia ferri & chalybis adeo dives eſt, ut Turciæ ſola ferè hæc ſubminiſtret mineralia. Nihil hìc frequentius, quàm quòd parentes liberos, quando nummorum aut rei cujuſcunque ſunt indigi, divendant, aut permutent cum rebus nullius. Quin qui præſunt Eccleſiæ, ne quidem manibus temperant, imo ſentiunt hoc ſibi juris competere, atque ideo bellos pueros puellaſque, quò pluris veneant, non rarò Turcis aut Perſis offerunt. Sacrificuli munia ſequior ſexus, virili in ſacris plerumque verſatior, hìc atque in Georgiâ frequenter obit. Reges Mengreliæ religionem Chriſtianam profitentur. Dividitur hodie in tres provincias, quarum quælibet venit regni nomine, & ſunt Imeretia, Guria, atque Mengrelia. Imeretia, *Imereti* ſeu *Imerete*, aliàs *Baſſaſiouch*, Tavernierio *Baſſachiouk*, ingens Mengreliæ provincia eſt, media inter Cardueliam, provinciam Georgiæ ad ortum, & Guriam, de quâ proximè, ad occaſum. In ejus meridionali tractu fluvius Phaſis, accolis *Rione*, Italis *Fazo*, ſæpè ſtagnans & fluxu ſegniſſimus, exoritur, univerſam rigans Imeretiam. Suo Regi obedit, cui & Guria, & Mengrelia etiam paruerunt, tunc præpotenti. Caput hujus Regni eſt Cotatis, *Cotatis*, urbs parva ad Phaſim, & montis radices, cum caſtro in rupe. *Imeretia.* Guria, *Guriel*, quibuſdam *Ghuria*, ſecunda provincia Mengreliæ, Imeretiam & mare Nigrum interjacet. Vivit ſub ſui Regis imperio, qui ſub Turcarum clientelâ eſt. Urbes non habet, quæ alicujus ſunt nominis. Sanſonus *Varthi* exprimit, oppidum ad mare Nigrum; Robbe *Azach* & *Baſſachiuch*. Ter- *Guria.* tia Mengreliæ provincia eſt Mengrelia, cui totius regionis nomen impoſitum eſt, incolis *Odiſci*, Georgis *Meghreli*, Guriæ ad ſeptentrionem contermina, & mari Nigro ad occaſum. Fertilis & irrigui ſoli eſt, ſub ſuo Rege, qui Magno Domino vectigalis, ſub ejuſdem degit clientelâ. Urbes ejus ſunt Phaſis, *Faſſo*, ad oſtium fl. cognominis, & Sebaſtopolis, *Savatopoli*, emporium celebre in intimo receſſu maris Nigri ad ortum. Sunt, qui hujus Mengreliæ partem faciunt provinciam Avogaſiam, quæ ipſam à boreâ attingit, & ad mare Nigrum occaſum verſus aliquantùm extenditur, ac cujus locus præcipuus eſt S. Sophia. Alii illic loci non locant Avogaſiam, ſed provinciam Abaſciam, *Abaſſa*. *Mengrelia.*

VI. *Colchis.* Pars posterior acceptæ latè Georgiæ, quæ nunc Mengrelia appellatur, Colchis antiquitùs nuncupata est, sita inter Iberiam, Armeniam majorem, Pontum & Sarmatiam Asiaticam. Huc Argo, primâ navi, Jason cum Argonautis, flore juventutis Græciæ, velificavit, velluſque aureum à Medeâ adjutus abstulit, & reportavit in Græciam. Populi Colchidis fuerunt Manrali, Zalæ, Zani, interque urbes eminebant Phasis, extrema olim navigationis meta, & Dioscurias, dicta dein Sebastopolis, de quibus in Mengreliâ strictè sumptâ meminimus.

VII. *Circassia.* Restant ex Regione Asiæ, quæ inter Pontum Euxinum & mare Nigrum est, Circassia atque Comania, quas ab explicitis Mengreliâ atque Georgiâ dividit Caucasus, mons inter Asiæ nobilissimos, editissimus, perpetuis tectus nivibus, medius inter Pontum Euxinum ad occasum & mare Caspium ad ortum, cujus pars occidentalis Corax est. Hodie variis variè effertur, *Cocas*, *Cochias*, *Albsor*, *Adazar*, *Salatto*, *Elbours*. Circassiam, *Cirkassien*, locat Tavernierius ad boream Mengreliæ, & occasum Comaniæ, à quâ per montana dividitur. Aliis Circassia est inter Georgiam, mare Caspium, fl. Volgam, sive Moscoviam, & Tanaim. Regio est, teste Tavernierio, dives montium, fontium, vallium, sylvarum, florum, campestrium, armentorum & pecorum, inter quæ equi, capri, & verveces laudem inveniunt. Nullæ hìc urbes sunt, aut munimenta, tantùm pagi circularis figuræ, in quorum medio ingens est area. Circassi, *Cherken*, seu *Cirkassiers*, ex rapto vivunt, & vicinas terras non solùm, sed & ipsos conterraneos depopulantur, qui vicissim in ipsos soliti sunt incursare. Mares & fœminæ nullo discrimine amiciuntur; illi barbam ante non alunt, quàm accedunt ad annum ætatis sexagesimum. Carent vitibus, nec potu *Kaffé*, nec tabaco tuntur, sed potu, qui ex hordeo paratur, & spiritu plenus est. Religio, quam profitentur, diversa est, & à Christianâ, & Muhamedanâ. Nobiliores inter Circassos in reliquos despoticum exercent imperium.

VIII. *Comania.* Comaniam, *Komanien*, omnes non eâdem ratione limitant. Sanson ipsam limitat ab occasu Pontus Euxinus, Bosphorus Cimmerius, & Palus Mœotis; à boreâ Tanais & Moscovia; ab ortu mare Caspium; ab austro mons Caucasus, sive Georgia

gia, nec à Circaſſiâ latè ſumptâ diſtinguitur. Sunt, quibus Tartaria minor etiam pars eſt Comaniæ. Tavernierius Comaniam reſtringit inter Circaſſiam ad occaſum; Moſcoviam ad ſeptentrionem; mare Caſpium ad ortum; & Georgiam ſtrictè ſumptam ad meridiem. Pars ejus orientalior campeſtris eſt, ſoli præpinguis, & irrigui. Pars maxima Comanorum, qui *Komouchs* appellantur, montium radices incolit, ex quibus copioſiſſimi fontes ſcaturiunt. Quando incurſus metuunt illorum, quos populati fuêre, cum prædis atque pecoribus intra montana ſe recipiunt. Veſtiuntur, qualiter minores Tartari. Lintea, & ſericum ipſis Perſia ſubminiſtrat. Vivunt ſub Regis Perſarum clientelâ, ejus ab hoc tractu præſidium. Moribus Circaſſis ſunt ſimillimi. Pars Comaniæ habetur Dagheſtania, *Dagheſtan*, ſeu *Dagueſtan*, ſita ad Georgiam propriam, Scirvaniam, provinciam Perſiæ, & mare Caſpium, atque à Tartaris inhabitata, ſub ſuis principibus, cujus primarius locus eſt *Tarku*, ad dictum Mare, cui & verſus boream in Comaniâ *Terki* adjacet. *Dagheſtania.*

IX. *Albania.* Ubi nunc Dagheſtania ſe offert atque in tractu confini, quondam erat Albania, media inter mare Caſpium, Armeniam majorem, Iberiam atque Sarmatiam Aſiaticam. Urbium nobiliores fuerunt duæ maritimæ, Getara & Albana.

X. *Sarmatia Aſiatica.* Quo loco Tavernierius Circaſſiam Comaniamque collocat, pars fuit Sarmatiæ Aſiaticæ, quam includit Cluverius à boreâ fluminibus Volgâ & Tanai; alii verò ipſam per Tartariam Moſcoviticam diffundunt. Sarmatia autem Aſiatica Cluverio pars eſt Scythiæ Aſiaticæ, de quâ verbum in Tartaria. Inter populos Sarmatiæ, qui benè multi fuerunt, celebriores erant Turcæ, Imperii Turcici conditores, qui inter paludem Mœotim, juga Caucaſi & mare Caſpium Auctoribus collocantur; item Amazones, muliebre genus bellicoſiſſimum, & celeberrimi nominis, quod juxta Tanaim habitavit, & dextram infantibus mammam adurebat, quò alacriores eſſent ſuo tempore ad arma capeſſenda & congrediendum cum hoſtibus. A Tanai iverunt in Cappadociam, fixis ad fl. Thermodoontem ſedibus, qui ex monte Amazonio delabebatur. In Græcos pro Trojâ ſteterunt, & Epheſus, nobilis urbs Ioniæ, ſtructa ab iis dicitur. Sequitur explicitæ Regionis Tabula.

Regio Asiæ *inter Pontum & M. Caspium*, in quâ
- Georgia propria, ubi
  - *Regnum Gaguetia*, Zaganum.
  - *Regnum Carduelia*, Tephlis, *Caput Georgiæ.*
- Mengrelia, ubi
  - *Regnum Imeretia*, Cotaïs.
  - *Regnum Guria*, Varthi. Azach. Batsachiuch.
  - *Regnum Mengrelia*, Phasis. Sebastopolis. S. Sophia.
- Circassia, ubi nulla Oppida, tantùm Vici.
- Comania, ubi Turku. Terki.

CAPUT XI.

Tartaria.

I. *Tartariæ limites & quantitas.*

PROGREDIMUR ad Tartariam, quæ & Tartaria Magna appellatur, ad differentiam Minoris, quæ in Europâ est, Gall. *Grande Tartarie.* Limites ejus ab occasu sunt mare Caspium & Tartaria Moscovitica; à boreâ mare Scythicum sive Tartaricum; ab ortu mare Kaimachitarum & fretum Esonis, Gall. *d'Estroit de Jesso*; ab austro Sina, India sive Imperium Magni Mogolis, & Persia. Inter omnes partes Asiæ continentis longè amplissima est, maximè surgit in boream, & in ortum diffunditur. Iuxta novissimas Chartas sita est intra gradum LXXXVIII & CXCV Longitudinis, exclusâ extra hanc Longitudinem Tartariâ Moscoviticâ, nec non intra gradum XXXII & LXXII Latitudinis. Ortum versus maximè acuitur.

II. *Cælum & Solum.*

Cælum Tartariæ pro sitûs varietate variat. Plerumque friget, interdùm fervet insignitèr, intonat, fulminat, & spirat vehementissimè, rarò pluit, persæpè ningit. Solum scatet editis montibus, desertis latè patentibus, sylvis ingentibus, lacubusque. Producit, sic ferunt, orizam, sericum, lanam, rhabarbarum, muscum, zingiber, cinnamomum, cariophylla, neque caret fodinis auri & argenti, neque unionibus ac coralliis. Dives quoque est armenti & pecoris, in primis equorum, qui parvi quidem sunt, sed pede celeres, robusti & patientes laboris. Tartari dicuntur brevioris staturæ, veri vultures, crudeles, infidi, avari, spurci, venerei contra

Digitized by Google


OCEAN SEPTENTRI
MER DE MOSCOVIE
Nort Cap
Nova Zemla
Kola
Candenos
Kolgor Ostrof
Pustozioro
Pobem
Tara
Tesma
LA Corcle
du
Pole
Pongea
Papinogorod
Lubeck
Archange
Lapkonian
RVSSIE
Permou Wchki
Polly
Chlanow
BLANCHE Wchki ou
Slavada
Orlow
Perchara
Jegra
Colmogoria
Colmac
Celebata
MOSCOE
Wchki Tumen
Caraga
Marmorco
VIE
Bulgar
Sibir
Gustina
TARTARIE
DESERTE
Ierom
Iaxartes
Occident
Desert
Dasasi
Resan
Vsbeck ou
Sachon
Sibur
Caracus
Cant
Bachara
Cerra
Reyno
Samarcand
Nasaph
Bochar
Caxgar
Iarchan
Lar
Eskent
Kasena
Acsus
Tamasi
THIBET
Andagon
Raosa
Asaraf
Sermegan
Dankaler
Pilo
Gola
Gorgian
Ierfis
Balch
Kerat
Baicu
Candahar
Attock
Beisbar
Moolo
PERSE
LA
SALA
THAY
L'IND
SE
Occidens
Orientales

LA GRANDE TARTARIE
Par le Sr Sanson d'Abbeville ...
Geographe du Roy
Arctique
Taibin Prom.
Bargu
Ciorza
Sumon
Catuesra
Carli
Caiuna
Mongul
Naiman
Caracoran
Molair
Naiman
Motrick
Belgian
Tanguth
Ergimul
Chinchintalas
Chialis
Aramul
Turfan
Pingle
Lop
Ciartiam
Gor
Caracan
Kalakatanka
Amur
Lac de Chiamay
Desert de Belgian
Desert de Lop
Tenduc
Tendue
Zambir
Vng
Iecmongul
Mangul
Tartar
Tangut
Egrigaia
Taiuan
Singuimatu
Quanganfu
Xandu
Gouzao
Achbaluch
Langio
Pindacia
Abiss
Cianduc
Cinglu
Padansu
Cambalu
Cinglu
Tydinfu
Quinchio
Pequin
Cinchio
Touchio
Xanton
Xenan
Corea
Coreo
Iesso
Detroit de Iesso
CHINE.
Escholle de 600 M. Bus Geometriq.
Midy

Digitized by Google

tra omne faſque decuſque, optimi equites, certiſſimi ſagittarii, penuriæ atque moleſtiarum tolerantiſſimi, deliciarumque ignorantiſſimi. Ædibus claudi nolunt, amant tentoria in aprico, lac, in primis equinum, orizam, ignari viarum Polarem ſtellam obſervant, partìm Muhamedani ſunt, partìm Idololatræ, & verſus mare Caſpium Judæi & Chriſtiani inveniuntur. Vaſtiſſimum hoc Imperium plurimi Reges ſeu Principes adminiſtrant, magno Chamo ſubjecti, aut vectigales & ſtipendiarii ipſius, qui in omnes ſubditos abſolutiſſimum exercet dominium. Quando novus Imperator in Imperium ſuccedit, non rarò priora nomina regionum urbiumque permutat, magno Geographiæ incommodo.

III. *Diviſio.* Dividitur vulgò Tartaria in partes V, Tartariam deſertam, Tartariam veram, Usbechiam, Turcheſtaniam, & Cathayam, quarum duæ priores plus in ſeptentrionem vergunt; at reliquæ in meridiem.

IV. *Tartaria Deſerta.* Tartaria Deſerta, Gall. *Tartarie Deſerte*, (ejus pars eſt Tartaria Moſcovitica, de quâ in Muſcoviâ meminimus) ab occaſu Tartariam Muſcoviticam contingit; ab ortu Tartariam veram; ab auſtro Usbechiam & mare Caſpium. Loca Tartariæ Deſertæ nobiliora habentur *Riſan*, ſeu *Rian*, juxta mare Caſpium, & oſtium fl. Jaicii; *Olgaria*; *Nahian*; *Giagian*; *Hian*; *Rudhan*; *Daranda*; *Marſan*; *Dademi*, ſeu *Dadeni*; *Schadrug*, ſeu *Sahadrug*, juxta Obium & lacum *Izejora*; *Daubaha*, ſeu *Dambaha*; *Loghman*; *Charman*; *Charcan*.

V. *Tartaria Vera.* Tartaria Vera, aliis vetus & propria, Gall. *Vraie Tartarie*, habet ab occaſu Tartariam Deſertam; à boreâ mare Tartaricum; ab ortu mare Kaimachitarum; ab auſtro Cathayam & Turcheſtaniam. Inter partes Tartariæ omnium maxima eſt. Hìc majoris momenti ſunt *Giarda*; *Mongul*, aliquibus ad lacum *Coras*, quem Tartarus pervadit, non procul à munimentis veterum Regum Tartariæ; aliis hinc ortum verſus removetur; *Tartar*, ſeu *Tatar*, prope fontes fl. cognominis; *Chakan*, ſeu *Kaimach*, ad ripam meridionalem fl. Ghammaſii; *Siſian* & *Aſtur* ad idem fl. ſuperiùs; *Carantia*, ad ampliſſimum lacum ejuſdem nominis in Turcheſtaniæ confinio, qui aliis Kithaya dicitur, ex quo variis provenit Obius, negantibus benè multis.

VI. *Usbechia.* Viſis duabus partibus borealioribus Tartariæ ad tres auſtraliores accedimus, facto ab occaſu initio. Atque ita ſe primùm offert Usbechia, ſive Yusbechia, *Usbeck*, aliàs Zagataia, *Zagathay*, Mawaralnahra, *Mawaralnahr*, & Trans-Oxiana, quam limitat à boreâ Tartaria Deſerta; ab occaſu mare Caſpium; ab auſtro Perſia; ab ortu Imperium Magni Mogolis & Turcheſtania. Habetur inter omnes partes Tartariæ cultiſſima, nobiliſſimaque, quæ cum vicinâ Perſiâ ingentem facit mercaturam. In ipsâ occurrunt *Acſu*; *Kaſghar*, caput regionis cognominis; *Baghara*, item *Bachara*, *Bochara*, & *Bockora*, Avicennæ Medici & Philoſophi natale ſolum; Samarcanda, ſeu Maracanda, *Samarcand*, ampla, & Regionis hujus facilè princeps, ſita in valle amœniſſimâ cum arce, regia olim magni Tamerlani, Tartarorum Imperatoris celeberrimi, illuſtris Academiâ, quam hìc ipſe inſtituit, etiamnum Muhamedanis in pretio; *Kesh* ſeu *Cash*, oppidum in Samarcandæ vicinià, Baudrando locus incunabulorum Tamerlani, qui pluribus Samarcanda eſt; *Balch* ſeu *Belch*; *Badaſcan*; *Banghir*.

VII. *Turcheſtania.* Sequitur Turcheſtania, *Turcheſtan*, quam ab occaſu limitat Usbechia; à boreâ vera Tartaria; ab ortu Cathaya; ab auſtro Imperium Magni Mogolis. In eâ eminet *Thibet*, aliàs *Tobbot* ſeu *Tobbat*, caput regionis ejuſdem nominis, quæ variis ponitur pro Turcheſtaniâ, quam fictam hìc eſſe arbitrantur; præter Thibet notamus *Beruan*, ad lacum cognominem, & *Ug*, verſus Cathayæ confinia.

VIII. *Cathaya.* Tandem ſupereſt ex Tartariâ pars quinta, & ultima, dicta Cathaya, *Cathay*, quæ terminatur ab occaſu Turcheſtaniâ; à boreâ Tartariâ verâ; ab ortu mari Kaimachitarum & freto Eſonis; ab auſtro Sinâ. Sunt, qui Cathayam partem faciunt ſeptentrionalem Imperii Sinarum, quibus proinde IV tantùm ponuntur partes Tartariæ. Cathayæ loca ſunt *Xamo*, ſeu *Camul*, cui Deſertum *Xamo* propinquum eſt, quod per Turcheſtaniam, atque in primis Cathayam valdè extenditur; *Tanju*, ſeu *Tangut*, præcipua regionis ejuſdem nominis; *Serra*; *Muoncheu*, nonnullis antè *Cambalu* (aliis *Cambalu* eſt *Peking*, ſeu *Xuntien*, caput imperii Sinenſis) urbs Cathayæ, quin Tartariæ, juxta Robbe, primaria, ad fl. *Caramoran*, contra urbem *Chakan* ſeu *Kaimach*, ad fl. Ghammaſium, de quâ ſuperiùs

periùs in verâ Tartariâ, ambitûs octo milliarium. Sanſonus, in Tabulâ Aſiæ inter Tartariæ urbes nec *Cambalu*, nec *Muoncheu* exprimit.

IX. *Tartaria aliter diviſa.*

A traditâ Tartariæ diviſione multùm abeunt Arabes, qui ipſam in plures partes partiuntur, nomine vix notas Europæis, quas verbulo juvat attingere. Partes illæ principaliores ſtatuuntur IX, X aut XI, pro variâ ipſarum aut conjunctione, aut diviſione, & ſunt (eo progrediemur ordine, quo membra prioris partitionis recenſuimus) regnum Bucharium, regiones Karacathaya, Mongalia, Kaimacha, regnum Kaſgarium, regio Mawaralnahra; regna Thibetum, Tangutum, Niucanum, & Iupia regio. Alii regnum Niucanum, regionem Iupiam & Niulhanam partes faciunt regionis Kinæ. Sunt, qui, neglectâ Kinâ, enumeratis ſtatim partibus regionem Niulhanam adjiciunt. Ex hiſce partibus duæ primæ, regnum Bucharium, *Buchar*, ubi Calmuchi, *Kalmouks*, populi, & regio Karacathaya, ſeu Chaulacha, *Karacathay*, ſeu *Chaulach*, ubi Chaulachitæ populi, partem tenent Tartariæ, quam antè Tartariam Deſertam nuncupavimus. Regio Mongalia, *Mongal*, item *Moal*, & *Magog*, partem borealem tenet Veræ Tartariæ, & in quatuor partes diſtribuitur, quarum occidentalis *Metrit* nominatur; borealis *Su-Moal* ſive *Tartar*; orientalis *Mercat*; & auſtralis *Ieka-Moal*, aliàs *Iagog* & *Gog*. Regio Kaimacha, ſeu Naimana, cujus populi Kaimachitæ, ſeu Naimani, *Kaimachites* aut *Naimans*, vocantur, inſidet partem auſtralem Veræ Tartariæ citra, ultra, & ſupra fl. Ghammaſium. Regnum Kaſgarium, *Kaſgar*, aliàs *Chalzag*, & regio Mawaralnahra, locantur, ubi ſuperiùs Usbechia. Regnum Thibetum, *Thibet* ſeu *Thobbat*, eſt loco Turcheſtaniæ, & regnum Tangutum, *Tangut*, item *Tanju*, & *Thokivé*, regnum Niucanum, *Niuche*, & regio Jupia, *Jupi*, ponuntur, ubi aliàs Cathaya.

X. *Serica.*

Quæ Tartaria hodie appellatur regio, antiquitùs partìm Serica, partìm Scythia nuncupata eſt. Serica, quam Seres, natio clariſſima, inhabitârunt, fuit in parte Tartariæ, quæ Cathaya dicitur, ſive regnum Tangutum, & Niucanum.

XI. *Scythia.*

Reliquam Tartariam occupabat Scythia, quam mons Imaus (ejus pars ſeptentrionalis dicitur *Althai*, & meridionalis *Bengiar*, atque in limite Imperii Magni Mogolis *Dalanguer*) dividebat

debat in citeriorem & ulteriorem. Scythia citerior ſpectabat occaſum, & vocabatur Scythia intra Imaum, ejuſque celebriores populi erant Iaxartæ, Maſſagetæ, Sacæ. Scythia ulterior in ortum extendebatur, aliàs Scythia extra Imaum. In parte boreali Veræ Tartariæ varii volunt fuiſſe terram *Gog* ſive *Magog*, quæ aliis ſtatuitur inter imperium Magni Mogolis & Sinam; at pluribus pars Scythiæ eſt circa montem Caucaſum, & Caſpium mare.

XII. *Tartariæ flumina: Oxus. Iaxartus. Rudha. Iaicus. Tartarus. Ghammaſius.*

Flumina, quæ Tartariam rigant, effunduntur aut in mare Caſpium, aut Tartaricum, aut Kaimachitarum. Illa ſunt Oxus, nunc *Gihon*, *Gehun*, & *Iihun*; Iaxartus ſeu Iaxartes, nunc *Seihun*, *Alshash*, *Ardock*, qui uti & prior Usbechiam pervadit; Rudha, *Rudha*, ac Iaicius, *Iaic*, qui per Tartariam Deſertam delabuntur. In mare Tartaricum exit Tartarus, *Tartar*, ſeu *Tatar*, fl. Veræ Tartariæ. Tandem in mare Kaimachitarum ſe exonerat Ghammaſius, *Ghammas*, nobiliſſimus Tartariæ fluvius, ortus ex montanis *Bengiar*, mediamque regionem Kaimacham, ſeu meridionalem tractum Tartariæ Veræ ab occaſu in ortum per ſexcenta circiter milliaria irrigans. Sequitur juxta geminam partitionem Tartariæ gemina ejuſdem Tabula.

Prior Tabula Tartariæ.



Tartariæ

Posterior Tabula Tartariæ.

- Tartariæ aliter divisæ *partes sunt* II:
  - Borealis, ubi
    - *Regnum Bucharium.*
    - *Karacathaya.*
    - *Mongalia,* { Metrit. Su-Moal. Mercat. Ieka-Moal.
    - *Kaimacha.*
  - Australis, ubi
    - *Regnum Kasgarium.*
    - *Mawaralnahra.*
    - *Regnum Tibetum.*
    - *Regnum Tangutum.*
    - *Regnum Niucanum.*
    - *Iupia.*

- Flumina Tartariæ *celebriora exeunt in*
  - Mare Caspium, { *Oxus. Iaxartus.* *Rudha. Iaicius.*
  - Mare Tartaricum, *Tartarus.*
  - M. Kaimachitarum, *Ghammasius.*

XIII. *Tartaria in hunc diem vulgata insufficientia. Laudata & expetita Tabula Nobiliss. & Amplissimi Witsen.*

Atque hæc breviter de vastissimâ regione, Tartariâ, prout eam vulgatæ in hunc diem Tabulæ delineant. At pluribus fortè, quàm par est, quùm quæ de eâ traduntur, non possint non esse incertæ fidei. Nam ab Europæo Orbe non tantùm remotissima est, sed & aditûs perquàm impediti, seu mari, seu terrâ fiat periculum, & à barbarâ gente incolitur; hinc Europæis negata ferè cum Tartaris commercia, proinde & fidæ relationes de Tartariæ habitu. Atque in hâc sententiâ vehementer confirmatus sum, quando Vir Amplissimus & Consularis, D. PAULUS VOET VAN WINSSEN, Illustr. ac Præpot. Ordinibus hujus Provinciæ à Secretis, nuper pro suâ humanitate & insigni literas promovendi studio, copiam mihi facere dignatus est ingentis Tabulæ, Partem Ortivam Europæ & Septentrionalem Asiæ, quæ Novam Zemlam atque Imperium Chinense interjacent, elegantissimè exhibentis, quam Vir Illustris, florentissimæ Amstelodamensium Reipublicæ Exconsul, variisque Legationibus pro Patriâ felicissimè obitis inclutus, D. NICOLAUS WITSEN, composuit ex fidissimis narrationibus, quas, viginti annorum curriculo & ampliùs, summâ curâ collegit, digessit, & ante quinquennium in suos usus excudi typis curavit. Cum eâ enim, quotquot in publicum prodierunt Chartæ, propemodùm nullâ parte conveniunt, & præter mera nomina vix quicquam commemorant.

rant. Idcirco voluiſſem lubens ipſam hìc in compendio exhibere, ſi potuiſſet animus præſagire, hoc Nobiliſſimo Auctori ingratum non fore. Aſt cum hucuſque cum intimis ſolùm eam communicaverit, religio mihi fuit, ipſam ullo modo in lucem protrahere; præſertim quia prolixa Viri de publico benè merendi voluntas neminem ſinit dubitare, quin tandem juſtis Geographiam adamantium deſideriis ſatisfacturus ſit, in Rei Geographicæ incrementum, & decus WITSENIANI NOMINIS.

CAPUT XII.

Terra Eſonis, &c. Sina.

I. *Terra Eſonis incognita.*

ANTEQUAM ad Sinam accedimus, de Terrâ Eſonis, & quæ ipſi propinqua ſunt, tribus verbis dicendum. Tartariæ ortivo littori objacet, Gall. *Terre de Eſo, Ieſo, Ieſſo, Tedſo*, ampla regio, quam ingens Fretum Eſonis, Gall. *d'Eſtroit de Ieſſo*, ab ipsâ dividit. Detecta eſt ejus ora ab occaſu, ortu & præſertìm meridie, atque luſtrata à Belgis & Portugallis, neque ſatis liquet, utrum inſula ſit, an continens. Variè variis extenditur. Credunt nonnulli, ipſam excurrere proximè Americam, atque ab ipsâ per ſolum fretum Anianum ſeparari. At quotquot ſunt Tabulæ Belgicæ, opinioni huic refragantur, relicto inter Terram Eſonis, & Americam ſpatioſiſſimo diſcrimine. Sunt, qui hanc Terram, mediante tenui Iſthmo, Iaponiæ à boreâ conjunctam arbitrantur, aut ab ipsâ disjunctam freto Sangario, *Deſtroit de Sangaar* ſeu *Zungaar*, decem circiter milliaria patente; ſed ſecus Chartæ Belgarum, quibus Japoniam borealem, & Terram auſtralem Eſonis fretum duorum ferè graduum interfluit. Terram Eſonis Japonenſibus ſubeſſe, auctor eſt Tavernierius, quibus pretioſas pelles ſuppeditat. Propinqua eſt Terræ Eſonis ab ortu Inſula Ordinum, *Staten Eylant*, & huic ortum verſus Terra Societatis, *Compagnies Land*, medio inter utramque freto Friſii, *Straet de Vries*, detectæ à Belgis; at quouſque hæc in orientem ſe diffundat, in hunc diem ignoratur.

Terra Ordinum & Societatis.

II. *Sina limites.*

Revertimur in Continentem Aſiæ, ex quâ nunc Sina inſpicienda

Digitized by Google

Tombotu
Salla Ar.
le Niger
Tambi
Dau Ar.
Gambia R.
Cantory
Cantory Reg
Locorur Ar.
PAYS
GAGO
Bangana
MANDINGARA Ar.
Mandinga
Cacores
Bouzes
Grande
MELLI
REGN.
Caragolis
Gago
Souzos
Deccabena
Malomba
Bellimo
Cacores Anguianes
Coriffene de Alephante grde de Xabanda
Vxoo
GUINE
Oceanu NE
Labore
Famba
Iamo de Domato
Alderrada
Casa de Metrike
Holombert
Hondaumout
Mendimonou
Golavey
Folgia
Carou mo nou
Quisabemo mou
Ada
Costa de Malegens
Costa de Bone
Quaquacus
Baggia
Iand'Coust
Rio de Lagoa
Cabo Tres Puntas
Cabo das Palmas
OCEAN
MER DE GUINEE
OCCIDENTAL, ou ATLANTIC.
Ligne Equinoctiale ou Equateur

LA GUINÉE
et Pays circomvoisins;
Tires de Mercator de Blommart &c.
Par N. Sanson d'Abbeville Geogr:
ord. du Roi.
NE GRES.
REGNUM.
ROYAUME DE BENIN
GOLFE DE BENIN.
GOLFE DE QUE
Gaboe
Benin
Ouwerre
Ardra
Dahomy
Acanes Portugueses
Issas
Adies
Ningo
Popou
Cormantin
Mouree ou Fort de Nassau
Cabo Formosa
Fernando Po
S.T THOMAS
I. de Cabres
I. Corisco
I. de S. Thomas
I. de Pavoasen
I. de Roles
I. d. Prince
Cabo de S. Juan
R. Benin
R. Camarones
R. Bento
R. Bereo
R. de S. Benito
R. de S. Juan
Rio Real de Calabari
Rio Formoso
Rio Lagos
Rio Lagoa
Rio Lagos
Rio Ramos
Rio de Lagos
Rio Volta
Rio Lagoa
Rio Berku
Rio Lagoa
Rio Lagoa
Rio Lagoa

Digitized by Google

ſpicienda eſt. Sina, aliis China, item Imperium ſeu Regnum Sinarum, aut Chinæ, Gall. *Royaume de la Chine*, non eodem ſemper nomine à Sinis exprimitur, nam quotieſcunque aliquis ex novâ ſtirpe adit Imperium, novum pro Imperantis arbitrio ipſi nomen obtingit. Limitatur Sina ab ortu mari Sinenſi; ab auſtro eodem, & regno Tunchino, parte Indiæ extra Gangem; ab occaſu eâdem Indiâ, & regno Thibeto, parte Tartariæ; à boreâ regnis Tanguto & Niucano, Tartariæ partibus, à quibus partìm altiſſimis & inacceſſis ferè montibus, partìm Muro dividitur, qui, quod fidem penè ſuperat, excurrit ad trecenta circiter milliaria Germanica (aliis longè ampliùs) per planitiem, quæ hìc infrequens, per ſaxa abrupta ipſoſque montes, nullibi interruptus, niſi quà montes editiſſimi. Ex ſilice ſtructus eſt, adeò ſolidus, ut ne clavum quidem intra commiſſuras admittat, altus XXX cubitos Sinenſes, latus XII ſive XV, præditus altis turribus, ad certam diſtantiam à ſeſe remotis, portiſque, ubi neceſſum eſt, quibus in Muri tutelam caſtella imminent, militum præſidiariorum habitatio. Adjiciunt Sinæ, totos montes lapideos in fabricam ejus exciſos, atque Deſertum arenoſum, quod ipſi cementum ſubminiſtravit, abſumptum fuiſſe. Ultra verò hunc Murum verſus ſeptentrionem & occaſum Sina etiam protenditur, ubi aliàs Cathayam ex parte collocant, quæ pars ejus ſeptentrionals variis appellatur.

Murus Sinenſis.

III. *Sinæ conſtitutio.*

Sinam Sinæ populi antiquitùs inhabitârunt. Ipſam communiter ſtatuunt intra gradum XX & XLII, aliis XLIII Latitudinis borealis, & ab occaſu in ortum ad gradus circiter triginta porrigitur. Regio eſt inter cultiſſimas & nobiliſſimas Aſiæ, cœli ſatis temperati, præter tractum borealem, in quo bruma diu ſævit, abundans pecoris, frumenti, fructuum omnis generis, etiam malorum aureorum, mellis, ſacchari, orizæ, ſerici, rhabarbari, radicis Chinæ, nucis muſcatæ, muſci, auri, argenti, quæ lex publica vetat effodere, æris, ferri, chalybis, vaſorum porcellanorum, quorum fruſta claviculis æneis & filo conſui poſſunt, ne liquorem tranſmittant, fluminum, piſcium, unionum, avium. Populoſiſſima eſt, ſcatetque urbibus & vicis. Illarum nobiliores ferè ſunt juxta quoſdam CL, & inferioris ſortis MCCXXII; vicorum verò

ſupra MD. Os Sinenſibus pro variâ loci latitudine flavet, nigrum eſt, aut albicat. Amant impensè agriculturam & alchymiſticam. Prolixis crinibus delectantur. Literarum loco utuntur figuris & imaginibus, quarum numerus ferè innumerus. Tormenta, pulverem nitratum, & artem Typographicam diu ante Europæos cognovêre. Ingenioſi ſunt, vitæ perennis cupidiſſimi, ſuperſtitioſi, idololatræ, interque ipſos complures ſunt Romano-Catholici. Subeſt Sina maximâ ex parte Regno Niucano, parti Tartariæ, quæ ipſi ad ſeptentrionem eſt contermina.

IV. *Sina diviſio.* Dividitur Imperium Sinenſe in Provincias XV, quæ ſunt Xanſia, Honania, Xenſia, prov. Suchuenſis, Iunnania, Queichea, Quanſia, Huquania, Quianſia, Quantunia, prov. Fochienſis, Chequianenſis, Nanchinenſis, Xantonia, & prov. Pechinenſis, quibus accedunt provincia Leaotunia, & Corea peninſula, quæ quidem ſub Imperio Sinenſi ſunt, ſed provinciis ejus non accenſentur. Dividunt vulgò ampliſſimas haſce quindecim Provincias in ſeptentrionales & meridionales; nos verò eas, unà cum Leaotuniâ & Coreâ, in mediterraneas & maritimas partimur, quarum illæ novem priores ſunt mox recenſitæ, hæ autem octo reſiduæ, quas tradito ordine percurremus.

V. *Pars Sinæ ad fl. Hoang; ubi Xanſia.* Inter Provincias Mediterraneas tres primæ Xanſia, Honania, Xenſia, in boream vergunt, & fl. *Hoang* adjacent; ſex cæteræ ſitæ ſunt auſtrum verſus ad aut circa fl. *Kiang*. Xanſia, *Xanſi*, provincia eſt ad Murum Sinenſem, media inter Xenſiam ad occaſum, & prov. Pechinenſem ad ortum, minor, montoſa, cœli ſalubris, optimi ſoli, uvarum nobiliſſimarum divitis, primùm inculta à Sinenſibus. Urbes ejus ſunt Taitunga, *Taitung*; Taiyvenum, *Taiyven*, Provinciæ præcipua; Fuencheum, *Fuencheu*; Pingyanum, *Pingiang*; Luganum, *Lugan*. *Honania.* Cis & trans fl. *Hoang* occurrit provincia Honania, *Honan*, quam Orbis Terreſtris centrum occupare incolæ opinantur. Plena rivis deliciiſque eſt, cœli clementiſſimi, ſoli uberrimi, habita Sinenſibus Paradiſus, & quondam hiſce nominibus non ſemel ſedes Imperatorum Sinenſium. Inter urbes præſtant Hoaichinga, *Hoaiking*; Honania, *Honan*; Caifunga, *Caifung*, Provinciæ nobiliſſima; Queitum, *Queite*; Iuninga, *Iuning*;

Juning; Nanyanga, *Nanyang*. Honaniæ ab occaſu contigua eſt Xenſia, *Xenſi*, quæ à & Xanſiâ per fl. *Hoang* dividitur, & partem continet occidentaliſſimam & auſtraliſſimam Muri Sinenſis, ab occaſu Thibeto regno contermina, abundans fluminum, inter quæ & aurifera, pluviæ tamen non rarò perquàm indiga, locuſtis multùm vexata, aliàs fertiliſſima. Caput hujus Provinciæ eſt Siganum, *Sigan*, præter quod inter meliores urbes numerantur Fungcianum, *Fungciang*; Cunghanum, *Cunchang*; Linyanum, *Linyano*; Hanchunum, *Hanchung*. *Xenſia.*

VI. *Pars Sinæ ad aut prope fl. Kiang; ubi prov. Suchuenſis.*

Sequuntur ſex cæteræ Provinciæ Mediterraneæ, quæ ad aut circa fl. *Kiang* ſe offerunt. Inter eas ordine prima eſt provincia Suchuenſis, *Suchuen*, ſita proximè fontes dicti fluminis, in quâ nihil ad vitam, nihil ad voluptatem deeſt, partìm montoſa, partìm plana, abundans ſerici, radicis Chinæ, atque rhabarbari. Inter clariores urbes referuntur Paoninga, *Paoning*; Xunchinga, *Xunking*; Queicheum, *Queicheu*; Chungkina, *Chungking*; Chingtienum, *Chingtu*, Provinciæ hujus clariſſima; Kiunchoa, *Kiungchoa*; Mahum, *Mahu*; Siucheum, *Siucheu*. Ad auſtrum hujus Provinciæ occurrit Junnania, *Junnan*, cui nec pretioſiſſima metalla, nec lapides, nec muſcus, nec ſericum deſunt. Potiores urbes habentur Talium, *Tali*; Iunnania, *Innan*, prima; Linganum, *Lingan*; Quangnanum, *Quangnan*; Chinchianum, *Chinchian*. Ad ortum Junnaniæ jacet Queichea, *Queicheu*, provincia montoſa, cum lætis convallibus, abundans equorum & mercurii, parùm à fl. *Kiang* recedens in ortum. Urbes majoris nominis ſunt Queiyanga, *Queiyang*, princeps Provinciæ; Sunanum, *Sunan*; Lipinga, *Liping*; Tuchum, *Tucho*. Queicheæ ad meridiem proxima eſt Quanſia, *Quangſi*, provincia inter minimas, atque à fl. *Kiang* remotior, cujus clariores urbes ſunt Tiencheum, *Tiencheu*; Nanninga, *Nanning*; Cincheum, *Cincheu*; Queilinum, *Queilin*, Quanſiæ primaria. Binas ultimas provincias magnitudine multùm ſuperat Huquania, *Huquang*, ſita inter Quanſiam ad auſtrum, & Honaniam ad boream, quam fl. *Kiang* ab occaſu in ortum pervadit, & plura alia perfundunt, quæ hìc in alveum ejus delabuntur. Provincia eſt piſcoſiſſima, & adeo ferax orizæ, & frumentorum, ut victum toti Sinæ poſſit ſubminiſtrare. Inter urbes ejus eminent Iungcheum, *Iungcheu*; Paochinga, *Queicheæ.* *Quanſia.* *Huquania.*

chinga, *Paoching*, ſeu *Poaking*; Changxa, *Changxa*; Changta, *Changte*, juxta lacum *Tunting*; Chingtienum, *Chingtien*; Siangyanum; *Siangyang*; Teganum, *Tegan*; Hoangcheum, *Hoangcheu*; Vuchanum, *Vuchang*, ad fl. *Kiang*, Huquaniæ celeberrima. Ad ortum Huquaniæ jacet Quianſia, *Kiangſi*, ſexta, ſeu ultima inter Provincias Mediterraneas, quæ ad aut prope fl. *Kiang* collocatæ ſunt. Ad meridiem montoſa eſt, & qui convalles haſce inhabitant, inclinatione voluntatis in furta & rapinas propendent. In montibus inveniuntur nobiliſſima metalla, aurum, argentum, ſtannum, plumbum & ferrum. Pars cætera Provinciæ ſatis culta, amœna & fœcunda eſt, ac fœminæ fœcundiſſimæ. Nullibi in Sinenſi Imperio meliora vaſa Porcellana finguntur, quàm in hujus Provinciæ pago unico, quem *Sincktesimo* nominant, quod aquis ejus communiter imputatur. Urbes ejus ſunt Iaocheum, *Iaocheu* ſeu *Iaucheu*, ad Lacum *Poian*, ubi vaſorum Porcellanorum ſumma copia; Nanchangum, *Nanchang*, primaria ad eundem Lacum & fl. *Chang*; Iuencheum, *Iuencheu*; Chieganum, *Kiegan*; Chienchanum, *Kienchang*; Cancheum, *Cancheu*; Nanganum, *Nangan*.

Quianſia.

VII. Traditis novem Provinciis Mediterraneis Imperii Sinenſis, ad ſex reliquas Provincias ipſius, item Leaotuniam & Coream, Maritimas omnes progrediendum. Inter haſce tres occurrunt auſtraliores, quas oceanus Chinenſis alluit, Quantunia, prov. Fochienſis, & Chequianenſis. Quantunia, *Quantung*, maximè in auſtrum vergit & occaſum, media inter regnum Tunchinum, & prov. Fochienſem, à quâ editis montibus ſeparatur, quemadmodum & à Quianſiâ, Huquaniâ, & Quanſiâ. Ad navigationes opportuniſſima eſt, dives commerciis. Cælum habet, vel ipsâ brumâ, mitiſſimum. Partìm plana, partìm montoſa eſt, abundat frumento & plurimis fructibus, uvis, piris, nucibus, caſtaneis, malis granatis, aureis, neque deſunt pretioſi lapides, metalla, ſal nitri, ſericum. Inter urbes ejus eminent Xaocheum, *Xaocheu*; Liencheum, *Liencheu*; Quancheum, *Quancheu*, Quantuniæ nobiliſſima, juxta oſtium fl. *Lancang*; Hoeicheum, *Hoeicheu*, & Caocheum, *Caocheu*. Provincia Fochienſis, *Fokien*, clauditur provinciis Quantuniâ, Quianſiâ, & Chequianenſi. Scatet monti-

Pars Sinæ ad mare Sinenſe ubi

Quantunia.

Prov. Fochienſis.

montibus, collibus, qui arboribus conſiti ſunt, fontibus, rivis limpidiſſimis, orizâ. Ad navigationes etiam aptiſſima eſt. Clariores urbes hujus Provinciæ habentur Tingcheum, *Tingcheu*; Xaoum, *Xaouu*; Ienpinga, *Tenping*; Changcheum, *Changcheu*; Focheum, *Focheu*, caput Provinciæ. Provincia Chequianenſis, *Chekiang*, Fochienſi à ſeptentrione contigua eſt, temperati cœli, diſtincta nobiliſſimis campis, montibus, vallibus, fontibus, amnibus, ſylvis, moris. Bombycum & optimi ſerici hìc ſumma ubertas eſt. Inter urbes ejus majoris ſunt nominis Cuencheum, *Cuencheu* ſeu *Vencheu*; Chucheum, *Chucheu*; Chiucheum, *Kiucheu*; Niencheum, *Niencheu*; Hangcheum, *Hangcheu*, Provinciæ celeberrima; Hucheum, *Hucheu*. *Prov. Chequianenſis.*

VIII. *Pars Sinæ ad ſinum Nanchinenſem; ubi*

Sequuntur borealiores Provinciæ Maritimæ Imperii Sinenſis, Nanchinenſis, Xantonia, & prov. Pechinenſis, cum Leaotuniâ & Coreâ. Omnes & ſolas ampliſſimus ſinus Nanchinenſis, ſeu Nanquinenſis, *G. de Nanquin*, aliàs ſinus Gangus, *G. de Gang*, interfluit. Ad fauces & littus occidentale hujus Sinûs ſe offert provincia Nanchinenſis, *Nangking*, ſeu *Nanking*, inter principes Imperii Sinenſis, cujus pars auſtralis montoſa eſt, cætera campeſtris, pinguiſſima, ſerici abundantiſſima, dives commerciis & navigationibus. Rigatur celeberrimis Sinæ fl., *Kiang*, & *Hoang*. Inter urbes ejus excellunt Hoeicheum, *Hoeicheu*, ſub cujus ditione montana ſunt, ex quibus terra, materies vaſorum Porcellanorum, maximâ quantitate effoditur, & regio ſigillo munita, tranſportatur in conterminam provinciam Quianſiam, ut ibidem, uti dictum ſuperiùs, ex eâ hæc vaſa adornentur; Gankingum, *Ganking*, ad fl. Kiang; inferiùs Chicheum, *Chicheu* ſeu *Thicheu*; Nanchinum ſeu Nanquinum, *Nangking*, aliàs *Nanking* & *Kiangning*, Caput hujus Provinciæ, & quondam Imperii ſedes Regia, in fertiliſſimâ planitie, quam cum palatio regio vaſtârunt Tartari, deinceps verò reſtaurata eſt, hodie ampliſſima, cum innumeris pontibus, emporium populoſiſſimum, celebratiſſimum, quod Provinciæ & proximo Sinui nomen impoſuit; Yancheum, *Tangcheu*; Hoaiganum, *Hoaigan*; Chucheum, *Chucheu*; Lucheum, *Lucheu*; Fungiangum, *Fungiang*; Siucheum, *Siucheu*. Provinciæ Nanchinenſi ad ſeptentrionem proxima eſt Xantonia, *Xantung*, quam ab ortu & boreâ ſinus *Prov. Nanchinenſis.* *Xantonia.*

ſinus Nanchinenſis alluit. Cœli frigidioris eſt, à locuſtis non rarò affligitur, pluviam frequenter appetit, affluitque leguminibus, fructibus omnis generis, carnibus, piſcibus & ſerico. Meliores ejus urbes ſunt Tunchanum, *Tunchang*; Cincheum, *Cingcheu*; Luicheum, ſeu Laicheum, *Laicheu*; Cinanum, *Cinan*, Caput Xantoniæ. Plus in occaſum & boream abit provincia Pechinenſis, *Peking*, ſeu *Pecheli*, ſita ad intimum receſſum ſinûs Nanchinenſis, & murum Sinenſem collocata. Inter Provincias hujus Imperii primum ſibi locum vendicat, cœli ſaluberrimi, brumali tempore frigidiſſimi, campeſtris, ſed propter copiam ſabuletorum ſterilior. Inter urbes celebrantur Taminga, *Taming*; Xunta, *Xunte*; Chintinga, *Chinting*; Paotinga, *Paoting*; Hochienum, *Hokien*; Pechinum, *Peking*, id eſt palatium Regium ſeptentrionale, aliis Xuntienum, *Xuntien*, id eſt obediens Cœlo, urbs vaſtiſſima, hujus Provinciæ non tantùm, ſed & totius Imperii Sinenſis longè præcipua, ſede Regiâ, quæ Nanchino hùc tranſportata eſt, maximè illuſtris, populoſiſſima, in planitie ad montium radices ædificata; Iunpinga, *Iungping*.

Prov. Pechinenſis.

IX. *Pendet à Sinis Leaotunia.* Poſt traditas XV Provincias Sinæ, tàm Mediterraneas, quàm Maritimas, percurrendæ ſunt Leaotunia, & Corea, quæ ab hoc etiam dependent Imperio. Leaotunia, *Leaotung*, ampliſſima, populoſiſſima, fertiliſſimaque provincia eſt, Sinæ obediens, poſita ad intimum receſſum ſinûs Nanchinenſis, & murum Sinenſem, media inter provinciam Pechinenſem ad occaſum, & Coream ad ortum. Urbes majoris momenti ſunt Ningyva, *Ningyve*; Leaoyanga, *Leaoyang*, Caput Leaotuniæ; Kincheum, *Kincheu*, Sinui adjacens.

X. *Item Corea.* Regnum Corea, incolis *Tiocencouk*, Luſit. *Corea*, Gall. *Corey*, ſeu *Corée*, peninſula eſt, feudum Imperii Sinenſis, quam ab occaſu terminat Leaotunia, & ſinus Nanchinenſis; ab ortu mare Sinenſe; à boreâ regnum Niuchanum Tartariæ. Maximè excurrit inter ſeptentrionem & meridiem, aliquibus ad CL milliaria; at longè minoris eſt latitudinis, in primis auſtrum verſus, ubi magis acuitur. Regio pinguiſſima eſt, montes aurum & argentum, aquæ orizam, mare margaritas ferunt. Incolæ cum ſolis Sinenſibus & Iaponenſibus faciunt mercaturam. Urbes Coreæ præcipuæ ſunt Pingganum, *Pinggan*;

gan; Siorum, *Sior*, Regni Caput; Conſium, *Conſio*; Chentium, *Chentio*; Sagſangum, *Sagſiang*, littori ortivo adjacens. Subeſt quoque Coreæ Regi inſula Quelpartia, *Quelpart*, diviſa ab ejus meridionali littore milliaribus XII, ambitûs XV mill., cujus primaria urbs eſt Mogganum, *Moggan* ſeu *Mocxo*, ſedes Præfecti.

XI. *Sinæ flumina: Croceus.*

Multis Fluviis Sina perfunditur, inter quos duo nobiliſſimi, Croceus & Cæruleus. Fl. Croceus, cui color luteus dicitur nomen feciſſe, incolis *Hoang*, provenit in confiniis Indiæ extra Gangem, & regni Thibeti Tartariæ ex lacu *Soſing*; hinc in ſeptentrionem fluxum dirigens per dictum regnum perlabitur, item Xenſiam provinciam, & partem regni Tanguti, in quo, verſo curſu in meridiem, & ſuperato Muro Sinenſi, Xenſiam à Xanſiâ ſeparat; dein in ortum progreditur per ſeptentrionalem tractum Honaniæ & prov. Nanchinenſis, in quâ in Sinum cognominem ſe effundit, confecto ſexcentarum circiter Leucarum itinere. Alter Fluvius, priori minor atque meridionalior, eſt *Kiang*, dictus Cæruleus, & Filius maris. Ortum habet in Provinciâ Iunnaniâ juxta urbem ejuſdem nominis, quam ubi perfudit, ſecat prov. Suchuenſem, Huquaniam, in quâ lacum *Tunting* pervadit, atque Vuchanum rigat, nec non prov. Nanchinenſem, & infra Nanchinum in fauces ſinûs Nanchinenſis ſe exonerat. *Caruleus.*

XII. *Reſidua, quæ Sinis ſubſunt.*

Ultimùm moneo, Sinis quoque ſubeſſe Formoſam, Macaum & Haynaniam, inſulas Oceani Indici, de quibus proximo Capite. Iiſdem tributum pendunt regnum Tunchinum & Cochinchina, partes Indiæ extra Gangem. Quin (ſic quidam contendunt) Sinis aliquando India univerſa paruit. Sequitur Tabula Imperii Sinenſis generalis, cum duabus Specialibus.

SINÆ *partes ſunt* II:

- I. Mediterranea, in quâ Provinciæ IX,
  - *Ad fl. Croceum*, { Xanſia. Honania. Xenſia.
  - *Ad aut prope fl. Caruleum*, { Suchuenſis. Iunnania. Queichea. Quanſia. Huquania. Quianſia.
- II. Maritima, in quâ Provinciæ VIII,
  - *Ad mare Sinenſe*, { Quantunia. Fochienſis. Chequianenſis.
  - *Ad Sin. Nanchinenſem*, { Nanchinenſis. Xantonia. Pechinenſis. Leaotunia. Corea.

II Tabulæ ſpeciales Sinæ.

- **I. Pars Sinæ Mediterranea**, in qua Provinciæ IX:
  - Ad fl. Croceum,
    - *Xanſia*, — Taitunga. Taiyvenum. Fuencheum. Pinganum. Luganum.
    - *Honania*, — Hoaichinga. Honania. Caifunga. Queitum. Iunninga. Nanyanga.
    - *Xenſia*, — Siganum. Fungcianum. Cunghanum. Linyanum. Hanchunum.
  - Ad aut prope fl. Cæruleum,
    - *Suchuenſis*, — Paoninga. Xunchinga. Queicheum. Chungkine. Chinguenum. Kiunchoa. Mahum. Siucheum.
    - *Iunnania*, — Talium. Iunnania. Linganum. Quangnanum. Chinchianum.
    - *Quichea*, — Queiyanga. Sunanum. Lipinga. Tuchum.
    - *Quanſia*, — Tiencheum. Nanninga. Cincheum. Queilinum.
    - *Huquania*, — Iungcheum. Paochinga. Changxa. Changa. Chingtienum. Siangianum. Teganum. Hoangcheum. Vuchanum.
    - *Quianſia*, — Iaocheum. Nanchangum. Iuencheum. Chieganum. Chienchanum. Cancheum. Nanganum.
- **II. Pars Sinæ maritima**, in qua Provinciæ VIII:
  - Ad mare Sinenſe,
    - *Quantunia*, — Xaocheum. Liencheum. Quancheum. Hoeicheum. Caocheum.
    - *Fochienſis*, — Tingcheum. Xaoum. Ienpinga. Changcheum. Focheum.
    - *Chequianenſis*, — Cuencheum. Niencheum. Hangcheum. Hucheum.
  - Ad Sinum Nanchinenſem,
    - *Nanchinenſis*, — Hoeicheum. Gankingum. Chicheum. Nanchinum. Yancheum. Hoaiganum. Chucheum. Lucheum. Fungiangum. Siucheum.
    - *Xantonia*, — Tunchanum. Cincheum. Luicheum. Cinanum.
    - *Pechinenſis*, — Taminga. Xunta. Chintinga. Paotinga. Hochienum. Pechinum, *Caput Imperii Sinenſis*. Iunpinga.
    - *Leaotunia*, — Ningyva. Leaoyanga. Kincheum.
    - *Corea*, — Pingganum. Siorum. Confium. Chentum. Sagfiangum.

Flumina Sinæ *celebriora exeunt in Sinum Nanchinenſem*, — Croceum. Cæruleum.

CAPUT

Digitized by Google

Touchoo
Isle
OCE
Les Isl
Isle
Ocean ou
de
Corey
Mer
Japon
Occident.
Des
Larrons
Chekatay
Toroa
Xino
Xicoo
Bayoco
Goto
La
Chine.
Tanacuma
les Sagesses
Hiver seule


ou TERRE DE IESSO,
YEDZO, ou
SESSO.
LES DV
PON.
A N
P. H. O. N.
N I
Matzumay
Sando
Sisime
Quami
Nasima
Toy
Gisima
Lasima
Meacexuma
Fochcuxima
Mitfuqiami
Oriental
Eschelle
Mille Pas Geometriques
Lieues communes de France
Lieues d'une Heure chacune
180
185
35
30

Digitized by Google

CAPUT XIII.

Insulæ Oceani Indici contra Sinam.

I. *Insulæ Oceani Indici contra Sinam.*

AGGREDIMUR quintam partem Asiæ, Insulas Oceani Indici seu Orientalis, sitas contra Sinam & Indiam. Illarum numerus innumerus est; proinde illustriores solùm recensebimus. Insulæ, quæ contra Sinam jacent, aut ipsi propinquiores sunt, aut ab ipsâ insigniter removentur. Propinquiores sunt Insulæ Japonicæ, Insulæ Formosa, Macaum, & Haynania, subjectæ Sinensibus, nec non Insulæ Philippinæ; insigniter verò removentur Insulæ Latronum & Moluccæ.

II. *Insularum Japonensium constitutio.*

Initium ducamus ab Insulis Japonensibus. Insulæ Japonenses, aliis Japonicæ, aut Japonia simpliciter, Gall. *les Isles du Japon*, Belgis *Japan*, limitantur ab occasu mari Sinensi, quo à Sinâ & Coreâ dividuntur; à boreâ Oceano orientali, & freto Sangario, quod ipsas à Terrâ Esonis separat; ab ortu & austro Oceano etiam orientali. Sitæ sunt intra gradum XXXI & XL latitudinis borealis. Scatent montibus, feraciſſimæ tamen rerum omnium, quæ vita expoſcit, etiam orizæ candidiſſimæ. Copiam habent auri, argenti, aliorumque metallorum, item pretioſorum lapidum & coralliorum. Urbes ipſarum ſine muris ſunt, atque ædificia ex ligno, unde crebra incendia. Japonenſes ingenioſi dicuntur, veraces, temperantes, juſti, fortes, fidi, artis ſimulandi & diſſimulandi peritiſſimi, crudeles, violentas ſibi manus ſæpè inferunt, idololatræ, in primis Solis, ſcripturi Sinenſium utuntur imaginibus, quare nonnulli ſuſpicantur, Japonenſes à Sinenſibus ortum ducere. Subſunt hæ Insulæ uni Imperatori, cujus imperium abſolutiſſimum eſt. In illis inter omnes Chriſtianos Hollandi ſoli negotiantur, poſt Portugallos & Anglos; illis ante ſemi ſeculum ad internecionem deletis à Japonenſibus; his periculoſiſſimum mare, & iter longiſſimum ac parùm proficuum faſtidientibus.

III. *Præcipuæ ſunt tres:*

Inter Insulas Japonenſes, quæ benè multæ ſunt, tres magnitudine eminent, Niphonia, Xicoca & Ximum. Niphonia,

Insula Niphonia. *Niphon*, aliàs Japonia propria, *Japan*, Xicocâ & Ximo junctis quadruplo major perhibetur, perquàm sinuosa insula. Ab occasu in ortum ultra ducenta milliaria diffunditur; ubi maximè lata est, ultra septuaginta; ubi minimè, ad triginta circiter; ambitum sexcentorum ferè constituunt. Alterum montem Ætnam ostentat & tres rivos ex sulphure. Hodie in V partes dividitur, quæ, quando ab occasu in ortum progredimur, sic sequuntur & sonant, teste Tavernierio, *Iamaisoit*, aliàs *Iamastero*, *Ietsen*, aliàs *Ietsengo*, *Ietsegen*, *Quanto*, & *Ochio*, quæ in LIV seu LV regna, sive provincias denuò dividuntur. Inter urbes Niphoniæ facilè princeps est Iedum, *Iedo*, urbs longa tria, & lata duo milliaria, populosissima, illustris ab aliquot annis sede regiâ Imperatoris Japoniæ, palatio ejusdem superbissimo, deaurato undique, & palatiis Magnatum magnificis. Ædes civium ex ligno compositæ laudem non inveniunt. Præter Iedum occurrunt, urbes Surunga, *Surunga*, habitatio Filii Imperatoris ab anno ætatis XV, donec post obitum parentis in Imperium succedit; Meacum, *Meaco*, ante caput Niphoniæ & sedes regia, nunc summi Japonensium Pontificis, dicti *Dayro*, seu *Dairy*, quem supra fidem venerantur, ipse etiam Imperator palàm statо tempore, urbs amplissima, populosissima, cum palatio Imperatoris egregio & arce munitissimâ, emporium celebre; Bingum, *Bingo*; Amangucium, *Amanguchi*. Secunda Insula Japoniæ nobilior, sed minima est Xicoca, *Xicoco*, aliàs *Xikok*, *Tonsa*, & *Tokoesy*, sita ad meridiem partis occidentalis Niphoniæ, & ortum Ximi, non valdè divisa ab ambabus, longitudinis XLV milliarium, latitudinis XV, ambitûs CXX. Quatuor regna, sive provincias complectitur. In eâ occurrunt urbes Samiquium, *Samichi*, seu *Samuqui*; Ava, seu Ana; Tosa, seu Tonsa; Ivum, seu Hyum, *Ivo* seu *Hyo*. Tertia Japoniæ Insula, sed secunda magnitudine, est Ximum, seu Ximoa, *Ximo*, item *Bungo*, *Saykok* & *Cikoko*. Plus in occasum & austrum vergit, longitudinis LX mill., latitudinis ferè XXX & ambitûs CLX. Novem ipsi regna attribuuntur. Ejus urbes sunt Bungum, *Bungo*; Bugenum, *Bugen*; Nangasachium, *Nangasaki*; Satçuma, *Satçuma*.

I. Xicoca.

I. Ximum.

IV. *Insula Sinæ.* Post Insulas Japonicas sequuntur Formosa, Macaum & Haynania, Sinæ etiam propinquiores, & Sinensibus subjectæ.

Insula

Digitized by Google


155
160
165
Septentrion
CHINE.
I. Formosa
Cantan
Lamparoc
Amacao
Prata
Sanchoan
Ondandari
Pulaho
Babuyanes
LES
PHILI
Par le Sr. Su
Geogra
Langquin
Xinchen
Bonai
Aynan
Isle
Lamma
Ilhinosa
C. Bojador
C. del Engano
Philippina
Ilocos
Cagayan, i N. Segovia
Mariveles
Oro Kermoso
Luçon
Aquarina
Pintados de Pafsa
C. de Bulbano
Ancon triste
G. de Matta de Hombre
OCEAN
ou
Pangasinan
Manila
Manil
le
I. de Fuego
Trabel
C. de Sambales
Pondans
Catenduanes
Marivales
Xolu
Strecho de Anian
Mindoro
Camarines
Bay de la Bapa
ORIEN
Occident
Kagayan
Pangasinan
Achem
Tandaya
Pangasinan
Damacan
Coyo
Cabus
Abuta
Pubam ou
Paragoya ou Calamianes
Aqua Caraca
les Negues
Calagan
Buthuan
Bohol
Mesfana
IN
Puerta de la Galera
Min
danao.
Palon
I S. Miguel
Pracel
Canola
Caldera
Forcados
Mindanao
Taboc
Taguima
I. de Sta Maria
Solor
Marudo
Canceras
Isle Xolo
Candagari
Caragoa
BORNEO I.
EN
I. de S. Ioan
Boqueirano
Sygyma
Sy om
Ocean
Celebes
Midy


ISLES
IPPINES
ISLAS DE LOS
LADRONES
ou
ISLE DES LARRONS
Desierta
la Deserte
Malabrigo
Mal'Abry
la Englese
l'Angloise
MER
Mana ou
Manao
Otu
Bata
Chemochoa
Gregua
Agan ou Pagan
Artomagan ou
Oamagan
TALE
et
Guagan
ou Guguan
Natan
Cherreguan
Sepan
Mata
Can
Ybia
Botabac
Bacun
I. de Bidima ou
de Sahavedra
I. de los
Matelotas
I. de los
Arrecifes
Pulo Vilan
DI
NE.
B. de Malaga
B. de Resurreição
B. Biscaye
I. das Palmas
das Palmeiras
I. S. Ioan
I. de Talaya
Soppy
Ran
Gilolo
I. de los Saltadores
des Sauteurs
I. dos Martires
I. de Ayres ou
des Oyseaux
A. de Winter sc
Spiritu Santo
Francisco Gomez
Premeiro Surgidero
Conduca
Puellas
Abo
Primeiro
Prage de S. Clara
Orient
170
175
180
185
190
20
15
10
5

Digitized by Google

Insula Formosa, Hisp. & Belg. *Formosa*, à Tropico Cancri dividitur, & provinciæ Sinæ, quæ Fochiensis appellatur, & cujus partem aliàs constituit, objacet, distans à Continente leucas circiter XXXIV. A boreâ in austrum, quo tractu maximè extenditur, CCLX pass. mill. dicitur obtinere. Cœli salubris est, solum montosum, campestre, abundans fructuum omnis generis, etiam orizæ, ferinæ, piscium, ut mirum non sit, Hispanos ipsam sic appellâsse. Primi sunt inter Europæos, quibus detecta, incultaque est. Hispanos pepulerunt Angli, Anglos Belgæ, Belgas, non sine cæde & sanguine, Koxenga, pirata Sinensis. Multi Sinæ nunc eam habitant. In Formosâ occurrunt Kilanga, *Kilang*, seu *Kelang*, arx juxta littus boreale ab Hispanis in monte ædificata, & Tayovanum, *Tayovan*, oppidum & munimentum præcipuum in orâ occiduâ, ab Anglis extructum, contra exiguam & propinquissimam Insulam ejusdem nominis, in quâ Belgæ arcem Zelandiam excitârunt. *Insula Formosa.*

Insula Macaum, *Macao*, exigua est, sita in sinu Quantuniæ, Provinciæ Sinensis, ab ipsâ parùm separata, in quâ urbs cognominis, quondam celeberrimum & ditissimum Emporium Portugallorum, ipsis concessum à Sinensibus, nunc longè minùs illustre, quod, teste Baudrando, anno sexagesimo octavo labentis seculi Imperator Sinensium expugnavit, & tenet hodieque. Portugalli hujus Urbis diem, quem Hispani in Insulis Philippinis degentes vocabant Saturni, diem Solis appellabant, & quem hi Solis, illi Lunæ, atque ita deinceps per omnes dies Hebdomadis, etsi longitudine vix differunt. *I. Macaum.*

Haynania, *Haynan*, aliis *Aynan* & *Ainam*, ampla Insula est, oppositа quoque Quantuniæ, Macao occidentalior & australior. Inter ejus oppida præstant Kuncheum, *Kuncheu*; Cheum, *Cheu*; Canganum, *Cangan*; Yaium, *Yai*. *I. Haynania.*

V. *Insularum Philippinarum constitutio.*

Supersunt ex Insulis Sinæ propinquioribus Insulæ Philippinæ, Gall. *Philippines*, sic appellatæ à Philippo II, Hispaniarum Rege, cujus auspiciis, elapso proximè seculo, lustratæ & incultæ fuerunt. Aliàs Manilæ, seu Manillæ, Gall. *Maniles*, & Orientalibus Lusoniæ, *I. de Luçon*, à maximâ nobilissimâque Insulâ nominantur. Jacent in Archipelago S. Lazari, mediæ inter Sinam ad boream, & Insulas Moluccas ad austrum, intra gradum V & XIX latitudinis borealis. Calorem

Cœli noctium longitudo, & venti frequentes temperant. Solum præpingue eſt, abundans frumenti, orizæ, vini eximii, croci, ſacchari, mellis, ceræ, zingiberis, piperis, cinnamomi, aromatum, pecoris placidi, feri, auri, ferri, chalybis. Mare piſces & margaritas ſubminiſtrat. Cum Sinis & novâ Hiſpaniâ ingentem faciunt mercaturam. Hiſpanis antea paruerunt, à quibus à paucis annis defecerunt Paragoia, Mindana, & aliæ minores, nunc ſui juris. Hodie ipſis parent Luſonia, Tandaia, Cebus, Mindora, & plures aliæ minoris momenti, numero circiter quadraginta. Hiſpani, qui in Philippinis habitant, diem ſeriùs numerant in Calendariis, quàm Macaenſes & Chriſtiani reſidui.

VI. *Inſulæ Philippinæ præcipuæ: Luſonia.*

Numerus Philippinarum innumerabilis ferè eſt. Ultra mille numerantur, quæ alicujus ſunt notæ, quarum longè præcipuas recenſuiſſe ſuffecerit. Inter eas primùm ſe offert Luſonia, aliàs Luconia, Manilla & Manila, Gall. *Luçon* ſeu *Manille*, ampliſſima, borealiſſima, caput Philippinarum, cujus nobiliores urbes ſunt Nova Segovia, *N. Segobia*, ſeu *Cagajon*, in tractu boreali; Luſonia, *Luçon*, ampla, quam ad littus occidentale Tabulæ collocant; alii eandem eſſe opinantur, quæ Manila; ſunt, qui ſuſpendunt judicium, quia illius recentia Itineraria non meminêre; Manila, *Manila*, *Manilla*, & *Manilha*, Manilæ, & omnium Philippinarum Hiſpanicæ ditionis clariſſima, ſita ad intimum receſſum ſinûs Manilani ſeu Cavitæ, ad oſtium fl. *Araud*, in mediâ Inſulâ, condita ab Hiſpanis, Præfecti & concilii Regii, nec non Archiepiſcopi habitatio, emporium cum arce & portu capaciſſimo, quod olim magis floruit, quàm hodie; Caceræ, *Caceres*, ſeu *Caceres de Camarinha*, recenſitarum urbium auſtraliſſima & orientaliſſima. Sequuntur Inſulæ minores, Bantonia, *Banton*; Masbata, *Masbat*, ſeu *Masbate*; Philippina inter Philippinas, omnes primùm detecta ab Hiſpanis, aliàs Tandaia, diviſa ab orâ meridionali Manilæ per fretum ejuſdem nominis, *Strecho de Manilha*, & habita inter fertiliſſimas, in quâ Achanum, *Achan*, ſeu *Acham* oppidum, & promontorium S. Spiritûs, *C. del Spirito Santo*, ad littus boreale; Inſula S. Ioannis, *S. Juan*, inter quam & Tandaiam eſt Tranſitus S. Claræ, *Paſſage de S. Clara*; Abuya, *Abuyo*; Matania, *Matan*; Cebus ſive Depicti, *Cebu*, ſeu

Bantonia. Masbata. Philippina.

Inſula S. Ioannis.

Abuya. Matania. Cebus.

ſeu *Sebu*, & *los Pintados*, in quâ violentâ morte extinctus eſt celeberrimus ille Argonauta, Ferdinandus Magellanus, nobilis Portugallus, quando, invento & ſuperato Freto Magellanico, huc anno xx ſuperioris ſeculi appulerat, & ubi urbs dicta Nomen Jeſus, *Nombre de Jeſu*, ſeu *Cebu*, Gall. *Ville Jeſus*, ad littus orientale, cum portu egregio; Inſula Nigrorum, *Negros*, *Nogoas*, ſeu *Negoa*; Panayottonia, *Panayotton*; Mindora, *Mindora*, ad auſtrum I. Manilæ, à quâ per fretum ejuſdem nominis, *Strecho de Mindora*, latum xxx mill. Ital., dividitur, cum urbe cognomini ad littus boreale contra Manilam, prædità portu capace; Capula, *Capul*; Paragoia, *Paragoya*, aliàs *Paragoa*, *Puloam*, *Calamianes*, inter Philippinas occidentaliſſima eſt, media inter Capulam & Borneum inſulas, inter quas maximè extenditur, longè minoris latitudinis, ſterilior, parciùs habitata. Mindana, *Mindanao*, Philippinarum auſtraliſſima, cujus urbes ſunt Canola, *Canola*; Caldera, *Caldero*; Dapytum, *Dapyto*; Lomeatana, *Lomeatan*; Mindana, *Mindanao*, caput hujus Inſulæ, ampla, munita, quibuſdam *Tabone*. Inter recenſitas Inſulas Philippinas prima, & duæ ultimæ, quæ trianguli figuram non malè exprimunt, cæteras ſuperant magnitudine, & intra ſeſe concludunt.

I. Nigrorum. *Panayottonia.* *Mindora.* *Capula. Paragoia.* *Mindana.*

VII. *Inſula Latronum.*

Luſtratis Inſulis Oceani Indici, quæ Sinæ propinquiores ſunt, ad Inſulas Latronum & Moluccas tranſimus, quæ ab ipsâ inſigniter removentur. Remotiſſimæ ſunt Inſulæ Latronum ſeu Furum, ſic dictæ à genio incolarum, Hiſpanis *Iſlas de Ladrones*; aliàs frequenter Inſulæ Velarum, *I. de las Velas*, quod nomen ipſis Magellanus impoſuit, à velis deſumptum, quæ penes ipſos in uſu ſunt; interdum Inſulæ Sapanæ, *I. de la Sapan*, & nuper Inſulæ Mariæ Annæ, *I. de Maria Anna*, in honorem Mariæ Annæ Auſtriacæ, Hiſpaniarum Reginæ; Gallis vocantur *Iſles des Larrons*. Sitæ ſunt in Archipelago S. Lazari, ad quas Mare Indicum Pacifico commiſcetur. A boreâ in auſtrum ſeſe explicant, inter gradum XXII & VII latitudinis borealis, detectæ ſuperiore ſeculo ab Hiſpanis, directo in Philippinas itinere, qui ipſas ſub auſpiciis nominatæ ſtatim Reginæ cœperunt incolere, & aliquas ſibi ſubjecerunt. Inter majores & clariores habentur I. Deſerta, *Deſierta*; Malabriga, *Malabrigo*, ſeu *Malo Abrigo*; Anglica, *la Ingleſa*; Mana,

Borealiores.

Mana, *Mano*; Cherosha, *Cherosha*; Guana, *Guana*; Pagana, *Pagan*; Artomagana, *Artomagan*; Guiga, *Guiga*. Atque hæ novem enumeratæ Insulæ plus vergunt in septentrionem; uti, quas enumerabimus, in meridiem: Cherega, *Cherega*; Sepana, seu Sapana, *Sapan*; Guabana, *Guaban*; Matana, *Matan*; Volia, *Volia* seu *Volid*; Bataba seu Botaba, *Bataba*; Bacima, *Bacim*, quibus adjiciunt quidam Vilaniam, *Pulo Vilan*; Insulas Nautarum, *I. dos Matelotes*, & Rupes, *I. dos Arecifes*, propinquiores Philippinis, quæ aliis ab Insulis Latronum distinguuntur.

Insula Latronum Australiores.

VIII. *Insula Molucca.* Ex Insulis Latronum ad Moluccas seu Molucas progredimur, indigenis *Molouck*, hoc est Caput rei magni momenti, Gall. *les Isles Molucques*, quæ si latè accipiuntur, jacent in Archipelago Moluccarum intra Philippinas ad boream; insulas Sondæ ad occasum; vastissimam novam Hollandiam ad austrum, cujus tantùm littora lustrârunt Belgæ, nescii, quousque se diffundat; & novam Guineam ad orientem ex Sansonis sententiâ, intra gradum tertium latitudinis septentrionalis, atque undecimum meridionalis. Minùs fertiles dicuntur, quàm Philippinæ, cælumque habent fervidius. Ingentem faciunt numerum, quarum pars longè maxima minoris est ambitûs.

IX. *Molucca orientaliores: Terra Papuorum.* Inter eas, quæ plus in ortum sitæ sunt, se offert primo loco Terra Papuorum, aliàs Nigrorum, Hispanis vulgò *Terra d'os Papous*, amplissima regio, sita ad austrum Æquatoris, cui pars borealissima propinqua est, Sansoni divisa medio freto à novâ Guineâ, orientaliori, & habita Insula. In Chartis verò Belgarum Terra Papuorum & nova Guinea eadem regio est, cui Jacobus le Maire posterius hoc nomen imposuit, contigua ab austro regioni Carpentariæ, quæ ipsam & novam Hollandiam interjacet. Versus oram littoralem à Belgis detecta est, latet verò hodieque pars ejus mediterranea. Contra littus meridionale novæ Guineæ jacet insula, Arum, *Aru*; plus in occasum vergunt insulæ Bandæ, Gall. *Isles de Banda*, exiguæ, ditissimæ nucum myristicarum, proinde & macis, omnes sub Belgarum imperio. Illarum maxima fertilissimaque est Banda, in quâ varias arces Belgæ condiderunt. Bandam circumstant insulæ minores, *Gulegien*; *Gunanapi*; *Nera*; *Pulorin*; *Puloway*

Arum.

Insula Banda.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Puloway &c. Occidentalior quoque aliquanto eſt inſula Amboina, *Amboina*, ſive *Ambon*, quæ & Belgis obedit, parva, ferax caryophyllorum, malorum aureorum, citreorum, aliorumque fructuum, quos profert India, cum oppido ejuſdem nominis. *I. Amboina.* Amboinæ vicina eſt inſula Ceramum, *Ceram*, ampla, oblonga, abundans aromatum, ſub imperio Regis, confœderati Belgarum, ubi Cumbellum, *Cumbello*. *I. Ceramum.* Inſula Gilola, ſeu Gilolum, *Gilolo*, jacet in Æquatore, ejuſque pars minor ab eo in auſtrum, major in boream deflectit, cœli calidiſſimi, perquàm ſinuoſa, expers aromatum, minimè oriza, ubi Cuma, *Cuma*, & Gilolum, *Gilolo*, urbs præcipua Inſulæ juxta littus occiduum. *I. Gilola.* Contra tractum borealem Gilolæ occurrit ortum verſus inſula Morataya, *Morataÿ*, ſeu *Morotay*; & contra tractum occidentalem Moluccæ veræ, ſeu parvæ ſub imperio Belgarum, celebratiſſimæ proventu aromatum, in primis Caryophyllorum, quorum ſylvas excindi Belgæ curârunt. *I. Morataya.* *I. Moluccæ veræ:* In iis inveniuntur Manucodiatæ, ſeu Mamucò diatæ, id eſt Aves Dei, *Paradys-Vogels*, falsò habitæ Apodes, cum Incolæ eis pedes tollant, & viſcera, ne ſentiant fœtorem pennarum, quibus valdè ſuperbiunt. Quinque ſunt numero, propinquæ omnes Æquatori, & quando à boreâ in auſtrum progredimur, jacent hoc ordine: Ternata, *Ternate*, ubi oppidum Gammalamma, *Gammalamme*, & Malaium, *Malayo*, ſedes regis Ternatæ, cui quoque ſubſunt magna pars Gilolæ, Motira, & Machianum, fuitque regnum Ternatæum longè aliàs amplius; Tidora, *Tidor*, ubi munitiò Mariecum, *Marieco*; Motira, *Motir*, ſeu *Mortir*, aliis & *Timor*, ubi arx Naſſavia, *Naſſaw*; Machianum, *Machian*, ubi arces Taffaſum, *Taffaſo*, & Tabillola, *Tabillola*; & denique Bachianum, *Bachian*, ubi & oppidum ejuſdem nominis. *Ternata.* *Tidora.* *Motira.* *Machianum.* *Bachianum.*

Viſis Inſulis Moluccis, quæ plùs in ortum ſitæ ſunt, ad occidentaliores pergimus, quarum nobiliores ſunt Oubyum, *Ouby*; Xulla; Bilatum, *Bilato*; Bourum, *Bouro*; Terra alta, *Teralta*; Ombum, *Ombo*; Timora, *Timor*, amplior præcedentibus; Solorum, *Solor*, ſeu *Solar*, ubi Adonara, *Adonare*; Flores, *Flores*, ubi Luſataia, *Luſataia*, Gall. *la Sataia*; Boutonia, *Bouton*, ſeu *Baton*; Solayum, *Solayo* ſeu *Salayer*, diviſum ab inſulâ *Celebes* per fretum Macaſſarium, Gall. *Deſtroit de Macaſſar*; X. *Moluccæ occidentaliores: Oubyum. Xulla. Bilatum. Bourum. Terra alta. Ombum. Timora. Solorum. Flores. Boutonia. Solayum.*

I. Celebs. caſſar; Celebis, *Celebes*, Europæis frequenter Macaſſaria, *Macaſſer*, Moluccarum poſt Terram Papuorum ampliſſima, occidentaliſſima, media inter parvas Moluccas, ſive Gilolam & Ceramum ad ortum, & Borneum ad occaſum, in Archipelago Celebum, per cujus partem ſeptentrionalem Æquator perlabitur. Solum habet fertiliſſimum, dives quoque copiâ aromatum, in primis orizæ. Incolæ minùs, quàm cæteri Inſulani, fuſci ſunt, quondam anthropophagi, nudi incedunt, velatis tantùm genitalibus. In eâ ſex regna variis numerantur, aliis duo ſolùm præcipua, Celebis & Macaſſariæ. Inter urbes præſtant Macaſſaria, *Macaſſer*, ampla in parte meridionali Inſulæ, cui nomen quoque, uti & Freto vicino imponit, ejuſdem primaria, emporium celebre cum portu egregio, quod Angli & Belgæ diligenter frequentant; Bantachaia, *Bantachaia*; Tellum, *Tello*; Cionum, *Cion*, *Ciom*, & *Ciaom*; Celebis, *Celebes* ſeu *Cellebus*, aliis Caput Inſulæ, ad oram occiduam.

CAPUT XIV.

Inſulæ Oceani Indici contra Indiam.

I. *Inſula contra Indiam.* POSTQUAM defuncti ſumus nobilioribus Inſulis Oceani Indici, quæ contra Sinam ſitæ ſunt, quà propinquioribus, quà inſigniter remotis, inſpicere oportet cæteras ejuſdem Oceani, quæ contra Indiam occurrunt, & commodè in duas claſſes dividuntur; jacent enim, aut ex adverſo Peninſulæ Indiæ ultra Gangem, aut citra Gangem.

II. *Inſula Sunda.* Inſulæ Peninſulæ Indiæ ultra Gangem orientaliores ſunt, & vulgò Inſulæ Sondæ ſeu Sundæ, Gall. *Iſles de la Sonde*, appellantur, nomine ſeu à Freto Sondæ, ſeu à portu Bantamenſi, qui Sonda dicitur, ſeu aliunde derivato, quarum longè præcipuæ Borneum, Iava & Sumatra, quibus tamen & plures aliæ adjiciuntur, ſed minoris momenti. Iacent partìm ſub Æquatore, partìm ab ipſo in auſtrum deviant, partìm in boream. Illarum nobiliſſimæ ſunt Borneum & Sumatra.

III. *I. Borneum.* Inſula Borneum, *Borneo*, media eſt inter inſulam Celebem ad ortum; Iavam ad auſtrum; Sumatram & Malaccam ad occaſum; & Paragoiam, unam ex inſulis Philippinis ad boream, exten-

Digitized by Google

Digitized by Google

Septentrion
150
155
160
Ciumbabon
Calamianes ou Paraggua
I. de S. Maria
Palon
I. S. Miguel
Tondor
CEAN
Pracel
P. Tigaon
P. Tiga
A. de Pedro
I. de S.a Maria
Zolo
Cancerao
Cancarao
Marudo
Mongracem
Baquaia
Bacasa
Borneo
Batuma
R. de Barulo
Taniongbaran
Malano
BOR
I. de S. Ioan Boquerano
R. Calo
Domilhano
Puchavaraon
Tamenacerin
Sambas
Tamanato
NEO
Timbolan
Soucelouban
Tomvia
Monpaon
Lauw
Ligne
Equinoc
tuale
Temabo
Celebes
Sassango
Dondongan
Crimata
Succedano
Caburo
Souroutton
Tanione
Sambaur
Billiton
Puerto Aror
Babeuan
Mangya
Laure
Oterong
Sambi
Succadana
Rendermassing
Celebes
Passir
Calandula
Tamparam
Pulo
Malio
Pegasong
Salayar
P. Lana
INDIENNE.
Sapy
Macassar
Corimanas
Carimon Java
a Graciosa
Lubec
Muhsura
Xilitam
Patur Noster
Valaront
Banam
Panaru
I. Gevapy
Batu
Bonru
Pecato
Cumbava
Aram
Biena
Gevapy
Flores
Lambuan
Bulano
Suſu
A. de Winter sculp.
Midy
150
155
160
Orient.
5
10

Digitized by Google

extenditque ſe à gradu circiter ſeptimo & ſemis latitudinis borealis ad gradum quartum latitudinis auſtralis. Figura ad rotundam accedit, ampliſſimique eſt ambitûs, in quo varii plurimùm variant. Qui minimum ipſi largiuntur, CCL enumerant, vaſtiſſimaque creditur omnium Aſiæ inſularum. Adamantes habet optimæ notæ, lapidem Bezoar, fodinas auri, ſtanni, ferri, camphoram nobiliſſimam totius Indiæ, aromata, orizam, piper, frequentes ſylvas, goſſipia, mel, ceram, egregia flumina, in primis verſus occaſum & meridiem, inter quæ nobiliſſimum eſt Succadana, *Succadano*, dives adamantum; proinde inter fertiliſſimas Inſulas Oceani Indici infimum locum non obtinet. Cælum ob ſolum paluſtre magnam laudem non invenit. Belgis pars ſubeſt maritima. Caput urbium Bornei eſt urbs cognominis, *Borneo*, poſita intra paludes ad littus ſinûs exigui, Inſulam à boreâ alluentis, ampla, culta, ſedes regia, emporium celebre cum portu eximio. Præter Borneum celebriores urbes & oppida (quæ circa littus occiduum & meridionale occurrunt, nam tractus orientalis Bornei, & præſertim mediterraneus latent ferè Europæos) habentur Malanum, *Malano*; Puchavaraona, *Puchavaraon*; Sambaſa, *Sambas*; Hormata, *Hormata*; Landa, *Landa*, juxta quam adamantes præſtantiſſimi; Succadana, *Succadano*; Lava, *Lave*; Bendarmaſſinum, *Bendarmaſſin*, non procul ab oſtio Succadanæ fluminis.

IV. *Inſula Sumatra.*

Ex Borneo ad Sumatram, *Sumatra*, progredimur, quæ occidentalior eſt, & Æquatori quoque ſuppoſita, media inter Malaccam ad ortum, nec non Iavam ad meridiem, ab illâ freto Malaccenſi, ab hac freto Sundæ ſeparata. Iacet intra gradum circiter ſextum latitudinis ſeptentrionalis, & meridionalis, at ab occaſu in ortum longè minùs diffunditur. Abundat aromatibus, optimo pipere, orizâ, melle, cerâ, ſerico, goſſipio, malis aureis, citreis, granatis, ficibus, montibus, metallis optimis, fontibus, fluminibus, ſylvis, elephantibus, rhinocerotibus, cervis, tigridibus, leopardis, leonibus. In mediâ Inſulâ mons eſt Vulcanius, qui ſaxa interdùm evomit. Cælum Torridum eſt, & parùm Europæis ſalubre. Belgæ tenent partem ejus maritimam, & aliquot fodinas metallorum. Sumatra aliàs in multa regna diviſa fuit; quidam præcipua ſep-

tem faciunt, alii quinque ſolum enumerant, Achemum, Menancabum, Camperanum, Jambium, & Palimbanum. Urbes celebriores Sumatræ ſunt Achemum ſeu Acemum, *Achem*, amplum, caput regni cognominis, quin princeps totius Inſulæ, emporium inclytum cum portu eximio ad littus ſeptentrionale, ad quod quoque occurrunt Pedirium, *Pedir*, & Pacemum, *Pacem*, urbes regnorum ejuſdem nominis, quæ, teſte Sanſone, ſunt ſub Regis Achemi imperio. Ad fretum Malaccenſe jacent Gorum, *Goro*, ſeu *Gore*; Arum, *Aru*; Bancalis, *Bancalis*; Campera, *Camper*, ſeu *Camfer*. Ad littus occiduum Souſona, *Souſon*; Baraſa, *Baras* ſeu *Baros*; Priamanum, *Priaman*; Menancabum, *Menancabo*; Iudapera, *Indapera*, ſeu *Inda Poura*; Sallebora, *Sallebor*, ſeu *Sillebar*. Ad fretum Sondæ Dampinum, *Dampin*. Iuxta littus ortivum eſt Iambium, *Iamby*, ditiſſimum piperis; ad ipſum Baroſa, *Baros*, & Palimbanum, *Palimban*, ſeu *Palimbam*.

V. *Inſula Sundæ triſidua:* *Banca.* *Madura.* *Cumbava.* *Lombocum.* *Balyum.* *Java.*

Poſt Borneum & Sumatram, inſulas Sundæ ſub Æquatore, ad cæteras pergimus, quæ ab ipſo in auſtrum deviant, inter quas Banca, *Banca*, cum ejuſdem nominis oppido, contra Palimbanum Sumatræ; Madura, *Madura*, ad boream orientalis tractûs Javæ, ubi oppidum Arasbaya, *Arasbay*, & Madura, *Madura*. Ad ortum Javæ ſunt Cumbava, Bunoni aliàs Java minor, ubi Genapium, *Genapi*, ſeu *Gunapa*, & Cumbava, *Cumbava*; Lombocum, *Lomboc*; Balyum, *Baly*. Traditis hiſce Inſulis inſula Java, *Java*, aliàs Java Major, multò præſtantior eſt, locata intra gradum ſextum & nonum latitudinis meridionalis, media inter fretum Balambuani ad ortum, & fretum Sundæ ad occaſum, quorum hoc à Sumatrâ, illud à Balyo ipſam dividit, longitudinis inter hæc duo Freta graduum ferè undecim. Cælum Javæ exterorum primùm advenientium valetudini parùm ſalubre eſt. Culices habet virulentos, & moleſtiſſimos, angues maximos & peſtilentiſſimos, oſtreas incredibilis vaſtitatis, librarum interdùm trecentarum, adamantes, rubinos, ſmaragdos optimæ notæ, montes, divites auri, argenti, æris, fontes, flumina, valles, ſylvas, agros pinguiſſimos, pecoris, armenti, fructuum omne genus, ſaccharum, inſigne piper, orizam, quâ Javani panis loco veſcuntur. Pars Javæ ſub Belgarum vivit imperio. Sanſonus Javæ novem regna attribuit,

attribuit, alii duo duntaxat nobiliora, Materanum & Bantamum. Urbes præcipuæ hujus insulæ sunt, ad littus ortivum Balambuanum, *Balambuam*, *Balambuan*, *Palambuan*, quod proximo Freto cognomentum imponit; juxta littus meridionale Materanum, *Materan* seu *Mataran*, urbs ampla, variis caput non tantùm regni Materani, sed Javæ totius, sub suo Rege, cui quondam integra Java subfuit, & qui hodieque Imperator Javæ appellatur; ad littus boreale Iortanum, *Iortan*; Sydaya, *Sydaye*; Tubanum, *Tuban*; Iapara, *Iapara*; Saraboa, *Saraboy*, & *Charabon*; Iacatra, in cujus à Belgis occupâtæ, & dirutæ solo condita est Batavia, *Batavie*, Javanis & exteris etiamnum frequenter appellata Iacatra, nobilissima Belgarum Colonia, Belgico, non Indico more anno hujus seculi XIX ædificata, urbs in fertili planitie, ampla, cultissima, pulchrè munita, in primis arce eximiâ Iacatra dictâ, & quatuor instructâ propugnaculis, quibus à pretiosis lapidibus nomen est, frustrà iteratò obsessa à Rege Materanensi, deinceps & à Bantamensi, emporium celebre, sedes Præsidis universæ Negotiationis Belgicæ in Indiâ, cujus aula fermè regia, item Senatûs Indici; Bantamum, *Bantam*, urbs ampla, ad radices collis, juxta fretum Sundæ, caput regni cognominis, sedes regia, emporium nobilissimum cum bello portu, qui Sunda dicitur, ad quod mercatores ex omni parte Indiæ, Portugalliâ, Angliâ, Hollandiâque confluunt; Sura, *Sura*, ad Fretum Sundæ est, & ad littus occiduum Palimbanum, *Palimban*, seu *Palimbam*. Post traditas Insulas Insulis Sundæ etiam accensentur Insulæ minores contra occidentalem Sumatræ oram conspicuæ, inter quas insula Nassavia, *Nassau*; Insula Prosperæ Fortunæ, *Goe Fortuyns Eylandt*; tandem Insula Porcorum, *I. dos Porcos*, Belg. *Verkens Eylandt*, & Insulæ Cocos, *Cocos Eylanden*, positæ ad boream Æquatoris, aliæque, sed minoris momenti.

I. Nassavia.
I. P. Fortunæ.
I. Porcorum.
I. Cocos.

VI. *Insula contra Peninsulam India citra Gangem.*

Lustratis Insulis, quæ ex adverso Peninsulæ Indiæ ultra Gangem in Oceano Indico occurrunt, transimus ad eas, quæ Peninsulæ Indiæ citra Gangem objacent, omnium occidentalissimæ, quarum clarissimæ sunt insula Ceylanum, & Maldivæ. Prior à Comariâ, promontorio hujus Peninsulæ australissimo, *C. Comori*, in ortum deflectit, & Maldivæ in occasum.

VII. *Insulæ Ceylani conſtitutio.*

Ceylanum, Gall. *Iſle de Ceylan*, Anglis & Belgis *Ceylon*, Indis *Tenariſin*, id eſt deliciarum Terra, Taprobana Veteribus, ab Orâ Piſcariæ & Coromandeliâ Freto Chilao ſeu Manario dividitur, Gall. *d'Eſtroit de Chilao*, ſive *de Manar*, ſita intra gradum ſextum & decimum latitudinis borealis. Ab occaſu in ortum minùs diffunditur, figura adamantem aut pyrum refert, in parte ſeptentrionali acuminatior. Ditiſſima eſt hæc Inſula optimi cinnamomi, cujus ſuaviſſimum odorem advenæ in alto mari percipiunt, & orizæ, neque deſunt piper, zingiber, cardamomum, zaccharum, tabacum. Fructuum fert omne omne genus, ficus, uvas, mala granata, aurea, limonia, citrea. Avibus, pecoribus, & armentis affluit. Præprimis laudem inveniunt elephantes, totius Aſiæ generoſiſſimi, & maximè dociles, quos ferunt (ſi credere fas eſt) Cochinenſes, Peguanos, Siamenſes, alioſque ad primum occurſum demiſſâ proboſcide venerari. Margaritas & pretioſos lapides fretum Manarium fluminaque ſuppeditant, & præter regnum Peguanum, ſola inter regiones orientales gemmis coloratis gaudere dicitur. Serpentes ſtupendæ molis & mare & terra nutrit.

VIII. *Ceylanum maritimum.*

Omnis ferè tractus Maritimus Belgarum ſubeſt imperio, illiuſque celebriora loca & urbes ſunt ad ortum Batticalovia, *Batticalow* ſeu *Baticalo*, & Trinquilemala, *Trinquilemale*, aliis *Trinquemale* & *Trenkimalay*; ab boream Jafanapatanum, *Jafanapatam* ſeu *Jafanapatan*; ad occaſum Chilaum, *Chilao*, unde & proximo Freto cognomentum, ſitum ad fl. ejuſdem nominis; Negombum, *Negombo*; Columbum, *Colombo*, Caput totius Tractûs maritimi, & ſedes ſupremi Gubernatoris; denique ad auſtrum Gallum ſeu Galum, *Gale*, *Galo*, & *Punto Gallo*, urbs cum portu egregio, juxta quam eſt Galum Caput, *Punto Gallo*.

IX. *Ceylani mediterranei conſtitutio ex Knoxii Deſcriptione ſuperâ.*

Pars Ceylani Mediterranea ferè incognita eſt Europæis, imo Belgis, qui Tractum ejus Maritimum incolunt. Neque hoc mirum; nam undique montes occurrunt editi, prærupti, horridi, incultique, quos tranſgredi nemo poteſt, niſi quà viæ tritæ, quæ multæ quidem, ſed tam anguſtæ, ut uni tantùm tempore eodem pateant, & in earum limine ſemper aliqui publicâ auctoritate agunt vigilias, qui neminem ingredi, aut egredi patiuntur, niſi qui veniam impetraverit. Qualiter tamen

Digitized by Google

Digitized by Google


O C E
ARCHIPE
LAGVE ou
MER DES
MAL
MALDIVES.
DIVES.
DIEN
Porca
Calecoulan
Coulan
Travancor
Madure
Tanjor
Pesqueria
Trinquebar
Mana
Negapatan
C Comori
Fille don Matis ou Caboza das Ilhas
Mosfilas pouny
Mele dous Madoüe
Paindous
Padypola
Poule dou
Courant de Male Madou
Male Madou
Aristollon
Courant de Caridou
Isle Atollon
Male
Courant de Poules dou ou noire l'Eau paroit
Poulisdou
Courant d'Allou
Molaque
Nillandou
Collomadou
Isdou
Adoumatis
Courant de Candor
Gnemanou
Souadou
Courant de Souadou large de vingt lieues
Addou et
Pone Molaque
Occident
CEYLAN, et les MALDIVES.
Par N. Sanson d'Abbeville Geo: ord.re du Roy.
Mille Pas Geometriques

Isle
Trinquilemale
Ceylan.
CEYLAN ISLE
Qui est la TAPROBANE des Anciens
Punta Pocteres
Lomepane
Trinquilemale
R. de Trinquilemale
Das Frotte Corales
Pantalon
Capelo
Ballena
Negrita
Prado
Colombo
Polende
Iala
Ianfaliar
Waluwe
Arialle
Culpilen
Mille Pas Geometricq.
30
60
90
120

Digitized by Google

tamen Interius Ceylanum ſe habeat, multis & eleganter edodet Hiſtorica illius Deſcriptio, quæ in Linguâ Anglicanâ primùm prodiit, poſt in Germanicam verſa eſt, & hic nuperrimè in Belgicam, Auctore ROBERTO KNOX, Anglo, maritimo Centurione Societatis Indicæ per Orientem, quæ in Angliâ eſt. Hic annos undeviginti & ſemis in ipſo captivus tranſegit, ita tamen ut ultimis annis omnes ejus Provincias luſtrare licuerit, & ad ſingula curatè attendere, ac tandem viâ mirabili evaſit anno ſeptuageſimo nono proximè elapſo, die XVIII Octobris. Refert Interius Ceylanum ſcatere collibus, fontibus, fluminibus piſcoſiſſimis, ſed ſaxoſis, atque navigationi inviis, inter quæ longe præcipuum eſt *Mavelagonga*, quod ex monte Adami ſcaturit, & fluxu in ſeptentrionem verſo, longiſſimum Ceylani tractum irrigat, atque ad urbem *Trenkimalay* Oceano miſcetur. Paſſim vaſtæ ſylvæ ſe offerunt, Provinciarum limites, atque munimina. Valles ferè paludoſæ ſunt, divites pellucidiſſimorum fontium. Pars mediterranea populoſiſſima eſt, & quæ propinqua Oceano, longè minùs. In illâ jacet ad ortum urbis Columbi Mons totius Inſulæ, quin, quod multi contendunt, Indiæ excelſiſſimus, dictus Incolis *Hamalell*, Portugallis cæteriſque Europæis *Pico de Adam*, id eſt Mons Adami, inſigniter acclivis atque figuræ conicæ, in cujus faſtigio planus lapis exiſtit, cui grande veſtigium humani pedis impreſſum conſpicitur. Credunt Indigenæ, veſtigium hoc eſſe primi Parentis, qui hinc in cœlum ſublatus eſt, ideoque id ipſis mirâ ſuperſtitione colitur, maximè ſub anni initium, quando mares, fœminæ, pueri, puellæque, non obſtante aditu adeò impedito, ipſum religionis gratiâ ſolent conſcendere. Cœlum interioris Ceylani variat. Pars, quæ ſeptentrionem proſpicit, ob vitium & indigentiam aquarum minùs ſalubris atque fœcunda eſt, ſecùs partes reſiduæ. Spirantibus Zephyris, in partem occiduam Inſulæ depluit, & arvis ſemina committuntur; eodem tempore pars media ejuſdem, quæ ad ortum eſt, cælo fruitur ſereniſſimo & calidiſſimo, ac meſſe ſe occupat. Ex adverſo ſe res habet, & hìc, & illìc, quando Subſolani in parte ortivâ dominantur. Aliàs novem Regna numeravit, nunc ſub Regis *Conde Vdi*, quæ pars eſt hujus Ceylani optima, degit Imperio, cui ſtat

pro

pro ratione voluntas, & quem ſubditi cum divinis honoribus proſequuntur.

X. *Ceylani mediterranei Provincia & Comitatus.*

Diſpeſcitur Interius Ceylanum in partes majores & minores, quarum illas Knoxius Provincias appellat, & has Comitatus; quia Angliæ Comitatibus diſſimiles non ſunt, quamvis impares magnitudine. Ad Boream ait ſitam eſſe provinciam *Noure-Calava*, cui Comitatus ſunt quinque; item provinciam *Hotcourly*, cui Comitatus ſeptem. Ad Ortum provinciam *Mautaly* ponit, & tres in ipſo Comitatus. Verſus eandem plagam ſe offerunt *Tammanquod*, *Bintana*, *Vellas*, *Paunoa*, comitatus omnes & ſinguli; nec non provincia *Ouvah*, cui tres Comitatus attribuit. In Medio ſiti ſunt Comitatus *Wallaponahoy*, *Poncipot*, *Goddaponahoy*, *Hevoihattay*, *Cotemul*, *Horſepot*, *Tunponahoy*, nec non, qui totius Interioris Ceylani facilè principes ſunt, *Oudanour* & *Tattanour*. In Occaſum vergunt *Oudipollat*, *Dolusbang*, *Hotteracourly*, quod quatuor enumerat Comitatus, *Portaloon*, *Tuncourly*, cui tres inſunt Comitatus, atque ex parte vivit ſub Belgarum Imperio. Omnes hæ Provinciæ & Comitatus (exceptis ſex ſequentibus, *Noure-Calava*, *Hotcourly*, *Tammanquod*, *Vellas*, *Paunoa* & *Hotteracourly*) colles fœcundos & irriguos occupant, & communi nomine *Conde Uda*, id eſt in Faſtigiis Montium, qui & Regius Titulus eſt, exprimuntur.

XI. *Ejuſdem Urbes.*

Idem Auctor quinque urbes nobiliores (multæ enim deſtructæ ſunt, uti & vici) intra Interius Ceylanum enumerat, quæ ſunt Candea, *Cande* ſeu *Candy*, totius Ceylani præcipua, poſita in ejus meditullio, juxta fl. *Mavelagonga*, aliàs Regis Candeæ habitatio, à cujus deceſſione defecit plurimùm; *Nellemby-neur*, urbs Candeâ meridionalior, in quam Rex Candeæ imperii ſedem Candeâ tranſtulit; *Allout-neur*, longè infra Candeam, quam *Mavelagonga* in duas partes diſtribuit; *Badoula*, ab urbe Candeâ longiſſime abit in ortum; at longè minus *Digligy-neur*, urbs non valdè remota à dicto Flumine, electa poſt *Nellemby-neur* in ſedem Imperii.

XII. *I. contra Ceylanum: Manaria.*

Contra littus occiduum Ceylani ſe offert inſula Manaria, *Manar* ſeu *Manaar*, ſub Belgis, exigua, longa decem millia paſſuum, lata quatuor, cui fretum Manarium nomen debet, celebris divite Margaritarum capturâ, quæ ad auſtrum illius inſtitui-

inſtituitur. Meridionalior & major eſt inſula Calpatina, *Calpatin*, ſeu *Calpentyn*. I. *Calpatina.*

XIII. *Inſulæ Maldivæ.*

Tandem ad occaſum Peninſulæ Indiæ intra Gangem occurrunt inſulæ Maldivæ, Gall. *Iſles Maldives*, ſitæ in Archipelago Maldivarum, in lineâ ferè rectâ, intra gradum præterpropter octavum latitudinis borealis, & tertium latitudinis auſtralis. Ab ortu in occaſum ne quidem per gradum ſe extendunt. Omnes exigui ſunt ambitûs, ſed numeroſiſſimæ, mille circiter, aut mille & centum. Pars earum incolitur, pars inculta eſt. Scatent nucibus Indorum, quas Cocos appellant, neque deſunt optimi fructus, mala aurea, citrea, granata, elegantiſſimæ teſtæ teſtudinum, nigrum corallium. Dividuntur in partes XIII, ſive XIV, quas *Atollons* nominant, omnes ſub unius Regis imperio. Quamlibet pulvini ambiunt, & quæque à proximâ interfluo freto anguſto ſeparatur.

XIV. *Earum nomina & ſitus.*

Earum nomina ſunt, quando ab auſtro initium ducimus, *Addou* & *Poue Moluccque*, quæ binæ pro unâ tantùm parte vulgò cenſentur, aut ſi pro diſtinctis, reſultant partes XIV loco XIII; *Souadou*; *Adoumatis*; *Collomadoux*; *Nillandoux*; *Moluccque*; *Poulifdou*; *Male Attollon*, in quâ eſt inſula Mala, *Male*, omnium præcipua, regiâque ſede illuſtris, à quâ & nomen Maldivarum profluxit, id eſt Inſularum Malæ; *Ariatollon*; *Malos Madou*; *Padypola*; *Milladoue Madoue*; *Tillad* ſeu *Matis*, aut *Matos*, Luſitanis *Cabexa das Ilhas*, hoc eſt Caput Inſularum. Ex recenſitis partibus duæ primæ jacent ad auſtrum Æquatoris; tertia ſub eodem; decem verò reſiduæ plus minùs ab Æquatore in boream deflectunt. Sequitur Tabula generalis, nec non quatuor ſpeciales Inſularum Oceani Indici, quæ contra Sinam & Indiam ſitæ ſunt, de quibus partìm hoc ipſo Capite, partìm proximè præcedenti diſſeruimus.

Digitized by Google

Tabula generalis Insularum Oceani Indici contra Sinam & Indiam.



IV Tabulæ

IV Tabulæ ſpeciales Inſularum Oceani Indici.

- **I. Inſulæ Oceani Indici**, Sinæ propinquiores, *ſunt*
  - Inſulæ Japonicæ,
    - *Niphonia*, — Iedum, *ſedes Imperatoris Japonici*. Surunga. Meacum. Bingum. Amangucium.
    - *Xicoca*, — Samiquium. Ava. Toſa. Ivum.
    - *Ximum*, — Bungum. Bugenum. Nangaſachium. Satçuma.
  - I. pendentes ex Sinâ,
    - *Formoſa*, — Kilanga. Tayovanum.
    - *Macaum*, — Macaum.
    - *Haynania*, — Kuncheum. Cheum. Canganum. Yaium.
  - Inſulæ Philippinæ,
    - *Luſonia*, — Nova Segovia. Luſonia. Manila. Caceræ.
    - *Bantonia.*
    - *Masbata.*
    - *Philippina*, — Achanum.
    - *Inſula S. Ioannis.*
    - *Abuya.*
    - *Matania.*
    - *Cebu*, — Nomen Jeſus.
    - *Inſula Nigrorum.*
    - *Panayottonia.*
    - *Mindora*, — Mindora.
    - *Capula.*
    - *Paragoya.*
    - *Mindana*, — Canola. Caldera. Dapycum. Lomeatana. Mindana.
- **II. Inſulæ Oceani Indici**, à Sinâ valdè remotæ, *ſunt*
  - Inſulæ Latronum,
    - *Borealiores*, — I. Deſerta. Malabriga. Anglica. Mana. Cherosha. Guana. Pagana. Aromagana. Guiga.
    - *Auſtraliores*, — Cherega. Sepana. Guabana. Matana. Volia. Bamba. Bacima. Vilania. Inſulæ Nzutarum. Rupes.
  - Inſulæ Moluccæ,
    - *Terra Papuorum.*
    - *Arum.*
    - *Inſulæ Bandæ*, — Banda. Guligienum. Gumanapium. Nera. Pulorinum. Pulovaya.
    - *Amboina*, — Amboina.
    - *Ceramum*, — Cumbellum.
    - *Gilola*, — Cuma. Gilolum.
    - *Morataya.*
    - *Moluccæ veræ*, — Ternata, *ubi* Gammalamma. Malaium. Tidora, *ubi* Mariecum. Motira, *ubi* Arx Naſſavia. Machianum, *ubi* Taffaſum. Tabillola. Bachianum, *ubi* Bachianum.

Digitized by Google

- III. Insulæ Oceani Indici, sitæ contra Peninsulam Indiæ ultra Gangem, sunt
  - Sub Æquatore,
    - *Borneum,* — Borneum. Malanum. Puchavaraoma. Sambasa. Hormata. Landa. Succadana. Lava. Bendarmassinum.
    - *Sumatra,* — Achemum. Pedirium. Pacemum. Gorum. Arum. Bancalis. Campera. Sousona. Barasa. Priamanum. Menancabum. Iudapera. Sallebora. Dampinum. Iambium. Barosa. Palimbanum.
  - Ad austrum Æquat.,
    - *Banca,* — Banca.
    - *Madura,* — Arasbaya. Madura.
    - *Cumbava,* — Genapium. Cumbava.
    - *Lombocum.*
    - *Balyum.*
    - *Iava,* — Balambuanum. Macerannm. Iortanum. Sydaya. Tubanum. Iapara. Sarabon. Batavia, *sedes Præsidis Belgici.* Bantamum. Sura. Palimbanum.
    - *Nassavia.*
    - *Insula prosperæ Fortunæ.*
  - Ad boream Æquat.,
    - *Insula Porcorum.*
    - *Insulæ Cocos.*
- IV. Insulæ Oceani Indici, sitæ contra Peninsulam Indiæ citra Gangem, sunt
  - Ceylanum,
    - *Maritimum,* — Batticalovia. Trinquilemala. Iafanapatanum. Chilaum. Negombum. Columbum. Gallum, *urbs & Caput.*
    - *Mediterraneum,* — Candea. Nellemby-neur. Allout-neur. Badoula. Digligy-neur.
  - Manaria.
  - Calpatina.
  - Maldivæ,
    - *Ad Austrum Æquat.,* — Addou & Poue Molucque. Souadou.
    - *Sub Æquatore,* — Adoumatis.
    - *Ad Boream Æquat.,* — Collomadoux. Nillandoux. Molucque. Poulisdou. Male Atollon, *ubi* I. Mala. Arrarollon. Malos Madou. Padypola. Milladoue Madoue. Tillad.

CAPUT

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CAPUT XV.

India. Peninſula Indiæ cis Gangem.

EX Inſulis Oceani Indici, quæ contra Sinam jacent & Indiam, in Aſiam continentem revertimur, in quâ proxima eſt India, aliàs vulgò India Orientalis, cujus nomine interdùm veniunt India, Sina, & Inſulæ, quæ ipſis objacent; at nobis ſtrictè accipitur. Nomen habet ab Indo, nobili flumine, & Indigenis *Indoſtan* dicitur. Limitatur ab occaſu mari Indico, & Perſiâ, à quâ editi montes ipſam dividunt; à boreâ Tartariâ, ſeu Caucaſiis & Emodis montibus; ab ortu Sinâ ſeu Damaſiis montibus; ab auſtro variis partibus maris Indici, ſinu Cochinchinenſi, Siamenſi, freto Malaccenſi, ſinu Gangetico, nunc Bengalenſi, & freto Manario. I. *India nomen & termini.*

Sita eſt India intra gradum circiter 11 & XLI, juxta alios XXXIX latitudinis borealis; proinde pars ejus inſignis intra Zonam torridam eſt, pars ſub Tropico Cancri, & pars ampliſſima in Zonâ Temperatâ ſeptentrionali. Ab occaſu in ortum ad gradus XLVI plus minus diffunditur. Diviſit Indiam Ptolemæus, Strabo, & alii in Indiam Citeriorem, ſeu intra Gangem, & in Ulteriorem, ſeu extra Gangem, quarum illa à Gange in occaſum, & hæc in ortum deflectebat. Hodie diſpeſcitur in Peninſulam Indiæ cis Gangem, Indiam extra Gangem, & Imperium Magni Mogolis. II. *Varia quantitas & diviſio.*

Peninſula Indiæ cis Gangem, aliis intra Gangem, Gall. *Preſqu'Iſle de l'Inde deçà le Gange*, habet ab occaſu mare Indicum; à boreâ Imperium Magni Mogolis; ab ortu ſinum Gangeticum, ſeu Bengalenſem, & fretum Manarium. Maximè ab auſtro in boream extenditur inter Comorinum promontorium, & fl. Guengam. Latiſſima eſt in tractu ſeptentrionali, & meridiem verſus ſenſim magis, magiſque acuitur, donec ad Comorinum prom. in angulum acutiſſimum deſinit. Calidiſſimi Cœli eſt, quare & incolæ nudi ferè incedunt, dives pretioſorum lapidum, omniumque, quæ vita deſiderat. Poſſident Belgæ in orâ orientali & occidentali hujus Peninſulæ complures urbes & caſtella. III. *Peninſula Indiæ cis Gangem.*

Digitized by Google

IV. *Divisio Peninsulæ cis Gangem.*

Regna benè multa complectitur, quorum tamen pars non exigua exigui ambitûs est, ut Reges ipsorum, qui partim sub Potentioris degunt clientelâ, potiùs Principes, seu *Raja* patrio vocabulo dicendi videantur. Hinc quidam duo tantùm illustriora Regna in ipsâ enumerant, Decanum & Golcondam. Sansoni quatuor partes statuuntur, Malabaria, Decanum, Golconda, & Bisnagaria, quarum duas priores mare Indicum, & posteriores sinus Bengalensis alluit.

V. *Malabaria.*

Malabaria, *Malabar*, sita in tractu occidentali hujus Peninsulæ, ab omnibus ab austro in boream non eodem modo extenditur. Varii ipsam protendunt à promontorio Comorino, ad promontorium, seu caput *Darame*, Sansoni *C. de Ramos*, sive fluvium Aligam, id est à gradu circiter octavo latitudinis borealis ad gradum decimum quintum, atque adeo versus Goæ confinia. In Tabulis verò Sansonis Malabaria longè minus in septentrionem excurrit, quippe cujus limes septentrionalis fluvius Cangerecora statuitur, qui ad boream urbis Cananori, nec longo ab ipsâ intervallo, in Indicum mare effluit. Profert optimæ notæ piper, zingiber, diversi generis aromata, rhabarbarum, saccharum, gossipium, nuces Indorum, *Cocos*. Incolæ in piraticam valdè proclives sunt, Muhamedismo addictissimi, & Christianorum hostes infensissimi. Regna multa complectitur, à singulis ferè urbibus denominata. Loca & urbes majoris momenti & nominis, quæ Belgis ferè obediunt, sunt ad aut prope littus Malabaricum, Belgis *de Kust van Malabaer*, Comaria, & Comaria extrema olim, nunc promontorium & caput Comarinum, & Comorinum, Gall. *C. de Comori*, aliis *C. Comori* & *Comorin*, australissimus excursus Malabariæ; Cotata, *Cotate*; Travancorium, *Travancor*; Coulanum, *Coulan* seu *Coulam*; Calecoulanum, *Calecoulan*; Porca, *Porca*; Cochinum, *Cochin*, unde quotannis plurimùm piperis exportatur; Cranganora, *Cranganor*; Tanora, *Tanor*; Calicutum, *Calicut*, portus & emporium celebre, caput ampli Regni cognominis, à quo & Malabaria aliàs Calicutum dicitur. Regem Calicutæ Samorinum appellant, cui aliquot quoque minora regna obediunt. Cananorum, *Cananor*, ubi ingens piperis mercatus est. In parte Mediterraneâ Malabariæ occurrunt Angamala, *Angamale*; Changanara, *Changanara*, & Mangata, *Mangate*, seu *Mangale*.

Maritima.

Mediterranea.

Post

Poſt Malabariam ad regnum Decanum progredimur, Gall. *Royaume de Decan*, aliis *Decam*, ſitum quoque in parte occidentali hujus Peninſulæ, ſed quæ plus vergit in boream, medium inter Golcondam ad ortum, & Indicum mare ad occaſum. Solum fertile habet atque irriguum, abundatque ſerico, goſſipio & pretioſis lapidibus. Rex Decani, cui pars Malabariæ obedit, vectigalis eſt, & Magni Mogolis tributarius. Varii hoc Regnum tripartiuntur in regnum Cuncanum, Balaguatam atque Decanum proprium. Quibuſdam pars ejus etiam Canara eſt, quam Biſnagariæ aut Malabariæ accenſent alii. Regnum Cuncanum, *Cuncan*, ſeu *Cuncam*, mari adjacet, cujus nobiliora loca ad aut prope littus ſunt Goa, *Goa*, urbs in exiguâ inſulâ ejuſdem nominis, quam à Continente fluvii dividunt, ampla, abſque mœnibus, ſed ſex arcibus munita, quondam ſub Regis Decani, nunc Portugallorum Imperio, ſedes Vicarii Regii, Archiepiſcopi, ſeu Indici Patriarchæ, & Academiæ, ſtapula Commerciorum Portugalliæ per Indiam, Emporium celeberrimum, quò ex omni parte Indiæ, Perſiâ, Arabiâ, Turciâ, ipsâque Europâ merces confluunt, & quaquaversùm exportantur, præter quod Portugallis in orâ occidentali hujus Peninſulæ vix quicquam reliquum eſt, quibus aliàs integra ferè paruit; Carapatana, *Carapatan*, ſeu *Coropatam*, Goâ borealior eſt; uti & Centapoura, *Centapour*, ac Dabulum, *Dabul*. A mari longè removentur Viſapora, *Viſapor* ſeu *Viſapour*, urbs ad fl. Mandovam, Sanſoni in magnâ Chartâ Aſiæ, *Dogacim*, hujus non tantùm Regni, ſed & Decani totius præcipua, ſedes Regis, à quâ Regnum Decanum exteris ſæpè regnum Viſaporæ appellatur; inferius ad idem fl. eſt Solapora, *Solapour*; Paranda. *Paranda*. Regnum Cuncanum ab ortu contingit regnum, ſeu regio Balaguata, *Balaguate*, ſeu *Balagate*, priori minor & intra montes collocata; ubi præſtant Bedera, *Beder*, aliis *Bider*, & *Bedar*, ac Doltabada, *Doltabad*. Pars tertia regni Decani eſt regnum Decanum proprium, quod maritimum eſt, & plus ad ſeptentrionem extenditur, cujus nobiliora loca ſunt Chaulum, ſeu Caulium, *Chaul*, ſub Portugallis, proximum mari cum amplo portu & arce, atque in mediterraneis Andanagara, *Andnagar*, ſeu *Amedanager*, & Kerkium, *Kerky*, primarium.

VI. *Regnum Decanum; ubi*

R. Cuncanum.

R. Balaguata

R. Decanum.

Viſâ

VII. *Regnum Golconda; ubi*

Visâ occiduâ parte hujus Peninſulæ, ad ortivam progredimur, ubi Golconda & Biſnagaria ſe offerunt. Golconda, ſeu regnum Golcondæ, medium eſt inter regnum Decanum ad occaſum & ſinum Bengalenſem ad ortum, ad auſtrum fl. Guengæ. Subeſt huic Regi etiam pars orientalis regni Biſnagariæ, & ſeptentrionalis Coromandeliæ. Subfuit quoque ipſi regnum Orixæ, quod à regno Golcondæ ad fl. Guengam ſe diffundit, nunc ſub Magni Mogolis imperio. Cælum Golcondæ non rarò perquam intemperatum eſt, ſummo æſtu & impetuoſiſſimis imbribus. Solum nihilominùs feraciſſimum eſt armenti, pecoris, orizæ, nec non frumenti diverſi generis, dives quoque optimi ſalis, chalybis, adamantum, quorum ſpectabilis ſæpè eſt magnitudo, ſed minùs exquiſita mundities. In hoc regno panni linei penicillo pinguntur. Caput Golcondæ Bagnagara, *Bagnagar*, appellatur, vulgò Golconda, *Golconde*, nuncupata, ab Arce ejuſdem nominis, quæ Bagnagarâ diſtat duabus leucis, Regis habitatio, cuſtos Gazæ Regiæ, ambitûs duorum milliarium. Urbs ipſa eſt ampla, culta, magnifica, cum ingente ſuburbio. Ab ipsâ ortum verſus, poſt iter ſeptem dierum, ſe offert *Gani* ſeu *Coulour*, locus, ubi celebris adamantum fodina. Urbes mediterraneæ quoque ſunt Sanſoni Condapolis, *Condapoli*, quam ad ſinum Bengalenſem locant alii, & Condavera, *Condavera*. Ad aut juxta Sinum Bengalenſem jacent Narſingapatanum, *Narſingapatan*; Bimilipatanum, *Bimilipatan*; Guadavarium, *Guadavari*, ad Promontorium ejuſdem nominis; Maſulepatanum, *Maſulepatan*, aliis *Maſulipatam*, *Maſulpatan*, & *Maſlipatan*, urbs ampla, emporium, & portus optimus ad oſtium fl. Nagundæ, *Nagund*, è quo naves ſolvunt ingente numero, & quaquaverſum proficiſcuntur.

Pars Mediterranea.

Pars ad aut juxta S. Bengalenſem.

VIII. *Biſnagaria.*

Supereſt tandem regnum Biſnagariæ, ſeu Biſnagaræ, *Royaume de Biſnagar*. Variè Biſnagaria accipitur; nam ejus nomine aliquando veniunt Biſnagaria, Canara, & Coromandelia, quibus tres Principatus Gingi, Tanjorii, & Maduræ nonnunquam adduntur. Aliquando Canara à recenſitis partibus excluditur, & Coromandelia diſtinctam partem non conſtituit. Nos ſub Biſnagariâ comprehendemus Biſnagariam ſtrictè ſumptam, & Canariam; dein tres dictos Principatus expendemus,

Digitized by Google

demus, & ultimùm Oram Piscariæ & Coromandeliæ. Regnum Bisnagariæ, Gall. *Royaume de Bisnagar*, quando ultimo significatu sumitur, habet regnum Golcondæ & Decanum ad boream, & Malabariam, ac principatum Gingis ad austrum. Aliàs Narsingæ regnum appellatur. Suo Regi ex parte subjectum est, cujus amplissimum fuit imperium. Partes ejus, uti dictum, sunt duæ, Bisnagaria strictè sumpta & Canara. Illa amplior est mediaque inter Canaram ad occasum, & sinum Bengalensem ad ortum, ac à quibusdam in regnum Tienlicum & Bisnagariæ subdividitur, quorum illud nominato Sinui, hoc montibus Gatæ propinquum est. Sed ad urbes ejus accedimus, Sinui partim vicinas, partim ab eo remotiores. Vicinæ sunt Pentapolis, *Pentapoli*, seu *Petapoely*; Carcairum, *Carcairo*; Caletura, *Caletur*, seu *Caletour*; Gueldria, *Geldria*; Paliacata, *Paliacate*, seu *Palleacate*, sub Belgis, sedes Præsidis Commerciorum Belgicorum per regnum Golcondæ; Maliapura, *Maliapur*, seu Fanum S. Thomæ, *S. Thomæ*, quod Galli ante viginti circiter annos sub ductu Jacobi de la Haye occupârant, sed non diu tenuêre, à Belgis & rege Golcondæ jussi migrare, hodie ipsum Portugalli, sed sub rege Golcondæ, inhabitant, & in eo sepulchrum D. Thomæ ostenditur. A Sinu plus minùs removentur Narsinga, *Narsingue*, aliàs sedes Regia, à quâ regnum Bisnagariæ etiam cognomentum trahit; Chativerum, *Chativero*; Cirangapatanum, *Cirangapatan*, & Bisnagaria, *Bisnagar*, aliter *Chandegry*, caput regni cognominis, ad Gatæ montis radices. Pars altera regni Bisnagariæ est Canara, *Canara*, quam nonnulli regno Decano, Malabariæ alii, uti & suprà dictum, attribuunt. Posita est inter explicitam Bisnagariam ad ortum, & Indicum mare ad occasum. Pendet, teste Baudrando, tantùm fiduciario jure à Rege Bisnagariæ. Lingua Canarina perquàm in Indiis usitata dicitur. In mediterraneo tractu occurrit Gorcopa, *Gorcopa*, & juxta littus Onorium, *Onor*, abundans optimi piperis, sub Belgis; Baticala, *Baticala*; Barcelora, *Barcelor* & Mangalora, *Mangalor*, utraque quoque sub Belgis.

Bisnagaria strictè sumpta.

Canara.

Sequuntur Principatus Gingis, Tanjorii & Maduræ, siti inter Bisnagariam strictè sumptam ad boream; Malabariam ad occasum, & fretum Manarium, ac sinum Bengalensem ad

IX. *Principatus minores.*

ortum, & quondam ſub Regis Biſnagariæ imperio, unde etiamnum aliquibus ſub Biſnagariâ numerantur, quamvis nunc ſuis pareant Principibus, dictis *Naiquen*, Gallis *Naiques*. Inter nominatos Principatus Princ. Gingis borealiſſimus eſt, & Biſnagariæ proximus. Urbes ejus nobiliores ſunt Cindabaranum, *Cindabaran*, aliàs *Cindambaram* & *Candabaran*; Gingis, *Gingi*, ampla, caput Principatus cognominis, munita, cum arce in ſcopulo; Coromandelanum, *Coloran*, juxta ſinum Bengalenſem. Ad auſtrum expliciti Principatûs jacet Principatus Tanjorii, cujus urbes ſunt Tanjorium, *Tanjaor* ſeu *Tanjaur*, unde nomen Principatui, & prope Sinum Trangabara, *Trangabar*; Triminapatanum, *Triminapatan*, & Negapatanum, *Negapatan* ſeu *Negapatam*, emporium celebre ſub Belgis. Maximè in auſtrum vergit Principatus Maduræ, ubi ſe offerunt Madura, *Madure*, urbs ampla, culta, ad montium radices, cui hic Principatus nomen debet, & ad ſinum Manarium Manancora, *Manancor*; Tutucorium, *Tutucori*; Trichandura, *Trichandur*; Manapara, *Manapar*, & Iacancurium, *Iacancury*, ſeu *Iacancory*, proximè caput Comorinum.

Principatus Gingu.

Pr. Tanjorii.

Pr. Madura.

X. Supereſt, ut de Orâ Piſcariæ & Coromandeliæ paucis diſſeramus. Ora Piſcariæ, Gall. *Coſte de la Peſcherie*, tractus maritimus ad fretum Manarium, inter promontorium Comorinum ad meridiem, & urbem Negapatanum ad ſeptentrionem, ſic appellatus à piſcatu unionum, qui ad eum ſolet inſtitui. Subeſt, teſte Baudrando, Principi Maduræ, qui ex eo quæſtum capit uberrimum.

Ora Piſcaria.

XI. Ora Coromandeliæ, ſeu littus Coromandelicum, Gall. *Coromandel*, Belg. *de Koromandelſche Kuſt*, ab omnibus non iiſdem finibus arctatur. Sunt, qui ipſam conſtringunt inter Oram Piſcariæ ad auſtrum, & Golcondæ regnum ad boream, ejuſque partes faciunt Coromandeliam propriam, regnum Tamulum, *Tamul*, nec non ditiones aliquot parvi momenti. Alii Oram Coromandeliæ diffundunt à capite Comorino uſque ad influxum Gangis in ſinum Bengalenſem. At varii mediâ viâ incedunt, quibus Ora Coromandeliæ extenditur à capite Comorino ad uſque fl. Nagundam, *Nagund* ſeu *Nagundi*, qui ad urbem Maſulepatanum in ſinum Bengalenſem ſe exonerat. Dives eſt Coromandelia diverſi generis fructuum, frumenti, armenti,

Ora Coromandelia.

Digitized by Google

Digitized by Google

EMPIRE
Patan
GRAND
Agra
Delhi
Lahor
Cambaye
Surate
Goa
Bijapour
Golconde
Visapour
Bengale
Pegu
Siam
Malaca
OCEAN
ENTAL
Cap de Comorin
Ceylan
IN DIEN

Presqv-Isle de L'Inde
au de la du Gange.
Par les Sr. Sanson d'Abbeville
Geographe du Roy
Golfe
de Bengale
Golfe
de Siam
Pegu
Macaon
Iangu
Tanaserim
Malacca
Sumatra
Java
Borneo
Celebes
Timor
Batacapas
Banckock
Ayethia
Siam
Cambaya
Golfe
de Cambaye
Coromoria
Dagon
Chiboa
Chubedu
Chydubo
Golfe
Ouabaca ou Straten
Martabin
Sacotra
Iuropisan
Odiangate
Moro
Langua
Cyme
Tavay
Tenasserim
Queda
Patane
Pahan
Pinam
Banca
Solanger
Parcelar
Aor
Terre d'Arnu
Barat
Bancalis
Bathan
Pattemban
Camphar
Priaman
Tecu
Ouro
Cocos Eylant
Verkens Eyl.
Gomes Poles
Nicubar
Sanguin
Lanconia
Tunquin
La Chine
Ocean Oriental
Mer des Indes
Detroit de Sincapour
Detroit de la Sonde
Detroit de Malaca
l'Equateur
Tropique du Cancre
Golfe de Bengale
Presqv-Isle de L'Inde au de la du Gange.

Digitized by Google

armenti, pecoris, goſſipii, ſerici, & celebris Braminum, ſeu, uti veteres loquebantur, Brachmanum frequentiâ. Incolæ ejus, quando annonæ laborant penuriâ, ſe ſuoſque non rarò divendunt. Ingentem hìc Belgæ faciunt mercaturam. Quæ verò urbes in Coromandeliæ orâ occurrant, dictum paulò ſuperiùs, quando de Biſnagariâ ſtrictè ſumptâ & vicinis ei Principatibus diſſerebamus.

CAPUT XVI.

India extra Gangem.

I. *India extra Gangem.*

POST luſtratam Peninſulam Indiæ intra Gangem, ad Indiam extra, ſeu trans Gangem progredimur. Ejus limites ab occaſu ſunt ſinus Bengalenſis, & imperium Magni Mogolis; à boreâ Tartaria; ab ortu Sina; ab auſtro mare Indicum, ſeu ſinus Cochinchinenſis, Siamenſis & fretum Malaccenſe. Maximè ab auſtro in boream diffunditur, ſita intra gradum circiter 11 & XXXIV latitudinis borealis. Cum verò pars meridionalis hujus Indiæ ſit Peninſula, & ſeptentrionalis Continens, hinc illa Gallis dicitur *Preſqu'Iſle de l'Inde au delà du Gange*, & hæc *Partie de l'Inde au dela du Gange.*

II. *Diviſio. Imperium Siamum.*

Non malè India extra Gangem in tres partes dividitur, in imperium Siamum, regnum Annamiticum, & imperium Avanum. Sub Imperio Siamo, quod inter fretum Malaccenſe, ſinum Bengalenſem, regnum Peguanum, Cochinchinam & ſinum Siamenſem ſe extendit, continentur Malacca, regnum Siamum, Martabanum, Camboja, aliaque, quæ minoris ſunt nominis.

III. *Malacca.*

Malacca, *Malacca*, olim Aurea Cherſoneſus, inter partes Indiæ extra Gangem propinquiſſima eſt Æquatori, ab occaſu in ortum parùm diffuſa, ampliùs ab auſtro in boream; at quouſque, non omnes conſentiunt. Quibuſdam à Sincapurâ, auſtraliſſimò Malaccæ promontorio, eo uſque in boream extenditur, ut intra ipſam ſitum ſit regnum Tanaſſerium; aliis vero longè minùs, nec ultra Bordelongæ confinia. Malacca pars nobiliſſima eſt Imperii Siami, in quâ complura regna numerantur, ab urbibus ferè denominata, quorum reges vaſalli & tributarii

ſunt Siami Regis. Urbes ejus & loca majoris nominis ſunt ad aut juxta fretum Malaccenſe, ſeu littus occiduum, Queda, *Queda*; Toranum, *Torano*; Sambilaona, *Sambilaon*; Solongora, *Solongor*; Malacca, *Malacca*, ſeu *Malays*, totius Peninſulæ facile princeps, cui & ipſa, & Fretum propinquum nomen debet, emporium, quod diligentiſſimè frequentant totius Orientis navigia, olim ſub Portugallorum, nunc Belgarum imperio, portu capace & arce validâ inſtructum, cujus lingua, Malaica vulgò appellata, inter cæteras Indiæ Orientalis puriſſima, pulcherrimaque eſt, quam communiter mercatores & eruditi illarum regionum callent & excolunt. In parte meridionali Peninſulæ ſunt Sincapura, *Sincapura*, Bunoni urbs, juxta promontorium ejuſdem nominis, à quo fretum Malaccenſe aliàs fretum Sincapuræ nominatur; item Ihora, *Ihor*, urbs cum portu egregio. Ad aut prope littus ortivum Malaccæ jacent Pahanga, *Pahang*; Potingarana, *Potingaram*, ſeu *Potingaraon*; Redaora, *Redaor*; Patana, *Patane*, in fertili ſolo collocata, emporium celebre; Singora, *Singora*.

IV. *Regnum Siamum.*

Malaccam ad ſeptentrionem contingit regnum Siamum, *Siam*, ſeu *Sian*, anguſtum in tractu meridionali, ſed in ſeptentrionali longè latius. Orizæ, gummi & ceræ ſigillatoriæ dives eſt. Elephantos, inter quos candidi, magno numero montana nutriunt. Varia regna hoc Regnum complectitur, quibus ab urbibus cognomentum eſt, quas memoraſſe nobis ſuffecerit. Littori ortivo propinquæ ſunt Bordelonga, *Bordelong*; Ligorium, *Ligor*; Patanora, *Patanor*; Berdium, *Berdio*. Prope littus oppoſitum jacent Iuncalana, *Iuncalan*, ſeu *Iuncalaon*; Tanaſſerium, *Tanacerim*, portus & emporium celebre, dives vini, aduſto noſtro non abſimilis; Lugorium, *Lugor*; Morum, *Moro*. Liamum, *Liam*, eſt juxta intimum receſſum ſinûs Siamenſis, & Cambojæ confinia. Plus in boream vergit Bancoca, *Bankock*, prope oſtium fl. Menani, *Menan* ſeu *Manan*; Odia, *Odia* ſeu *Odioa*, nonnullis *Judia*, aliàs Siamum, *Siam*, urbs ampla, munita, magnifica, ſita in inſulâ, quam parit fl. Menanus, emporium nobile, in quo auri, ſerici, aliarumque pretioſarum mercium ingens reperitur abundantia, regni Siami, quin imperii totius facilè princeps & regia. Supra Odiam ad idem fl. eſt Sacottaia, *Sacottay*.

Regnum

Regnum Martabanum regnis Siamo & Peguano conterminum eſt, & ab occaſu ſinu Peguano perfunditur. Longiùs ab auſtro in boream ſe explicat, quàm ab occaſu in ortum. Abundat metallis, herbis Medicis, frumento, oleo, fructibus. Urbium clariſſima eſt Martabanum, *Martaban*, caput regni cognominis, ad ſinum Martabanum, ubi vaſa porcellana ingente copiâ finguntur. Plùs in boream vergunt Marareum, *Marareo*; Tuquala, *Tuquala*, aliis *Tognalla* & *Tagalla*; Macaona, *Macaon* ſeu *Macham*. V. *Regnum Martabanum.*

Progredimur ad regnum Cambojam ſive Cambodiam, *Camboia*, medium inter regnum Siamum & Sinum ejuſdem nominis ad occaſum, & regnum Cochinchinam & Chiampam ad ortum. Per ipſum fl. Meconus, *Mecon*, defluit. Ejus oppida juxta ſinum Siamenſem ſunt Tarvana, *Tarvana*; Langora, *Langor*; Corola, *Corol*. Plus à Sinu abſunt Lauvecum, *Lauweck*, *Leuweck*, aliis *Ravecca*, Baudrando Cambojæ præcipua, ad fl. Meconum; item Camboia ſeu Cambodia, *Camboia*, variis caput hujus Regni, Lauveco longè auſtralius, emporium celebre. VI. *Regnum Camboja.*

Viſis præcipuis partibus Imperii Siami, ordo ducit ad regnum Annamiticum, ſive Annanum, id eſt Occidentale, ita appellatum, quia aliquando pars fuit Sinæ occidua. Situm eſt inter regnum Siamum, imperium Avanum, Sinam & ſinum Tunchinenſem. Diſpeſcit ipſum Baudrandus in regnum Cocinchinam & Tunchinum. VII. *Regnum Annamiticum.*

Cocinchina, *Cochinchine*, pars meridionalis eſt regni Annamitici, ſic dicta, ut quidam volunt à Portugallis, quaſi Cochinum Sinenſe, ob ſimilitudinem, quam habet cum regno Cochino Malabariæ. Ipſam limitat ab occaſu Camboja; à boreâ regnum Tunchinum; ab ortu & auſtro ſinus Cocinchinenſis. Soli præpinguis eſt, progignitque ingenti copiâ orizam & fructus diverſi generis, neque deeſt cinnamomum, piper, ſericum, optimæ notæ metalla, rhinocerotes, elephanti eximiæ magnitudinis, portus commodiſſimi. Suo Regi obedit, Imperatoris Sinenſis tributario. Dividitur Cocinchina in Ciampaam & Cocinchinam. Ciampaa, *Chiampaa*, aliis *Chiampa*, *Chiapaa*, *Tſiompa*, quam Cambodiæ aliqui attribuunt, partem auſtralem tenet Cocinchinæ, regni titulo illuſtris, ſub regis VIII. *Regnum Cocinchina; ubi* *Ciampaa.*

Cocinchinenſis dominio. In ipsâ præſtat Pulocacemum, *Pulocacem*, ſeu *Pulocaceim*. Cocinchina ſtrictè accepta Ciampaâ longè major eſt, ejuſque partem occiduam inhabitant Kemi populi, Gall. *Kemois Peuples*. Clariores ejus urbes ſunt juxta Tavernierium Bonta, *Bonten*, portus eximius; Dinphoanum, *Dinphoan*; Tachanum, *Tachan*; Camelea, *Camelee*; Haiſum, *Haiſo*, bene munitum; Caccianum, *Caccian*, ſive *Cacciam*, variis regia ſedes eſt, ubi ingentem faciunt mercaturam Sinenſes & Japonenſes, at hanc urbem præterit Tavernierius; Sanſoa, *Sanſoo*, ante ampla, & emporium nobile, quod, ex quo portum arena opplevit, defecit plurimùm.

Cocinchina ſtrictè accepta.

IX. *Regnum Tunchinum.*

Pars altera regni Annamitici eſt regnum Tunchinum, Gall. *Royaume de Tunquin*, quam ab auſtro terminat Cocinchina, & ſinus Cocinchinenſis, ſeu Tunchinenſis; ab ortu & boreâ Sina; ab occaſu regnum Bramæ, & Laji populi. Cælum temperatum habet, ſolum pro maximâ parte campeſtre, caret vino, frumento, minimè orizâ, ſerico, ſaccharo, malis aureis, rhinocerotibus, elephantis, equis, teſtudinibus. Multas numerat provincias, plurimas urbes & vicos, ſed parùm cognitos Europæis. Notiores ſunt, teſte Tavernierio, Cuaſaya, *Cuaſay*; Cuadaga, *Cuadag*; Kecium, *Kecio*, ſeu *Checho*, juxta oſtium fluminis, quod urbem in duas partes diſtribuit, caput regni & ſedes Regia; aliquantò ſuperius eſt Bodegum, *Bodego*. Rex Tunchinenſis & mari, & terrâ præpotens eſt, plurimoſque Principes habet ſibi obnoxios, tributarius tamen Imperatoris Sinenſis.

X. *Imperium Avanum.*

Supereſt ex Indiâ extra Gangem pars tertia & ultima, imperium Avanum, cujus limites ab auſtro ſunt imperium Siamum; ab occaſu ſinus Bengalenſis & imperium Magni Mogolis; à boreâ Tartaria; ab ortu Sina & regnum Tunchinum. Multa hoc imperium complectitur. In ejus tractu orientali verſus Sinæ confinia varii populi occurrunt, Timocovii, *Timocoves*; Gueyi, *Gueyes*; populi Ciocanguæ, & Layi, *Layes*, regis Avani vaſalli ſeu tributarii. Regna hujus Imperii multa ſunt, inter quæ clarioris nominis Peguanum, Arracanum, Avanum.

XI. *Regnum Peguanum.*

Regnum Peguanum, *Pegu*, aliàs ampliſſimum & potentiſſimum, nunc à vicinis regibus Avæ & Siami ferè oppreſſum, partem

partem tenet imperii Avani auſtraliſſimam, contiguaque eſt regno Siamo & Martabano, ac ſinu ejuſdem nominis, nec non Bengalenſi perfunditur. Figura Lunæ falcatæ non eſt diſſimilis. Dives eſt coloratis gemmis, quæ nullibi in toto Oriente inveniri dicuntur, quàm hìc, & in Ceylano inſulâ, rubinis, topaziis, amethyſtis, hyacinthis, ſapphiris, variis metallis, moſcho, fructibus, elephantis eximiis. Nunc fiduciario jure inquiunt ab Avæ regno pendere. Inter urbes ejus præſtant Ianconia, *Iancoma*, ſeu *Iangoma*; Manarium, *Manar*; Tangum, *Tangu*; Marſinum, *Marſin*; Peguum, *Pegu*, urbs ad fluvium ejuſdem nominis, emporium celebre, variis regni Peguani caput, & ſedes regia, cum palatio ſuperbiſſimo, quæ tamen Tavernierio Sira, *Siren*, appellatur; contra oſtium Pegui fluminis in ſinu Peguano jacet inſula Siriaona, *Siriaon*, cum urbe cognomini, aliis *Siriavo*; Coſmium, *Coſmi*; Ledca, *Ledoa*.

XII. *Regnum Arracanum.*

Inter regnum Peguanum ad auſtrum & Bengalam ad boream medium eſt regnum Arracanum, quod ab occaſu ſinus Bengalenſis alluit. Ejus urbes præcipuæ ſunt Arracanum, *Arracan*, ſeu *Aracam*, juxta oſtium fluminis, non procul à nominato ſtatim Sinu, regni hujus primarium; Sora, *Sore*; Codouaſcana, *Codouaſcan*.

XIII. *Regnum Avanum.*

Quod reliquum eſt ex imperio Avano, venit ſub regni Avani nomine, quamvis & diverſa regna contineat, denominata ab urbibus. Urbes nobiliores habentur Cacomæum, *Chacomas*; Tipoura, *Tipoura* & *Tipra*; Caſſubum, *Caſſubi*; Boldia, *Boldia*; Mandranella, *Mandranelle*; Canaranum, *Canarane*; Brama, *Brama*, ſeu *Brema*; Tranſiana, *Tranſiane*; Ava, *Ava*, clariſſima & regni, & imperii Avani, ſedes regia ad fl. Caypumum, ubi magna exercetur gemmarum & moſchi mercatura; Promum, *Prom*; Totæum, *Totay*; Largaræum, *Largaray*; Tolema, *Tolema*.

XIV. *India extra Gangem Flumina: Meconus.*

Variis magnis Fluminibus India extra Gangem irrigatur. Orientaliſſimus eſt Meconus, *Mecon*, ſeu *Meton*, qui per terram Layorum, confinia regni Tunchini & Cambodiam prope ſinum Siamenſem in Indicum mare defluit. Quatuor alia flumina, quæ cætera ſupereminent, exeunt ex lacu Chiamæo, Gall. *Lac de Chiamay*, ſito in borealiſſimo tractu hujus Indiæ, ambitûs

ambitûs centum & octuaginta leucarum, & appellantur Menanus, Caypumus, Cosminus, atque Caorius, quorum primus in sinum Siamensem & cæteri in Bengalensem defluunt.

Fl. Menanus. Fl. Menanus, *Menan*, amplissimus, & maximè ortivus est, fluxumque per regnum Avanum, Peguanum & Siamum in-

Fl. Caypumus. stituit, & in sinum Siamensem, uti dictum, se exonerat. Fl. Caypumus, *Caypumo*, alias *Pegu*, per regnum Avanum & Peguanum perlabitur, rigatisque in illo Avâ, in hoc Peguo, infra hanc urbem sinu Peguano, parte sinûs Bengalensis, misce-

Fl. Cosminus. tur. Fl. Cosminus, *Cosmin*, decurrit per regnum Avanum, & orientalem partem Bengalæ, & in sinum Bengalensem effun-

Fl. Caorius. ditur. Tandem Fl. Caorius, *Caor*, postquam regnum Avanum & Bengalam transivit, in orientale Gangis ostium illabitur, & per illud in sinum Bengalensem. Quinque hæc Flumina, non aliter ac Nilus, circumjacentem terram inundant, & fœcundant insigniter.

XV. *Varia sententia de Ophirâ Salomonis.*

Antequam Imperium Magni Mogolis ingredimur, Salomonis Ophiram silentio præterire non possumus, de cujus situ non una Eruditis est opinio. Sunt, qui arbitrantur Hispaniolam esse, insulam Americæ Septentrionalis in septentrionali Oceano. Contendunt alii Peruviam existere, partem occidentalem Meridionalis Americæ ad mare Pacificum. Quærunt quidam Ophiram in parte orientali & maritima Africæ, ubi hodie Zefala seu Zofala, regnum & urbs in parte boreali Caffariæ; aut ubi Mosambicum, urbs maritima in parte australi Zanguebariæ regionis. Plurimi Ophiram in Indiâ Orientali collocant, & varii in vario ejus tractu. Multi sentiunt Ophiram veterum Taprobanam esse, quæ aliquibus regnum Peguanum est; Mercatori verò, Julio Scaligero, Rhamusio, Orosio, Stukio, & Linschoten, insula Sumatra; Bocharto, cui & altera Ophira est in Arabiâ prope Sabæos, nec non aliis insula Ceylanum. Neque desunt, quibus Ophira aurea Chersonesus est, nunc communiter Malacca; nisi aurea Chersonesus, quæ quorundam est sententia, non nomen proprium videatur, sed commune auriferis regionibus, per quod itaque intelligi potest Ceylanum, regnum Peguanum, Malacca, Sumatra, omnis ora Indiæ, quæ ferax fuit rerum, quarum Historia Sacra meminit. Autumat Athanasius Kircherus Ophiram esse

Digitized by Google


L'EMPIRE du Grand MOGOL.
Par N. Sanson d'Abb. Geogr. du Roy.
TARTA
ZAGATHAY.
CABVL.
ATTOCK
CASSIMERE
Patanes
CANDAHAR
Aguvanes
HAIA
MVLTAN
PENGAB
Bulloques
BVCKOR
HENDOWNS.
IESSELMERE.
BANDO.
TATTA
Golfe de l'Inde
GVZVRAT
HITOR
Golfe de Cambaye
CANDIS.
DECAN.
MER DE


Eſchelle de 300000 Pas Geometr.
60 120 180 240 300
TIBERT
TVRQVES=
TAN.
KANDVANA
Karakatanka
Rama Mugg
Decampergà
PITAN.
PATNA.
IESVAL
MEVAT.
PATAN.
BAKAR.
SAMBALL.
IAMBA.
VARVAR.
Golfe
de Bengala.
L'IN
DE

Digitized by Google

esse vocem Ægyptiacam, & significasse Ægyptiis ingentem partem Indiæ, puta Malabariam, Ceylanum, Malaccam, Sumatram, Javam, Moluccas insulas, aliasque auriferas regiones. Ut finem faciam, existimem Sacro Textui & difficultatibus optimè satisfieri, si Ophira in Indiâ Orientali statuatur, neque in uno ejus loco, sed à sinu Bengalensi ortum versus in omni orâ, quæ ea protulit, quæ triennali Classis itinere Salomoni hinc advecta fuerunt, ne quidem exclusâ Sina & Japonicis Insulis.

XVI. *Varia sententia de Tarsi Salomonis.*

Uti de Ophirâ, sic & Tarsi, seu Tharsi Salomonis multiplex sensus est. Tarsis quibusdam est mare Mediterraneum; aliis mare Indicum; aliis Oceanus. Sunt, quibus Tarsis habetur Tarsus Ciliciæ; Cilicia ipsa; Tunis; Carthago; Africa. Bocharto duplex est Tharsis; altera in Hispaniâ circa Bætis ostia, Gades, aut Calpen, ubi initium freti Herculei; altera, ad quam naves ex Esiongeber profectæ navigârunt, in oceano Indico, Ophiræ proxima, fortè ad promontorium *Cory*, quod Hispanicam Calpen utcumque refert, hodie prom. Comorinum. Nec desunt, qui, collatis variis Scripturæ locis de Tarsi & Ophirâ, arbitrantur (nec malè meo judicio) eas idem designare, aut regiones vicinas fuisse, aut Tarsim urbem regionis Ophiræ, à quâ naves, quia eò commeare solebant, appellabantur, sicuti hodie naves Belgarum à freto Herculeo. Ubi verò sita fuerit, determinatu difficile est.

CAPUT XVII.

Imperium Magni Mogolis.

I. *Imperii Magni Mogolis nomen & limites.*

EXPLICITIS Peninsulâ Indiæ intra Gangem, & Indiâ extra Gangem, supereſt Indiæ pars tertia & ultima, Imperium Magni Mogolis, Gall. *l'Empire du Grand Mogol.* Populi hujus Imperii ab Indis Mogoli appellantur, id est Albi, quia albi coloris sunt, saltem minùs nigri, aut flavi, quàm qui Peninsulas Indiæ habitant. Placet aliis, Mogolos appellari à Tartaris, populis albi coloris, qui olim ex Tartariâ meridionali profecti, maximam partem Indiæ continentis subjugârunt, & à quibus hoc nomen ad hujus Regionis incolas transiit,

ſiit, quo hodieque nominantur. Dicitur aliàs India vera, ſive ſuperior. Ejus limites à boreâ ſunt regnum Boutanum, optimi rhabarbari & moſchi dives, & Tartaria; ab occaſu Tartaria, Perſia, ſinus Indicus & Cambayenſis; ab auſtro Peninſula Indiæ intra Gangem & ſinus Bengalenſis; ab ortu regnum Avanum & Tartaria. Maximè hæc regio diffunditur ab occaſu in ortum ad gradus circiter XXXV; ab auſtro in boream ad XX.

II. *Imperii Magni Mogolis conſtitutio.* Cœlum habet temperatiſſimum, ſolum populoſiſſimum, cultiſſimum, fertiliſſimum; excipe, quod verſus ſeptentrionem eſt. Abundat orizâ, ſerico, goſſipiis, lino, nitro, indico, nec deſunt gemmæ, & fructus varii generis, inter quos mala citrea & aurea. Habet Magnus Mogol intra fines ſui Imperii varios præpotentes Principes, qui tantùm fiduciario jure ab ipſo dependent, & multùm ſæpè faceſſunt negotii. In cæteras partes Imperii abſolutiſſimum exercet dominium, omnium Aſiæ Principum potentiſſimus & ditiſſimus, cujus ſplendor & magnificentia, ſeptem ſolia gemmatiſſima, gemmæ exquiſitiſſimæ, numerus concubinarum, quæ & ſtipatores ſunt corporis, & poteſtatis ſatellites, copia elephantorum, qui & militiam, & belli artes edocti ſunt, ac id genus plura, fidem fermè excedunt. Ex ſtirpe Magni Tamerlani Magnus Mogol genus trahit, religionem Muhamedanam profitetur, nullam vim infert conſcientiis, ſinit quemque ſuo frui genio; unde & multi in ejus Imperio inveniuntur Idololatræ, etiam Judæi & Chriſtiani.

III. *Diviſio ejuſdem varia.* Indigenæ dividunt hoc Imperium in XX generales Præfecturas, quas *Soubah* nominant, & in multas Præfecturas minores (*Serkars* nuncupant, hoc eſt Quæſturas) ſubdividunt; Exteri in plura Regna, ſeu ampliſſimas Provincias, quas alii faciunt XXXV, XXXVIII, XXXIX, aut XL. Poſteriorem diviſionem in Regna ſive Provincias ſequemur, quia hæ in Tabulis delineari ſolent, non verò omnes generales Præfecturæ, ſed tantùm quædam, quas ſuo loco annotabimus. Regna ſive Provinciæ Imperii Magni Mogolis ad quinque Capita non incommodè revocantur: nam aut in ortum ſitæ ſunt, ad, ſeu juxta confinia Imperii Avani; aut in auſtrum, ad ſinum Bengalenſem, & juxta, ſeu ad Peninſulam Indiæ cis Gangem; aut in medio Imperio;

Digitized by Google

Imperio; aut in boream, & ad, ſeu juxta Tartariæ confinia, aut denique in occaſum, ad, ſeu verſus Perſiam.

IV. *Pars Imperii Mogolis ad ortum; ubi*

In Ortum, ſeu ad vel juxta confinia Imperii Avani, ſeu Indiam extra Gangem ſita ſunt V Regna ſive Provinciæ: Canduana, Udeſſa, Patna, Ieſualum, Mevatum, poſitæ ad fl. Perſelium, *Perſely*. Omnium borealiſſimum eſt regnum Canduana, *Kanduana*, cujus clariſſima urbs eſt Caracatanca, *Karakatanka*, ſeu *Karach Katana*. Canduanæ ad auſtrum conterminum eſt regnum Udeſſa, *Udeſſa*, ubi præſtat Iehanacum, *Iehanac*, aliis *Iekanac*, quod in auſtrali Regni tractu collocatur, & aliquibus extra hoc regnum in Ieſualo confini. Udeſſæ parti boreali ad occaſum confine eſt regnum Patna, *Patna*, Robbe Parana appellatur, poſitum trans fl. Perſelium, ſeu pro maximâ parte, ſeu, ut aliæ habent Tabulæ, ab omni parte. Hìc præſtat Patna, *Patna*, Robbe Parana, *Parana*, ad ſeu juxta fl. Perſelium, in Pitani, Canduanæ & Udeſſæ confinio. Patnam & Udeſſam interjacet regnum Ieſualum, *Ieſual*, cujus latus occiduum rigat Perſelius, formæ triangularis, juxta Robbe trapezium. Ejus urbs nobilior eſt Rajapora, *Rajapore*. Ieſualo ad auſtrum adjacet regnum Mevatum, *Mevat*, ubi urbs primaria Narvalum, *Narval*.

Regnum Canduana.

R. Udeſſa.

R. Patna.

R. Ieſualum.

R. Mevatum.

V. *Pars Imperii ad ſinum Bengala; ubi*

Pergimus ad ſecundam partem Imperii Magni Mogolis, quæ in Auſtrum ſita eſt, partìm ad ſinum Bengalenſem, partìm juxta ſeu ad Peninſulam Indiæ cis Gangem, ejuſque Regna ſeu peramplæ Provinciæ ſunt V: Bengala, Orixa, Berarum, Candiſium, & Guzarata. Ad ſinum Bengalenſem duo priora regna ſe offerunt, Bengala & Orixa. Regnum Bengala, *Bengala*, conſtituta eſt ad infimum tractum Gangis fluvii, ejuſdemque oſtia, diffunditque ſe à Gange ortum, & in primis occaſum verſus, atque ad ſinum Bengalenſem, à regno Arracano ad ortum, ad uſque oſtium fl. Guengæ, & regnum Orixæ ad occaſum. Longitudinem ejus ab occaſu in ortum quidam extendunt ad CCXX leucas, & latitudinem ab auſtro in boream ad CXX, ut ampliſſimum regnum ſit. Cælum habet ſalubre, abundatque ſerico, quod poſt Perſicum optimæ notæ eſt, goſſipiis, arundinibus, quæ vulgò cannæ Hiſpanicæ vocantur, ex quibus multi ſcipiones fiunt, comites deambulantium, zibetho, quod frequenter Bengalenſes adulterant, orizâ, ſaccharo, zin-

Regnum Bengala.

gibere, oblongo pipere. Neque adamantes, pecora aut armenta desiderantur, neque vastæ magnitudinis rhinocerotes, quorum animantium sanguis & cornua contra vim veneni præstantissimum medicamen dicuntur. Olim propriis Regibus paruit, & in XII regiones sive provincias dividebatur, hodie Magno Mogoli obedit, ejusque partes variis statuuntur quatuor, inter quas tres mediterraneæ: Patanum, *Patan*, Elabasa, *Elabas*, quam transeunt alii, & Pruropa, *Prurop*; atque una maritima ad & prope ostia Gangis, Bengala propria. Hæc sub Præfecturâ Iagannati, *Iagannat*, continetur, ordine XII, cui XI Quæsturæ sunt. Inter urbes hujus Regni nobiliores vulgò habetur Bengala, *Bengala*, emporium (sic multi) nobilissimum, ex quo pretiosæ merces, de quibus paulò superiùs, ingenti copiâ exportantur, una ex celeberrimis Indiæ urbibus, Bengalæ Caput, à quo sinus Gangeticus nunc Bengalensis appellatur. In situ ejus variant. Sansonus & Cluverius Bengalam locant ad orientalem ripam Cosmini fl., non longè ab ostio, contra urbem Chatiganum, quod ad alteram ripam est; alii ad orientale brachium fl. Caorii, & ripam ejus orientalem, non procul ab ostio, contra Chatiganum, quod juxta alteram ripam est. Utrique in latitudine Bengalæ propemodùm conveniunt, & in situ ad flumen, atque distantiâ à sinu Bengalensi, sed plùs variant in fluxu Cosmini & Caorii, atque exitu eorum in sinum Bengalensem, unde ad varium flumen collocatur. Sunt, qui negant in universo regno Bengalæ Bengalam urbem extare, quibus proinde Sinus proximus non ab urbe, sed regno cognomentum trahit. Fundamentum ponunt suæ sententiæ, quod qui Bengalæ regnum lustrârunt, Bengalam urbem non offenderint. Autumant itaque, ubi communiter in Tabulis Bengala depingitur, urbem Chatiganum reperiri, atque adeo Bengalam expungendam esse, & ejus loco substituendum Chatiganum, quod aliàs è regione Bengalæ in Tabulis, sicuti modò dictum, exprimitur. Quæ num vera sint, optimè edocere potest experientia. Vix tamen huic sententiæ possum subscribere, cum Tabulæ Belgarum, ut alios transeam, ipsæque maritimæ, Bengalam urbem exhibeant, & quidem circa ostium fluminis, & sinum Bengalensem, quem persæpè frequentant. Post Bengalam sequitur Chatiganum, *Chatigan*, seu

Varia sententia de urbe Bengala.

ſeu *Chatigam*, urbs, quam Tabulæ conſtituunt ad aut juxta occidentalem ripam fl. Coſmini, aut Caorii, non procul ab oſtio, aut Bengalæ loco ad orientalem ripam Coſmini, proximè oſtium; Bandera, *Bander*; Daca, *Daka*, urbs, quæ ſe ad Gangem longè extendit, parùm culta, emporium celebre, in quo & Belgæ, & Angli negotiantur; Patana, *Patana*, aliis *Patna*, una ex maximis Indiæ urbibus, cujus ædificia vilia ſunt, quod in Indiâ vulgare eſt, ſita ad Gangis ripam occiduam, non ortivam, ut variæ habent Tabulæ, quam Belgæ ob nitri mercatum adeunt, caput Præfecturæ Patnæ, alias Bearæ, octavæ ordine, ſub quâ octo Quæſturæ numerantur; Gourum, *Gouro*, urbs ſatis ampla ad Gangem; Saſerona, *Saſeron*, ad montis radicem juxta ingens ſtagnum; Banara, *Bannara*, rectius *Banaron*, urbs ampla & magnifica, ad borealem ripam Gangis, cujus ædes ex lapide cocto & foſſili ſtructæ ſunt, editiores ſolito, at plateæ anguſtiſſimæ; Holobaſſa ſeu Holabaſſa, *Holobaſi*, aliàs *Holabaſi*, *Elabaſi*, & *Halabas*, ampla quoque, ad confluentes Gemeni, *Gemene*, & Gangis, cum arce eximiâ ex foſſili lapide, ſede Gubernatoris potentiſſimi. Præfectura Holabaſſæ, ordine nona, XVII Quæſturas complectitur. Ragmehela, *Ragmehel*, aliis *Regemeala*, aut *Rage-mehale*, ſedes olim Præfecti Bengalenſis, emporium inſigne eſt ad dextram ripam Gangis, à quâ dimidio milliari hodie dividitur; Sotiga, *Sotiga*, *Satiga*, & *Satagam*, in inſulâ, quam Gangis brachia conficiunt; Ougelum, *Ougely*, urbs Sanſoni in meridionali parte ejuſdem Inſulæ, aliis ad occidentalem ripam Gangis contra hanc inſulam, Baudrando Bengalæ primaria, ſedes generalis Præfecti negotiationis Belgarum per Bengalam; Piplium, *Pipli* ſeu *Piepely*, & Balaſora, *Balaſor*. Poſt Bengalam ad Orixæ regnum, *Orixa*, progredimur, ſitum ad ſinum Bengalenſem inter fl. Guengam ad ſeptentrionem & Golcondæ regnum ad meridiem, pars quondam ſeptentrionalis regni Golcondæ, & ſub Golcondæ Regis imperio, nunc Magni Mogolis, quæ ideo inter Regna hujus Imperii aliquibus non recenſetur. Ejus urbes ſunt Ramana, *Ramana*, juxta meridionalem ripam Guengæ in limite Præfecturæ Talengandæ, *Talengand*, aut intra ipſam, quæ decima nona eſt ex XX generalibus Præfecturis hujus Imperii; item Orixa, *Orixa*, caput regni cognominis, monti inſidens. *Regnum Orixæ.*

VI. *Pars Imperii Mogolis ad Peninſul. cis Gangem; ubi R. Berarum.* Supereſt ex ſecundâ parte Imperii Magni Mogolis, quæ in auſtrum ſita eſt, pars juxta, ſeu ad Peninſulam Indiæ cis Gangem, ſive regna Berarum, Candiſium & Guzarata. Regnum Berarum, *Berar*, à fl. Guengâ, ſeu Orixâ in boream vergit, medium inter regnum Bengalæ, Malvæum & Candiſium. In *R. Candiſium.* ipſo præſtat Shapora, *Shapor.* Regnum Candiſium, *Candis*, regnum Berarum & Guzaratam interjacet. Ejus urbes ſunt Mandova, *Mandou* ſeu *Mandowe*, in regni Chitorii confinio, intra quod Tabulæ quædam ipſam collocant; Haſſera, *Haſſere;* Brampora, *Brampour*, ſeu *Brampoure*, item *Brampor*, urbs ampla, Regni hujus facile princeps, plurimùm deſolata, cum arce ingenti, ubi Præfecti habitatio, qui ſæpiùs fuit aut filius, aut patruus Imperatoris. Ædificia tantùm non omnia ſtramine tecta ſunt. Inſignis hìc goſſipiorum linorumque proventus eſt, ex quibus pretioſiſſimi panni linei, optimè picti & multo auro artificioſiſſimè intertexto, parantur, & in Perſiam, Arabiam, Ægyptum, Turciam, Poloniam, aliaſque oras exportantur. *R. Guzarata.* Ultimùm ſe offert regnum Guzarata, *Guzarate* ſeu *Guzuratte*, aliter Cambaia, quam ab auſtro regnum Decanum limitat; ab ortu regnum Candiſium, & Chitorium; à boreâ regnum Ieſſelmera, Soretum, & ſinus Indicus; ab occaſu mare Indicum & ſinus Cambaienſis. Cœlum habet aliquâ anni parte torridum & tempeſtuoſiſſimum, tellus fert ubertim, præter vinum, quæ vita ſeu ad neceſſitatem, ſeu voluptatem expoſcit. Dives eſt opii, quod Aſiatici efflictim depereunt. Olim propriis Regibus paruit, nunc Magno Mogoli. Inveniuntur in hoc regno populi *Reibnes*, prædones peſſimi. Inter urbes clariores referuntur ad aut juxta mare: Baſaimum, *Baçaim* ſeu *Baſſin*, verſus regni Decani confinia; Damanum, *Daman* Gall., *Damaon* Luſitanis, quibus ſubeſt, cum arce munitâ, & portu commodo; Surata, *Surate*, non valdè ampla, nec culta, pauciſſimis exceptis ædibus, emporium celebratiſſimum, & Belgis ac Anglis diligentiſſimè frequentatum, portus unicus, teſte Tavernierio, Imperii Magni Mogolis, ad oſtium fluminis, quod magnis navibus, quando onuſtæ ſunt, propter pulvinos invium eſt; Dium, *Din*, urbs in colle exiguæ Inſulæ ad introitum ſinûs Cambaienſis, juxta littus ejus boreale, parva, munitiſſima, ſub Luſitanorum imperio; Cambaia,

Cambaia,

Digitized by Google

Cambaia, ante ad, nunc juxta intimum receſſum ſinûs Cambaienſis, cui quoque, uti & Sinui nomen facit, emporium inſigne, quod proinde & Cairum Indiæ appellatur, at hodie minùs floret, quàm quando Sinui ſuo erat propinquior. Plus vergit in boream, atque à Sinu recedit Amedebatum, ſeu Armadabatum, item Amadabatum, *Amedebat*, aliàs *Amadabath*, *Armadabat*, *Amed-Abath*, *Hamedewat*, *Hurimedewat*, una ex ampliſſimis Indiæ urbibus, emporium præſtans, prædives, caput Guzaratæ, quod quibuſdam Cambaia eſt.

VII. *Pars Media Imperii Mogolis; ubi.*

Sequitur pars Imperii Magni Mogolis, quæ medium ejus occupat, ubi occurrunt regnum Chitorium, Malvæum, Raja Ranas, regnum Bandum, Populi Hendowns, regnum Ienupara, Dellium, Agra, Gualeora, Narvara, Maroucha, Sambalium, Bacarium, Iamba, atque Pengabum. Regnum Chitorium, *Chitor*, Guzaratam ab occaſu & ſeptentrione contingit, ejuſque urbes ſunt Chitipora, *Chitipor*, *Chitipur*, ſeu *Chitpor*, ubi ingens pictorum linteorum negotiatio, à quibus nomen accepit; item Chitorium, *Chitor*, hujus regni præcipua intra montes. Regno Chitorio ab orto adjacet regnum Malvæum, *Malvay*; ubi ſe offerunt Ougela, *Ougel*, aliquibus primaria; Sarampora, *Sarampore*; Rantipora, *Rantipore*, juxta alios Caput; Syranga, *Syrange*, ſeu *Seronge*, urbs ampla, pictis linteis, nec non maximè tranſparentibus abundans; Nadera, *Nader*, ampla in monte declivi. Ad occaſum regni Malvæi, & boream regni Chitorii ſitus eſt principatus Principis, vulgò Raja Ranas, Magni Mogolis tributarii, ubi Gurchittum, *Gurchitto* monti inſidens, ſedes Principis, & Canderua, *Canderu*. Huic Principatui ad boream proximum eſt regnum Bandum, *Bando*, ubi præſtant Aſmera, *Aſmere* ſeu *Haſmehr*, ſub Rajâ, caput Præfecturæ cognominis; item Bandum, *Bando*, Regni princeps. Plus in boream & occaſum deflectunt populi Hendowns, ubi Mearta, *Mearta*, & Hendowna, *Hendowne*. Hiſce populis ad ortum confine eſt regnum Ienupara, *Ienupar*, in quâ occurrunt Syrina, *Syrinan*, aliàs *Syrina*, & *Serine*; item Ienupara, *Ienupar*, nobiliſſima regni Ienuparæ. Ienuparâ auſtralius eſt regnum Dellium, *Delly*, in quo jacet Gehanabada, *Gehanabad*, aliàs *Gehan-Abad*, *Iehan-Abad*, per ſyncopen pro *Chah Iehan-Abad*, id eſt Colonia *Chah Iehan*, ſeu *Chah-Gehan*, Magni

Regnum Chitorium.

R. Malvæum.

Raja Ranas.

R. Bandum.

P. Hendowns.

R. Ienupara.

R. Dellium.

Digitized by Google

Magni Mogolis ſic appellati, qui ipſam in ſedem Imperii ob temperatius Cœlum condidit, vaſta, ſed deſolata ferè, cum palatio magnifico, ad fl. Gemenum, *Gemna*, ſeu *Gemené*. A Gehanabadâ murus Dellium, *Delly* ſeu *Dehli*, dividit, juxta eundem fluvium, urbs ampla, rectiùs urbis cadaver, à quo Gehanabada ſtructa eſt. Prima Imperii Præfectura generalis Præfectura Dellii, *Dehli*, ſive *Iehan-Abad*, appellatur, cujus Quæſturæ ſunt XVI. Centrum Imperii Mogolis regnum Agra, *Agra*, occupat, ſitum ad Gemenum, inter regnum Dellium ad boream, atque Malvæum & Gualeorum ad auſtrum. Præfectura Agræ ordine ſecunda eſt, & Quæſturas numerat XIV. Urbes hujus Regni ſunt Fetipora, *Fetipore*; Agra, *Agra*, ſeu *Eker-Abad*, ad Gemenum, in ſolo arenoſo, & per æſtatem torrido, quapropter Imperator Chah-Gehan ſedem Imperii hinc Gehanabadam tranſtulit, urbium totius Indiæ vaſtiſſima, quam inquiunt, equitem diei ſpatio vix poſſe circumequitare, munita latâ foſsâ & valido muro lapideo, inter ſedes Imperatorias, quæ benè multæ ſunt, omnium prima, regina Orientis, populoſiſſima, in quâ Imperatoris Palatium, & Magnatum ædificia, ac extra urbem Mauſolea maximam laudem inveniunt; contra Agram ad alteram ripam Gemini eſt Secandra, *Secandra*, urbs, potiùs ampliſſimum Agræ ſuburbium; Anadipora, *Anadipore*. Agræ ab auſtro conterminum eſt regnum Gualeora, *Gualeor*, in quo Gualeora, *Gualeor* ſeu *Goaleor*, eminet, urbs ampla, ſed malè culta, quam ſecat rivulus, ad montis radicem, probè munita, in quâ Magnates, quando peccârunt, captivi detinentur. Gualeoræ ad ortum proximum eſt regnum Narvara, *Narvar*, ubi Gehuda, *Gehud*, & Oudena, *Ouden*. Trans fl. Gemenum, ubi aliis locatur regnum Sambalium, Robbe locat Maroucham, *Marouchа*, quam aliæ Tabulæ prætereunt, ejuſque urbes ipſi ſtatuuntur Gianabada, *Gianabad*; Aurengabada, *Aurengabad*, atque ad Gemenum Menepora, *Menepore*, & Holobaſa, *Elabas*, quà in Gangem delabitur, quam ad Bengalæ regnum ſuprà retulimus. Regnum Sambalium, *Sambal*, occiduæ Gangis ripæ & regno Agræ, Robbe Bacario, adjacet, ubi Sambalium, *Sambal*, ſeu *Samball*, & Gorrechuoura, *Gorrechuour*. Regnum Bacarium, *Bacar*, vulgò Gangem & regnum Delium, at Robbe Sambalium & Delium

Regnum Agræ.

R. Gualeora.

R. Narvara.

R. Maroucha.

R. Sambalium.

R. Bacarium.

Delium interjacet, ubi præcipua Bicanera, *Bikaner*. Supra regnum Bacarium eſt regnum Iamba, *Iamba*, cum urbe ejuſdem nominis. In hoc Regno continetur Princeps, communiter Raja Campergæ, *Raja de Camperga*, ſeu *Decamperga*, cujus ſedes eſt Calſerium, *Calſery*, Magni Mogolis tributarius. Supereſt ex mediâ parte hujus Imperii regnum Pengabum, *Pengab*, *Pen-Gab*, ſeu *Penj-ab*. Aliàs regnum Lahorium appellant, ſitum ad occaſum Iambæ, & boream Ienuparæ. Præfectura Lahorii ordine tertia eſt, & Quæſturas poſſidet XIV. Ejus urbes ſunt Fetipora, *Fetipore*, & Lahorium, *Lahor*, urbs ampla, Regni caput, cum palatio, ante ad fl. Raveium, *Ravey*, à quo nunc per quadrantem milliaris dividitur, unum ex quinque fluminibus, quæ ex montibus ſeptentrionalibus in Gangem defluunt, & à quibus tota regio, quam irrigant, *Penj-ab* appellatur; Temmerium, *Temmery*, ſedes Rajæ *Boſſou*, tributarii Mogolis.

Regnum Iamba.

R. Pengabum.

VIII. *Pars Imperii Mogolis ad boream; ubi*

Ex mediâ parte Imperii Magni Mogolis, quæ tertia erat, ad partem quartam progredimur, ſitam ad boream, & ad, ſeu juxta Tartariæ confinia, in quâ ſe offerunt regnum Naugracutium, Siba, Pitanum, Gorum, Cacharum, Banciſchum, Cachemira, Attochium, & Cabulum. Ad ortum regni Lahorii jacet regnum Naugracutium, *Naugracut*, montoſum, in cujus parte meridionali ſunt Naugracutium, *Naugracut*, caput Regni cognominis, & Calamaca, *Calamaka*. Regnum Sibam, *Siba*, ſuperior pars Gangis dividit, ejuſque urbes clariores habentur Hordvara, *Hordware*, ſeu *Hord-ware*, ad lacum, per quem Gangis perlabitur, & inferiùs Serenegara, *Serenegar*, ad ripam ejus occiduam, ſedes Rajæ Manſæ, *Raja Manſa*, Mogolis tributarii. Sibæ ad ortum proximum eſt regnum Pitanum, *Pitan*, cujus urbes ſunt Camojum, *Camojo*, & Pitanum, *Pitan*, primarium, juxta Candam, *Kandah*, fluvium. In hoc Regno duo Principes, ſive Rajæ ſunt, Magni Mogolis tributarii; alter *Raja Mug*, ad auſtrum; alter *Raja Rodoron*, ad boream, cujus ſedes Camojum eſt, de quo dictum proximè. Plus in ortum vergit regnum Gorum, *Gor*, ubi urbs ejuſdem nominis præcipua. Ad occaſum ſe offert regnum Cacharum, *Kakares*, intra montana, in quo Ganges enaſcitur. Ejus urbes ſunt Purhola, *Purhola*, & Dancalera, *Dankaler*.

R. Nangracutium.

R. Siba.

R. Pitanum.

R. Gorum.

R. Cacharum.

Regnum Banciſchum. Magis ad auſtrum & occaſum accedit regnum Banciſchum,
R. Cachemira. *Bankiſch*, ubi Beishara, *Beishar*. Sequitur regnum Cachemira, ſeu Caſſimera, *Cachemire*, aliàs *Caſſmir*, *Caſſimire*, & *Caſſimere*, ad occaſum regni Banciſchi, & boream Lahorii. Habuit olim Reges proprios, & ante ſeculum venit in Magni Mogolis poteſtatem. Dicitur mirè culta, fertilis, & rerum, quæ neceſſitas, & voluptas deſiderant, omninò affluens, atque hinc vulgò Paradiſus Indiæ appellatur. Præfectura Caſſimera inter Præfecturas generales decima tertia eſt, & quinque Quæſturas continet. Urbes Cachemiræ ſunt Sirinaketa, *Sirinaket*, aliàs *Sirinuker*, & *Siranakar*, in monte, & Cachemira, *Kachemire*, Regni caput. In parte ejus ſeptentrionali à Sanſone locatur *Raja Tibbon*. Tranſimus in regnum Attochium, *Attock*, ad occaſum Cachemiræ, in quo jacent Pucovia, *Puckow*, & Attochium, *Attock*, ſeu *Atek*, hujus Regni facile princeps, unum ex optimis munimentis Magni Mogolis, quod nemo exterus abſque teſſerâ ſubire poteſt. Reſtat denique regnum Cabulum, *Cabul*, quod inter regna borealia maximè in occaſum excurrit. Præfectura Cabuli ordine XIV eſt. Clariores urbes ſunt Ghidela, *Ghidel*; Parna, *Parna*, & Cabulum, *Kabul*, ampla, munita, Regni ſui prima, ad quam mercatores ex Indiâ, Tartariâ & Perſiâ confluunt, & ingens vervecum & equorum mercatus fit.

R. Attochium.

R. Cabulum.

IX. *Pars Imperii Mogolis ad occaſum; ubi*

Poſt luſtratam partem borealem Imperii Magni Mogolis, ad partem occidentalem contendimus, quæ quinta ſive ultima eſt, ad, ſeu verſus Perſiam collocata, ubi occurrunt regna VI, Multanum, Haiacanum, Bucarium, Ieſſelmera, Soretum, Tatta. Regnum Multanum, *Multan*, à boreâ Attochium attingit, & ab Indo perfunditur, ejuſque urbs clariſſima eſt Multanum, *Multan*, juxta orientalem ripam dicti fluminis, in quâ panni linei ingente copiâ texuntur. Sedes eſt Banjanorum, qui in Perſiâ negotiantur, fœneratores maximi. Incolæ utriuſque ſexûs optimè ſaltandi artem edocti ſunt, quam ſolent in Perſiâ exercere. Inferiùs jacet Seerpora, *Seerpore*. Præfectura Multani, quæ ordine undecima eſt, quatuor Quæſturas complectitur. Regnum Haiacanum, *Haiacan*, Robbe *Haca-khan*, Tabulæ delineant inter Multanum ad ortum & Perſiam ad occaſum, trans Indum. Secus Robbe, qui etiam

R. Multanum.

R. Haiacanum.

cis

cis flumen ipſum collocat, ad auſtrum Populorum *Hendowns*. Populi *Bulloches*, ſeu *Bulloques*, regnum Haiacanum impunè populantur. Ejus urbes ſunt Chutzanum, *Chutzan*, & Ucha, *Uche*. Regno Haiacano ab auſtro adjacet regnum Bucarium, *Buckar*, aliis *Buckor*, quod defluens Indus bipartitur. Optimè cultum eſt, & inter urbes præſtant Sucara, *Suckar*, aliis *Suckay*, & Bucarium, *Buckar*, regni Caput, ad Indi & Ravei confluentes. Ad ortum regni Bucarii eſt regnum Ieſſelmera, *Ieſſelmere*, *Ieſelmere*, Robbe *Geſelmere*. Urbium præcipua eſt Ieſſelmera, *Ieſſelmere*, in parte Regni boreali. In parte auſtrali ſita eſt Radimpora, *Radimpore*. Ieſſelmeram & ſinum Indicum interjacet regnum Soretum, *Soret*, ad oſtia Padderi fluminis, ubi urbes Ianagara, *Ianagar*, & Pachum, *Pacho*, ad orientale oſtium Padderi. Tandem regnum Tatta, aliàs Sinda, *Tatta*, ſeu *Sindi*, ſe offert, medium inter Soretum & Perſiam, per quam infima pars Indi perlabitur. Urbes nobiliſſimæ ſunt Tatta, *Tatta*, Regni caput, ad ripam Indi orientalem, atque ad oppoſitam proximè oſtium Lourebandera, *Lourebander*, ſeu *Loure Bander*, & Diulum, *Diul*.

Regnum Bucarium.

R. Ieſſelmera.

R. Soretum.

R. Tatta.

X. *Flumina, quæ exeunt in Sinum Bengalenſem:*

Ultimùm celebriora Flumina annotemus, quibus vaſtiſſimum hoc Imperium irrigatur. Ea ſunt quatuor, Ganges, Guenga, Padderus & Indus, quorum duo priora in ſinum Bengalenſem, & duo poſteriora in Indicum ſe exonerant. Ganges, indigenis *Ganga*, Europæis *Gange*, quem quidam *Piſon* in Sacris appellari perperàm arbitrantur, celeberrimus fluvius eſt Indiæ, quo ipſa antiquitùs, ut ſuprà dictum, in ulteriorem, ſeu extra Gangem, & citeriorem, ſeu intra Gangem dividebatur. Ortum habet non ex Paradiſo, ſed Imao ſeu Emodo monte, nunc *Moghali*, aliis *Dalanguer*, in limite magnæ Tartariæ, in regno, quod Cacharum dicitur. Hoc ubi rigavit, fluxum in auſtrum inſtituit per Sibam, ubi ab ortu admittit Candam, *Kandah*; per confinia Iambæ, Bacarii, Sambalii, & Patnæ, ubi ab ortu ditatur Perſelio, *Perſely*, & aliquantò inferiùs ab occaſu ad urbem Holobaſſam, Gemeno, *Gemené*, aliis *Gemna*, *Semena*. Denique regnum Bengalenſe fluxu flexuoſo dividit, in ipſo ipſe in varios ramos dividitur, atque per varia oſtia, olim per quinque, ſive ſex, in ſinum à ſeſe dictum Gangeticum, nunc Bengalenſem effunditur. Ha-

Ganges.

Canda.

Perſelium.

Gemenum.

bitus fuit hic Fluvius, atque habetur etiamnum ab Indis ſacer, ad quem benè multi peregrinantur, ut, quæ commiſerunt crimina, abluant. Latitudinem, atque profunditatem ejus, & antiqui, & varii ex recentioribus celebrant plurimùm; at ſecus Tavernierius, qui negat inferiorem partem Gangis Sequanam, quà Lutetiam perfundit, ſuperare, affirmatque à menſe Martio ad Junium ſeu Julium, quo pluere cœlum incipit, tàm parùm profundam eſſe, ut reditus navigiis denegetur. Ganges gratiſſimus Indis potus eſt, quem, niſi coctum, minùs ſalutarem ſibi obſervant exteri. Alter fluvius, qui in ſinum Bengalenſem exit, eſt Guenga, *Guenga*, Luſitanis *Ganga*, qui initium ducit in regno Decani ex Gatæ montibus, quod ubi perfudit, rigat Golcondam, & per confinia regni Orixæ & Bengalæ in dictum Sinum delabitur.

Fl. Guenga.

XI. Tranſimus ad duo Flumina, quæ in Indicum ſinum defluunt, Padderus & Indus. Padderus, *Padder*, longè ignobilior, provenit in regno Bando, inde tranſit Ieſſelmeram, juxta alios Ieſſelmeræ confinia, & regnum Soretum, in quo per oſtium non unum Indico ſinu miſcetur. Indus, nunc accolis *Sind*, ſeu *Sinde*, Gall. *l'Inde*, Indiæ flumen nobiliſſimum, naſcitur in regno Cachemirâ, aut ejus confiniis, ex Caucaſi parte editiſſimâ ſeu Paropamiſo monte, in Tartariæ limite; inde deſcendit auſtrum verſus per Attochium, ubi ad urbem ejuſdem nominis juxta varias Tabulas Chanabum, *Chanab*, ſeu *Chenab*, ab orientali ripâ recipit; per Multanum, ubi Behatus, *Behat*, & Nilabus, *Nilab*, in ipſum ab occidentali ripâ ſe exonerant; per Bucarium, ubi ab orientali parte Raveius, *Ravey*, ſeu *Rowey*, in ipſum illabitur, qui compluribus veterum Hydaſpes, ſeu Hydaſpis eſt, iter Alexandri terminavit, & Hypaſin admiſit, antequam ſuas aquas Indo miſceret. Parùm infra Raveium in eodem Regno ab eodem latere Caulus, *Caul*, aliis *Coul*, in ipſum influit. Iuxta Robbe fl. Caulus & Raveius non in regno Bucario Indo junguntur, ſed ſuperiùs, ubi Populos *Hendowns* delineat. Poſt Tattam ſubit, atque ex eâ olim per ſeptem oſtia, nunc ſex, quinque, aut quatuor, in ſinum Indicum, cui cognomentum impoſuit, ingreditur.

Fl., qua in S. Indicum exeunt: Padderus.

Indus.

Chanabus.

Behatus.

Nilabus.

Raveius.

Caulus.

XII. Sequuntur quatuor Indiæ orientalis Tabulæ, quarum prima Indiam in genere exhibet; ſecunda Peninſulam Indiæ cis Gangem; tertia Indiam extra Gangem; & quarta ſeu ultima Magni Mogolis Imperium.

India Tabulæ.

INDIÆ

Generalis Tabula Indiæ.

INDIÆ *partes sunt* III:

- I. Peninsula Indiæ cis Gangem, in quâ
  - *Malabaria*, { Maritima. Mediterranea.
  - *Regnum Decanum*, ubi { Regnum Cuncanum. R. Balaguata. R. Decanum.
  - *Regnum Golconda*, { Mediterranea. Maritima.
  - *Regnum Bisnagaria*, ubi { Bisnagaria. Canara.
  - *Principatus*, { Gingis. Tanjorii. Maduræ.
- II. India extra Gangem, in quâ
  - *Imperium Siamum*, ubi { Malacca. Regnum Siamum. R. Martabanum. R. Camboja.
  - *R. Annamiticum*, ubi { Ciampa. Cocinchina. Regnum Tunchinum.
  - *Imper. Avanum*, ubi { Regnum Peguanum. R. Arracanum. R. Avanum.
- III. Imperium Magni Mogolis, in quo partes XL:
  - *Ad Ortum* V, { Regnum Canduana. R. Udesia. R. Patna. R. Iesualum. R. Mevatum.
  - *Ad Austrum* V, { Regnum Bengala. R. Orixa. R. Berarum. R. Candisium. R. Guzaraja.
  - *In medio Imperio* XV, { Regnum Chitorium. R. Malvæum. Raja Ranas. R. Bandum. Populi Hendowns. R. Ienupara. R. Dellium. R. Agra. R. Gualeora. R. Narvara. R. Maroucha. R. Sambalium. R. Bacarium. R. Iamba. R. Pengabum.
  - *Ad Boream* IX, { Regnum Naugracutium. R. Siba. R. Pitanum. R. Gorum. R. Cacharum. R. Bancischum. R. Cachemira. R. Attochium. R. Cabulum.
  - *Ad Occasum* VI, { Regnum Multanum. R. Haiacanum. R. Bucarium. R. Ieselmera. R. Soretum. R. Tatta.

III Speciales Tabulæ Indiæ.

- Malabaria, ubi
  - *Ad aut prope Oram*, { Caput Comarinum. Cotata. Travancorium. Coulanum. Calecoulanum. Porca. Cochinum. Cranganora. Tanora. Calicutum. Cananorum.
  - *Ab Orâ distant*, { Angamala. Changanara. Mangata.
- Regnum Decanum,
  - *Regnum Cuncanum*, { Goa. Carapatana. Centapoura. Dabulum. Visapora. Solapora. Paranda.
  - *Regnum Balaguata*, { Bedera. Doltabada.
  - *Regnum Decanum*, { Chaulum. Andanagara. Kerkium.

- I. Peninſulæ Indiæ cis Gangem *partes ſunt* V:
  - Regn. Golconda, ubi
    - *In parte Mediterran.*, { Bagnagara. Golconda. Condapolia. Condaveta.
    - *Iuxta S. Bengalæ*, { Narſingapatanum. Bimilipatanum. Guadavarium. Maſulepatanum.
  - Regn. Biſnagaria, ubi
    - *Biſnagaria* { Pentapolis. Carcairum. Caletura. Gueidria. Paliacata. Malapura. Narſinga. Chauverum. Cirangapatanum. Biſnagaria.
    - *Canara*, { Gorcopa. Onorium. Bancala. Barcelora. Mangalora.
  - Principatus,
    - *Gingi*, { Cindabaranum. Gingis. Corolanum.
    - *Tanjorii*, { Tanjorium. Trangabara. Triminapatanum. Negapatanum.
    - *Maduræ*, { Madura. Manancora. Tutucorium. Trichandura. Manapara. Iacancurium.
- II. Indiæ extra Gangem *partes ſunt* III:
  - Imperium Siamum, ubi
    - *Malacca*, { Queda. Toranum. Sambilaona. Solongora. Malacca. Sincapura. Ihora. Pahanga. Potingarana. Redaora. Patana. Singora.
    - *Regnum Siamum*, { Bordelonga. Ligorium. Patanora. Berdium. Iuncalana. Tanaſſerium. Lugorium. Morum. Liamuna. Bancoca. Odia. Sacotaia.
    - *Regnum Martabanum*, { Martabanum. Tuquala. Maciona.
    - *Regnum Camboja*, { Tarvana. Langora. Corola. Lauvecum. Camboja.
  - R. Annamiticum, ubi
    - *Ciampaa*, Pulocacemum.
    - *Cocinchina*, { Bonta. Dinphoanum. Tachanum. Camelea. Haifum. Caccianum. Sanfoa.
    - *Regnum Tunchinum*, { Cuafaya. Cuadaga. Kecium. Bodegum.
  - Imperium Avanum, ubi
    - *Regnum Peguanum*, { Iancoma. Manarum. Tangum. Marſinum. Peguum. Siriaona. Colmium. Ledoa.
    - *Regnum Arracanum*, { Arracanum. Sora. Codouaſcana.
    - *Regnum Avanum*, { Cacomæum. Tipoura. Caſſiubum. Boldia. Mandranella. Canaranum. Brama. Tranſiana. Ava. Promum. Tocæum. Largaræum. Tolema.

Flumina Indiæ extra Gangem *celebriora exunt*
- *Prope aut in S. Siam.*, { Meconus. Menanus.
- *In S. Bengalenſem*, { Caypumus. Colminus. Caorius.

III. Impe-

Digitized by Google

III. Imperii Magni Mogolis *partes ſunt* XL:

- Ad Ortum v,
  - *Regnum Canduana*, Caracatanca.
  - *Regnum Udeſſa*, Iehanacum.
  - *Regnum Patna*, Patna.
  - *Regnum Ieſualum*, Rajapora.
  - *Regnum Mevatum*, Narvalum.
- Ad Auſtrum v,
  - *Regnum Bengala*, Bengala. Chatiganum. Bandera. Daca. Patana. Gourum. Saſerona. Banara. Holobaſſa. Ragmehela. Songa. Ougelum. Piplium. Balaſora.
  - *Regnum Orixa*, Ramana. Orixa.
  - *Regnum Berarum*, Shapora.
  - *Regnum Candiſium*, Mandova. Haſſera. Brampora.
  - *Regnum Guzarata*, Baſaimum. Damanum. Surata. Dium. Cambaia. Amedebatum.
- In medio Imperio xv,
  - *Regnum Chitorium*, Chitipora. Chitorium.
  - *Regnum Malvæum*, Ougela. Sarampora. Rantpora. Syranga. Nadera.
  - *Raja Ranas*, Gurchittum. Canderua.
  - *Regnum Bandum*, Aſmera. Bandum.
  - *Populi Hendowns*, Mearta. Hendowna.
  - *Regnum Jenupara*, Syrina. Ienupara.
  - *Regnum Dellium*, Gehanabada. Dellium.
  - *Regnum Agra*, Fetipora. Agra, *Caput Imperii Magni Mogolis*. Secandra. Anadipora.
  - *Regnum Gualeora*, Gualeora.
  - *Regnum Narvara*, Gehuda. Oudena.
  - *Regnum Maroucha*, Gianabada. Aurengabada. Menepora.
  - *Regnum Sambalium*, Sambalium. Gorrechuoura.
  - *Regnum Bacarium*, Bicanera.
  - *Regnum Iamba*, Iamba. Calſerium.
  - *Regnum Pengabum*, Fetipora. Lahorium. Temmerium.

Ad

- Ad Boream IX,
  - *Regn. Naugracutium*, { Naugracutium. Calamaca.
  - *Regnum Siba*, { Hordvara. Serenegara.
  - *Regnum Pitanum*, { Camojum. Pitanum.
  - *Regnum Gorum*, Gorum.
  - *Regnum Cacharum*, { Purhola. Dancalera.
  - *Regnum Banciſchum*, Beishara.
  - *Regnum Cachemira*, { Sirinakera. Cachemira.
  - *Regnum Attochium*, { Pucovia. Attochium.
  - *Regnum Cabulum*, { Ghidela. Parna. Cabulum.
- Ad Occaſum VI,
  - *Regnum Multanum*, { Multanum. Seerpora.
  - *Regnum Haiacanum*, { Chutzanum. Ucha.
  - *Regnum Bucarium*, { Sucara. Bucarium.
  - *Regnum Ieſſelmera*, { Ieſſelmera. Radimpora.
  - *Regnum Soretum*, { Ianagara. Pachum.
  - *Regnum Tatta*, { Tatta. Lourebandera. Diulum.

Flumina Imperii Magni Mogolis *celebriora exeunt*

- In S. Bengalenſem,
  - *Ganges*, vehens { Candam. Perſelium. Gemenum.
  - *Guenga*.
- In Sinum Indicum,
  - *Padderus*.
  - *Indus*, vehens { Chanabum. Behatum. Nilabum. Raveium. Caulum.

CAPUT XVIII.

Perſia Nova & Vetus.

I. *Perſia limites & quantitas.*

POST Imperium Magni Mogolis ordo ducit ad Perſiam. Perſia, Incolis *Farſiſtan*, Gallis *Perſe*, aliàs appellatur Imperium Sophorum ſive Perſarum, Sanſoni Sophi Perſici, *l'Empire du Sophi des Perſes*. Limitatur hodie ab ortu Imperio Magni Mogolis, & Zagataiâ, parte magnæ Tartariæ; à boreâ etiam Zagataiâ, ſeu inferiori parte Oxi fl., *Gehun* ſeu *Ihun*, mari

Digitized by Google

MER DE BACV
MER CASPIE
ARA
L'EMPIRE
du SOPHY de
PERSE.

SALA
INNE.
ZAGA.
THAY.
CHORASAN.
MOGOLI
EMPIRE
DV
MER D'ARABIE et Golfe de l'Inde
de L'INDE.
SABLESTAN.
SIGISTAN.
CIRCAN.
MACRERAN
PATTA
DAHAR.
Aguvanes
Patanes
CHOWA:
RASAN.
KHERMAN.
Mekran
Ormus
Mascate
Cabul
Balch
Candahar
Ispahan
Kerman
Sindy
Tatta
Indus R.
Euphrates R.
Tigris R.
Persian Gulf
Arabian Sea
Indian Ocean
Gulf of Oman
Strait of Ormus
Tropic of Cancer
Equator
45
40
35
30
25
100
105
110
115

Digitized by Google

mari Caſpio & Dagheſtaniâ; ab oceaſu Georgiâ & parte orientali Turciæ Aſiaticæ, ſeu Turcomaniâ & Diarbechiâ; ab auſtro ſinu Balſerenſi, freto Moſandano, ſinu Armuziano, nec non mari Perſico, aliàs Indico aut Arabico. Maximè ab ortu in occaſum ſeſe explicat inter Imperium Magni Mogolis & Turciam Aſiaticam, quæ longitudo variis gradus XXX ſupergreditur. Minùs à boreâ in auſtrum excurrit, ſita intra gradum XXV & XLIII latitudinis borealis, imo ad uſque gradum XLV à Robbe extenditur.

II. *Perſiæ conſtitutio.*

Aer Perſiæ in diffuſiſſimo hoc Imperio longè variat. In parte auſtrali, præſertim quæ mari propinqua eſt, fervet vehementiſſimè. In parte mediâ fervor & frigus vices quolibet ſemeſtri alternant. In parte boreali hyems ſat acris eſt. Scatet Perſia montibus, in ipſis quoque finibus Imperii, inter quos benè multi ſunt eximiæ altitudinis, ejus munitiones & propugnacula. Pars maxima eorum horrida, ſterilis, aquarum indiga, incultaque eſt. Inveniuntur alii divites ſalis foſſilis, æris, plumbi, ferri, chalybis, non argenti aut auri, nam hæc perparcè ſubminiſtrant. Pauciſſimis irrigatur Fluminibus, nullo, quod liceat navigare. Omnium princeps eſt Araxes, *Aras*, qui ex Armeniâ in Caſpium mare defluit. Solum fructus gignit, quales Francia, ſed parciore proventu, nec ſapor adeò delicatus eſt. Flores ejus magnam laudem inveniunt. Vinum variat, datur notæ & optimæ, & minoris, neque in vaſis ligneis, ſed ollis è figlino opere aſſervatur. Sylvis Perſiam carere auctor eſt Tavernierius; tradunt alii, in parte ſeptentrionali Perſiæ integras ſylvas ex moris eſſe, ſaltem moros in ipsâ non deſiderari loquitur ſerici abundantia, atque adeò numeroſiſſimi bombyces, quos mori nutriunt, qui quæſtus Perſiæ eſt longè uberrimus. Mora quoque habet albi coloris, quæ ut depaſcant cancri, gregatim ex fluminibus, quam primum veſperaſcit, ad moros ſe conferunt. In eâ aſini ſunt Arabicæ originis, pede celeres, cameli plurimi, armenta pecoraque diverſi generis, altilia, aves, etiam venaticæ, piſces. Creſcente ſegete, innumerabiles locuſtæ advolant, herbas meſſeſque omnes morſu brevi eroſuræ, niſi Perſæ venientibus illicò occurrant. Gemmas & uniones terra ac ſinus Balſerenſis largiuntur. Perſæ lubenter futura prænoſcunt, proinde Aſtro-

logiam & Aſtrologos adamant, artis ſimulandi periti ſunt, tractabiles, lubentes ſe primos eſſe volunt rerum omnium, ſumptuoſi, veſtes diſcolores, venerem, tabacum, opium ſupra modum expetunt. Ædificia, ob lapidis & ligni penuriam, communiter ex terrâ conglutinant. Præcipua Religio in Perſiâ triplex eſt, Mahumedana, omnium prima, quam Rex, Magnates, & pars maxima ſubditorum ſequitur, ſecunda Gaurorum, & tertia Armeniorum. Lingua Perſica varia admittit vocabula Germanica, inter quæ Perſa habetur, à voce *Peres* ſeu *Pert*, id eſt equo. Rex Perſiæ in ſubditos abſolutiſſimum exercet imperium, vitæ neciſque abſque ullo proceſſu juridico ſummus arbiter. Filius natu major, demortuo parente, in Imperium ſuccedit, qui, ut tutior ſit dominatus, oculos fratribus & cognatis ſexûs maſculini eruit.

III. *Diviſio Perſiæ.* Progredimur ad præcipuas partes ſive provincias Perſiæ, quarum numerus variis varius ſtatuitur. Tavernierius enumerat XVII, inter quas locat Usbechiam, Turcomaniam, Diarbechiam, Curdiſtaniam & Iracam, quarum primam in Tartariâ magnâ, cujus pars eſt, expendimus, & reliquas in Turciâ Aſiaticâ, quarum non niſi pars exigua, cujus mentionem ſuprà injecimus, Regis Perſici agnoſcit dominium. Sunt, qui Provincias ſtatuunt XV; alii, qui XIV, XIII, quin qui tantùm XII, prout aut ampliantur, aut conſtringuntur. Penultimis accedimus, & illarum nomina ſunt Sinda, Macrana, Sigeſtania, Sableſtania, Coraſſania, Eſtarabada, Mazanderana, Chirvana, Edzerbayana, Hierak-Agemi, Cuſiſtania, Farſiſtania, & Cermania. Ex hiſce Provinciis ſex primæ in ortum ſitæ ſunt verſus confinia Imperii Magni Mogolis & Tartariæ; quatuor proximæ ſeptentrionem proſpiciunt; & tres ultimæ meridiem.

IV. *Provincia Sinda.* Primas primùm luſtremus atque ita primo loco ſe offert Sinda ſeu Sindia, *Send.* Sanſoni in amplâ Chartâ Aſiæ, & aliis ad mare Indicum collocatur, in confiniis regni Tattæ, ſeu Sindæ, quod ultimùm ex Imperio Magni Mogolis expendimus. Varia ipſi loca attribuit, inter quæ ſunt Saruſana, *Saruſan*, & Candayla, *Candayl*, mediterraneæ, & Debila, *Debil*, maritima. Alii Provinciam hanc ſilenter prætereunt, neque Sindam agnoſcunt, præter Tattæ regnum. Tavernierius (ei in

in Perſiâ multùm deferimus, quippe qui intra XL annorum curriculum ſexies per ipſam iter inſtituit, aliis, aliiſque viis uſus eſt, ad omnia diligenter attendit, in primis ad Provinciarum nomina, quæ à recentioribus Geographis aut ficta ferè, aut vitiata eſſe conqueritur, item ſitum, & numerum, ac quæ urbes præcipuæ ſint, quas quæque complectitur, quare & veſtigia ejus in multis prememus) numerat partem Perſiæ, quæ eſt confinis regno Sindæ, ſed nomen ejus non exprimit, uti nec urbium, quas inquit ſe ignorare.

V. *Provincia Macrana.*

Sindæ ab occaſu confinis eſt provincia Macrana, *Makran*, aliis *Mackeran* & *Makeran*, maritima, quam, qui Sindam prætereunt, locant, ubi Sinda aliis locatur, ad regnum Tattæ, ſive Magni Mogolis Imperium. Ejus urbes præcipuæ habentur Guadela, *Guadel*, portus; *Tuza*, *Tuz*; Macrana, *Makran*, Caput, unde nomen Provinciæ; Firhca, *Firhk*, & Chalacum, *Chalak*.

VI. *Prov. Sigeſtania.*

Ad boream explicitarum Provinciarum jacet provincia Sigeſtania, *Sigeſtan*, nonnullis *Sigiſtan*, & *Suziſtan*. Inter urbes ejus clariores numerantur Fardana, *Fardan*; Cetſa, *Kets*; Chalacum, *Chalak*; Siſtania, *Siſtan*, aliis *Suziſtan*, primaria; Maſurgianum, *Maſurgian*; Maſnia, *Maſnib*; Araba, *Araba*.

VII. *Prov. Sableſtania.*

Sigeſtaniæ ad boream contermina eſt provincia Sableſtania, *Sableſtan*, ſeu *Sabluſtan*, inter cujus urbes præſtant Becſabata, *Bekſabat*; Buſtum, *Buſt*; Sarentia, *Sarentz*; Sarvanum, *Sarvan*; Asba, *Asbe*; Memenda, *Memend*; Rabel-Emira, *Rabel-Emir*. Intra limites hujus Provinciæ locat Tavernierius regionem Candahariam, *Kandahar*, quæ ab aliis habetur diſtincta Perſiæ provincia. Fuit aliàs Candaharia ſub ſui Principis imperio, qui, quando & Perſa, & Magnus Mogol ejus indeſinenter ſtudebant potiri, tandem Regi Perſarum maluit ſe ſubjicere, iſtâ conditione, ut quàm diu aliquis ex ſtirpe ſupereſſet, is Candahariæ præficeretur. Totius hujus Regionis facile princeps eſt Candaharia, *Candahar*, munimentum Perſiæ nobiliſſimum, in cujus medio jacet ſcopulus, cui arx inædificata eſt, amplis gaudet ſuburbiis, emporium celebre, & omnium rerum affluens, quod Societates Mercatorum ex Perſiâ in Indiam meantium, & remeantium tranſire ſolent. Ipſam Alimerdan-Kan, Candahariæ Præfectus, Magno Mogoli tradiderat, ſed

Regio Candaharia.

huic Cha-Abas II, Rex Perſiæ, denuò eam eripuit, quam Magnus Mogol tentavit ſemel, iterùm, tertiò, ſed fruſtrà, numeroſiſſimo exercitu ſuperare. Inter tamen xx generales Præfecturas Magni Mogolis Præfectura Candahariæ etiamnum ordine ſexta recenſetur, quia variæ ejus urbes & vici Mogoli hodieque parent, & tributum perſolvunt. Porrò inter urbes Candahariæ numerantur Cushecanna, *Cuſchecanna*; Greſa, *Greeſa*; Curvanum, *Curvan*. Tandem Sableſtaniæ adſcribit quoque Tavernierius Ducam, *Duke* & Aluncanum, *Alunkan*, ſitas in limite Imperii Magni Mogolis.

VIII. *Provincia Coraſſania.* Plùs in ſeptentrionem vergit provincia Coraſſania, *Koraſſan*, ſeu *Choraſſan*, quam Tabulæ vulgò ad fl. Oxum, *Gehun*, Tavernierio *Ruth-khane-kurkan*, quas non ſequitur Tavernierius, extendunt, & aliquæ quoque ad mare Caſpium. Urbes illius majoris momenti ſunt Balbachium, *Balbachi*; Urbs Roſarum, aliàs Heratum, ſive Eratum, *Erat*, ſeu *Herat*, & *Eri*, primaria; Thunum, *Thun*; Mecheda, *Mecheb*, aliis *Meſched*, *Mexat*, & *Meſat*, ubi ſepulcrum eſt Prophetæ Iman-Riza, conditum ſub aureo fornice, quod Perſæ plurimùm venerantur; Niſaburium, *Niſabur* ſeu *Nichabour*.

IX. *Prov. Eſtarabada.* Provincia Eſtarabada, *Eſtarabad*, ſeu *Eſtarabath*, quam Tabulæ communiter prætereunt, locat Tavernierius inter Coraſſaniam ad auſtrum, & Oxum ad boream, ubi Margianam Veteres poſuêre; alii plùs locant ad occaſum. Urbes inſigniores ſtatuuntur Eſtarabada, *Eſtarabad*, Caput Provinciæ; Damcamum, *Damkam*, & Amulum, *Amul*.

X. *Prov. Mazanderana.* Viſis ſex primis Perſiæ provinciis, quæ in ortum ſitæ ſunt, ſequuntur proximæ quatuor, Mazanderana, Chirvana, Edzerbayana, & Hierak-agemi, quæ ſeptentrionem proſpiciunt. Unam Provinciam ſtatuit Tavernierius, quæ & Mazanderanam, & Cylanam complectitur, nam hæc ipſi pars illius eſt; alii verò & hanc, & illam diſtinctam faciunt. Provincia Mazanderana, *Mazanderan*, ſeu *Mezanderan*, & Sanſoni *Tabriſtan*, ſive *Tabareſtan*, ſtrictè accepta, juxta Tabulas pars eſt Mazanderanæ orientalior, atque in tractu boreali à mari Caſpio alluitur. Solum habet paludoſum, & copiam inſectorum incredibilem, quæ, ſimulac ardor æſtivus paludes ſiccat, emoriuntur, & aerem, ſicut & educti ex paludibus halitus, valdè inficiunt.

ciunt. Agris gaudet fœcundiſſimis. Provincia Cylana, *Kylan*, Caſpio mari quoque adjacet, dives ſerici, nec cœlum habet ſalubrius. Urbes & vici Mazanderanæ latè ſumptæ ſunt juxta Tavernierium Firuſcucha, *Firuz-kuh*, Sucarabada, *Sukar-abad*, & Mioniciella, *Mionikielle*, ſitæ ad introitum montium; Giruum, *Giru*, Talarapeſca, *Talarapeskt*, & Saruum, *Saru*, ſitæ in ſolo campeſtri; & tandem Ferhabada, *Ferh-abad*, Ciarmana, *Ciarman*, & Eſcrefa, *Eskiref*, ſitæ verſus mare Caſpium.

XI. *Provincia Chirvana.*

Ex Mazanderanâ ad provinciam Chirvanam & Edzerbayanam progredimur, quæ communiter diviſæ habentur Provinciæ, at Tavernierio non niſi una eſt, quæ ambas complectitur. Provincia Chirvana, *Chirvan*, aliis *Sirvan*, *Schirvan*, & *Servan*, pars eſt borealiſſima Perſiæ, ad littus occiduum maris Caſpii. Inter urbes illius præſtat Derbentium, *Derbent*, id eſt in linguâ Perſicâ, porta anguſta, aliàs *Demir-capi*, id eſt Turcis porta ferrea, & circa hanc urbem fuerunt Caſpiæ Pylæ Veterum, Tacito Caſpia Clauſtra. Iacet in limite Dagheſtaniæ ad montis radices, inter anguſtias ejus & mare Caſpium, atque eſt, teſte Baudrando, adeò munita, ut quemvis hoſtilem impetum facilè poſſit ſuſtinere, quare nec mirum, à Turcis ferream portam appellari. Habet caſtrum inſigne & portum capacem, parùm populoſa eſt, & quotidie deficit. Præter Derbentium in Chirvanâ occurrunt Bacua, *Baku*, ſeu *Bakuye*, juxta idem mare; atque in tractu mediterraneo Chamacia, *Chamaki*, ſive *Scamachie*.

XII. *Prov. Edzerbayana.*

Provincia Edzerbayana, *Edzerbayan*, aliàs *Aderbejan*, *Adherbeizan*, & *Adirbeitzan*, meridionalior eſt, cœli frigidi, ſed ſalubris. Clariſſimæ ejus urbes ſunt Ardebila, *Ardevil*, urbs inter nobiliſſimas totius Perſiæ, ampla, ſitu grata, ditiſſima ſerici, emporium celeberrimum, ubi monumentum eſt Cha-Sefi regis Perſiæ, primi iſtius nominis, ad quod Perſæ ex omnibus Provinciis religionis ergò confluunt, nec non aliorum Principum, qui ex ejus ſtirpe genus trahunt; Tabriſium, ſeu Tabreſium, *Tebris* Perſis, exteris *Tauris*, urbs in ſolo campeſtri, frumenti & leguminum feraciſſimo, montibus ferè circumdata, vaſta, populoſa, cujus ædificia ex inſolatis lateribus extructa ſunt, ante Perſarum ſedes regia, emporium celebratiſſimum, ſerici præ primis affluens; Sultania, *Sultanie*, ſeu *Sol-*

tanie, urbs in fertili regione collocata, quam Chartæ complures in provinciâ Hierak-Agemi, de quâ proximè dicetur, conſtituunt. Intemperati eſt aeris, qui de die fervet inſigniter; at manè, veſperi & de nocte impensè frigidus exiſtit.

XIII. *Provincia Hierak-Agemi.*

Nunc proxima eſt Provincia Hierak-Agemi, aliis *Ierak-Agemi*, *Erak-Aizem*, & *Airak*, Edzerbayanæ ad auſtrum confinis. Eminent inter urbes ejus Casbinum, *Kasbin*, ſeu *Caſwin*, poſt captam Tabriſium ſedes aliquamdiu Regum Perſiæ, caret mœnibus, partem ejus dimidiam & ampliùs horti occupant, inter quos Regii, ædificia abjecta ſunt, & à Muhamedanis ferè incolitur; Sava, *Sava*, culta, in fœcundâ planitie; Coma, *Kom*, urbs inter Perſiæ ampliſſimas in ſolo campeſtri, quod orizæ dives eſt, atque variorum fructuum, præſertim malorum granatorum notæ eximiæ, monùmenta oſtendit magnifica & Perſis plurimi æſtimata; Cachanum, *Kachan*, ſeu *Kaſchan*, urbs magna, populoſa, quam & plurimi Judæi incolunt, fructibus & vino affluit, pannos pretioſiſſimos parat ex ſerico; Hamadanum, *Hamadan*, urbs dives pecoris, caſei, butyri, pellium, tabaci, quam Perſæ, Meccam abituri, tranſire ſolent; Iſpahanum, ſeu Aſpahamum, *Hiſpahan*, aliis *Aſpahan*, *Haſpachan*, *Iſpahan*, & *Sfahan*, ſeu *Sfaon*, ſic Perſæ efferunt, hodierna ſedes Regum Perſiæ, condita in fertiliſſimâ & peramplâ planitie, vini non indiga, unà cum ſuburbiis par ferè Lutetiæ Pariſiorum, at populoſa multò minùs, propter frequentes hortos & areas, habitata quoque à Judæis & Banjanis, qui Idololatræ Indi ſunt, monetarum peritiſſimi. Palatium regium, ante quod ingens forum eſt, uti urbs ipſa, magnum encomium non merentur. Zulfa, *Zulfa*, aliàs *Julfa* & *Golfa*, Colonia primùm Armeniorum, nunc urbs non exigua, Iſpahano cultior, & auſtralior, ejus juxta varios ſuburbium, quam & Iſpahanum ambulacrum interjacet, totius Perſiæ amœniſſimum, quod ſpatio ſemiſſis horæ poteſt confici; Yeſda, *Yezd*, urbs vaſta, & deſolata in ſabuleto, ubi multi panni ex ſerico conficiuntur, vinum habet palato gratiſſimum, & fœminas formæ perquàm ſpectabilis.

XIV. *Prov. Cuſiſtania.*

Superſunt ex provinciis Perſiæ tres ultimæ, Cuſiſtania, Farſiſtania, & Cermania, quæ plùs in auſtrum excurrunt, atque à Perſico ſinu alluuntur. Inter haſce occidentaliſſima eſt Cuſiſtania,

Cuſiſtania, *Kuſiſtan*, ſeu *Chuſiſtan*, ſita ad intimum receſſum ſinûs Balſerenſis, communem alveum Euphratis & Tigris, ac hujus partem infimam, quouſque tamèn alii hanc Provinciam non explicant. Urbes meliores Tavernierio ponuntur Suſtera, *Suſter*, aliàs *Schouſter*, & *Sus*, præcipua; Ardganum, *Ardgan*; Ramhormus, *Ram-hormous*; Ahavaſa, *Ahawas*; Scabara, *Skabar*; nec non duo portus exigui ad ſinum Balſerenſem, Bander-Rica, *Bander-Rik*, & Bander-Racela, *Bander-Rakel*.

Cuſiſtaniæ ab ortu confinis eſt Farſiſtania, *Farſiſtan*, ſeu *Fars*, ubi cæteras vincunt urbes Cazerona, *Kazeron*, cujus ager malorum citreorum & limoniorum inſigniter ferax eſt, neque deſunt cypariſſi egregiæ; Aſtacara, *Aſtakar*; Schiraſium, *Schiras*, ſeu *Chiras*, facile princeps, ſtructa in planitie, quam rupei montes ambiunt, ædificia terrea ſunt, & limo oblita, quæ pluvia, hìc valde infrequens, facilè diſſolvit, ager vinum fert Perſiæ totius generoſiſſimum; Benarua, *Benarou*; Firusabada, *Firuz-abat*, exigua, cujus ager dactylis & narciſſis redundat, ex quibus oleum narciſſinum jucundi odoris conficiunt; Darabgiera, *Darab-Gier*, ſeu *Daragierd*, ubi ſal omnigeni coloris, abundantia malorum, ex quibus potus paratur, etiam limoniorum & aureorum. Partem etiam Farſiſtaniæ nunc regnum Lara conſtituit, olim ſub ſui, at hodie Perſarum Regis imperio. Diffundit ſe uſque ad ſinum Perſicum, Cœli calidiſſimi, ejuſque Caput eſt Lara, *Lar*, urbs non exigua, ſtructa ad rupem, in quâ caſtrum, intra editos montes, affluens malis aureis. Ad ſinum jacent *Bander-Kongo*, portus, cujus aer ſaluber eſt, & aqua optima; nec non Bandera, *Bander*, aliàs *Bander-Abaſſi*, *Gomrom* & communiter Portus Ormuſiæ, à quo tria diſtat milliaria. Urbs eſt non exigua, culta, priori orientalior, emporium celeberrimum, portus tutiſſimus, cujus cœlum, ſolum & aqua laudem non inveniunt. Contra Banderam in ipſo freto Moſandano occurrit inſula Armuzia, ſeu Ormuſia, *Ormous* incolis, exteris *Ormus*, clavis Sinûs Perſici, parva, ex ſale ferè compoſita, ſterilis, cœli torridi, cum urbe ejuſdem nominis, primariâ regni Armuzii, quod & per Perſiam, & Arabiam Felicem ſe explicuit, & ſuis ſuberat Regibus, iiſdem, qui regno Laræ præerant. Armuziam Luſitani tenuêre,

XV. *Provincia Farſiſtania.*

Regnum Larx.

Inſula Ormuſia.

re, quos rex Perſiæ, ab Anglis adjutus, ex urbe & arce munitiſſimâ, quam Turcæ & Arabes ſæpiùs, ſed fruſtrà, ſtuduerunt ſibi ſubjicere, migrare juſſit, & illius hodieque agnoſcit imperium. Urbs Inſulæ tempore Portugallorum pulcherrima, perquàm magnifica, & emporium nobiliſſimum, nunc diruta deſertaque eſt, neque à navibus frequentatur, quæ ejus loco ad portum *Gomrom* navigant, qui Armuziæ ruinis incrementum debet. Arx Armuziæ etiamnum munita eſt, atque à Perſis cuſtoditur.

XVI. *Provincia Cermania.* Denique ad provinciam Cermaniam, *Kerman*, aliis *Kirman*, & *Kheirman*, omnium ultimam, accedimus, ſitam ad mare Armuzianum. Inter urbes ejus cæteris præferuntur Bermazira, *Bermazir*; Cermania, *Kerman*, ſeu *Cherman*, vaſta & deſolata, caput Provinciæ, ubi vaſa finguntur, vix inferiora Porcellanis; Mocheſtania, *Mocheſtan*; Iaſceſia, *Iaskes* ſeu *Iaſques*, portus ad mare Armuzianum, cum confini ejuſdem nominis Promontorio; & Cuheſteca, *Kuheſtek*, portus ad idem Mare.

XVII. *Limites veteris Regni Perſarum.* Hactenùs de hodiernâ Perſiâ, intra cujus limites Monarchia Perſarum minimè ſubſtitit. Nam ab ortu in occaſum diffudit ſe, ab Indiâ intra Gangem, cujus partem quoque continuit, uſque ad Helleſpontum, quem, non ſine acceptâ inſigni clade, Darius Hyſtaſpis, atque in primis filius ejus Xerxes cum exercitu tranſgreſſi ſunt; à boreâ verò in auſtrum explicuit ſe à Scythiâ, contrà quam fruſtrà idem Darius profectus eſt, item à mari Caſpio, monte Caucaſo, & Tanai flumine, ultra quod ne quidem Darius imperium potuit extendere, ad fauces ſinûs Arabici, & Æthiopiæ confinia; nam Cambyſes, qui Perſarum Imperio Ægyptum adjecit, contra Æthiopes infeliciter eduxit exercitum.

XVIII. *Provincia Perſiæ Veteris.* Sed miſſo hoc Perſarum Imperio, videamus, quas provincias ſive regiones explicita Perſia antiquitùs, ſaltem pro maximâ parte, continuerit. Quidam XVII numerant; alii XVI, aut XIV. Sunt qui ad V Capita omnes revocant, quibus accedimus. Ea ſunt Aria, Bactriana, Parthia, Media, & Perſis. Ariæ partes fuerunt quinque, Gedroſia, Arachoſia, Drangiana, Aria & Paropaniſus; Bactrianæ partes duæ, Sogdiana & Bactriana; Parthiæ partes tres, Margiana, Hyrcania, Parthia; Mediæ partes tres, Choromithrena, Tropatena & Antropatia;

Digitized by Google

tropatia; tandem Perſidis partes etiam tres numero, Suſiana, Perſis, & Carmania.

XIX. Quo pacto autem veteres Provinciæ cum hodiernis conſentiant, paucis indicemus. Gedroſia videtur fuiſſe, non ubi hodie Guzarata jacet, ſed ubi Sinda, aut, ut aliis placet, Macrana; nam ad occaſum Indi fl. ſita fuit. Arachoſia fuit, ubi regnum Hajacanum eſt, pars Imperii Magni Mogolis, & Candaharia. Drangiana, ubi Sigeſtania. Pars orientalis Ariæ & Paropaniſus, aliis Paropamiſus & Paropamiſis, fuerunt, ubi Sableſtania. Sogdiana & Bactriana erant, ubi Usbechia, ſeu Trans-Oxiana, pars auſtralior Magnæ Tartariæ. Margiana, ubi Coraſſania, cujus quoque partem volunt tenuiſſe Bactrianam, Ariam, & Parthiam; Tavernierio tamen Margiana ponitur, ubi nunc ipſi eſt Eſtarabada. Hyrcania, quæ mari Hyrcano cognomentum impoſuit, erat, ubi Mazanderana. Parthia, ubi pars occidentalis Coraſſaniæ & orientalis provinciæ Hierak-Agemi. Urbs ejus, Perſiæ maxima & Regni caput, fuit Hecatompylos, ſeu Hecatompylon, petito à portis nomine, nunc aliquibus Iſpahanum aut Yeſda. Parthi, gens olim ignava atque nullius nominis, poſt Alexandri Magni obitum, Imperium ad Euphratem diffudêre, atque adeò præter V capita, ad quæ Provincias Perſiæ paulò ſuperiùs revocavimus, Aſſyriam, Meſopotamiam & Babyloniam poſſederunt. Media fuit, ubi provincia Cylana, Chirvana, Edzerbayana, & pars occidentalis Hierak-Agemi. Media verò Choromithrena, ſeu Choromithrene, tenuit partem Mediæ auſtraliorem & orientaliorem, cui ad boream (teſte Ptolemæi Tabulâ) confinis fuit Media Tropatena, mari Hyrcano adjacens. Media Antropatia, aliis Atropatia & Atropatene, maximè in occaſum & boream ſeſe explicuit, in quâ fuerunt Caſpii populi, unde proximo mari cognomentum. Media ex ſecundâ Monarchiâ, quæ initio duas Dynaſtias comprehendebat, unam tenuit. Caput Mediæ fuit urbs Ecbatana, ubi, annotante Athenæo, Perſarum Reges æſtivabant, hodie juxta complures Tauris. Pars decem Tribuum Iſraelis, quas deportavit in Aſſyriam Salmanaſſar, in Mediâ habitavit, & quidem ex ſententiâ Bocharti, cui plures accedunt, in Mediâ Antropatenâ, ubi inter duos Cyri alveos, medio ferè ſpatio inter montem Choatram,

Ubi olim fuerint Gedroſia.
Arachoſia.
Drangiana.
Aria. Paropaniſus.
Sogdiana.
Bactriana.
Margiana.
Hyrcania.
Parthia.
Media.
Choromithrena.
Tropatena.
Antropatia.
Pars x Tribuum Iſraelis.

Digitized by Google

Bocharto Chaboram, & mare Caſpium, urbs Gauzania occurrit, quam veroſimile arbitratur regioni & fluvio proximo nomen feciſſe, qui, quando Perſæ hìc tenebant dominium, nomen mutavit, & in honorem Cyri Cyrus dictus eſt, uti in gratiam Cambyſis Cambyſes, alter ejuſdem Mediæ amnis, Cyro vicinus. Malunt alii, Gozan fluvium Gauzaniam urbem denominaſſe. Neque Iſraëlitarum propagines ſemper manſerunt in Mediâ, ſed ſucceſſu temporis delatæ fuerunt in Hyrcaniam, Parthiam, Perſidem, Carmaniam & remotiſſima Orientis loca, Indiam & Sinam; quin (quod ex Herodoto & Diodoro docet Celeb. Spanhemius) in Armeniam, Iberiam & Colchidem. Addit, rediiſſe poſteà plurimos Iſraelitas in Palæſtinam, communes cum duabus Tribubus ſedes habuiſſe, Ægyptum, & vicinas regiones impleviſſe, dein Aſiam Minorem, Græciam, Macedoniam ἐν τῇ διασπορᾷ τῶν Ἑλλήνων. Tandem partes Perſidis reſiduam Perſiæ partem occupârunt. Suſiana fuit, ubi nunc Cuſiſtania, cujus urbs princeps erat Suſa, nunc Suſtera, cœli molliſmi & amœniſſimi, illìc, juxta Athenæum, Perſarum Reges hyemabant. Perſis fuit, ubi nunc Farſiſtania, cujus urbs clariſſima erat Perſepolis, quibuſdam nunc Schiraſium, aliis in ejus vicinià ad boream, ubi aut circa quam rudera Tcheëlminaræ, *Tcheëlminar* Tavernierio, aliis *Chilminar*, puta variæ antiquæ columnæ, ſtatuæ nullius momenti, quadratæ & obſcuræ cameræ, quas omnes reliquias immeritò alios adeò prædicare, teſtis eſt oculatus Tavernierius. Perſepoli, teſte Athenæo, Reges Perſarum autumnum tranſegerunt. Ipſam Alexander Macedo, temulentus, ſuaſu Thaidis incendit & vaſtavit. Denique Carmania, quæ duplex erat, Deſerta, Parthiæ confinis, & Propriè dicta, huic ad auſtrum proxima & maritima, fuit, ubi hodierna Cermania. Sequitur Perſiæ hodiernæ Tabula.

Suſiana, ubi?

Perſis.

Carmania.

PERSIÆ

Digitized by Google

PERSIÆ
Provinciæ ſunt
XIII:

- Ad Ortum VI,
  - *Sinda*, — Saruſana. Candayla. Debila.
  - *Macrana*, — Guadela. Titza. Macrana. Firhca. Chalacum.
  - *Sigeſtania*, — Fardana. Ceſa. Chalacum. Siſtania. Maſurgianum. Maſnia. Araba.
  - *Sableſtania*, — Becſabata. Buſtum. Sarentia. Sarvanum. Asba. Memenda. Rabel-Emira. Candaharia. Cushecanna. Greſa. Curvanum. Duca. Aluncanum.
  - *Coraſſania*, — Balbachium. Eratum. Thunum. Mecheda. Niſaburium.
  - *Eſtarabada*, — Eſtarabada. Damcamum. Amulum.
- Ad Boream IV,
  - *Mazanderana*, — Firuſcucha. Sucarabada. Mioniciella. Giruum. Talarapeſca. Saruum. Ferhabada. Ciarmana. Eſcrefa.
  - *Chirvana*, — Derbentium. Bacua. Chamacia.
  - *Edzerbayana*, — Ardebila. Tabriſium. Sultania.
  - *Hierak-Agemi*, — Casbinum. Sava. Coma. Cachanum. Hamadanum. Iſpahanum, *Caput Perſiæ*. Zulfa. Yeſda.
- Ad Auſtrum III,
  - *Cuſiſtania*, — Suſtera. Ardginum. Rambormus. Ahavaſa. Scabara. Bander-Rica. Bander-Racela.
  - *Farſiſtania*, — Cazerona. Aſtacara. Schirafium. Benarua. Firuſabada. Darabgiera. Lara. Bander-Kongo. Bandera. I. Ormuſia.
  - *Cermania*, — Bermazira. Cermania. Iaſcefia. Cubeſteca.

CAPUT XIX.

Arabia Nova & Vetus.

I. *Arabia ſitus & quantitas.*

SUPEREST Aſiæ pars octava & ultima, quæ Arabia appellatur, Aſiaticis *Arabiſtan*, Belg. & Gall. *Arabie.* Limitatur ab ortu ſinu Armuziano, freto Moſandano, & ſinu Balſerenſi, qui ipſam à Perſiâ ſeparant; à boreâ Iracâ, fl. Euphrate, quo à Diarbechiâ ſtrictè ſumptâ dividitur, nec non Syriâ; ab occaſu Iſthmo Arabico, aliàs Ægypti, ſive *Sues*, mari Rubro, & freto Babelmandelo, quibus ab Africâ diſtinguitur; ab auſtro mari Arabico. Sita eſt ſub Tropico Cancri, intra gradum XIII & XXXV latitudinis borealis, & ab occaſu in ortum ab Iſthmo Arabico ad Promontorium Razalgatam, *C. Raz Algate*, ad gradus XXXIII diffunditur.

II. *Conſtitutio.*

Cœli ſæpè torridi eſt. Solum habet in multis locis aſperrimum, arenoſum, ſiticuloſum, ſterile, quod naturæ, etſi paucis contenta vivit, ſatisfacere non poteſt. Pauciſſimis fluviis, neque ingentibus, perfunditur, & pluvia hìc valdè infrequens, minimè ros, qui abundè delabitur, cœli fervorem valdè mitigat, & nonnihil pluviæ defectum minuit. Felicioris ſoli eſt pars maritima, & propinqua fluminibus, dives thuris, myrrhæ, aloës, caſiæ, nardi, cardomomi, cinnamomi, piperis, dactylorum, malorum aureorum, citreorum, pomorum varii generis, mellis, ceræ. Equi, cameli, oves laudem inveniunt. Mare piſces magnâ copiâ ſubminiſtrat, item margaritas & corallia. Pars Arabum urbes incolit, fabrilia tractat, mercaturam facit, in Literarum ſtudia, Medicinæ, Philoſophiæ, & in primis Mathematicæ incumbit, & Arithmeticos characteres dicitur inveniſſe. Pars in montibus & ſylvis degit ſub tentoriis ciliciis, Tartarorum more, dicta non immeritò, uti olim, ſic hodieque, Scenitæ, & quia tentoria propter meliora paſcua non rarò de loco in locum transferunt, Vagi ſeu Nomades. Optimi equites ſunt, certiſſimi ſagittarii, denſo agmine hùc illùc oberrant, populantur peregrinos, & Caravanis Meccam proficiſcentibus perquàm inhiant. Paret Arabia partìm Turcis, partìm Perſis, in primis Principibus ſuis, & Po-

Digitized by Google

M. MEDITER
RANEE.
DIARBECK
BERIARA
ARABIE DESERTE
ARABIE PETREE
EGYPTE
HYAMAN ou
PARTIE
DE L'OCCIDENT
MER DE ROUGE ou MER DE SUAQUEM
COSTE D'AVALE
AFRIQUE
Mille Pas Geometriques
60 120 180 240 300
25 50 75 100 125
Lieues Communes Françoises
Mer Rouge
Suaquem
Massuam
Dalacca
Zibith
Adbad de Buge
Zebid
Mecca
Medina
Chaibar
Tabuc
Taref
Gonemame
Sorrain
Coffir
Zeila
Barbora
Detroit de Babelmandel

L'ARABIE
PETRÉE, DESERTE
ET HEVREVSE,
Par N. Sanson d'Abbe. Geo.
ord. du Roy
Septentrion
Midy
EMPIRE
MER D'ELCATIF
MER D'ARABIE
Golfe d'Ormus
Golfe de Balsera ou
Golfe de Mocadon
Golfe d'Oman
Golfe de Fartach
Golfe de Zolotera
Golfe de Guardafuy
Cap de Guardafuy
Isle de Zolotera
Abba dal Curia
Dardura
Sciora
Odeida
Mocha
Aden
Baha
Elcatif
Lacach
Bahrem
Zerd
Cosfaque
Adari
Cuxima
Gicolar
Arquan
Chusistan
Sauster
Chosherawand
Askallouskeran
Romas
Tauris
Sangour
Kuseron
Cama
Abadan
Cargo
Kinaboun
Mulligan
Xabran
Furuschad
Chabonkara
Darabegerd
Roftac
Giroft
Jiar
Baesde
Ses
Fars
Laron
Bedetasar
Mocheston
Gomarou
Pubor
Ormus
Basiron
Menigian
Jasques
Deste
Corsen
Pinder
Doba
Calba
Berou
Quesibi
Iquir
Orfacan
Calaita
Andram
Rusto
Tenu
Elcamf
Cori
Brocin
Chetta
Lacach
Lesane
Omm Quada
Mascalat
Timusa
Cuburi
Foid
Sochar
Sodana
Canita
Sohar
Curiate
Mascate
Calaiate
Theme
Mariomate
Mega
Carut
Apola
Define
Mirabat
Maqarabat
Prem
Aman Kirsdan
Mahair
Asfar
Sur
Ti-bi
Daima
Manira
Matrach
Cape de Isoleth
Cape des Pintes
Curia Muria
Fazulhad
Nerbani
Xoxequa
Gubelhaman
Guebelhamara
Korbalmara
Corz
Saada
Libran
Rada
Reama
Seger
Almacharama
Baital mut.
Xael
Cape de Fartach
Fartach
Dolfar
Pocher
Matarqua
Alor
Nagran
Elabaur
Core
Cariam
Aden
Baha
Abbinali
Nayna
Culhat
Asla
Brun
Curia

Digitized by Google

& Populis, qui montibus muniti, libertatem contra Turcas ſtrenuè tutantur. Muhamedanæ religioni addicta eſt, linguâ utitur, quæ olim Arabiæ limites non excedebat, at creſcente Saracenorum imperio, longè latéque propagata eſt, hodiéque trientem ferè Orbis, Veteribus noti, occupat. Obtinet enim, præter Arabiam, in Meſopotamiâ, Syriâ, Palæſtinâ, littoribus Africæ ad mare Rubrum, Ægypto, & toto littore maris Mediterranei ad uſque fretum Herculeum, dialectis tamen variantibus. Quin Eruditorum lingua eſt, ubi viget Muhamediſmus, nam vetitum, Alcoranum linguâ non Arabicâ legere.

III. *Diviſio. Arabia Felix.*

Dividitur Arabia in Felicem, Deſertam, & Petræam. Arabia Felix, Gall. *Arabie Heureuſe*, Incolis & Turcis *Iemen*, aliàs *Hyaman* & *Hiemen*, & non rarò Arabia propria, maximè in meridiem & ortum excurrit, Deſertâ & Petræâ terque quaterque major eſt, formam habet ingentis Peninſulæ, cujus Iſthmum ampliſſimum juga montium conſtituunt, quæ intimum receſſum ſinûs Perſici & Arabici interjacent, ipſamque à Deſertâ & Petræâ ſeparant. Inter omnes partes longè populoſiſſima, cultiſſima, fertiliſſimaque eſt, & ea gignit, quorum ſub initio hujus Capitis meminimus, ut non injuriâ Felicis ſeu Beatæ nomine condecoretur.

IV. *Hujus diviſio.*

Habet complura regna & provincias. Teſtatur Golius, ipſos Arabes Arabiam Felicem in ſex Regiones partiri, ad quas omnia revocant. Sanſonis magna Charta Aſiæ ipſam in ſeptem partes præcipuas diſtribuit, quarum nomina ſunt Omana, Segera, Hadramuta, Tehama, Hagiaza, Iamama, Bahraima. Alii Segeram tranſeunt, & præter ſex partes cæteras, enumerant Ormuſiam, quam Omanæ partem Sanſonus conſtituit.

V. *Omana.*

Omana, *Oman*, pars orientaliſſima eſt hujus Arabiæ, quam mare Arabicum, Armuzianum & Balſerenſe alluunt. Inter urbes præſtant ad mare Armuzianum Calajata, *Calajate*; Maſcatum, *Maſcate*, emporium celebre, quod Tabulæ quædam ſub Tropico Cancri collocant, aliis plùs ſeptentrioni admoventibus, portum habet commodum & arcem validam, olim ſub Luſitanorum, nunc ſui Principis imperio, qui ipſis non ita diu hoc eripuit; Sohara, *Sohar*; Orſacanum, *Orſacan*, ſeu

ſeu *Orfacan*; Corſcanum, *Corſcan*, juxta caput Moſandanum, *C. Moſandan*, quod contra Ormuſiam eſt, & Freto proximo cognomentum imponit. Iuxta ſinum Balſerenſem jacent Iquira, *Iquir* ſeu *Iguir*; Nabanum, *Naban*; & Tabla, *Tabla*. A mari abſunt Iemena, *Iemene*, caput regni cognominis; uti & Maſcalata, aliis Maſtala, *Maſcalat*; Sochara, *Sochar*; Masfa, *Masfa*; Mirabata, *Mirabat*; Syra, *Syr*, aliàs *Sur* & *Tſur*; Calhatum, *Calhat*, ſeu *Quelhat*; Amanzirifdina, *Amanzirifdin* ſeu *Aman Zirifdin*, caput regni cognominis, quod Baudrando aliàs Omana dicitur.

VI. *Segera.* Omanæ ab auſtro & occaſu confinis eſt provincia Segera, *Seger*, cujus pars mari Arabico adjacet. Ejus urbes nobiliores ſunt Alibinalium, *Alibinali*, caput regni Alibinalii, quod & Segeræ nuncupant; Guebelhamana, *Guebelhaman*, & Pechera, *Pecher*, juxta mare.

VII. *Hadramuta.* Segeræ ad occaſum proxima eſt Hadramuta, *Hadramut*, quæ ad mare, fretum & ſinum Arabicum ſe diffundit. Urbes hujus partis clariſſimæ habentur Dolfara, *Dolfar*; Fartachium, *Fartach*, aliis *Hadramut*, caput regni cognominis; Almacharana, *Almacharan*; Laghium, *Laghi*; Adenum, *Aden*, urbs munitiſſima ad mare Arabicum, caput regni Adeni, cum portu capace, aliàs Turcis ſubjecta, nunc Mochæ Principi; Mocha, ſeu Moca, *Mocha*, ampla, culta, emporium non ignobile cum portu commodo ad mare Arabicum, à cujus faucibus in boream deflectit, ſub ſuo Principe, dives rubri corallii; Zibitum, *Zibit*, urbs ampla ad fluvium ejuſdem nominis, præcipua regni Zibiti, quod & regnum Sabæ appellatur, olim ſub Imperio Turcarum, nunc Regis proprii, qui ipſam armis ſubegit; Marebum, *Mareb*.

VIII. *Tehama.* Ad boream Hadramutæ ſe offert Tehama, *Tehama*, etiam ad ſinum Arabicum, ubi maximi nominis urbes ſunt Dhafaria, *Dhafar*; Sanaa, *Sanaa*, quam Tabulæ quædam Segeræ attribuunt; Saada, *Saada*, in ipſius confiniis; Hanſa, *Hans*; Iacſeba, *Iacſeb*.

IX. *Hagiaza.* Inter Tehamam & Arabiam Petræam ad ſinum Arabicum ſe extendit regio Hagiaza, *Hagiaz*, aliis *Hegiaz* & *Higiaz*. Sic vulgò Tabulæ. Aliis hæc regio Felicem Arabiam à Petræâ dividit, & neque ad hanc, neque ad illam pertinet. Ejus tractus

ctus duos faciunt, Meccenſem, & Medinenſem. Urbes inſigniores hujus Regionis, habentur Zidenum, *Ziden*, aliàs *Giodda*, juxta mare Arabicum; Mecca, *Mecca*, Arabiæ hujus nobiliſſima, ampla, non procul à flumine *Chaibar*, in valle ſiccâ, ſterili, & undique cinctâ montibus, Mahumedis Pſeudoprophetæ nativitate celeberrima, ad quam Turcæ ex omni angello Imperii Turcici, quin Mahumedani Orbis religionis ergo peregrinantur, caput Meccæ principatûs, ſub ſuo Principe, vulgò *Cherif*, *Scheck*, aut *Sultan*, inter Arabiæ potentiſſimos, quem, quia ex ſtirpe Mahumedis genus trahit, Turca, Perſa, & quotquot huic religioni addicti ſunt, venerantur, & muneribus cumulant, ut Beduinſios, *Beduins*, præpotentes hujùs Arabiæ Populos, qui Caravanas Meccam euntes obſervare ſolent & incurrere, ditione ſuâ ejiciat, ſaltem prohibeat rapinis & populationibus. Etiam proximo Sinui cognomentum imponit. Meccam Bernerius, qui Arabiam luſtravit, collocat in Arabiâ Petræâ, quam plerumque Chartæ Felici attribuunt. Sequuntur Baiſatum, *Baiſat*; Tajefum, *Tajef*; Giadila, *Giadila*; Chaibara, *Chaibar*, juxta fl. cognominem; Metina, ſeu Medina Alnabia, *Medina*, ſive *Medina-Talnabi*, ſive *Medina-Tholnabi*, id eſt Urbs Prophetæ, quam Arabiæ Petrææ Baudrandus adſcribit, ſita in planitiê, Meccâ minor, peregrinationibus Mahumedanorum famigeratiſſima, propter Mauſoleum Mahumedis, quod altius quidem elevatum eſt, & tenuioribus columnis ſuffultum, nuſquàm penſile, neque inibi ferrum, chalybs aut magnes conſpicitur. Contendunt quidam contra communem ſententiam, hìc natum quoque Mahumedem. Medinam fugit, quando cogebatur Meccam deſerere, quæ ejus doctrinam improbabat, ubi & amicè exceptus, religionem liberè propagavit, ſedemque collocavit Imperii, ut mirum non ſit, Civitatem Prophetæ appellari. Ab hâc fugâ Mahumedis, Mahumedanis Hegira, Epoche Arabum, pertinens ad annum Chriſti DCXXII & XV diem Julii, aliàs Epoche Hegiræ nominatur, quæ Mahumedanis hodieque in uſu eſt. Medinam & Meccam Deſertum, vulgò mare Arenoſum, interjacet, quod propter arenam mobiliſſimam, ſpirantibus ventis, abſque compaſſo & viæ duce tranſire tutum non eſt. Plùs in ortum & ſeptentrionem vergunt Tarefum, *Taref*, & Batna Nacela, *Batn Nackel*.

Hagiazæ

X. *Iamama.* Hagiazæ ad ortum contermina eſt regio Iamama, *Iamama*, cujus urbes ſunt Salamia, *Salamia;* Iamama, *Iamama*, caput regionis cognominis, ad fl. *Aſtan*; Tima, *Tima;* Hadrama, *Hadrama*, ſeu *Hadruma.* In hâc regione delineant Chartæ Bengebreſios, *Bengebres*, qui Populi præpotentes ſunt, latè vagantur, & obvios incurſionibus infeſtant.

XI. *Bahraima.* Supereſt pars ſeptima & ultima hujus Arabiæ Bahraima, aliis Bahreina, *Bahraim*, ſeu *Bahrein*, media inter Iamamam ad occaſum & intimum receſſum ſinûs Perſici ad ortum, propemodùm, ſic ferunt, ſub Perſis. Ejus clariores urbes ſunt Chetta, *Chetta;* Laſſacha, *Laſſach*, aliàs *Lacach*, & *Labſa*, quam alii Omanæ attribuunt, aliàs caput Præfecturæ Turcicæ, dictæ *Beglerbeglic de Labſa*, quæ Bahraimam complectebatur; atque ad ſinum Biſcia, *Biſcia;* Catifa, *el Cattif*, portus celebris ſub Turcâ, unde & proximo Mari hodiè cognomentum eſt; Bahreina, *Bahrein*, aliàs *Bahraim*, & *Bahr*, contra quam Inſula jacet ejuſdem nominis, non procul à littore, unionum piſcatu, qui in propinquo mari inſtituitur, celeberrima; Ahſa, *Ahſa*, ſeu *Ahſo*, & quæ cæteris borealior eſt, Hadanija, *Hadanija.*

XII. *In Arabia Felice fuerunt olim Chus & Havila:* Statuunt Eruditi terram Chus & Havilam, quas flumina Gihon & Piſon rigaverunt, fuiſſe in tractu Arabiæ Felicis, divite auri, gemmarum & aromatum, ac ſinui Perſico propinquo, in quem & illa, & Euphrates ac Tigris illabuntur.

Sabæi. Arabiam Felicem incoluerunt Sabæi, quorum nomen quandoque totam Arabiam Aromatiferam complectitur, ut minimè mirum ſit, Arabiam Felicem aliàs Sabæam appellatam fuiſſe. At Sabæi propriè dicti, quorum pater fuit Seba, vel Saba, filius Ioctan, habitârunt ad ſinum Arabicum, juxta Minæos, ditiſſimi auri, gemmarum atque aromatum, quorum Metropolis erat Saba, Ptolemæo Sabe, ubi Reginam Auſtri, quæ Salomonis inviſendi gratiâ Hieroſolymam petivit, regnaviſſe multi ſtatuunt, interque eos Bochartus. Joſephi ſententia eſt, Reginam Saba eſſe Herodoti Nicaulem, quæ ſimul in Ægypto & Æthiopiâ regnavit, atque ſic appellata eſt à Metropoli Æthiopum, quæ Saba dicta fuit, antequam Cambyſes de ſororis ſuæ nomine Meroen ipſam appellavit; verum hanc opinionem Joſephi Bochartus ex profeſſo refutat.

Digitized by Google

refutat. Idem præter Ophiram Salomonis, de quâ dictum *Ophira.* hujus SECT. CAP. XVI, § XV, Ophiram alteram admittit, uti & Sanſonus, in Arabiâ Felice prope Sabæos, in Caſſanitis Ptolemæi & Stephani, auri puriſſimi feraciſſimam. Fuerunt *Saraceni.* quoque in Arabiâ Felice Saraceni, populi à latrociniis ſic appellati, juxta Ptolemæum in confiniis Petrææ Arabiæ, quorum præcipua urbs fuit Jatrippa, ſeu Jathribon, nunc Medina, Arabibus *Jathrib.* Cœperunt primùm inclareſcere, quando Pſeudopropheta Mahometh ex urbe Meccâ hùc fugit, benignè acceptus eſt, atque Jatrippenſium auxilio vicinas nationes ſubjugavit. Dein Saraceni brevi tempore occupârunt Arabiam, Ægyptum, maximam partem Africæ, Hiſpaniam, Corſicam, Sardiniam, meridionalem Italiam, Siciliam, Cretam, ampliſſimamque partem Aſiæ, atque ex hoc Imperio deinceps Imperium Turcicum, Regnum Perſarum, & plura alia profluxerunt. Nunc longo ſitu Saracenorum nomen obſoletum eſt.

Poſt luſtratam partem Arabiæ ampliſſimam, quæ auſtrum XIII. proſpicit, ad borealem accedimus, in quâ Arabia Deſerta & *Arabia Deſerta.* Petræa occurrunt. Arabia Deſerta, Gall. *Arabie Deſerte*, Aſiaticis *Berii-Arabiſtan*, item *Arden* & *Beriara*, limitatur ab ortu Iracâ; à boreâ Diarbechiâ, ſeu fl. Euphrate, qui & limitis vice fungitur; ab occaſu Syriâ & Arabiâ Petræâ; ab auſtro Arabiâ Felice, à quâ montana ipſam dividunt. Minùs in montes ſurgit, quàm Arabia Felix, aut Petræa. Solum arenis ſcatet & vaſtis ſolitudinibus, at pars Euphrati propinquior, magis læta & culta eſt. Turcis ex parte ſubfuit, nunc paret variis Principibus, quorum unus Regio titulo inſignitur, cui quoque pars Terræ Sanctæ obedit, quæ à Jordane in ortum deflectit. Neque iis Turca faceſſit negotium, qui Deſerta tanti non æſtimat. Urbes hìc paucæ ſunt, inter quas meliores habentur Anna, *Anna*, ad fl. Aſtanum, & Tangia, *Tangia*, priori occidentalior. Inter urbes Arabiæ Deſertæ Thevenotius & alii Balſaram enumerant, ſed ejus in Iracâ meminimus. Traditis urbibus borealiores ſunt Tſamma, *Tſamma*; Sucana, *Sukana*; Anna, *Anna*, & *Anab*, urbs antiqua ad Euphratem, celebre ante emporium, nunc infrequens, in Diarbechiæ limite, cui propterea, ſed immeritò, à nonnullis tribuitur, Arabiæ hujus præcipua; Dalia, *Dalia*, & Rahabata, *Rahabat* juxta idem

fl.; Sumiſcahacum, *Sumiſcahac*, Arabiæ Petrææ vicinius.

XIV. *Ubi Terra Utz, Jobi ſedes?*

Terram Utz, Jobi ſedem, in Deſertâ Arabiâ locat celeb. Spanhemius; non tamen verſus Sinum Perſicum, neque in confiniis Felicis Arabiæ, neque in parte ejus meridionali, aut mediterraneâ, ſed ſeptentrionali, verſus Euphratem & Meſopotamiam. Hoc ut edoceat, primùm *Cap.* III *Hiſtoria Jobi* opiniones diſſentientium benè multas multis refellit; mox *Cap.* IV ſuam ſententiam, uti ſolet, eruditè & copiosè confirmat. Urget inter cætera, eam partem Arabiæ Deſertæ omnium maximè Chaldæis eſſe conterminam, de quorum invaſione meminit in ipſo limine Jobi Hiſtoria; Vicinos Jobo Sabæos, qui in armenta & famulos ejus incurrerunt, non eſſe Sabæos Felices, ſed oriundos ex Sebâ, Abrahami ex Kethurâ nepote, qui orientem verſus, ſeu in Arabiâ Deſertâ ſedem habuit; ſacro Textui ſic facillimè ſatisfieri, qui inquit, ipſum maximum fuiſſe inter Orientales; habitationes Amicorum Jobi & præſtiti officii rationem optimè cum traditâ Jobi habitatione convenire. Plura rationum momenta non attingo, de quibus præfata Hiſtoria, quam omninò operæ pretium eſt conſulere. Statuit idem Vir clar. Madianitas, Medanæos, Dedanæos, &c., ex Kethurâ prognatos, habitaſſe in tractu, aut contermino illi Jobi, aut ſaltem non ita procul remoto. Madianitis quidem primò aſſignat Orientalem plagam Deſertæ Arabiæ, longiùs deinceps provectis ad meridiem & occaſum, ad uſque ſinum Arabicum, quâ parte Arabiam Petræam alluit. Madianitis proximos facit Medanæos, confuſos quoque cum iiſdem. Dedanæos etiam locat in Deſertâ Arabiâ, ſed in confiniis Syriæ Palmyrenæ, nec remotos ab extremis Idumæorum ſedibus. Vide, ſis, citatæ *Hiſtoriæ Cap.* VII. Sunt, qui ſentiunt, Magos quoque, qui, nato Mundi Salvatore, veniebant Hieroſolymam, ab Oriente, id eſt Arabiâ Deſertâ adveniſſe. Rectiùs quidem, me Judice, quàm qui ipſos ex Arabiâ Felice appuliſſe conjiciunt. Malunt alii, veniſſe ex Perſide, Mediâ, ſive Meſopotamiâ.

Madianitæ.

Medanei.

Dedanei.

Magi unde?

XV. *Arabia Petræa.*

Ex parte boreali Arabiæ ſupereſt Arabia Petræa, Gall. *Arabie Petrée*; incolis vulgò *Arabiſtan*, Turcis *Daſc-lik Arabiſtan*, aliis *Barraab* & *Baraba*. Terminatur ab ortu Arabiâ Deſertâ; ab auſtro Felice; ab occaſu ſinu & iſthmo Arabico; à boreâ Syriâ.

Digitized by Google

Syriâ. Ipſam in auſtrum longè magis extendunt Golius, Bernierius, & Baudrandus, qui illorum veſtigia ſequitur, quam Chartæ ſolent, uſque eo, ut & Medinam, & Meccam, Arabiæ Petrææ urbes faciant, ſicuti & dictum ſuperiùs. Montoſa quoque & minùs culta eſt, ſub Turcarum dominio. Inter loca mediterranea præſtant Buſſeretum, *Buſſeret*, & Heracum, *Herac* ſeu *Herat*, caput hujus Arabiæ, ante Petra, & Petra Deſerti, quæ huic Arabiæ cognomentum impoſuit. Ad aut juxta ſinum Arabicum jacent Madianum, *Madian*; Torum, *El Tor*; Eilanum, *Eilan*, ſeu *Hilan*; Faranum, *Faran*.

XVI. *Iſmaelitarum ſedes ubi?*

Arabiam Petræam pars Iſmaelitarum, quorum Tribus erant duodecim, inhabitavit; nam extenſi fuerunt à Deſerto Pharan & Zur, ſeu mari Rubro uſque ad Havilam, id eſt per Arabiam Petræam, Deſertam & Felicem verſus Euphratem & ſinum Perſicum, atque permixti Madianitis, uti & his, & illis Chuſæi, qui omnes deinceps in unam Saracenorum nationem coaluêre. In hanc Arabiam appulerunt Iſraelitæ, confecto per intimum receſſum Erythræi maris itinere, & quidem, ſic quidam volunt, circa urbem Torum, de quâ ſuperiùs. Per ejus Deſerta Zin, Sinai, Zur, Pharan, annis totis quadraginta, errârunt, diverſiſſimas nacti manſiones, uti ex Biblicâ Chartâ videre eſt. Hujus peregrinationis veſtigia etiamnum ajunt extare in Deſerto Zin, variis inſcriptionibus rupibus ejus inciſis, quæ antiquiſſimo charactere Aſſyrio cenſentur conſtare. In confiniis Arabiæ Petrææ & Ægypti verſus lacum Serbonidem & mare Internum fuit, teſte Ptolemæo, Strabone, Mela, Stephano, mons Caſius, minimè confundendus cum Caſio Antiocheno, ſeu Syriæ propriæ. Illuſtrem ipſum reddidit Jovis Caſii delubrum. In ejus viciniâ fuit Magni Pompeji tumulus. Plùs in auſtrum & ortum ſiti ſunt celeberrimi in Sacris montes, & contigui, Horeb & Sinai. Sinai Turcis dicitur *Gibel Mouſa*, mons Moſis, Europæis ſæpè mons S. Catharinæ, cujus corpus ab Angelis in ipſo humatum creditur. Dicuntur etiamnum habitari à Monachis Græcæ religionis, qui viatoribus comiter monſtrant rerum hìc olìm geſtarum reliquias. In littore hujus Arabiæ extitit quoque Aſiongaber, ſeu Eſiongeber, una ex manſionibus Iſraelitarum, dein ipſorum civitas & portus, ex quo Claſſis Salomonis in Ophiram navigavit. Sequitur Arabiæ Tabula.

Iſraelitarum appulſus & manſiones.

Mons Caſius.

Mons Horeb, & Sinai.

Aſiongaber.

- **ARABIÆ** *partes ſunt* III:
  - Arabia Felix, ubi Regiones VII:
    - *Omana*, { Calajata. Maſcatum. Sohara. Orfacanum. Corſcanum. Iquira. Nabanum. Tabla. Iemena. Maſcalata. Sochara. Masfa. Mirabata. Syra. Calhatum. Amanzirifdina.
    - *Segera*, { Alibinalium. Guebelhamana. Pechera.
    - *Hadramuta*, { Dolfara. Fartachium. Almacharana. Laghium. Adenum. Mocha. Zibitum. Marebum.
    - *Tehama*, { Dhafaria. Sanaa. Suada. Hanfa. Iacfeba.
    - *Hagiaza*, { Zidenum. Mecca. Baifacum. Tajefum. Giadila. Chaibara. Merina. Tarefum. Batna-Nacela.
    - *Iamama*, { Salamia. Iamama. Tima. Hadrama.
    - *Bahraima*, { Chetra. Laffacha. Biſcia. Catifa. Bahreina. Ahfa. Hadanija.
  - Arabia Deſerta, ubi
    - *Ad Auſtrum*, { Anna. Tangia.
    - *Ad Boream*, { Tfamma. Sucana. Anna. Dalia. Rahabara. Sumiſcahacum.
  - Arabia Petræa, ubi
    - *Abſunt à M. Rubro*, { Buſſeretum. Heracum.
    - *Ad aut juxta M. Rubr.*, { Madianum. Torum. Eilanum. Faranna.

INTRO-

Digitized by Google

ISLES AÇORES.
OCEAN
MER DES
ISLES DES
CANARIES
OCCIDENTAL
MER DV
CAPS. Nicolas
CAP
VERD.
MER ou
ATLANTIQVE.
Equateur ou Ligne
DE
MER
BRE:
DV
NORT
BRE: la Trinité
SIL.
AFRIQVE.
Par le Sr. Sanson d'Abbeville.
Geographe du Roy.
OCEAN MERI
CONGO
Saara
Pays des
Guinée
MER DE GVI:
I. de Ste. Helene
I. d'Ascension
I. de Tristan da Cunha
I. de Gonçalo Alvares
I. des Pics
I. S. Matthieu
I. d'Annobon
S. Thomas
C. de Bonne Espe
C. Negre
C. de Sierre Lione
C. des Palmes
S. Paul de Loanda

PARTIE
Perse.
ASIE
Anatolie.
Cypre
Creto
Arabie
Egypte
Abissinie.
Monomotapa
ETHIOPIE
OCEAN
ORIENTAL
MER D'ARABIE.
DE BARBARIE
GUEBAR.
Aequinoctialle.
Tropique du Cancer
Tropique du Capricorne
Ile de Madagascar ou St. Laurent
Ile de St. Sebastien
Cap de Bonne Esperance
Cap de St. François
Cap de St. Augustin
Cap de St. Vincent
Mer Rouge ou de la Mecque
Golfe de Barbarie
Golfe de Guardafui
Golfe de Zanguebar
Golfe de Bengale
Golfe de Perse
Golfe de Cambaye
Golfe de Mozambique
Golfe de Sofala
Golfe de Melinde
Golfe de Monbaze
Golfe de Zeila
Golfe de Mecque
Golfe de Suez
Golfe de Cosseir
Golfe de Mer Rouge
Golfe de Mer d'Arabie
Golfe de Mer Océan
Golfe de Mer Orientale
Golfe de Mer Méridionale
Golfe de Mer Occidentale
Golfe de Mer Septentrionale
Golfe de Mer Méditerranée
Golfe de Mer Noire
Golfe de Mer Caspienne
Golfe de Mer Adriatique
Golfe de Mer Tyrrhénienne
Golfe de Mer Ionienne
Golfe de Mer Egée
Golfe de Mer Rouge
Golfe de Mer d'Arabie
Golfe de Mer Océan
Golfe de Mer Orientale
Golfe de Mer Méridionale
Golfe de Mer Occidentale
Golfe de Mer Septentrionale
Golfe de Mer Méditerranée
Golfe de Mer Noire
Golfe de Mer Caspienne
Golfe de Mer Adriatique
Golfe de Mer Tyrrhénienne
Golfe de Mer Ionienne
Golfe de Mer Egée

Digitized by Google

INTRODUCTIONIS AD GEOGRAPHIAM NOVAM ET VETEREM

SECTIO QUARTA, DE IMPERIIS AFRICÆ.

CAPUT I.

Africa in genere.

SUPEREST ex Continente Veteris Orbis pars tertia & ultima, quæ maximè in meridiem se explicat, & Africa appellatur, Incolis, teſte Joanne Leone Africano, *Iphrichia*, Gall. *Afrique*. Limitatur ab ortu Iſthmo, Sinu, Freto & Mari Arabico, quibus ab Arabiâ Petræâ & Felice dividitur, nec non Oceano Æthiopico; ab auſtro eodem; quo & ab occaſu perfunditur, item mari Guineenſi, mari Promontorii viridis, & mari Canarienſi, partibus Septentrionalis Oceani; à boreâ freto Herculeo, quo ab Hiſpaniâ ſeparatur, & integrâ parte auſtrinâ maris Mediterranei, quod à meridionali Europâ, & Anatoliâ ipſam dividit. I. *Africa limites.*

Formam itaque habet Peninſulæ, maximæ omnium, quas Orbis Vetus & Novus complectitur. Diffundit ſe à ſeptentrione in meridiem à gradu circiter xxxv latitudinis borealis ad uſque gradum xxxv latitudinis auſtralis; proinde media pars Africæ Æquatori ſubjecta eſt, vaſtiſſima Zonæ Torridæ, ingens Zonæ Temperatæ ſeptentrionali, & minima Zonæ II. *Varia quantitas, ſitus, figura.*

Temperatæ meridionali. Ab occaſu in ortum excurrit à gradu IV circiter ad gradum LXXXIV longitudinis. Auſtrum verſus valdè acuitur, ex parte etiam verſus boream, pars, quæ medium tenet, ſpatioſiſſima eſt. Figuram Africæ varii cum triangulo, & cum galeâ nonnulli comparant.

III. *Africa conſtitutio.* Cælum habet fervidiſſimum, etiam illæ partes, quæ ſub Tropicis degunt. Solum montibus ſcatet, & copioſiſſimis, & editiſſimis, deſertis arenoſis, ſiticuloſis, latiſſiméque patentibus, omni malefico ferarum genere, monſtris horrendis, ingentibus, nec auro, argento, ſale deſtituitur. Alibi ſatis læta eſt, in primis verſus tractum maritimum, abundans herbarum medicinalium, frugum, fructuum, armenti, pecoris, incolarum, quorum pars maxima nigri coloris eſt. Sunt, qui autumant, nativum Africanorum colorem non niſi nigrum exiſtere, & qui inter ipſos albicant, origine Aſiaticos eſſe aut Europæos. Africani ingenii pravi, ſubdoli, & prorsùs ſervilis ſunt, nec unquam ampla imperia aut condiderunt, aut conſervarunt. Plurimi in tentoriis degunt, hùc illùc vagantur, barbari, crudeles, certiſſimi ſagittarii, idololatræ. Alii, qui ingentem faciunt numerum, religionem Muhamedis amplectuntur, item Chriſtianiſmum & Judaiſmum.

IV. *Ejusdem diviſio.* Sanſonis Tabula Gallica hodiernam Africam in XII partes diſtribuit, quæ ſunt Ægyptus, Nubia, Abiſſinia, Zanguebaria, Monomotapa, Caffaria, Congum, Guinea, Nigritia, Sarra, Biledulgeridia, atque Barbaria, quibus adjicit Inſulas, quæ contra Africam ſitæ ſunt, in primis in Oceano Æthiopico atque Atlantico. Nos VII partibus contenti erimus, in quas Tabula noſtra Orbis Africam ſuprà diſtribuit, SECT. SEC. *Cap.* V, ſuntque Ægyptus, Æthiopia, Guinea, Nigritia, Sarra, Biledulgeridia, atque Barbaria. Nobiliores Inſulas, quæ Africæ in Oceano objacent, luſtrabimus, luſtratis regionibus maritimis, è quarum regione collocantur. Ex traditis partibus prima & ſecunda, quæ mediam Africam, & ampliùs occupant, ortum, & quinque reſiduæ occaſum proſpiciunt. Illas primùm, dein cæteras contemplabimur, ordinem, quo ſtatim recenſitæ ſunt, obſervaturi, & diutiùs inhæſuri maritimis regionibus, quàm mediterraneis, quas ignorant ex parte Europæi, feliciores tamen multis Veteribus, qui

Digitized by Google

MER MEDI TERRA NEE.
MER D' EGYPTE
MER DE SOVRIE
Bouches du Brullarum Cap Nil et Sinus
Damiata
Faramuda
IUDEE
IERUSALEM
SAINCTE TERRE
ARABIE PETREE.
DESERTS DE BARCA.
CASSILIF DE BOUHERA
MANSOURA. 164
CAIRO
Suez
Amara
Gira 164
Fium
Moyen
EGYPTE
Grodel
Cajaso
Chifuta
Faran
Kilan
EGYPTE divisée en ses DOUZE CASSILIFS, ou GOUVERNEMENS.
Tirée de Sanut. et de divers autres Auteurs.


Par le Sr Sanson d'Abbeville
Geogr. ord.re du Roy.
DE BARCA
ou de
LY BIE
Ligne sous le Tropique
du Cancer
NU BIE
COSTE D' HABEX
MER ROUGE ou DE LA MECQUE
L'EGYPTE
HAUTE
Mille Pas Geometriques
Lieues dans heure
Journees Communes
Elgachatum
Elecesath
Augila
Cassilis
Ichmina
Minio
Chana
Asuan
Syenen
Datath
Fiatrah
Cossir
Zibid
Bugo
Aquedet
Ferest
Gir
Minio
54
Asuana
Aqor
Couna
Barbut
Sam
Gir
Asna
San
58
59
60
61
62
63
64
65
66
22
23
24
25
26
27


MER MEDITERRANEE.
MER D'EGYPTE
MER DE SOUDRIE
EGYPTE
divisée en ses
DOUZE CASSILIFS,
ou
GOUVERNEMENS.
Tirée de Sanut. et de divers
autres Auteurs.
Par L.S.r Sanson d'Abbeville
DESERTS
DE BARCA
ARABIE PETREE.
EGYPTE
MER ROUGE
Bouches du Brallarum Cap Nil et Sinus
CAIRO
ALEXANDRIE
MANSOURA
IERUSALEM
Faranuda
Cassia
Bahidum
Suez
Faran
Grodel
Tor
Chifalo
Cajasa
Tinis
Damiata
Rosetta
Rosetta Br.
Rosetta Prim. Alb.
Rosetta Ins.
Rosetta Ins.
Rosetta Br.
Rosetta Prim. Alb.
Rosetta Ins.
Carcharium
Aegyptiacum
Arabicum
Sinus
Terra Arabum
Rapa
Rosetina
Ripa alba
Dhar Alhaman
Alhaman Ar.
Cyrtana
Xanaies
Xaniet
Nitria
Gyza
Fium
Moeris
Lacus
Memphis
Heliopolis
Babylonia


Par. le Sr. Sanson d'Abbeville
Geogr. ord.re du Roy.
DE BARCA
ou de
LY BIE
Ligne sous le Tropique du Cancer
NU BIE
COSTE D' HABEX
MER ROUGE ou DE LA MECQUE
L'EGYPTE
HAUTE
Mille Pas Geometriques
Lieues dune heure
Journees Communes
Elgardoum
Algerdet
Ferset
Cozza
Asor
Assuana
Zibid
Bago
Suguan
Dacata
Fiatata
Cossir
San
Minio
54
236
58
59
60
61
62
63
64
65
66
22
23
24
25
26
27


MER MEDI TERRA NEE.
MER DE SOVDE
MER D' EGYPTE
Bouches du Brallarum Cap Nil et Sinus
Rosette
Damiata
Pelusium
Faramuda
Gaza
Tineha
Elbeyra
Cassia
Mesoudieh
Zuroafa
Belbeis
Bahidum
SILIS DE
EGYRTE.
ARABIE
PETREE.
MANSOURA. 184
CAIRO
Heroa
Suez
Amera
Faran
Kilan
Chifalo
Cajafa
Grodol
Elmena
Colla
Jarnduka
Antinoe
Benhasa
Monaſtere
CASSILIF DE
ERRN
Auria
CHERIFF
Almena
DESERTS
MOYEN NE
EGYPTE
divisée en ſes
DOUZE CASSILIFS,
ou
GOUVERNEMENS.
Tirez de Sanut. et de divers autres Auteurs
Par le Sr Sanſon, d'Abbeville
BARCA.
CASTILIF DE BOUHERA
Rosetta
Rosetta Ins
Rosetta Prom: Alexandr
Rosetta Ins
Carchorium
Aegyptum Arabicum
Sinus
Alexandria
Terra Arabum
Rya alba
Rana
Dhar Alhaman
Cisterna
Xeniet
Bohat Alamſa Ar.
Alamian Ar.
Kanais al Kafir Ar.
Alſa Iyas Ar.
Lacus Mariis
Natrium
Sebennita
Gyza
CAS. DE
Tiun
Coſſoira
EIUM
300
Bonhaniſa Monaſtere
CASSILIF DE
ERRN
SUEN. 300
Auria
Almena
Colla
D. Paula
CHERIFF
D. Antoine
Jarnduka
Anthinoe
Elmena
COLA
TEBAIDE
MER
ROUGE
Azuro
Tor
Sinai Mons
Sancte Catalina
IERUSALEM
Tyrus
Ptolemais
Caſſaria
IUDEE


Ler. de S. Simon d'Abbeville
Geogr. ord.re du Roy.
DE BARCA
ou de
Ligne sous le Tropique
du Cancer
Mille Pas Geometriques
Lieües d'une heure
Journées Communes
NU BIE
LY BIE
COSTE D' HABEX
MER ROUGE ou DE LA MECQUE
L'EGYPTE
HAUTE EGYPTE
Assuan
Zibit
Bage
Coseir
Ducan
Fiorella
Tabenna
Minto
Ermet
Chiena
Conza
Aiger
Aquedet
Zebmina
Cassiery
Belout
Aniotta
Mansfeh
Sam
Chana
Bigman
Tabenna
Nebenaiba
26
25
24
23
22
58
59
60
61
62
63
64
65
66


MER MEDITERRANNEE.
MER DE SOUDRIE
MER D'EGYPTE.
Bouches du Brallarum Cap Nil et Sinus
Damiata Petra
Faranuda
Imma
Elbora
Cassia
Borelles
Zurafa
Sabidum
Albesia
Belbeis
MANSOURA. 184
CAIRO
Nerea
Suez
Suerum
Amara L.
Faran
Kilan
Chifala
Cajesa
Grodal
Ascalon
IERUSALEM
Cesarea
IUDEE
TYR
SAINCTE
ARABIE PETREE.
EGYPTE
DESERTS
BARCA.
BOUHERA
CASSILIF DE
EGYPTE divisée en ses DOUZE CASSILIFS, ou GOUVERNEMENS.
Tirez de Sanut. et de divers autres Autheurs
Par le Sr Sanson d'Abbeville


Par. le Sr. Sanson d'Abbeville
Geogr. ord.re du Roy.
DE BARCA
ou de
Ascor
Couzza
Algueder-
Ferret
LY BIE
Ligne sous le Tropique du Cancer
Millle Pas Geometriques
Lieues dune heure
Journees Communes
NU BIE
COSTE D' HABEX
Aniotha
Cassilit
Ichmina
Chiana
Barbar
Asna
Minto
54
Asuana
Zibid
Bugo
Dacah
Fiera
Cosir
San
MER ROUGE ou DE LA MECQUE
L'EGYPTE
HAUTE
SUS
58
59
60
61
62
63
64
65
66
22
23
24
25
26
27

qui nec Africam circumnavigârunt, uti factum Lusitanis primò, postmodùm & Belgis, & Anglis, atque hodie fit frequentissimè, nec ullam habuerunt notitiam ejus partis, quæ ultra Lunæ montes, & Nili fontes est, nec evidentem cæterarum partium Æthiopiæ interioris, nec Æthiopæ sub Ægypto, nec ulterioris Lybiæ. Sola fuit Lybia citerior, seu pars Africæ interno Mari propinqua, quam distinctè & evidenter cognoverunt.

Caput II.

Ægyptus Nova & Vetus.

I. *Ægypti nomen, limites, figura.*

Primùm itaque se offert Ægyptus, dicta Phœnicibus olim Aëria, in Sacris *Mizraim*, seu *Misrajim*, item *Chamia*, vel *Chemia*, id est terra Cham, Cophtitis, qui nativi ejus sunt incolæ, & antiqua nomina pertinacissimè retinent, hodieque *Massr*, & *Chemi*, Turcis *Missir*, Belg. & Gall. *Ægypte*. Ejus limites sunt ab ortu mare Rubrum, Arabia Petræa, & Terra Sancta; à boreâ ostia Nili & mare Ægyptium; ab occasu regnum Barca, pars orientaliſſima Barbariæ, nec non fabulosum Desertum ejusdem nominis; ab austro Nubia, & Abexia Ora. Sita est intra gradum XXII & XXXII latitudinis borealis, diffunditque se ab occasu in ortum, in parte meridionali, ubi maximè patet, per gradus VII. Figura ad quadrangularem accedit, quæ alterâ parte longior est.

II. *Confinia.*

Fuerunt inter Veteres, qui Ægyptum quartam partem Veteris Orbis habuêre, distinctam ab Europâ, Asiâ, Africâ. Alii partem Ægypti, quæ à Nilo in ortum deflectit, Asiæ attribuêre, & quæ in occasum, Africæ; postmodùm tota Africæ adscripta est, hodieque adscribitur. Solum Ægypti variat. In partibus Nilo vicinis adeò luxuriare dicitur, ut necessum habeant incolæ, luxuriam ejus admixtâ arenâ temperare. Abundat usque eo tritico, orizâ, saccharo, dactylis, cassiâ, & reliquis frugibus, ut pars magna earum extra Ægyptum distrahatur, non immeritò appellata olim publicum Orbis horreum. Oves bis in anno pariunt, & fœminæ communiter duos, sæpè plures partus simul enituntur, cujus fœcunditatis

cunditatis cauſam, complures opinantur eſſe aquas Niloticas, potum ipſarum. Semper ferè fructus pendent ex arboribus. Pars Ægypti mediterranea penè inculta jacet, ſoli arenoſi eſt, per æſtatem uſque eo torridi, & ob ſiccitatem mobilis, ut ſpeciem aquæ ardentis referat, ad inſtar materiæ vitreæ reſplendeat, quæ in fornace incenſa eſt, & aliquibus Igneum Mare appelletur. Fontes in Ægypto perpauci ſunt, flumina nulla præter Nilum. Cælum vix pluit, niſi menſibus Decembri, Januario, Februario, extra quos tamen Alexandriæ & Roſettæ, propter maris viciniam, pluvia etiam obſervatur. Nebula in ipsâ frequens eſt, in primis ros, abſque quo & plantæ perirent, & animalia, rarum fulmen & tonitru. Habet Ægyptus hodieque Mumias & Pyramides, excogitatas à Regibus, ne plebs otioſa eſſet, aut pecuniam relinquerent ſucceſſoribus, atque (ſic ſcripſit Solinus) faſtigiatas ultra omnem excelſitatem, quæ manu fieri poſſet, ſub quibus Reges humabantur. Meltonus ait, unam à ſe viſam, quæ pedes quingentos ſuperabat.

III. *Ægyptiorum indolet.* Ægyptii dicuntur meticuloſi, deſides, bardi, literaturæ omnis neſcii, ingenii ſervilis, tumidi. Plebs mendax eſt, propenſa in furta & rapinas, cupidiſſima nummorum, infida. Delectantur impensè potu *Caffé*, & Nicotianæ fumis. Menſibus Decembri, Januario, Februario & Martio, pullos Gallinaceos in fornacibus excludunt, ſtramine primùm calefactis. Ægyptum incolunt Cophtitæ, aliis Cophti, *Kopten*, quorum numerus nunc longè minor, quàm antiquitùs. Hi annum ab octavo ſeptembris die inchoant, & menſes XII, quemque dieum XXX, ei tribuunt, quibus expletis, quinque dies enumerant, antequam annum novum ordiuntur. Horum Calendarium ſequuntur Turcæ. Præter hos & iſtos, Ægyptum habitant Mauri, Arabes, quorum lingua in Ægypto communiſſima eſt, Græci & Judæi.

IV. *Ægypti regimen & diviſio.* Imperium Ægypti hodie penes Turcas ſtat, qui inter ſuas XXV generales Præfecturas etiam Cairi Præfecturam recenſent, Sanſoni *Beglerbeglic du Caire*, ſive *de Miſir*, ſub quâ quatuor ſunt Sangiacatus, regnum Barca, & Ægyptus, in XII Præfecturas minores, ſeu Caſſilifatus, Gall. *Douze Caſſilifs*, ſive *Gouvernemens*, diſtributa. Dividimus Ægyptum in partes IV:

tes IV, Ægyptum inferiorem, mediam, ſuperiorem, & Oram maris Rubri.

V. *Ægyptus Inferior.*

Ægyptus Inferior, hodie *Errif*, Meltonio *Bahni*, Gall. *Baſſe Egypte*, partem Ægypti ſeptentrionalem tenet, quæ eſt verſus brachia & oſtia Nili. Sanſonus & alii quatuor Caſſilifatus ſive provincias ipſi attribuunt, quæ appellantur *Manſoura*, *Garbia*, *Menouſia*, & *Calioubech*, cum Alexandrino territorio, quarum prima extra Nili brachia in ortum deflectit, tres reliquæ ejus brachia interjacent, habitæ inter optimos Ægypti Caſſilifatus, in primis *Garbia*, ſacchari, orizæ, olei, lini, graminis, & frugum feracior. Urbes fuerunt in hac Ægypto, quemadmodum & in reliquis partibus numeroſiſſimæ, ſed quas tempus rerum edax abſumpſit propemodùm. Meliores, quæ vulgò muris, foſſis & propugnaculis carent, & non niſi caſtello in colle muniuntur, hodie ſunt, aut fuerunt, orientem verſus Mitgamira, *Mitgamir*, non exigua, culta, ad orientalem ripam Meltonio, media inter Cairum & Damiatam; Manſura, *Manſoura*, ampla, pulcherrima, ad eandem Nili ripam; Damiata, Arabicè *Damiat*, variis olim Peluſium, quam urbem exciſam volunt alii, & ex ejus ruinis in adverſâ Nili ripâ Damiatam creviſſe. Jacet Damiata ad orientalem quoque ripam, figuræ ſemilunaris, remota ab ejus oſtio octo milliaribus Italicis, poſt Cairum totius Ægypti maxima, elegantiſſima, ditiſſima, populoſiſſima, emporium nobiliſſimum, ad quod ex omni Turciâ magno numero mercatores confluunt; Tanis, Hebræis *Tſohan*, regia quondam Pharaonis, non longè à Tanitico Nili oſtio, ubi Moſes miracula patravit, nunc deſtructa, cujus locus hodieque *Tanes* dicitur; Semennuta, *Semennut*, ampla, Meltonio ad Nili occaſum, triangulo non abſimilis; Elmala, *Elmala*; Bourleſa, *Bourles*, juxta mare. Plùs in occaſum vergunt Roſetta, *Roſette*, urbs parva, populoſa, cœli minùs torridi, diſtans ad horæ intervallum à Nili oſtio, quod duæ arces cuſtodiunt; Alexandria, Belg. & Gall. *Alexandrie*, Turcis *Scanderik*, Ital. *Aleſſandria*, antiquitùs Ægypti caput, ſapientiæ ſtudio, Bibliothecâ & Viris eruditionis eximiæ celeberrima, atque iſtius eminentiæ, ut, exceptâ Româ, cæteras civitates Romani Imperii dignitate, amplitudine, divitiis, populorum frequentiâ,

Ejus urbes ad Ortum.

Ad Occaſum.

ædium magnificentiâ, annonæ copiâ, & rerum omnium affluxu longè poſt ſe relinqueret, nunc à priſtino ſplendore defecit plurimùm, portus tamen & emporium celebre, in quod antè aromata Indiæ importabantur, hinc per univerſam Europam tranſportanda. Teſte Meltonio, Ædes LXX Interpretum Alexandriæ etiamnum ſuperant. Juxta eundem præſtant ad Nilum inter Roſettam & Cairum urbes Tfenium, *Tfeni*; Motubiſa, *Motubis*; Teirutum, *Teirut*; Sindiuna, *Sindiun*; Fuva, *Fuva*, antiquiſſima, ampla, magnifica in ſolo campeſtri amœniſſimo, cujus fructus per Ægyptum magni ſunt nominis.

VI. *Ægyptus media.*

Inter Ægyptum Inferiorem ad boream, & Superiorem ad auſtrum ſe offert Ægyptus Media, *Bechria*, quibuſdam *Demeſor*, Meltonio *Voſtani*, Gall. *Moyenne Egypte*, cui Sanſonus & alii tres adſcribunt Caſſilifatus, *Gize* & *Fium*, ad ſiniſtram Nili ripam, & *Caire* ad dextram. Urbes hujus Ægypti celebriores ad Nili occaſum ſunt aut fuerunt Memphis, in Sacris *Moſ*, vel *Noph*, in occidentali Nili ripâ, paulò ſuperiùs, quàm Nilus in ſua brachia ſcinditur, Regia quondam Ægyptiorum, Joſephi (ſic ſentiunt Arabes) habitatio, Apidi bovi ſacra, juxta quam ſtructæ erant Pyramides, & Joſephi Columnæ Nili menſoriæ, ex ſententiâ Meltonii primæ omnium, quæ ad Nilum erectæ fuerunt, hodie Memphis exciſa jacet, vacua omninò habitatoribus, cujus rudera Baudrando *Menchis* dicuntur; Giza, *Gize*; Arſinoe, penes quam olim Labyrinthus, antè clariſſima, nunc mera rudera inſtar montium, dicta accolis *Medinet Fares*; Fium, *Fium*, urbs ampla, populoſiſſima, quæ ex Arſinoes increvit ruderibus, & à Nili alveo rigatur, in ſolo præpingui, jucundiſſimo, divite vinearum, quæ aliàs nullibi in Ægypto, ficuum, pirorum, malorum aureorum, citreorum, perſicorum. Ad Ortum Nili occurrunt Bulaca, *Bulak*, ingens pagus, aliis oppidum, ad flumen, Cairi Portus; Vetus Cairus, Belg. *Oud Kairo*, Arabibus *Maſſr*, media inter Nilum & Novam Cairum, ex adverſo loci, ubi olim Memphis, antè vaſta & magnifica, nunc propemodùm in ruinis, eadem della Valle, quæ vetus Babylon, ſic à Chaldæis appellata, quam tamen Meltonius aliquantò auſtraliorem fuiſſe autumat, aitque præter vaſtiſſima rudera tres tantùm Cophtitarum

Ejus Urbes ad Occaſum Nili:

Ad Ortum Nili.

tarum Ecclesias ex ipsâ supereſſe ; Nova Cairus, Gall. *Caire*, Ital. *Alcairo* & *Cairo*, sita in solo campestri jucundissimo, ad radicem sabulosi montis, in quo Castrum, præcipuum urbis munimen, Præfecti Turcici habitatio, & passus bis mille à Nilo remota, ditissima, populosissima, omnium Ægypti non tantùm, sed & Africæ civitatum prima, amplissima, cujus amplitudinem multi valdè extollunt, at recentiores varii, resectis ab eâ Vetere Cairo & Bulacâ, quæ simul Cairi nomine aliis veniunt, negant magnitudinem ejus Lutetiam Parisiorum superare. Sola tamen inter urbes totius Orientis elogio Grandis insignitur. Emelcocena, *Emelcosena*.

VII. *Ægyptus superior.*

Ægyptus Superior, *Said*, Gall. *Haute Egypte*, ad boream contermina est Ægypto Mediæ, atque ad austrum Nubiæ & Abexiæ Oræ. In ipsâ Sanſonus & alii quinque locant Cassilifatus, *Ebenseüef*, *Manselout*, & *Girgio* ad ripam Nili occiduam, & ad ortivam *Minio* & *Cherkessi*. Pars hujus Ægypti, quæ longiùs à Nilo dextrorsùm & sinistrorsùm deflectit, vastissimi montes ex arenâ sunt, steriles & inculti. Urbes clariores Ægypti Superioris sunt ad Occasum Nili Benesuefa, *Benesuef*, aliàs *Benisuef*, & *Ebensuef*; Munia, *Munia*; Manflota, *Manfelout*; Saidum, *Said*; Girgium, *Girgio*; Barbanda, *Barbanda*; Asna, *Asna*, olim Syene, proximè Tropicum Cancri, versus confinia Æthiopiæ, ante Romani Imperii, nunc Turcici limes. Ad ortum Nili occurrunt Assuana, *Asuan*; Chana, *Chana*; Minium, *Minio*, aliquibus quondam Thebæ Ægyptiæ, quarum medium Nilus alluit, dictæ Homero ἑκατόμπυλοι; volunt alii hasce Portas esse totidem aulas Principum, aut templorum porticus, aut extructa juxta Nilum equilia. Ab iis omnis Ægyptus Thebæ aliquando appellata est, urbs supra fidem vasta, populosa, magnifica suis templis, donariis, colossis, obeliscis, sepulchris Regum benè multis, horto pensili, dein ad solum usque diruta. Thebæ Baudrando nunc *Gerge*, sive *Georga* est, Bunoni *Theves*. Plùs in boream vergunt Ichmina, *Ichmin*, & Almona, *Almona*.

Ejus Urbes ad Occasum Nili:

Ad Ortum.

VIII. *Ora Maris Rubri.*

Supereſt ex Ægypto pars quarta & ultima, Ora Maris Rubri, Gall. *Coste de l'Egypte sus la Mer Rouge*, media inter Ægyptum Superiorem, & Mediam ad occasum, & mare Rubrum ad ortum; ubi præstat Suesia, *Sues*, urbs in intimo recessu dicti Maris, cui

Ejus Urbes ad Boream.

Isthmus Arabicus hodiè debet cognomentum. Ejus latitudo nondum duorum est graduum; sunt tamen, qui ad XL milliaria Germanica ipsum extendunt. Hunc Isthmum Sultani Ægypti non semel statuerunt perfodere, ut ex mari Rubro in Mediterraneum & vice versâ liceret velificare, sed res nunquam ad umbilicum deducta est. Borealiores quoque sunt Elmena, *Elmena*; Grondola, *Grondol*, seu *Grodol*; Azirutum, *Azirut*.

Ejus Urbes ad Austrum. Viciniores austro sunt Libelczaita, *Hibelezeit*; Dacatium, *Dacati*; Cossira, *Cossir*; Zibitum, *Zibith*, & Buga, *Buge*.

IX. *Antiqua Ægypti divisio.* Hactenùs de hodiernâ Ægypti divisione. Antiquitùs primùm divisa fuit in Superiorem & Inferiorem. Inferior vergebat in septentrionem, ejusque Regia erat Tanis, de quâ & suprà meminimus; Superior verò in meridiem, cujus metropolis erat Memphis, de quâ dictum quoque superiùs. Deinceps Ægyptum tripartiti sunt, in inferiorem, mediam & superiorem.

X. *Ægyptus inferior.* Ægyptus Inferior dicta est aliàs Ægyptus simpliciter, atque à Græcis Delta, ob figuram triangularem, & similitudinem, quam habet cum hâc literâ Græcorum. Plinio, & aliis propriè pars tantùm est Inferioris Ægypti, arctata extremis Nili brachiis, Canopico ad occasum, & Pelusiaco ad ortum, mari mediterraneo ad boream, & ad austrum Nilo, quà in brachia scinditur. In Inferiore Ægypto aliquando duæ Provinciæ fuerunt, aliquando quatuor, Ægyptus prima, Ægyptus secunda, Augustamnica prima, Augustamnica secunda. Terra *Goshen* in quâ Israelitæ habitârunt, fuit in Inferioris Ægypti limitibus, ad orientem Nili, versus Arabiam Petræam & Palæstinam, campestris ac graminis feraciissima, cujus pars erat terra *Rameses*, in quâ juxta quosdam urbs erat ejusdem nominis. A *Rameses* profecti sunt Israelitæ, abituri in *Succoth*, cui ab Arabum tentoriis nomen. A *Rameſſe* etiam vetustissimi Ægypti reges nomen habuêre.

Terra Goshen ubi?

XI. *Ægyptus media.* Ægyptus Media à situ sic appellata est, quem inter Inferiorem ad boream, & Superiorem ad austrum obtinebat, nuncupata quoque Heptanomos, quia totidem Nomos complectebatur. Ejus Provincia Sansoni unica fuit, vocata Arcadia, unde media Ægyptus etiam hoc nomine aliquando expressa est.

Ægyptus

Ægyptus Superior, quam & Thebaidem appellârunt, borealiſſimam Ægypti partem occupavit, & duas aliquando habuit Provincias, Thebaidem primam & ſecundam. XII. *Ægyptus ſuperior.*

Triplex hæc Ægyptus varios Nomos continuit, voce ſeu Græcâ, ſeu Ægyptiâ, Plinio Præfecturas; eſt enim Nomus, teſte Becmanno, locus juri dicendo, cauſiſque tractandis opportunus. In numero Nomorum omnes non conſentiunt. Triginta aliquando fuiſſe, ſunt, qui tradunt. Seſoſtris ſtatuit triginta ſex, quorum decem dedit τῷ Delta, decem Thebaidi, & reliquos ſedecim regionibus intermediis. Alii quadraginta duos, alii longè plures enumerant. Singulis Nomis præfecti erant ſinguli Nomarchæ, totidem quaſi reguli, qui & Provinciæ & regiis vectigalibus præerant. Sequitur Ægypti Tabula. XIII. *Ægypti Nomi.*

ÆGYPTI *partes ſunt* IV:

- Ægyptus inferior, ubi
  - *Ad Ortum*, { Mitgamira. Manſura. Damiata. Tanis. Semennuta. Elmala. Bourleſta.
  - *Ad Occaſum*, { Roſetta. Alexandria. Tfenium. Motubiſa. Teirutum. Sindiuna. Fuva.
- Ægyptus media, ubi
  - *Ad Occaſum Nili*, { Memphis. Giza. Arſinoe. Fium.
  - *Ad Ortum Nili*, { Bulaca. Vetus Cairus. Nova Cairus, *Ægypti Caput*. Emelcocena.
- Ægyptus ſuperior, ubi
  - *Ad Occaſum Nili*, { Beneſueſa. Munia. Manſiota. Saidum. Girgium. Barbanda. Aſna.
  - *Ad Ortum Nili*, { Aſſuana. Chana. Minium. Ichmina. Almona.
- Ora Maris Rubri, ubi
  - *Ad Boream*, { Sueſia. Elmena. Grondola. Azirutum.
  - *Ad Auſtrum*, { Libelczaita. Dacatium. Coſſira. Zibicum. Boga.

Digitized by Google

CAPUT III.

Æthiopia in genere. Nubia. Abiſſinia.

I. *Æthiopia limites, & quantitas.* POST Ægyptum ſequitur Æthiopia, Gallis *Ethiopie*, quam limitat à Boreâ Ægyptus & Biledulgeridia; ab occaſu Deſertum Saara, Terra Nigritarum, regnum Guinea, mare Congienſe, & Caffrienſe; ab auſtro mare Caffrienſe; ab ortu idem, mare Zanguebarienſe, mare, fretum & ſinus Arabicus. Pars eſt inter cæteras partes Africæ longè maxima; nam extendit ſe circiter à Tropico Cancri, ſive à gradu XXIII latitudinis Borealis ad gradum XXXV latitudinis auſtralis, atque ab occaſu in ortum à gradu XXXIV longitudinis ad uſque gradum LXXXIV.

II. *Æthiopia ſuperior.* Diſpeſcitur Æthiopia in ſuperiorem & inferiorem. Æthiopia Superior, Gallis *Haute Ethiopie*, aliàs dicta Interior, ab omnibus non eodem modo extenditur. Sunt, quibus Æthiopiæ ſuperioris nomine venit ſola Abiſſinia; aliis & Abiſſinia, & Nubia, quibus univerſam Zanguebariam nonnulli adjiciunt. Ultimos quando ſequimur, limitatur Æthiopia Superior à boreâ Ægypto & Deſerto Barcâ; ab occaſu Deſerto Saarâ, regno Biafarâ & Congo; ab auſtro imperio Monoemugi, & Caffariâ; ab ortu mari Zanguebarienſi, ac mari, freto & ſinu Arabico. Ex Superiori Æthiopiâ Nubia & Abiſſinia occaſum proſpiciunt, atque à Nilo irrigantur; Zanguebaria verò ad ortum jacet, tota maritima.

III. *Nubia.* Partem occidentalem primùm inſpiciemus, atque ex eâ Nubiam. Nubia, Africanis *Neuba*, Regni titulo illuſtris, Gall. *Royaume de Nubie*, Abiſſiniâ longè minor eſt, & terminatur à boreâ Ægypto & Deſerto Barcâ; ab occaſu deſerto Saarâ, & regno Biafarâ; ab auſtro Abiſſiniâ; ab ortu eâdem, & orâ Abexiâ. Præter latus ortivum montes Nubiam ferè ambiunt. Figura accedit ad quadrangularem, quæ alterâ parte longior eſt. Ipſam Nubia & Nilus rigant, atque antiquitùs inhabitârunt populi, dicti Straboni Nubæ, Ptolemæo Nubi, Plinio Nubei, inter clariſſimos populos veteris Æthiopiæ.

Cœlum

Digitized by Google


50
55
60
65
70
DESERT DE BARCA
EGYPTE
Ligne sous le Tropique du Cancer
SAARA
GAOGA
Gaoga
Kaypha
ROYAU.
ou
BORNO
DE
ROYAU
SERT
Desertum
Zeu.
Damocla
Ar.
NUBIE
Iadie
Zigide
Amafon
Ambiami
Comenia
Syre
Ambian
Imbiancatira
cativa
Median
Iaqua Ar.
Somna Ar.
Angimi Ar.
Alborad
Kucu
Arab
Mathan Ar.
Salaba
Tamalma Ar.
Salou
Domba
Dagra
Gorham
Nubia l.
Grianade
Mons Ar.
Sula Ar.
ROYAUME
NUARIA
Guapra Ar.
Zaghara Ar.
Dancala Ar.
Cusa Ar.
Gueguere
Fecere
Isle autres
Me
Sarahocūroo
Chileut
Ermita
Nubicum
Barca
Agoa
Pop.
Machada
Sous
Sous
Nubicum
Assuana
Asfu
Bugia
Lalac Ar.
Riffa
als Risa
Bel
loi
SUM
R.
Pop
Mara hus
Fomer
Azuga
Dobas
Agoa
Imbra
Luk
Iugabella
Betmaria
Bastanum
Anzelum
Machan
colocena
Buea
Le Nil
Le Nil
Le Nil


Dambea
Bele
guẽ
NŨ
S. Croce
S. Maria
R. Olabi
XOA
ADIEA
Orgabra
REGN.
Vangue.
AMARA REG.
Amara
Barcena
D. N. Monaste-
rium
Barrabes
DAMU
Therra
Ligne
Fungi
Bour
l'Equateur.
DES ABISSINS
Ambiam
Dugne
Agola
Cofila
Latremi
Amafmochiri
Lamon
Ora
Padrao
num
DAMUTE
Giarva
Gorara
Bihbrano
Orgabea
Dara
Gemen
MELINDA
Hacharigũ
Agag.
Anda
Nova
Girat
Ayairala
Gemen
MONBACA
Viridis fl.
Palma fl.
Sinis
Lac
ZAFLAN
GOYAME
Quara
Fungi
Laflan
Barra
Zaire
Maraima
Fungi
Cafates SINS
Gorga
lacus
Cafatus
Gavi
Gafat
Zembre
Gari
Huero
lacus
NARE A
Maboga
Tirut
Debfan
Zembre
Monts
PARTIE DE LA
HAUTE ÆTHIOPIE
ou sont
L'EMPIre des ABISSINS
et la NUBIE &c.
Tirées de Sanut. de Mercator
Par N. Sanson d'Abbeville
Geog. du Roy.
A. de Winter fec.
50
55
60
65
70

Digitized by Google

Cœlum habet fervidiſſimum, ſolum variat. Pars Nilo propinquior, propter hujus inundationem, uberrima feraciſſimaque eſt rerum omnium; partes variæ incultæ, & ſiticuloſæ ſunt uſque adeò, ut ſitis homines non rarò enecet, quandoquidem tractus dantur vaſtiſſimi, in quibus nullus aut fons, aut amnis ſe offert. Ad auſtrum fl. Nubiæ Chartæ Deſertum *Zeu* delineant. Nubia dives eſt elephantum, eboris, catorum zibethicorum, auri, & ligni ſantali. Nubii animoſi dicuntur, ſubtiles, athleticæ valetudinis, dediti negotiationibus aut agriculturæ, coloris nigerrimi, religionis Abiſſinorum. Ædificia ex cretâ parant. Plures autumant, Fæces hominum vagabundas, & præſagas (ita garriunt) futuri, quos Ethnicos, Ægyptios aut Bohemos appellant, ex Nubiâ advenire. Præeſt Nubiæ Rex potentiſſimus.

IV. *Urbes Nubiæ.*

Urbes ejus præcipuæ, inter quas variæ juxta Sanſonem etiam ſunt regionum nomina, jacent ferè, aut ad, ſeu verſus Nilum, aut Nubiam, aut inter hæc Flumina. Ad aut verſus Nilum ſunt Ialaca, *Ialac*, condita in Nili Inſulâ; Riſſa ſeu Riſa, *Riſa*; Sula, *Sula*, aliis *Sala*; Angimium, *Angimi*, longiùs à Nilo recedit; Nuabia, *Nuabia*, ad Nili littus occiduum, caput Nubiæ ex opinione Recentiorum; Zaghaira, *Zaghaira*, à Nilo remotior; Gualua, *Gualua*; Dancala, *Dancala*, ſive *Dangala*, Leoni Africano, Sanutho, Baudrando, & aliis Nubiæ nobiliſſima; Cuſa, *Cuſa*, & Gorhama, *Gorham*, ad Nilum contra Meroën Inſulam. Ad ortum Nubiæ ſunt, plùs minùs ab eâ abeuntes, Sabaha, *Sabaha*; Mathana, *Mathan*; Omotum, *Omot*, & Coala, *Coale*. Tagua, *Tagua*, eſt in confiniis Deſerti Barcæ ad Nubiæ occaſum. Samna, *Samna*, & Tamalma, *Tamalma*, jacent ad Nubiam. Nubiam & Nilum interjacent Saloma, *Salom*; Demba, *Demba*; Darganum, *Dargan*; Dagra, *Dagra*; Damocla, *Damocla*; Iadia, *Iadie*; Zigida, *Zigide*.

Ad aut verſus Nilum.

Verſus aut ad Nubiam.

Inter Nubiam & Nilum.

V. *Abiſſinia varia nomina.*

In occaſum etiam vergit ex Æthiopiâ Superiore Abiſſinia, aliis appellata Abaſſinia, Abaſſia, Habaſſia, Habeſſina, Æthiopia propriè dicta, in Sacris Lud, & incolæ Ludæi, item regnum ſive imperium Abiſſinorum, Gall. *Empire des Abiſſins*, Arabibus *El-Habaſchi*, *Elhabaſchi*, ſeu *Abaſſi*, & Status Magni Negi, *Negus*. Imperium Presbyteri, ſeu Pretioſi Joannis, *Paep. of Prieſter Jans Lant*, etiam nominatur, ſed perperàm.

Nam

Nam ita ſe res habet. Regnavit in ultimis Aſiæ finibus longè latéque annis abhinc ferè quingentis (eos imminuunt alii) Rex Chriſtianus, Neſtorii imbutus principiis, dictus *Juhanna*, item *Ung-Chan*, *Unt-Can*, & Perſico ſermone *Padesha Preſtigiani*, ſeu *Preſtegiani*, id eſt Rex Apoſtolicus, ſive Orthodoxus, aut Catholicus, quo nomine ab Armeniis ſeu Neſtorianis ſuis inſignitus eſt, origine non Æthiops aut Abiſſinus, nec profugus venit in Æthiopiam. A *Preſtigiani*, Regis hujus cognomento, ortum multi arbitrantur nomen Presbyteri Joannis, quod dein per Europam celeberrimum evaſit. Nam nuntiabat Fama, hunc Presbyterum Imperatorem potentiſſimum eſſe, & Chriſtianæ religioni addictum, ubi tamen terrarum degeret, ignorabatur. Cum itaque Petrus Covillanius, Legatus Joannis II, Regis Luſitaniæ, ad Joannem Presbyterum, intellexiſſet in Indiâ Aſiaticâ, principem eſſe in Æthiopiâ ſub Ægypto, Chriſtianum & præpotentem, ipſum adiit, in quem quando multa, quæ de illo rumor per Europam ſparſerat, aptè obſervabat quadrare, eundemque ab Orientis Mercatoribus dici Perſicâ Linguâ *Preſter-Chan*, Regem, ſeu principem mancipiorum, atque à ſuis *Gian*, *Belul-Gian*, ſive Gemmam pretioſam, & *Gyam*, Regem potentem, perſuaſit ſibi, hunc Principem omninò Presbyterum Joannem eſſe, cujus inveſtigandi gratiâ Regis ſui juſſu iter ſuſceperat. Hic igitur primus eſt, qui Imperatori Abiſſinorum Presbyteri Joannis nomen impoſuit, ipſumque eodem nomine appellârunt Luſitani, Damianus à Goes, Franciſcus Alvarez, & plures alii, atque ita hic error per omnem Europam diſſeminatus eſt, nec hodieque interiit.

VI. *Limites, Cœlum, Solum.* Limitant Chartæ Abiſſiniam communiter Nubiâ ad ſeptentrionem atque exiguâ parte Oræ Abexiæ; Orâ Abexiâ, Ajanâ & Zanguebariâ ad ortum; imperio Monoemugi ad meridiem; regno Congo & Biafarâ ad occaſum. Aliàs ad ſinum Arabicum ſe explicuit, nunc abſque omni portu eſt, nec mari adiri poteſt, niſi per aliorum Territoria. Tributarium ipſi fuit Congum Regnum. Etiam Galæ, de quibus poſtmodùm, magnam partem Abiſſiniæ ſibi ſubjecerunt, quâ etiamnum potiuntur. Cœlum Abiſſiniæ, quamvis ſub Zonâ Torridâ tota jaceat, æſtus temperati eſſe dicitur, quà ſurgit in montes, aut plana eſt, ſed

ſed valles ſole aduruntur. Quibuſdam in partibus petroſa, cavernoſa, ſqualida & omnino ſterilis eſt. Pars verò campeſtris, & fluminibus propinqua ſecus ſe habet, dives frugum, leguminum, herbarum, plantarumque diverſi generis, quas innumerabiles locuſtæ non rarò peſſimè affligunt. Fert ſaccharum, mel, ceram, zingiber, vites, linum, goſſipium, omnis generis metalla, ſulphur. Nutrit pecudes, & feras, & cicures, ingente numero.

VII. *Abiſſinorum conſtitutio.*

Abiſſini numeroſiſſimi ſunt, atri, interque eos aterrimi, qui habitant proximè Æquatorem, bonæ indolis, capaces artium, deſides, imprudentes, Medicinæ imperiti. Pannis ſericis ditiores, & qui inferioris ſortis ſunt, goſſipinis ſe amiciunt, ædificia ex ſtramine & calce, ſeu cretâ ædificant, carnibus crudis & ſemicoctis delectantur, duplice linguâ utuntur, alterâ vulgari, alterâ, quæ Chaldaicæ affinis eſt, Sacris atque hiſtoriis conſcribendis deſtinatâ. Eſuri tres patinas ſimul cum cibo apponunt; unam, quæ pyra capit, in formam crucis diſſecta; alteram, quæ ignem; tertiam, quæ cineres. Illa ſymbolum eſt redemptionis, iſta inferni, hæc mortis. Primùm amplexi ſunt religionem Judaicam, introductam (ſic publici ipſorum annales dicuntur habere) à rege *Melech*, filio Salomonis ex Maquedâ, reginâ Sabæ. Deinceps Chriſtianiſmo nomen dederunt, quin inter primos ſe collocant, ipſorum primo Euangeliſtâ, ſeu Philippo Apoſtolo, ſeu Eunucho Reginæ Candacis, quod, teſte Plinio, commune Reginis nomen erat, cauſamque Chriſtianorum contra Muhamedanos non ſemel fortiter egêre, & læto exitu. Patriarcham hodie habent, *Abuna* dictum, quem confirmare ſolet Alexandrinus, ſub cujus ſede ſunt, tenaces antiqui ritûs, nec Romanæ religioni addicti, quam improbo labore per Abiſſiniam Jeſuitæ ſtuduerunt propagare. Rex Abiſſiniæ appellatur Abiſſinis *Negus* ſeu *Neguz*, quod Imperatorem vel Regem valet; Arabibus *Atiolabaſſi* ſeu *Elhabaſchi*, unde Abiſſini Abaſſi & Abaſſeni dicuntur; variis Magnus Negus; nonnullis *Paep*, ſeu *Prieſter Jan*, ſed perperàm, aut improprie. Ditiſſimus exiſtit & præpotens atque receptis gentis ſuæ traditionibus genus ad Salomonem refert, è cujus filio Melecho ſeu Davide poſteri & ipſe rectâ lineâ autumat ſe deſcendiſſe. Aulam fixam non habet, ſed eam

intra paucos dies commutat, comitatus ingente ſatellitio, plurimis tentoriis, camelis, mulis, equis, aſinis, bobus, ſupellectile, commeatu, theſauris.

VIII. *Abiſſiniæ diviſio. Ejus pars Occidua, ubi*

In multa Regna ſive Provincias Abiſſiniam recentes Chartæ communiter diſtribuunt, quas quando ſequimur, poſſumus non incommodè ipſas ad tria Capita revocare. Nam aut plùs vergunt in occaſum, aut mediam Abiſſiniam occupant, aut ortum proſpiciunt. Primæ ſunt inſula Meroë, Ximencha, Ambiancantiva, Dambea, Vangua, Damuta. Meroë, perampla inſula, quam Nilus olim ab occaſu, & Aſtaboras ab ortu pepererunt, priùs Joſepho Saba dicta eſt, nunc vulgò *Gueguere*, incolis *Neube* juxta Marmolium, appellatur, diviſa ſecundum Chartas ab occidentaliori Nubiâ ſolo Nilo. Tradunt Antiqui, divitem fuiſſe optimæ notæ metallorum, gemmarum, hebeni, palmarum, vini delicatiſſimi, frumenti, elephantum, incolarum, quorum numerum Plinius impenſè extulit. Ex Meroë Reginam Sabæ adveniſſe, quidam voluerunt, quam in Arabiâ Felice maluimus collocare. Oppida ei tribuuntur Eſera, *Eſere*, in parte ortivâ, & Sarahoeſium, *Saraboes*. Autumat Hieronymus Lobus, Luſitanus, in ſuâ Hiſtoriâ Æthiopiæ, nullam inſulam in Æthiopiâ Nilum gignere, quare de Meroë ſilet, & cum ipſo complures. Ximencham, *Ximenche*, ad auſtrum Nubiæ Chartæ collocant, & ad Nili occaſum, ejuſque oppida ſunt Amaſa, *Amaſen*, ad borealem ripam lacûs, & Syra, *Syre*, auſtalior. Ximenchæ ad meridiem confinis eſt Ambiancantiva *Ambiancantiva*, ubi ejuſdem nominis oppidum. Dambea, *Dambea*, ad occaſum & ortum Nili conſtituitur, in quâ Dambea, *Dambea*, quibuſdam caput Abiſſiniæ, & Chedaſlania, *Chedaſian*, ad ripam Nili occidentalem. Vangua, *Vangue*, media eſt inter Dambeam ad ortum & lacum Nigrum ad occaſum, ejuſque oppida habentur Maitagazium, *Maitagazi*, ac Vangua, *Vangue*. Damuta, *Damut*, Æquatori ſubjecta eſt, cui attribuuntur Guga, *Guga*, Cotla, *Cotla*, Damuta, *Damut*. Quidam inter provincias Abiſſiniæ, quæ in occaſum vergunt, numerant etiam Malembam, *Malemba*, poſitam inter regnum Angolæ ad occaſum, & Lacum *Zembre* ad ortum; ſed alii ipſam faciunt partem Caffariæ, aut dependere inquiunt ex regno Monoemugi.

Ins. Meroë.

Ximencha.

Ambiancantiva.

Dambea.

Vangua.

Damuta.

Regna

Digitized by Google

IX.

Regna ſive Provinciæ, quæ mediam Abiſſiniam occupant, magnum faciunt numerum. Inter eas ſunt Narea, *Narea*, in confiniis Imperii Monoemugi & Lacûs *Zembre*; Zetia, *Zet*, cum ejuſdem nominis oppido ad eundem Lacum; Cafates, *Cafates*, ad lacum *Zaire*, cum cognomini oppido; Goyama, *Goyame*; Agaga, *Agag*, Provincia & oppidum. Bagamidra, *Bagamidri* ſeu *Begamedri*, regnum longiſſimè extenſum eſt atque refertum montibus, cujus oppida ſtatuuntur Azuga, *Azuga*; Therua, *Therua*; Ambadara, *Ambadara*; Sova, *Sova*, ſeu *Soua*; Baza, *Baza*; Ermita, *Ermita*; Azuga, *Azuga*; Machada, *Machada*. Beleguanza, *Beleguanza*, oppidum habet ejuſdem nominis. Amaram, *Amara*, ſeu *Amahara*, locant proximè Æquatorem ad boream, ubi Amara, mons vaſtiſſimus, ſublimis, præruptus & aditûs valdè impediti, cujus faſtigium ingentem habet planitiem, in quâ oppidum, ſive arx ædificata eſt, ubi regia proles educatur, quæ nunquam eſt in Magni Negi comitatu, ne aut oneri ſit ſubditis, aut ſeditionibus ciendis anſam præbeat. Sequuntur ad auſtrum Æquatoris Provinciæ Ambiama, *Ambiam*; Nova, *Nova*; Quara, *Quara*; Fungium, *Fungi*, ad lacum Zaſlanun, *Zaſlan*; Gavium, *Gavi*; Gazabela, *Gazabela*; Tirutum, *Tirut*, in limite Imperii Monoemugi & Zanguebariæ; Gorga, *Gorga*, borealior; item Zaſlana, *Zaſlan*, & Gemena, *Gemen*. Cuilibet harum Provinciarum oppidum tribuitur ejuſdem cum Provinciâ nominis.

Pars media Abiſſiniæ; ubi Narea. Zetia. Cafates. Goyama. Agaga. Bagamidra. Beleguanza. Amara. Ambiama. Nova. Quara. Fungium. Gavium. Gazabela. Tirutum. Gorga. Zaſlana. Gemena.

X.

Tandem Provinciæ Abiſſiniæ, quæ ortum proſpiciunt, ſunt Gora, *Gora*, ad boream Zanguebariæ proximè Æquatorem; Oxia, *Oxia*; Xoa, *Xoa*; Fatigara, *Fatigara*, ſeu *Fategar*; Dobaſſa, *Dobas* cum cognomini oppido. Angota, *Angote*, recenſitis amplior & occidentalior eſt, ejuſque meliora oppida dicuntur Angotina, *Angotina*; Olabium, *Olabi*; Iugabella, *Iugabella*; Bagana, *Bagane*; Angota; *Angote*; Betmaria, *Betmaria*. Angotæ boream verſus contermina eſt Trigemahona, *Trigemahon*, ſeu *Tigre*, ubi occurrunt oppida Manadella, *Manadela*; Corcora, *Corcora*; Belleta, *Belleta*; Agrum, *Agro*; Sabaina; *Sabaina*; Chaxumum, *Chaxumo*, Trigemahonæ caput, olim, quæ variorum eſt opinio, regia Reginæ Sabæ, quæ Salomonem inviſit, & cujus in Ara-

Pars orientalis Abiſſiniæ; ubi Gora. Oxia. Xoa. Fatigara. Dobaſſa. Angota. Trigemahona.

biâ Felice meminimus. Sunt, qui nominis Sabæ reliquias etiamnum ſupereſſe autumant in Sabainâ, de quâ proximè
Barnagaſſia. dictum eſt. Ultimùm ſe offert Barnagaſſia, *Barnagaſſo*, omnium partium Abiſſiniæ borealiſſima, quam aliqui Trigemahonæ partem faciunt, ubi ſunt Zama, *Zama*; Baroa ſeu Beroa, *Barua*, ſeu *Debaroa*, præcipua, & Emacenum, *Emacen.*

XI. *Abiſſinia juxta quoſdam recentiores,*

Atque ita Abiſſiniam delineavimus, prout eam communiter recentes Chartæ delineant. Cum hiſce verò minimè concordant relationes variorum, qui hoc Regnum luſtravêre. Abiſſiniam non extendunt ultra Æquatorem, quin nec ad ipſum; nam inter gradum octavum circiter Latitudinis borealis & gradum decimum ſeptimum iis tantùm diffunditur. Occaſum verſus ad regnum Congum ſe non explicat, quin nec Nilum ſupergreditur. Proinde ſtatuunt, Abiſſiniam ne Hiſpaniam quidem exæquare, & quam tenet Abiſſinorum Imperator hodie Regni portionem, tàm eſſe exiguam, ut magni Regis titulo vix cenſeri mereatur. Provinciarum nomina, ſitus, numerus etiam non parùm variant.
Ejus pars ſub Rege Abiſſinorum: Quæ Regi Abiſſinorum ſuperſunt Provinciæ, partem ſeptentrionalem Abiſſiniæ occupant, atque in majores & minores diſpeſcuntur. Majores hæ ferè ſunt, Tigrea, Bagamedera, Dambea, Gojama, Narea, Xaoa, cujus partem ſolùm alii Abiſſinorum Regi attribuunt, Amahara. Inter ipſas præſtat regnum Tigrea, cujus prorex *Tigre Mahon* appellatus eſt, unde Provincia & *Tigre*, & *Tigre Mahon* nominatur. Regnum Barnagaſſi, vulgò *Bahar-nagaes*, id eſt maris Præfectus, pars eſt Tigreæ Arabico ſinui propinquior. Inter minores Provincias, quæ Abiſſinorum Regi hodieque obediunt, ſunt Magaza, Segueda ſeu Sagueda, Olcaita ſeu Holcaita, Sacahala, Semena, Salaita, Salaoa, Dobaſa, Oleca. Partem meridionalem Abiſſiniæ invaſerunt anno ſuperioris ſeculi XXXVII Galæ ſeu Gallæ, populi bellicoſi, orti ex regione Guineâ, & lapſu temporis ingreſſi Æthiopiam, nunc Abiſſinis à meridie contermini, quos & genius Abiſſinorum, in religionem, quàm bella propenſior, & ſoli ubertas hùc pellexêre, qui niſi in contraria ſtudia ſciſſi fuiſſent, contriviſſentque ſe invicem mutuis cladibus, jam dudum Abiſſinos imperio omni
Sub Galis. exuiſſent. Enumerat Hieronymus Lobus, Luſitanus, X

Pro-

Provincias, quas Galæ ſibi ſubjecerunt, atque in præſens poſſident, ſuntque Angotina ſeu Ancota, Oifata, Doara, Ballia ſeu Balia, Fatigara ſeu Fategara, Ogga ſeu Oga, Manza, Cambatea, Damuta & Bizama, quarum ſex primæ in ortum vergunt, & quatuor ultimæ in occaſum. Traditum Provinciarum numerum augent alii.

XII. *Lacus Abiſſiniæ vulgò adſcripti.*

Poſt luſtratam geminam Abiſſiniam, ſupereſt, ut paucis notemus celebriores Lacus, quibus perfunditur. Sed nec in illis omnes conſentiunt. In parte occidentali & meridionali Abiſſiniæ communiter varios Lacus recentes Tabulæ delineant, quorum clariſſimi ſunt tres, Niger, Zembreſus & Zaflanus. Lacus Niger borealiſſimus & minimus eſt, medius inter Congum & Abiſſiniam, longus juxta Robbe à ſeptentrione in meridiem leucas LXX, latus in parte latiſſimâ XXX, & ambitûs circiter CLX leucarum. Lacus Zembreſus, aliis Zambeſus, *Zembre* ſeu *Zambere*, jacet ad auſtrum Æquatoris, diffunditque ſe ad Monoemugi Imperium, longus à ſeptentrione in meridiem juxta Robbe c leucas, latus, ubi latiſſimus, LXXX, & ambitûs CCCL leucarum, & ampliùs. Ampliſſimam habet Inſulam in medio ſui. Judicant multi, lacum Zairum, *Zaire*, eundem eſſe, qui Zambreſus. Zairum tamen ſilent, qui hanc Abiſſiniæ partem accuratiùs delineârunt. In Chartis communiter pars ejuſdem Lacûs borealior *Zaire*, & auſtralior *Zembre* appellatur, petito & hujus, & illius nomine ab oppidis cognominibus, quorum prius ad ejus occaſum, & poſterius ad meridiem exhibetur. Lacus Zaflanus, *Zaflan*, plùs ad orientem accedit, longus ab auſtro in boream leucas CXL, latus LX, & circuitûs CCC leucarum & ampliùs.

L. Niger.

L. Zembreſus.

L. Zaflanus.

XIII. *Lacus Dambea recentiorum.*

Qui Abiſſiniam tantùm locant ad ſeptentrionem Æquatoris, neque adeò extendunt in occaſum, iis expliciti Lacus in Abiſſiniâ non cenſentur. Unum ſolummodò Lacum, qui majoris momenti eſt, ipſi attribuunt, quem vulgò recentiores Tabulæ prætereunt. Appellatur Lacus Dambeæ, incolis *Bar-Dambea*, id eſt mare Dambeæ, ita dictus à regno Dambeæ, in quo ſitus eſt, parte Abiſſiniæ ſeptentrionali ad occaſum. Montibus undique cingitur, ex quibus magno numero rivi fluminaque ſcaturiunt. Multas Inſulas complectitur, quarum nobiliores ſunt Galila, Mecha rata, Deca,

& Debra Mariam. Latior eſt in parte ſeptentrionali, quàm auſtrum verſus, maximéque à ſeptentrione in meridiem diffunditur. Longitudinem tribuunt XXV Leucarum Gallicarum & latitudinem XV.

CAPUT IV.

Zanguebaria.

I. *Zanguebaria termini & diviſio.*

VIDIMUS ex Superiore Æthiopiâ partem occiduam. Supereſt altera, quæ ad ortum jacet, & Zanguebaria appellatur, vulgò *Zanguebar*, ſeu *Zanzibar*, ſic dicta Arabibus, quaſi Nigrorum Regio. Hujus nomine Sanſoni venit omnis Æthiopiæ ſuperioris Ora maritima, quam juxta ejuſdem Tabulas limitat à boreâ Ægyptus ſuperior; ab occaſu Nubia, Abiſſinia, & imperium Monoemugi; ab auſtro Caffaria; ab ortu mare Zanguebarienſe, & mare, fretum, nec non ſinus Arabicus. Aliis Zanguebaria tantùm ſignificat meridionalem partem delineatæ ſtatim Zanguebariæ, quæ Oram Ajanam, Caffariamque interjacet. Zanguebariæ latè ſumptæ partes Sanſoni ſunt tres, Ora Abexia, Ajana & Zanguebaria.

II. *Ora Abexia.*

Ora Abexia, aliis Abeſſina, Gall. *Coſte d'Abex*, terminatur à boreâ Ægypto ſuperiori, à quâ montes ipſam dividunt; ab occaſu Nubiâ & Abiſſiniâ; ab auſtro Abiſſiniâ & Orâ Ajanâ; ab ortu freto, nec non ſinu Arabico. Multùm à ſeptentrione in meridiem diffundit ſe, at pluribus in locis perparùm ab oriente in occidentem. Cœlum habet torridum, & parùm ſalubre. Solum aquarum indigum eſt, arenoſum, maximâ parte, in primis boream verſus, incultum & deſertum. Incolæ religioni Muhamedanæ ferè addicti ſunt.

III. *Ejus diviſio.*

Urbes ad boream.

Diſpeſcunt quidam Oram Abexiam in partem ſeptentrionalem & meridionalem. Septentrionalis ſubeſt Imperio Turcico, diciturque *Beglerbeglic de Habeleth*, ſive *Huſtrebit*. Inter urbes illius eminet Suaquena, *Suaquen*, ſeu *Suaquem*, ſita ad ſinum Arabicum, media inter intimum receſſum & fretum Babelmandelum, Præfecti Turcici habitatio, hinc Sidam Arabiæ Felicis, Meccæ portum, frequens inſtituitur navigatio. Contra hanc

Digitized by Google

Digitized by Google


EMPIRE
ABIS
MELINDA
Mombaza
Quiloa
Mozambique
Sofala
Monomotapa
Agoa
Magnus Mons
Primaria Ins 3
Vtique Insula 3
Sanctus Rochus
Comera Ins.
Sanctus Christophorus
Sanctus
Zanzibara Ins.
Monfia Ins.
Insulæ Desertæ
Abiadoræ Ins.
Capitum Ins.
Palma fl.
Fundus fl.
Directus fl.
Delgadus fl.
Pantaleonis fl.
Ferdinandi Velo fl.
Bernardi fl.
Raphaelis fl.
Vincentii fl.
Cruama fl.
Buena fl.
Lagne
Barcena
Barrabea
Batrazana Reg.
Canfila
Dafila
Carna
Arabus fl.
Maxumu
Bacueta
Cercera
Auzugna
Corcora
Pulcher
Manadela
Inhibela
Ingabela
GOTI
Angotina
Mancha
NUM
REGNUM
Olabi
Aquaton
Barcena
LE ZANGUEBAR
Tire de Sanut &c.
Par N. Sanson d'Abb.
Geogr. ord.re du Roy.
OCEAN
MER DE ZANGUEBAR
NUBIE
ABISINS
ZANGUEBAR ou INDIE MERIDIONALE
EGYPTE
65
70
65
70
65

70
75
80
85
20
25
10
5
1
Partie de
ZANGUEBAR
ou Sont les Costes
d'AJAN et d'ABEX &c.
Tirée de Sanut de Marmol &c.
Par N. Sanson d'Abb.
Geo grd du Roy
PARTIE
MER DE LA MECQUE
ROUGE
MER D ARABIE
OCEAN
INDIEN
ENTAL, ou
MER DE BARBARIE,
GUEBAR.
et de ZAN
Ligne sous l'Equateur
Bahia Cabras
Ziden alt Giodda
Macarr
Ariadan
Cofonda
Iasuf
Dhafar alt Iaceb
Zuaquem Ins.
Turach
Miri
Meger
Zeban
Adiud
Terser
Cor
Cubit
Zarif
Maczua
Balac cia
Camara
Zibit
RABIE
Laghi
Gualafera
Mechlaf
Alher
Aden
Cerbera
Zama
S. Pietro
Arabum A.
Ceibana
Bebelmandela
Ins et Fretum Gc.
Destroit de la Mecque
Guardafun
Dos ber. manes
Masc. hria
Zocoto
I. de Metta
Abla del Curia
Ins.
Degibel dara
Degibel cora
Vella
DANCALUM
Dobassa Præfectura
Iannamori Pop
Dobas
Zeila
Pidara
Barbora
Nous
Sahora
Dardura
Guardafun
ADEL
Camara
Scala ou Escali
Ziagra
Zingi
Ara
REGN. Novecara
Badnis
Asum
Mons et Nudina
Sabale R.
Balh
Mautra
Dodra
Cuman
Opin
FATI
Sequeta
Zachebi
Vulgat
Bendel
RAREG
ADEL
Magadoxa
Lacus et
Quiman
Orgabra
Magan
COSMA
REGN
Barrama
Barrabora
QUILMANCA
Monaste. rium
Pata
GUEBAR

Digitized by Google

hanc Urbem, nonnihil auſtrum verſus, jacet in ſinu Arabico, non procul à littore, ejuſdem nominis Inſula, juxta quam piſcatio Coralliorum inſtituitur. Plùs in auſtrum vergit Ercocum, *Ercoc*, ad eundem Sinum, cui objacet inſula Mazua, *Mazua*, aliquibus *Maczua*, graminum dives & pecoris. Suaquenam & Ercocum ingens Sylva dicitur interjacere. Pars meridionalis Oræ Abexiæ complectitur regnum Dangalum, ſeu Dancalum, *Dangali*, quod ad Oram Ajanam reducunt alii. Parte ſeptentrionali lætior feraciorque eſt, ſub Maurorum imperio. Ejus oppida ad auſtrale littus ſinûs Arabici ſunt Degibeldara, *Degibeldara*; Degibelcora, *Degibelcora*, nec non Vella, *Vella*. *Regnum Dangalum*

IV. *Ora Ajana.*

Secunda ſeu media pars Zanguebariæ latè ſumptæ eſt Ora Ajana, Arabibus *Ajan*, aliàs *Habaxa* ſeu *Habex*, Gall. *Coſte d'Ajan*, quam terminat à boreâ regnum Dangalum, fretum & mare Arabicum; ab ortu mare Zanguebarienſe, pars orientaliſſima oceani Æthiopici; ab auſtro Zanguebaria propriè dicta; ab occaſu Abiſſinia. In parte boreali maximam obtinet latitudinem, at in auſtrinâ proximè Æquatorem valdè acuitur. Dives eſt frugum, fructuumque diverſi generis, item paſcuorum, pecoris, mellis, ceræ, eboris, nam plurimos nutrit elephantes. Aurum etiam in ipſâ offenditur, variiſque irrigatur fluminibus, quorum nobiliora per tractum ejus meridionalem pervadunt. Incolæ partìm albi, partìm nigri coloris ſunt. Inveniuntur etiam Beduinſii, *Beduins*, origine Arabes, qui vitam ex rapto tolerant. Dividunt nonnulli Oram Ajanam in partes IV, regnum Adelam, Adeam, Magadoxam, & rempublicam Bravam. Alii Magadoxam & Bravam ſub regno Adeæ complectuntur. *Ejus diviſio.*

V. *Regnum Adela.*

Regnum Adela, *Adel*, partem ſeptentrionalem Ajanæ occupat. Suo Regi obedit, qui religionis Muhamedanæ magnus vindex eſt, & Chriſtianorum hoſtis acerrimus, cujus ad exemplum ſubditi ſe componunt. Sæpiùs cum Abiſſinorum Imperatore bellum gerit, qui partem Regni non contemmendam dicitur ſibi ſubjeciſſe. Inter urbes Adelæ præſtant Zeila, *Zeila*; Barbora, *Barbora*, & Meta, *Meta*, duo portus, juxta ſeu ad mare Arabicum, quos Turcis inquiunt obedire, ac à Præfecto regi, qui etiam præeſt parti ſeptentrionali oræ Abexiæ.

Abexiæ. Plùs in ortum vergunt Salira, *Salira ;* Dardura, *Dardura*; Aromata, promontorium, nunc *Cabo di Guadarfumi*, Gall. *C. de Guardafuy*, cui ortum verſus objacet Inſula Dioſcoridis, hodie *Zocotora* Luſitanis, cujus longitudo dicitur eſſe LXXX milliarium, & latitudo XXVI, ſub ſui Principis dominio, dives aloës. Ad aut prope mare Zanguebarienſe occurrunt Tallara, *Tallara ;* Azuma, *Azuma*; Carfura, *Carfur ;* Aſumum, *Aſum ;* Camara, *Camare*, ſeu *Camure*; Velha, *Velha.* A mari abſunt Novecara, *Novecara ;* Comizara, *Comizara* ; Adela, *Adel*, ad rivum ejuſdem nominis, Regni clariſſima, & Regis habitatio; Ara, *Ara*; Mautra, *Mautra.*

VI. *Regnum Adea.* Regno Adelæ ab auſtro conterminum eſt regnum Adea, *Adea*, ſub ſuo Rege, Regis Abiſſinorum Tributario, qui Muhamedis religionem, ſicut & ſubditi, profitetur. Urbes hujus Regni clariores ſunt Zacheta, *Zachet ;* Orgabra, *Orgabra ;* Barraboa, *Barraboa*, quam communiſſimam Regis ſedem eſſe varii opinantur ; Quilmanca, *Quilmanca*, ad oſtium Fluvii cognominis ; Lacus & Inſula Monachorum ſeptentrionaliores ſunt, & à mari remoti; item Hugata, *Hugat ;* Bandelum, *Bandel*, maritimum. Sequitur Magadoxa, *Magadoxo*, urbs ampla, aliàs expugnata à Portugallis & afflicta, caput regni Magadoxi ſeu Magadoxæ, aliquibus totius regni Adeæ, quamvis Magadoxam regnum diſtinctum faciant, ſedes ſui Regis, portus capax cum arce ad oſtia Magadoxæ fluminis, emporium, in quod panni & aromata ex Indiâ importantur, quæ ſolent cum auro & ebore permutari. Incolæ Muhamedani ſunt, atque Arabicæ originis. Brava, *Brava*, urbs maritima, media inter Magadoxam & Barraboam, caput cognominis Reipublicæ, vectigalis (ita Sanſonus & Robbe) Portugallorum, mercatus celebris,

VII. *Zanguebaria.* Reſtat Zanguebariæ latè ſumptæ pars tertia & ultima, Zanguebaria, *Zanguebar*, Gall. *Coſte de Zanguebar*, propriè ſic appellata, quam limitat à boreâ Ora Ajana; ab occaſu (ſic vulgò Chartæ & Auctores) Abiſſinia, quam ſuprà diximus ab aliquibus non diffundi ad Æquatoris meridiem, item Monoemugi Imperium; ab auſtro Caffaria; ab ortu mare Zanguebarienſe. Pars minima hujus Zanguebariæ jacet ad boream Æquatoris, pars aliqua ipſi ſubjacet, longéque potiſſima in auſtrum

āuſtrum abit. Figura ad quadrangularem accedit, quæ quadruplo & ampliùs longior eſt à ſeptentrione in meridiem, quàm ab occidente in orientem. Littus habet inſigniter ſinuoſum. Aer Zanguebariæ magnam laudem non invenit, ſolum humile & paludoſum eſt, quod vix, quæ vita expoſcit, ſubminiſtrat. Varia flumina per ipſam deſcendunt. Oves inveniuntur pinguiſſimæ, quarum caudæ ſupra fidem ponderoſæ ſunt, item numeroſiſſimi elephantes, ebur, aurum & argentum. Incolæ nigri coloris ſunt, idololatræ aut Muhamedani, poſt commercia cum Europæis tractabiliores, quàm Caffari. Cibus ipſorum eſt caro ferina, lac, ſylveſtres fructus & legumina. Portugalli circa oram Zanguebariæ ſua caſtra tenent & urbes, quemadmodùm & in vicinâ Caffariâ, hinc in titulo Regis Portugalliæ Rex dicitur ulterioris lateris Oceani Africani.

VIII. *Regna Zanguebaria:*

Diverſa regna ſunt Zanguebariæ, inter quæ varia minoris momenti, denominata ab urbibus. Quando à boreâ auſtrum verſus progredimur, occurrunt ad ſeu juxta Oram regnum Chelicia, *Chelicie*, non procul ab Æquatore in meridiem; Pata, *Pata*; Lamonum, *Lamon*. Oya, *Oye* maritima, & Gazza, *Gazze*, mediterranea, oppida habentur regni Melindæ, quibus celebrior eſt Melinda, *Melinde*, urbs ampla, magnifica, caput Regni cognominis, Regis habitatio, portus nobiliſſimus, ubi arcem eximiam plurimaſque ſacras ædes Portugalli ædificârunt, qui cum ſubditis Regis Melindæ facere hìc ſolent mercaturam. Sub regno Monbaciæ ſunt Butuapa, *Butuapa*; Oygna, *Oygna*; Monbacia, ſeu Monbaza, *Monbazza*, urbs Regni clariſſima, condita in colle exiguæ Inſulæ, parùm diviſæ à continente, cœli inſalubris, ubi & Portugallorum munitio. Pergimus ad Quiloæ regnum, cujus oppida mediterranea ſunt Simiſum, *Simis*; Camua, *Camu*; Sabia, *Sabia*. Ad mare jacet Quiloa, *Quiloa*, Baudrando duplex, altera vetus ſub dominio Portugallorum cum arce munitâ, altera in parvâ inſulâ ejuſdem nominis, lætâ & ferace, ſed cœli minimè ſani, emporium non ignobile, ſplendidum, ſedes Regis, Portugallorum tributarii. Xangum, *Xango*, auſtralius eſt. In regno Moſambici, ſeu Mozambici ſunt juxta litus Querimba, *Querimba*; Serincapa, *Serincapa*; Pinda, *Pinda*, & Moſambi-

Chelicia. *Pata.* *Lamonum.* *Melinda.* *Monbacia.* *Quiloa.* *Moſambicum.*

cum, *Mozambique*, urbs in exiguâ insulâ, indigâ aquæ dulcis, aeris torridi & parùm læti, infœcundâ, commerciorum gratiâ multùm habitatâ, ad ostium Mozambici fluminis, portus eximius, ad quem Portugalli castrum condidêre, quibus & insula, & urbs obediunt, habitatio Gubernatoris regis Portugalliæ, qui à Goano Prorege dependet, Regno huic præest & Zefalæ, sed non ultra triennium. Naves Portugallorum, quæ in Indiam destinatæ sunt, hìc se solent reficere. Nonnulli faciunt Mosambicum Ophiram Salomonis. Transimus ad regnum Mongalum, cujus oppida statuuntur Angoscia, *Angos*, seu *Agosti*; Dudum, *Dud*; & versus mare Monia, *Monia*; Quiloana, *Quiloane*, & Mongalum, *Mongalo*, Caput, in Caffariæ limite, quod tamen Chartæ quædam silenter prætereunt.

Regnum Mongalum.

CAPUT V.

Insulæ contra Zanguebariam.

I. *Insulæ minores contra Zanguebariam: Penda. Zanzibaria. S. Rochi. Monsia.*

CONTRA Zanguebariam complures insulæ se offerunt, quibusdam satis propinquis, aliis longiùs abeuntibus. Propinquæ sunt insulæ Penda, seu Pemba, *Penda*; Zanzibaria, *Zanzibar*, cui Ora Zanguebariæ nomen debet; Insula S. Rochi, *S. Roche*, & Monsia, *Monsia*, frugibus, fructibusque diversi generis fœcundæ, sitæ contra regnum Monbaciæ & Quiloæ. A Zanguebariæ Orâ, seu regno Mozambici plùs absunt insulæ Comeræ, *Comeres*, seu *Comorres*, sitæ intra gradum XI & XIII, latitudinis australis, feraces orizæ, & variorum fructuum, nec pecoribus vacuæ. Appellantur Gasidsa, *Gasidsa*; Aliola, *Aliola*; Angovana, *Angowan*, aliis *Anjwanni*, & *Loura*; Mayotta, *Mayotte*, seu S. Christophorus; & Spiritus Sanctus, sive Cenbracasa, *Cenbracas*.

Comera.

II. *Madagascaria nomen, situs, magnitudo.*

Traditis Insulis remotior est ab Orâ Zanguebariæ Madagascaria, *Madagascar*, id est Lunæ Insula, aliàs S. Laurentii, Gall. *S. Laurens*, sic à Lusitanis sub initium superioris seculi appellata, quia & Duce Laurentio, & festo D. Laurentii, in ipsam primùm appulêre. Galli & Insulam Delphini nuncupant. Plinio Cerne dicta

Digitized by Google

MER
O C
ZANGUE
DE
BAR
ZAN
MERID
ONAL,
GUE
BAR.
Comara
Insulæ tres
Spiritus Sanctus
Sanctus Christophorus
Palmarum Ins.
Furna
Mozambicha
Ins
Nona
Insulæ 4
Ste Mariche
Insularum Caput
Primaria Insulæ tres
Sirtium Ins.
Terra
Terra del gada
Pontanan
Portus Ste Vincentii et Sinus
Ste Jacobi Insulæ tres
Ste Jacobus
Ste Augustini Sinus et Port
Manchas
Ste Iuliæ alis Ste Iuliani
Insulæ tres et Cap
C Ste Marie
ISLE DE MADAGASCAR ou de St LAURENS
Tirée de Samuto &c
Par N. Sanson d'Abbeville
Geogr ordre du Roy

E du A N
et ÆTHI
OPIEN
Caput Stæ Sebas-tiani
Portus Stæ Sebastiani
Marci Portus
Insula de Diego Soares
Insula 2. Nuñi Pereira
C. de Bonmarage
Caput Stæ Andreæ
Stæ Andreæ Portus
Stæ Antonij Caput et Sinus alt
Antongil
Stæ Maria
Radix
Antavares
Port aux Prunes
Stæ Apollonia alt I. Maurice
Terre Rouge
Port aux Galions
Ligne Tropique du Capricorne
Insula Ioannis de Lisboa
Stæ Luciæ Portus
Insula 2 Stæ Romany

Digitized by Google

dicta est, & Ptolemæo, sic plurimi, Menuthias, contradicente Vossio, cui Menuthias est Zanguebaria, de quâ paulò superiùs, autumatque Insulam S. Laurentii & Græcis, & Romanis ignotam prorsùs fuisse. Jacet intra gradum XI & XXVI Latitudinis meridionalis, & gradum LXXII & LXXXI Longitudinis. Ab ipsâ in occasum vergunt Zanguebaria, & pars minor, ac septentrionalis Caffariæ. Ad boream magis acuitur. Italiam, aut magnam Britanniam superat magnitudine, vastissimaque creditur Insularum, quæ aut Africæ, aut Asiæ, aut Europæ, aut Novo Orbi objacent.

III. *Ejus Cælum & solum.*

Aer Europæis parùm sanus est. Affluit Insula rerum omnium, quas humana vita desiderat. Gignit orizam, gossipium, saccharum, crocum, zingiber, caryophylla, mala aurea, citrea, limonia, melones, legumina varia, mel, ceram. Media Insula sylvis, montibusque referta est. Illæ gaudent ligno Brasilienſi, ebeno, santalo albi, flavi & rubri coloris; hi optimæ notæ metallis, copiosis fontibus, fluminibusque, quibus Madagascaria affatim irrigatur. Permultos nutrit elephantes, camelos, cervos, damas, boves, quibus ex sebo gibbus est, oves caudatissimas, leones quoque & leopardos. Qui mediam habitant Madagascariam, feri indomitique sunt, simillimi Caffaris, tentoria incolentes humillima. Qui degunt non ita procul à littore, tractabiliores sunt ob consuetudinem cum Europæis. Color incolis ferè ater est, nam candidi & subcandidi minore sunt numero, & forma elegantior, quàm Æthiopibus. Potum ex melle & oryzâ norunt conficere, quo facilè inebriantur. Partìm Muhamedani sunt, partìm idololatræ. Oves, boves, aliaque cum rebus nullius incolæ non rarò permutârunt.

IV. *Divisio.*

Ferunt Madagascariam in quinque aut sex Regna distribui. Recentiores Chartæ ipsam in varias Provincias, Populosque distribuunt, qui juxta oram maritimam ferè locantur, & quorum necdum accurata habetur cognitio. Versus ortum occurrunt, quando ab austro in boream progredimur, *Amboule*, *Mananboule*, *Matatanes*, *Antavares*, seu *Antanares*, *Zasse* seu *Zefe Hibrahim*, *Manghabei*, seu *Mananghabey*, & *Vohemaro*. Occasum prospiciunt, si à borea in austrum contendimus, *Andouvouche*, seu *Andouvouche*, *Ancianactes*, seu *Antsianach*,

Hazonringhets, ſeu *Hazonziringhets*, *Vohitz Angombes*, *Eringdranes*, *Labefont*, ſeu *Labefonti*. Auſtro objacent *Machicores*, *Mahafalles* ſeu *Manhafales*, *Carembonle*, *Ampatres* & *Carcanoſſi*.

V. *Sinus & Portus.* Inſigniter portuoſa eſt hæc Inſula. Ad meridiem ſe offerunt Fanshera, *Fanshere*; Caſtrum Delphini, *Fort Dauphin*, Colonia Francorum, qui varias Colonias in variis partibus Oræ maritimæ, ſpe ſalubrioris Cœli collocârunt, quas nunc propemodùm deſeruiſſe perhibent; Tonobaja, Gall. *Port de Tonobaja*. Ad occaſum ſunt Sinus & Portus S. Auguſtini, *Baye de S. Auguſtin*; Portus S. Jacobi, *Port S. Jacques*; Sinus & Portus Sancti Vincentii, *Baye de S. Vincent*; Portus S. Andreæ; Portus Rotundus, *Port Rond*, ſeu *Vingagora*. Ad ortum nobiliores ſinus & Portus habentur Sinus Vohemarus, *Baye de Vohemaro*; Sinus S. Antonii, *Baye d'Antongil*; Cacambutus, *Cacambout*, portus; Mannajara, *Mannajara*, nec non Manapatanum, *Manapatan*, Portus.

VI. *Inſula contra Madagaſcariam: S. Mariæ. Nazara. Mauritii. Borbonia.* Contra oram orientalem Madagaſcariæ variæ Inſulæ conſpiciuntur. Vicinior eſt Inſula S. Mariæ, *S. Maria*, ſeu *Noſſi Hibrahim*, oblonga; remotiores Nazara, *Nazare*; item Inſula Mauritii, *I. Maurice*, & Inſula Borbonia, Gall. *I. de Bourbon*, Luſitanis Inſula Maſcarenhæ, fœcunda, fertilis, paucis abhinc annis à Belgis culta munitaque, irrigua, atque in meditullio vehementer montoſa, à Gallis non ita diu occupata, ubi Portus S. Pauli, *S. Paul*, nec non S. Dionyſii & Aſſumptionis. Montem habet & terram flammivomos.

VII. *Syrtes Judaicæ.* Inter Madagaſcariam ad ortum, & Oram Zanguebariæ ad occaſum poſitæ ſunt Syrtes Judaicæ, Luſitanis *Baixos*, *Baxos*, ſeu *Baxios de Judea*, ab auſtro in boream longiſſimè extenſæ, infames naufragiis, quæ etiam conſtant corallino lapide, puro, acuto & diverſi coloris, unde nec mirum, in littus Madagaſcariæ corallia frequenter ejici. Circa eaſdem Syrtes cancri degunt, vaſto & immani corpore, tantiſque præditi viribus, ut quando cum hominibus decertant, eos medios chelis ſuis apprehenſos trahere poſſint in abyſſum.

CAPUT

Digitized by Google

Digitized by Google

CONGO
Benguela
Mondombes
GURLAM
Terra Prota
Terra Roderici Prog
MAN
Sinus G. Eris
Arboretum
Arboreta
Comoriensa Stat.
Insulæ Viridis
Ligne
Sinus St. Thomæ
Palma
Arida Insulæ
Aguada
Caput Bonæ Spei
Cap de Bonne Esperance
Zembre
Bassametro
Carma
Debdea
Angefa
Bora ou Bore
Butua
Calburus
RE
Bafat
Quitecay
MONOMOTA
Adia
Zodia
TAPA
Monomotapa
Germa
Chamissa
Samot
Aguilhas Sinus
Aguilhas C.
Terra Natalis
Terra Sanctæ Helenæ
Terra Sanctæ Ioannis
Sanctus Brandonis
Arrecifum
Caldadum Cap.
Terra Sanctæ Stephani
Terra Sanctæ Mariæ
Terra Sanctæ Crucis
Terra Sanctæ Apollinaris
Terra Sanctæ Agnetis
Terra Sanctæ Luciæ
Terra Sanctæ Theclæ
Terra Sanctæ Barbaræ
Terra Sanctæ Catharinæ
Terra Sanctæ Margaritæ
Terra Sanctæ Dorotheæ
Terra Sanctæ Cæciliæ
Terra Sanctæ Annæ
Terra Sanctæ Elisabethæ
Terra Sanctæ Magdalenæ
Terra Sanctæ Susannæ
Terra Sanctæ Veronicæ
Terra Sanctæ Martæ
Terra Sanctæ Iudithæ
Terra Sanctæ Rebeccæ
Terra Sanctæ Rachelis
Terra Sanctæ Leæ
Terra Sanctæ Sarræ
Terra Sanctæ Ruthæ
Terra Sanctæ Esther
Terra Sanctæ Abigail
Terra Sanctæ Bethsabeæ
Terra Sanctæ Helenæ
Terra Sanctæ Ioannis


IMPIRE
ABISSINS
PIRE DU
de la
MONOEMUGI
Inhambane
Inha
minor fl.
Amara
Iliere
Degme
Deme
Agag
Gamba
Beq
Cuama fl.
Zambere fl.
Spichellæ Ins 2.
Cap Ste Mariæ
de Spichello
Macularum Sinus
Barros
de
Iudia
DE ZAN
Nona
Syrtium
Insulæ
Darcelum
Mogalum
Cra directa
Ucique Insulæ
très parvæ
Ucique Ins 3
majores
ISLE
MADA
corne
GASCAR
Ste LAURENT
CAFFRES
Terra alta
Currentium
Cap.
Zimbaos
Terra
Daraghul
Ste Lucie
Piscarium C.
Piscaria Flu.
Primarium
Ste Christophori
Portus
Pays et Coste des
CAFFRES:
EMPIRES de
MONOMOTAPA
MONOEMUGI, &c.
Tirés de Barrito, et d'autres
Par N. Sanson d'
Abbeville Geographe ordi
naire du Roy
A. de Winter sculp:
55
60
65
70
75
15
20
25
30
35

Digitized by Google

CAPUT VI.

Imperium Monoemugi, & Monomotapæ. Caffaria.

IN Africæ continentem revertimur, ubi explicitâ Æthiopiâ Superiore, Æthiopia Inferior luſtranda eſt. Dicitur aliàs Æthiopia exterior, quam omnes non limitant iiſdem limitibus; nam aliqui partem ejus faciunt Zanguebariam latè ſumptam, quæ aliis ſub ſuperiore Æthiopiâ continetur, quorum & nos ſecuti ſumus veſtigia. Hoc ſenſu accepta Æthiopia Inferior limitatur ab ortu mari Cafferienſi, Zanguebariâ, Abiſſiniâ & Nubiâ; à boreâ deſerto Saarâ & terrâ Nigritarum; ab occaſu Guineâ, mari Congienſi & Cafferienſi; ab auſtro eodem. I. *Æthiopia inferior.*

Dividitur Sanſoni in partes tres, Monomotapam, Caffariam, & regnum Congum. Nos ipſam in quinque partes dividimus, quæ ſunt imperium Monoemugi, imperium Monomotapæ, Caffaria, regnum Congum & Biafara. Duæ primæ partes mediterraneæ ſunt, & tres reliquæ maritimæ, quippe quas mare Æthiopicum alluit. II. *Ejus Diviſio.*

Imperium Monoemugi, ſeu Mono-Emugi, Gall. *Empire du Monoemugi*, aliis regnum Monoemugium appellatur, item *Nimeamaje*, ipſumque Sanſonus ſub Monomatapâ complectitur. Ejus terminos Chartæ communiter conſtituunt ad boream imperium Abiſſinorum & lacum Zembreſum; ad occaſum regnum Malembæ, & Monomatapam; ad auſtrum Monomotapam & borealem partem Caffariæ ad ortum; ad ortum regnum Mongalum, quod pars meridionalis eſt Zanguebariæ ſtrictè acceptæ. Alii Imperium Monoemugi plùs ſeptentrioni admovent, contenduntque ipſum ab ortu conterminum eſſe regnis Moſambici, Quiloæ, & Monbaciæ, nec multùm ab Æquatore in auſtrum removeri. III. *Imperium Monoemugi.*

Regio eſt inſigniter montoſa, quæ & Lunæ montes ex parte complectitur, dives metallis auri præſtantiſſimis, ex quibus tamen incolæ monetam non cudunt, ſed ejus loco (ſic quidam perhibent) globulis rubeis utuntur, vitro non abſimilibus. Habet & argentum, & ebur. Flumine Cuamâ, IV. *Ejus conſtitutio.*

Cuama, irrigatur, cujus beneficio cum Zefalâ habet commercium. Incolæ atri ſunt, dicuntur ferinæ indolis, idololatræ, & uni Regi obediunt, cujus tributarii ſunt plures Reguli. Referunt relationes ultimæ provinciam ſeu regnum Malembam, quæ Lacum Zembreſum & Angolæ regnum interjacet, & de quâ ſuprà CAP. III. §. VIII. meminimus, ipſi ſubeſſe, & partem populorum, qui Galæ ſeu Gallæ dicuntur, & incolis regni Congi *Giaguas*, ſeu *Giaquas*, atque ad boream Malembæ vulgò locantur, de quibus, quando de regno Congi. Provinciæ & urbes hujus Imperii minùs cognitæ ſunt Europæis, & quæ ab Itinerariographis memorantur, perparùm conveniunt cum Chartis, longè etiam ab invicem diſſentientibus.

V. *Diviſio. Imp. Monoemugi.* Diſpeſcunt quidam Imperium Monoemugi in Imperium ſtrictè ſic dictum, & regnum Malembam. Urbes Monoemugi (provincias ſeu regna tranſeo, in quas alii ipſum diſtribuunt) juxta varias Chartas ſunt verſus ortum Gamba, *Gamba*, ad fl. Cuamam; Aſtagoa, *Aſtagoa*; Agaga, *Agag*; Camura, *Camur*; Beiſa, *Beiſa*, atque in tractu occiduo Bagametrum, *Bagamedro*, & Zembreſus, *Zembre*, alias *Zambeze*, ad ſeu prope *R. Malemba.* meridionalem ripam Lacûs cognominis. In regno Malembâ jacent ad occidentalem ripam ejuſdem Lacûs Debſana, *Debſan*, & Metium, *Meti*.

VI. *Imperium Monomotapæ.* Pars altera mediterranea Inferioris Æthiopiæ eſt Imperium Monomotapæ, ſeu Mono-Motapæ, item Beno-Motapæ, & Beno-Motaxæ, Gall. *Empire du Monomotapa*, cujus limites ſunt à boreâ regnum Malemba & imperium Monoemugi, à quibus per Lunæ montes dividitur, atque ab ortu, auſtro & occaſu Caffaria.

VII. *Ejus Conſtitutio.* Ipſum Tropicus Capricorni bipartitur. Cœli temperati eſt, & ſolum inſigniter paſcuum, frugiferum, amoenum, dives orizæ, ſacchari, eboris, auri, quod montibus rupibuſque non ſolùm, ſed & amnibus educitur. Caret equis, & lignum perparcè ſubminiſtrat, hinc ex virgultis orizæ & fimo animalium focos ſtruunt. Incolæ atri ſunt, hirſuto capillitio, bellicoſi, agiles, inquieti, rerum novarum cupidi, nudi ferè incedunt, pars magna olim religioni Chriſtianæ initiata fuit, ipſe quoque Imperator, ſuſcepto baptiſmo, qui tamen

Digitized by Google

men non multò poſt ad ingenium rediêre, interemptis Chriſtianis, & patribus Jeſuitis, qui Chriſtianiſmi ſemina hìc ſparſerant. Imperium Monomotapæ monarchicum eſt, atque ab exteris Benematapa, ſeu Monomotapa appellatur, id eſt Imperator, ut hoc Imperium ab Imperatore nomen habeat, ſecus, quam in aliis regionibus fieri aſſolet. Ab incolis dicitur ſalutari Magni Tabaqui & Tabachi nomine. Potentiſſimus eſt, nam complures Reguli ſtipendarii ejus & vectigales ſunt. Cuſtoditur fœminarum, armatarum Amazonum, ſatellitio, quod mollitiæ genus etiam in Aſiâ notavimus. A ſubditis impenſè colitur, & amatur, ac juſtitiam colit iſtoc rigore, ut locum non relinquat carceribus.

VIII. *Regnum Butuæ.* Dividit Sanſonus Monomotapam in regnum Monomotapæ, & Butuæ, quorum hoc ſeptentrionem, & illud meridiem proſpicit. Regni Butuæ, in quo famoſiſſima auri metalla, borealiores urbes ſeu oppida ſunt Carma, *Carma;* Gallila, *Gallila*, ad ripam borealem Lacûs Zachafi, *Zachaf*; Zeta, *Zet*, ad ripam ortivam; Dobdala, *Dobdal* ſeu *Dobdel*, juxta dextram ripam Zamberæ fluminis, quando ex dicto lacu recens deſcendit; Armeta, *Armeta*; Maitagaſium, *Maitagaſi*; Bera, *Bera*, ſeu *Boro;* Gebagha, *Gebaghe* ſeu *Gebaghel;* Butua, *Butua*, caput Regni cognominis, ubi Sanſoni nobile illud, amplum, ac vetuſtum eſt palatium, dictum *Simbaoë*, quadratâ formâ, non ex ligno, uti alia ſunt, ſed ex grandibus ſaxis extructum, quod alii non urbi Butuæ, ſed regno attribuunt; Amara, *Amara*. Auſtraliores ſunt Hagala, *Hagala*; Quiticuia, *Quiticui*; Baſatum, *Baſat;* Tialſum, *Tialſo*, & Zimbra, *Zimbre*, proximè Tropicum Capricorni. *Urbes ad borcam.* *Urbes ad auſtrum.*

IX. *Regnum Monomotapæ.* Regni Monomotapæ urbes ſeu oppida ſunt ad occaſum Garma, *Garma*, ſeu *Gorma* & Moſata, *Moſata*, ſeu *Meſata*. Orientaliores ſunt Vallonta, *Vallonta*; Belegura, *Belegura;* Joareſa, *Joares* ſeu *Jouros*; Zedaia, *Zedaya* ſeu *Zedata*, ad fl. Spiritûs Sancti, & aliquantò inferiùs ad idem fl. Monomotapa, ſeu Benomotapa, *Monomopata*, urbs totius Imperii nobiliſſima, & regiâ ſede illuſtris; Fuggium, *Fuggi* ſeu *Qugge*, ſuperiùs ad ripam oppoſitam; Moggira, *Moggir*, & Agraſeda, *Agraſede*.

X. *Caffaria.* Viſâ parte mediterraneâ Inferioris Æthiopiæ, ad maritimam accedimus,

accedimus, ex quâ contemplationi noſtræ primùm ſe offert Caffaria, aliis Cafraria, Cafreria, & Regio Cafrorum, Luſitanis *Coſta dos Caffares*, Gall. *Pays, & Coſte des Caffres.* Exterior ejus limes eſt mare Cafferienſe, pars maris Æthiopici, quæ ipſam ab ortu, auſtro & occaſu alluit; interior verò regnum Angolæ & Malembæ, quæ eam à boreâ ex parte limitant; in primis imperium Monomotapæ, quo ab ortu, ſeptentrione & occaſu limitatur, mediâ inter Caffariam & Monomotapam, præſertim ab ortu & ſeptentrione, editiſſimâ catenâ montium, cujus pars, promontorio Bonæ Spei propinquior, Portugallis *Picos Fragoſos*, id eſt rupes acutæ, appellatur. Tandem Caffariam à boreâ quoque limitat imperium Monoemugi & Zanguebaria.

XI. *Ejus conſtitutio.*

Ora Caffariæ occidentalis extendit ſe circiter a gradu XIV latitudinis meridionalis ad uſque gradum XXXV; pars verò Oræ orientalis, quæ proximè ad Æquatorem accedit, latitudinem obtinet graduum plùs minùs XVIII; proinde longiſſimè Caffaria ad mare diffunditur, at multò minùs inter mare & imperium Monoemugi & Monomotapæ, nec pari ubique intercapedine. Figura ejus ſoleam equinam ferè exprimit. Cœli temperati dicitur, & quà editi montes, in primis verſus Bonæ Spei promontorium, interdum ſat frigidi, ob nives, quæ faſtigia eorum obtegunt, ventoſque, qui non rarò ex ipſis magno impetu feruntur. Solum ferè incultum eſt, valles gramine abundant & floribus, nec pecora deſunt diverſi generis, non elephanti, cervi, urſi, leones. Aurum habet nobiliſſimum. Cafri, Belg. *Caffers*, atri coloris ſunt, feri, crudeles, partim anthropophagi, degunt belluarum inſtar in ſylvis, cavernis, & montibus, propemodùm nudi incedunt, qui tenuiores conditionis ſunt, ditiores ferinis pellibus ſe amiciunt, veſcuntur piſcibus, orizâ, crudis carnibus, mactatorum animalium ſordidis inteſtinis, à quorum eſu ab aliis (ita Becmannus) Hottentotæ, *Hottentots*, nuncupantur. Baudrandus ait, Caffariæ incolas ſe ipſos *Hottentots* appellare, & Cafros dici ab Europæis, quaſi exleges, idiotiſmo gentis, teſte Bertio. Pars tamen Cafrorum, quæ ad ortum degit verſus Zanguebariæ confinia, multò mitior eſt, neque Cafri omninò Cafri ſunt, abſque lege, rege, fide; nam Caffaria diverſa regna complectitur,

ctitur, & qui vel beſtiarum more vagantur in ſylvis & montibus, Ducibus ſuis obediunt, tractuſque Caffariæ, qui ortum proſpicit, Muhamediſmum profitetur, & inter eos, quibus cum Belgis & Portugallis commercia, inveniuntur, qui à ſacris horum illorumque non abhorrent, neque putandum, cæteros omnem divinitatis ſenſum exuiſſe.

XII. *Diviſio. Pars orientalis Caffariæ, ubi*

Dividimus Caffariam in partem orientalem, meridionalem, & occidentalem. Pars Orientalis, Zanguebariæ vicinior, totius Caffariæ nobiliſſima eſt, culta, fertilis, & in ipſâ occurrunt, quando à boreâ auſtrum verſus progredimur, regnum Quiteva, Baudrando Quitava, *Quiteva*, cum urbe primariâ ejuſdem nominis, nunc ferè dirutâ, & regnum Zefala, aliis Cephala, Sophala, & Zofala, *Sofala* ſeu *Soffala*, ubi præſtat Zefala, *Sofola*, urbs in Inſulâ ædificata, & munita feliciter, emporium non ignobile, ſub imperio Portugallorum, à quâ nobiliſſimæ aurifodinæ Sofalæ cognomentum habent, quæ L milliaribus ab ipſâ diſtant in occaſum, & indigenis appellantur fodinæ de Manica. Nec terra Zefalæ aurifera tantùm eſt, ſed & fluvii. Scatet & ipſa elephantis, & ebore, nec ſimias deeſſe volunt; proinde Raphael Volaterranus, Ludovicus Venetus, & alii autumant, Zefalam Ophiram Salomonis exiſtere, ſecuti quoque Chaldæum Interpretem, qui claſſem in Ophiram navigaturam ſemel iterumque vocat navem ſeu claſſem Africanam. Addunt, ſupereſſe in Zefalâ etiamnum reliquias antiquarum ædium, inſcriptiones, aliaque monumenta, quibus ſententia ipſorum confirmetur. Nos mentem noſtram de Salomonis Ophirâ aperuimus, SECT. III. CAP. XVI, §. XV. Traditis regnis auſtraliora ſunt regnum Sedanda, *Sedanda*; Chicanga, *Chicanga*; Terra Fumorum, Luſitanis *Terra dos Fumos*; Terra Natalis, Luſit. *Terra do Natal*, ſic à Vaſco de Gama appellata, quia ab ipſo primùm detecta fuit die nativitatis Dominicæ.

Regnum Quiteva.

R. Zefala.

R. Sedanda.

R. Chicanga.

T. Fumorum.

T. Natalis.

XIII. *Pars meridionalis Caffariæ, ubi Terra Deſerta.*

Pars Meridionalis Caffariæ partem orientalem & occidentalem interjacet, in quâ Tabulæ verſus Monomotapæ imperium Terram ſeu Oram Deſertam delineant, Luſit. *Coſta Deſerta*, ac Baudrandus verſus Caput Bonæ Spei & oram littoralem tredecim populos ſeu gentes enumerat, in quos inquit hujus Partis Hottentotas diſtribui. Nihil in toto meridionali

Caput Bonæ Spei.

tractu Caffariæ illuſtrius eſt, quàm Promontorium ſeu Caput Bonæ Spei, Luſit. *Cabo de Bona Eſperança*, inter totius Orbis celeberrima, pars maximè occidua meridionalis Oræ maritimæ, medium ferè inter Indiam & Angliam, dictum primò Luſitanis Caput Procellarum, quia navigationem hoc loco periculoſiſſimam ſibi experiebantur, concurſantibus undis, & navem quaquaverſùm ferientibus, ſed hoc nomen Joanni II, Regi Portugalliæ, diſplicuit, dixitque in futurum Caput Bonæ Spei appellandum eſſe, nam nil deſperandum putabat de ejus prætervectione & ſucceſſibus itineris Indici, nec vanum fuiſſe hariolum, brevi poſteà Vaſcus de Gama edocuit. Ad hoc Promontorium anno hujus ſeculi quinquageſimo Belgæ munitionem condiderunt, ſitam juxta Sinum Menſæ, *Tafel Bay*, ad præcelſi Montis Menſæ radices, celebris ſuâ nubeculâ, prodromo tempeſtatis inevitabilis. Non procul à munitione abeſt vicus Belgarum cultiſſimus. Cœlum hìc ſatis ſalubre eſt, valles fœcundæ, quæ ſemina Aſiatica & Europæa feliciſſimè nutriunt, nec deſunt pecora, aqua laudatiſſima, piſces, aves, adeo ut, quæ ad hunc Sinum appellunt Indicæ naves Belgarum, maximo ſuo commodo hìc optimè ſe poſſint reficere. Hujus Tractûs Hottentotæ fœtidiſſimi ſunt, belluæ, quorum ſermo vix articulatus eſt, monetæ omnis neſcii, parvi, macilenti, arte nigri, pede celerrimi, quem in finem maſculi recenter nati alterutrum præcidunt teſticulum, certiſſimi ſagittarii, herbarum medicinalium peritiſſimi. Sunt, qui nomine Capitis Bonæ Spei intelligunt omnem partem Africæ ſeu Caffariæ, quæ maximè excurrit in meridiem, ejuſque partes faciunt ſinum Saldanhæ, ſinum Menſæ, caput Falſum, caput Acuum, caput Infantis, ſinum Formoſum, &c., ſed nos ſtrictiore ſenſu illud accepimus.

XIV. *Pars occidentalis Caffariæ ubi regnum Cimbebarum.*

Tandem Pars Occidentalis Caffariæ extendit ſe à meridionali Caffariâ ad regnum Angolæ, vaſta regio, inſigniter montoſa, inculta, deſerta, urbibus vacua. Ad ejus tractum maritimum, qui Tropicum Capricorni & Angolæ regnum interjacet, Chartæ quædam collocant regnum Cimbebarum, vulgò *Cimbebas*, in cujus parte boreali occurrit Caput Nigrum, Luſit. *Cabo Negro*, celebre. A mari recedit juxta quaſdam Tabulas regnum Matamanum, *Mataman*, quod à ſeptèn-

R. Matamanum.

trione

Digitized by Google

30
35
Ligne
Sous
ÔCEAN
MER
MERIDIO=
NAL ou ÆTHIO=
PIEN.
DE
CONGO.
Cabo de Lopo Gonzalvez
R. de Bacias
R. de Paradis
R. de Fernando vaz
Brax
C. de S.te Catherina
B. Canma
R. Selle
Sierras de S.
C. Negro
Mayumba
Quanza
Quilongo
Salaga
Loango
Boarie
R. Lyr
Cascais
Malemba
Cabinde
P. de Palmarin
Angov
C. de Pad
t Rood Strand
Landa
R. Lebonda
R. Ambriz
R. Encoqui Matarri
Mussula
Iengo
R. Labongo
R. Banda
Loanda S. Paul
Corimba
t Fort Aleu
C. Lod
C. Fals
R. Maremi
Hoender B
Quicongo
Goede Ba
Catombela
Bay de Th
Moll Ba
B Souregrō d
Rode Ba
Terra
C Loo
M. Negro
C. des Aldea
Terra das
ROYAUME DE CONGO, &c
Par N. Sanson d'Abbeville
Geographe ordinaire du Roy
A d'Winter sculp
30
35

40
45
l'Equateur
Anzicani Pop.
Loango
Mousoles
Pombo
ABISSINIE
Cacongo
SALVADOR
Sierras
Cadaia
Lac
de
Zaire
Quichi
Ambuila
la Re
Iages
Angola
Benguela
ROYAUME
D'ANGOLA
LEMBA
MONOMOTAPA
MATAMAN.
40
45

trione Angola limitat. Hoc regnum à regno Cimbebarum aliquibus non distinguitur. Sunt, qui Occidentali parti Caffariæ etiam adjiciunt regnum seu Provinciam Malembam, *Malemba*, mediam inter Angolam ad occasum, & lacum Zembresum ad ortum, quibus proinde Caffaria magis surgit in boream; at ad Imperium Monoemugi nos ipsam retulimus.

XV. *Duæ Insulæ S. Helenæ.*

Contra Caput Nigrum jacet in mari Æthiopico nova Insula S. Helenæ, insigniter divisa à continente, nec non Insula S. Helenæ, *I. de S. Helene*, priori multò occidentalior, à Lusitanis duobus ferè abhinc seculis, die S. Helenæ sacro, detecta, ambitûs, teste Baudrando, XIII circiter leucarum, valdè montosa, alibi tamen campestris, optimi soli, quod quæcunque semina nutrit feliciter, affluens apris, malis citreis, neque vacua aureis, acetosâ saluberrimâ, aquâ dulci. Circumfluum æquor piscosissimum est. Tabernam maris aliqui nuncupant, quia naves Indicæ, quando patriam repetunt, ad eam compluſculos dies refectûs gratiâ commorantur, & frontem exporrigunt. Angli ante annos aliquot Insulam hanc occupârunt, & castrum in eâ condidêre.

CAPUT VII.

Regnum Congum & Biafara. Insulæ contra Biafaram.

I. *Regnum Congum*

IN continentem regredimur, regnum Congum, quod ordine proximum est, perlustraturi. Hujus nomine aliquibus venit omnis regio, quæ à tractu septentrionali partis Occidentalis Caffariæ extenditur ad terram Nigritarum, quibus proinde, quod ex Æthiopiâ inferiori reliquum est, complectitur. Aliis regnum Congum longè angustius est, situm inter dictum tractum Caffariæ & caput S. Catharinæ, *C. de S. Catarina*, quod secundo gradu abest ab Æquatore in meridiem, aut inter hoc Caput, & Caput *Ledo*, cui latitudo meridionalis X graduum. Sunt, quibus regnum Congum appellatur solum regnum hujus nominis. Nos regnum Congum, Gall. *Royaume de Congo*, limitamus ab austro regnis Matamano & Malembâ; ab ortu lacu Zairo & Abissiniâ; à boreâ

regnis Macoco & Gabonâ; ab occaſu mari Congienſi, quod à ſeptentrione in meridiem extendimus à Capite S. Catharinæ ad uſque oram Caffariæ.

II. *Regni Congi conſtitutio.* Cœlum ſat torridum foret, niſi & ventis, & pluviâ temperaretur, quæ quotidie à menſe circiter Aprili ad Septembrem delabitur, cæteris menſibus anni abſque pluviâ abeuntibus. Solum pingue eſt, & dives armentis, pecoribus, omni avitii genere, frugibus, fructibus, herbis medicinalibus. Incolæ atri coloris ſunt, linteis goſſipinis communiter amicti, vaſtis muſculis, robore corporis gladiatorio, nummorum loco conchis & teſtis utuntur, humiles caſas habitant, ignari ferè Architecturæ, Artium, Diſciplinarum, quiſque ſibi eſt Medicus, nec imperitus Botanices. Pars illorum, qui degunt verſus oram maritimam, Chriſtianæ religioni addicta dicitur, ſed neque deſunt, in primis in tractu orientaliori, idololatræ, quibus inter alia Numina Terra, Sol & Luna enumerantur. Exterorum bona furtim lubentes auferunt, fœminæ parùm pudicæ ſunt, & albos depereunt.

III. *Ejus diviſio.* Regnum Congum varia Regna populoſque complectitur, inter quæ majoris nominis ſunt regnum Angolæ, Congum, Loangum, populi Galæ, & Anſicani. Hæc regna Regibus ſuis obediunt, qui *Mani*, id eſt Domini, appellantur, quo titulo & Provinciarum Præfecti inſigniuntur, addito ei diſcriminis ergò Provinciæ ſuæ cognomine. Nec mirum, diſtincta regna, populoſque regnum Congum concludere, cùm ejus aliquando aut partes fuerint, aut ex parte obnoxii, etiamnum conditionis ejuſdem, etiam in formâ regiminis.

IV. *Regnum Angolæ.* Regnum Angolæ, Gall. *Royaume d'Angola*, pars meridionaliſſima eſt regni Congi, ſitum inter regnum Matamanum, *Mataman*, ad auſtrum; Malembam ad ortum; regnum Congum ſtrictè acceptum ad boream, & mare Congienſe ad occaſum. Regum hoc aliàs Regi Congi ſubfuit, ejus (ita Robbe) etiamnum tributarium. Abundat elephantis, piſcibus, avibus, cryſtallo, marmore, gemmis, auro, argento, ære, aliiſque metallis. Præpotens eſt & populoſiſſimum, quippe quod inquiunt, ultra xv incolarum millia quotannis in piſtrina Hiſpanorum emittere. Carnem caninam Angolani bubulæ præferunt. Ejus urbes ſunt Benguela, *Benguela*, aliàs *Benguela nova*;

Urbes ad mare.

nova; Quiconga, *Quiconga*, ſeu *Quiconge*, & Benguela vetus, *Benguela Vielha*, juxta mare Congienſe. A mari in ortum vergunt Mochima, *Mochima* ſeu *Maohima*, penes ſeu ad fl. Coanzam; ſuperiùs ad idem flumen Maſſarganum, *Maſſirgan*, aliis *Maſſirgan*, & *Maſſagan*; Engaza, *Engaze*, aliter Dongum, *Dongo*, variis Angolæ præcipua, in ejus parte ſeptentrionali, & regni Congi confiniis. *Urbes à mari remota.*

V. *Populi Regni Congi: Gala.*

Inter lacum Aguilundam ad occaſum, & lacum Zairum ad ortum in montibus Solis, Gall. *Montagnes du Soleil*, nonnullæ Chartæ collocant Galas ſeu Gallas, populos, qui ſe frequenter nuncupant *Imban Gallas*, dicti regni Congi incolis *Giagnas*, *Giaquas*, & *Giaques*, prædones acerrimi, anthropophagi, oriundi ex Guineâ mediterraneâ, quorum pars partem Abiſſiniæ non exiguam, uti ſuprà meminimus, ſubjugavit. Oppida horum Galarum faciunt Sanſonus & Robbe Zairum, *Zaire*, ad lacum cognominem; Dangaram, *Dangar*, ſeu *Dagar*, ad eundem lacum, quà ex ipſo amnis Zairus egreditur; Vambam, *Vamba*, multò ſeptentrionaliorem, vix gradum remotam ab Æquatore in meridiem. Inter Galas ad ortum & regnum Loangum ad occaſum vivunt populi Anſicani, aliter Anzicani, ſeu Anzighi, Gall. *Anziques*, & *Anſiquains*, aliis *Antiquainers*, quorum regio Anzicana dicitur, ejuſdem cum Gallis indolis. *Anſicani.*

VI. *Regnum Congum; ubi*

Progredimur ad regnum Congum proprium, ſeu ſtrictè ſumptum, *Congo*, quod terminant ab ortu Galæ; à boreâ Anſicani, & regnum Loangum; ab occaſu mare Congienſe; ab auſtro regnum Angolæ. Plurimis irrigatur fluminibus, opulentum, cultum, fertile, olim longè amplius. Diſpeſcitur in ſex Provincias, Pangum, Sundum, Battam, Pembam, Bambam, & Sonium. Quatuor priores mediterraneæ ſunt, at penultima & ultima ad mare Congienſe extenduntur. Marchionatus Pangi, *Pango*, jacet ad auſtrum Anſicanorum, & à Zairo perfunditur, ejuſque oppida ſunt Cundium, *Cundi*, juxta Zairum; Pangum, *Pango*, caput Marchionatus; Angota, *Angote*. Ducatus Sundi, *Sunde*, *Sundi* & *Sundo*, Pango ab occaſu conterminus eſt, per quem & Zairus delabitur. Abundat metallis, etiam ferro, quod incolæ cæteris anteponunt. Sundum, ſeu Sunda, *Sunde*, prope *Marchionatus Pangi.* *Duc. Sundi.*

Zairum, Ducatui nomen imponit; auſtralior eſt Betequa, *Betequa*, & Irium, *Iri*. Sundum & Aguilundam lacum Ducatus Battæ, *Batta*, interjacet, cujus oppida ſunt Cangoua, *Cangou*, ſeu *Gongou*; Batta, *Batta*, caput, & Agiſymba, *Agiſymba*. Battæ ad occaſum proximus eſt Marchionatus Pembæ, *Pemba*, ubi Lelunda, *Lelunda*, ad fl. cognominem; Soteropolis, *S. Salvador*, incolis *Banza*, inferiùs juxta idem flumen, in colle, Regni primaria, ſedes Regis Chriſtiani & Epiſcopi; Pemba, *Pemba*. Poſt Provincias Congi mediterraneas ſequuntur duæ maritimæ, quarum meridionalior eſt Ducatus Bambæ, *Bamba*, dives elephantis, bubalis, cervis, tigridibus, zibethis, viperis, draconibus, aquilis, falconibus, pſittacis. Ejus oppida ſunt Urbs S. Pauli, *S. Paulo de Loanda*, ſeu *Loanda S. Paulo*, maritima, cum portu tuto & capace, ſub Portugallis, in inſulâ planâ, ſine monte & colle, ubi piſcatus concharum eſt, quæ per univerſum regnum pro nummis ſunt, & arbor, cujus rami tenuia filamenta demittunt, quæ ubi terram attigêre, mirâ propagandi aviditate in novas arbores excreſcunt; Motolum, *Motolo*, & Bamba, *Bamba*. Ad boream Bambæ eſt Comitatus Sonii, *Sogno*, ſeu *Songo*, cujus tractum meridionalem infima pars Zairi irrigat. Scatet inter alia animantia pſittacis viridibus & cinericiis, cercopithecis, ſimiis. Oppida ejus ſunt Sonhum, *Sonho*, juxta oſtium Zairi; Bommum, *Bommo*, ſeu *Bonimo*; Matinga, *Matinga*; Malemba, *Malemba*, portus.

Duc. Batta. *Marchionat. Pemba.* *Duc. Bamba.* *Com. Sonii.*

VII. *Regnum Loangum.* Reſtat ex regno Congo regnum Loangum, *Loango*, ſitum inter regnum Congum ſtrictè acceptum ad meridiem; populos Anſicanos ad ortum; regnum Biafaram ad boream, & mare Congienſe ad occaſum. Copiam habet eboris, arborum fructiferarum, inter quas palmæ, ex quibus oleum, vinum, & panem incolæ norunt conficere, item rerum omnium, quas humana vita deſiderat. Oppida ejus maritima ſunt Loangum, *Loango*, Regni, cui cognomentum imponit, clariſſimum; Sellaga, *Sellage*, ſeu *Sollage*; Quannium, *Quanni*; Majumba, *Majumba*. A mari diſtant Catta, *Katte*; Boecemeala, *Boecemeala*; & Setta, *Sette*.

Oppida ad mare. *A mari remota.*

VIII. *Regnum Biafara.* Supereſt ex parte maritimâ Inferioris Æthiopiæ pars tertia & ultima, regnum Biafara, cujus nomine quibuſdam venit omnis

Digitized by Google

omnis regio, quam limitat lacus & fluvius Niger ab ortu; à boreâ regnum Bornum & Zanfara; ab occaſu regnum Beninum, & ſinus D. Thomæ. Cœlum habet ſervidiſſimum, pluvium à menſe Aprili ad Auguſtum. Terra nutrit plurimas palmas, ex quibus vinum paratur, elephantos, bubalos, ſerpentes terribiles. Incolæ feri ſunt, prædones, magi, ſubdoli, inceſtuoſi, variis coloribus ſe inficiunt, Reges cretâ, ut formæ ſint magis ſpectabilis. Terram, arbores, lunam, ſolem, ipſumque Diabolum religioſè colunt.

IX. *Biafara Regna:*

Regna hìc benè multa ſunt, quorum quodlibet ab urbe præcipuâ nomen trahit, & ſub ſui Regis degit dominio, qui *Mani* ipſis appellatur. Ad ortum jacent regnum Macocum; *Macocum.* Giringbomba, cum oppidis ejuſdem nominis; item regnum *Giringbomba.* Medra, cujus oppida ſunt Guidanum, *Guidan*, ad occaſum *Medra.* lacûs Nigri; Medra, *Medra*, ad ſiniſtram Nigri ripam; Tebeldera, *Tebeldera*, in regni Zanfaræ limite. Plùs in occaſum vergunt regnum Biafara, propriè dictum, ubi oppida Biafara, *Biafara*, & Borca, *Borca*; nec non regnum Gabona, *Ga-* *Biafara.* *Gabona.* *bon*, ubi Gabona, *Gabon*; Coriſcum, *Coriſco*, ac Maceira, *Maceira*, proximè Æquatorem.

X. *Inſula contra Biafaram:*

Regno Biafaræ in ſinu D. Thomæ variæ objacent Inſulæ, quarum præcipuæ ſunt quatuor, ſub imperio Portugallorum. Duæ priores, quas recenſebimus, plùs diſtant à continente, quàm poſteriores. Omnium remotiſſima eſt Annobona, ſeu *I. Annobona.* Inſula anni boni, *Annobon*, ita Luſitanis appellata à primo anni die, quo ipſis detecta eſt. Magìs in ortum & ſeptentrionem *I. S. Thomæ.* vergit Inſula S. Thomæ, *Is. de S. Thomas*, à Luſitanis die feſto B. Thomæ inventa, ampla, formâ penè rotundâ, ſub Æquatore. Aer exteris parùm ſanus eſt, cujus fervorem pluvia & ros copioſus temperant. Fert ſaccharum, zingiber, mala aurea raræ magnitudinis, cucumeres, melones, ficus. Urbem habet ejuſdem nominis munitam, ad fluvium, caput Inſulæ, Præfecti ſedem, dictam aliàs *Pavoaſan*. Ab Æquatore in bo- *I. Principis.* ream abeunt Inſula Principis, *I. d. Prince*, Luſitanis hoc dicta nomine, quia reditus ejus Portugalliæ Principi aſſignabantur, inſulâ S. Thomæ minor, oblonga, culta, ferax ſacchari, ſani aëris, ubi & oppidum, & pagi aliquot. Hâc inſulâ major *I. Ferdinandi Poi.* eſt & vicinſſima continenti Inſula Ferdinandi Poi, ſeu Pai,

I. Fernando

Digitized by Google

I. Fernando Po, ſic nominata ab inventore, Inſulæ Principis non diſſimilis, cum aliquot pagis & arce. Explicitæ Inſulæ, & quæ inſuper in regno Congo Rex Portugalliæ poſſidet, in cauſâ ſunt, quare ſe Regem ſcribat citerioris lateris Oceani Africani.

CAPUT VIII.

Æthiopia Antiqua. Celebriora Æthiopiæ Flumina.

I. *Æthiopia ſub Ægypto.* VISA Æthiopia Hodierna, de Antiqua paucis dicamus. Æthiopiam antiqui diviſerunt in Æthiopiam ſub Ægypto, & Æthiopiam interiorem. Æthiopia ſub Ægypto reſpondet ferè hodiernæ Æthiopiæ ſuperiori ſeu interiori, ejuſque partes fuerunt Nubi, Æthiopia propriè dicta, Troglodytica, Azania & Barbaria. Nubi fuerunt juxta ripam Nili occiduam, ubi hodie maxima Pars Nubiæ; aliter tamen viſum Sanſoni, qui Nubos in Lybia interiore collocat. Æthiopia propriè dicta nunc Abiſſinia appellatur, in quâ erant Meroe, Niliaca inſula, regio Cinnamomifera ad Nili paludes, regio Myrrhifera, plùs ſita in ortum & ſeptentrionem, verſus Azaniam & Troglodyticam, & complures populi. Troglodytica extenſa fuit juxta longitudinem ad ſinum Arabicum, ab Ægypto ad Aromata promontorium, à multis populis inhabitata, dicta impræſentiarum Ora Abexia. Azania ad auſtrum erat Troglodyticæ, cujus loco jam Ora Ajana conſpicitur. Tandem Barbaria fuit, ubi hodie eſt Zanguebaria, & pars maris Æthiopici, quæ ipſam alluit, appellabatur Sinus Barbaricus, Pelagus Barbaricum, & Aſperum mare, ob frequentes ſyrtes & brevia.

II. *Æthiopia interior.* Pars altera antiquæ Æthiopiæ erat Æthiopia interior, quam nunc inferiorem ſeu exteriorem nuncupamus. In eâ fuerunt Anthropophagi Æthiopes, Agiſymba regio, & Heſperii Æthiopes. Anthropophagi Æthiopes ſiti erant ad auſtrum Barbariæ, ubi hodie Caffaria. Agiſymba regio partem inferioris Æthiopiæ tenuit, ubi in præſentia ſunt Monoemugi & Mono-

Digitized by Google

Monomotapæ Imperia. Denique Heſperii Æthiopes degerunt, ubi hodie eſt regnum Congum latè ſumptum, & pars regni Biafaræ, Æquatori propinquior.

III. *Æthiopia flumina.*

Superſunt celebriora Flumina Æthiopiæ, quæ exeunt in mare Mediterraneum, Cafferienſe, & Congienſe. In mare Mediterraneum exit Nilus, fluminum Æthiopiæ facilè princeps, quin Africæ totius celeberrimus. Dicitur Africanis *Nil*, Abiſſinis *Abanhi*. Fontes ejus ignorârunt antiqui, ſi non omnes, ſaltem plurimi, quin reperiri non poſſe ſibi imaginabantur; unde natum proverbium, Nili caput quærere. Ptolemæus, ut aliorum opiniones tranſeam, Nilum ſtatuit prodire trans Æquatorem ex duabus paludibus, occidentali & orientali, quæ nives à Lunæ montibus ſuſcipiunt, quos Tabulæ vulgò depingunt in confiniis Imperii Monoemugi, Abiſſiniæ & lacûs Zembreſi. Ab hâc ſententiâ non longè abit opinio, quæ univerſalem propemodùm adprobationem conſecuta eſt, contenditque Nilum oriri, aut è Lunæ montibus, aut è Zairo lacu, qui intra gradum v, & XIII latitudinis auſtralis conſtituitur, mox per occidentalem Abiſſiniam defluere, in limite Nubiæ Meroën parere, dein Nubiam flexuoſo fluxu dividere, & ultimùm Ægyptum.

Nilus, fl. maxis Mediterranei.

IV. *Sententia Recentiorum de Nilo.*

Qui Abiſſiniam in noſtro Hemiſphærio tantùm collocant, prorſùs aliam admittunt Nili originem, innixi Luſitanorum, aliorumque relationibus & diariis. Volunt Nilum ſcaturire in terrâ Sacahalâ, Provinciâ Gojamæ regni, partis occidentalis Abiſſiniæ, in ſolo campeſtri editis montibus circumdato, ubi exiguus lacus eſt, ex quo duo limpidi & profundi fontes ſcaturiunt, diſſiti ab Æquatore in boream ultra gradus XII, qui junctis aquis, & rivis lateralibus ditati, modicum flumen conſtituunt, quod primùm in orientem ſe movet, brevi in boream, ubi à dextrâ Gemam, *Gema*, recipit, verſo curſu in ortum, mox à ſiniſtrâ Keltia, *Kelti*, & paulò inferius Brantia, *Branti*, in ipſum influunt. Dein per cataractam minorem, & meridionalem tractum lacûs Dambeæ citra confuſionem aquarum devolvitur; ſuperato Lacu, admittit à dextrâ ex regno Gojamæ Gamalam, *Gamala*, & Abeam, *Abea*, ruit per cataractam majorem, infra quam à ſiniſtrâ ex Baga-

Fl. Gema. *Keltia.* *Brantia.* *Gamala.* *Abea.*

mederæ & Amaharæ Provinciarum confiniis deſcendit in ipſum
Fl. Baxila. Baxila, *Baxila*, atque ex confiniis Provinciæ Amaharæ at-
Ruecamus. que Olecæ Ruecamus, *Ruecam.* Poſt in auſtrum delabitur, præterfluitque Provincias Olecam, & Xaoam ſuperiorem & inferiorem. Tum in occaſum & ſenſim in ſeptentrionem contendit, Gafates, Bizamam & Gongaſam Provincias præterlabitur, ad fontes propiùs accedit, Gojamâ regno ferè circum undique irrigato, pergit ad provinciam
Malega. Faſculonam, infra quam aſſumit à ſiniſtrâ aquas Malegæ, *Maleg*, fluminis omnium, quæ hactenùs ipſi conjuncta ſunt, longè maximi. Poſtmodùm fertur per Nubiam, atque juxta oppidum Ialacum, ubi & Bugihi, ſeu Funchi, & Baloi
Tacazeus. populi, ei ſociatur à dextrâ Tacazeus, *Tacaze*, amplum flumen, oneratum aquis Marebi. Denique Ægyptum ingreditur, ipſamque ab auſtro in boream pervadit lento & ſinuoſo fluxu, admiſſo in ſuperiori parte à ſiniſtrâ ad ur-
Nubia. bem Aſnam Nubiâ flumine. Infra Memphim olim, nunc pagum ſeu oppidum Bulacam in duo ingentia brachia dividitur, quæ cum mari Ægyptio figuram triquetram, ſimilem Deltæ, efficiunt, cujus vertex infra Bulacam eſt, & baſis ad mare. Brachium occidentale ad urbem Roſettam in Ægyptium mare deſinit, & orientale ad Damiatam, quorum hoc in ſuo decurſu inter Bulacam & Damiatam in alterum brachium finditur, mare ſubiens ad *Brullos*; ex illo alveus manu ductus eſt Alexandriam, qui hìc ſeſe exonerat, longus triginta milliaria, & aquarum uno tantùm menſe dives intra vertentis anni curriculum.

V. Septem Nili Oſtia celebrârunt Mela, Strabo, Diodorus,
Nili Oſtia. Herodotus, & alii, quæ vocabantur, facto ab occaſu initio, Canopicum, aliàs Heracleoticum, Bolbiticum, Sebenniticum, Pathmeticum ſeu Phathmicum, Mendeſium, Taniticum & Peluſiacum. Ptolemæus inter oſtium Sebenniticum & Pathmeticum duo inſuper locat falſa Oſtia. Plinius quatuor enumerat falſa Oſtia, atque ideo huic XI, illi IX Nili oſtia admittuntur. Sed adeò à ſeſe mutata nunc regio Ægyptus eſt, ut nec hæc, nec iſta, nec illa inveniantur hodie, ſeu progreſſu temporis obſtructa & oppleta, ſeu tam exilia, ut nullius ſint nominis.

Intu-

Digitized by Google

Intumeſcit Nilus in Ægypto quotannis, cujus initium, teſte Meltonio, incidit in diem XII Junii juxta Cophtorum Kalendarium, ſeu diem XVII ejuſdem Menſis, St. Jul., quando parva admodùm incrementa ſunt; dein valdè augeſcit, adſurgitque ad multos cubitos, hinc agri Fluvio vicini primùm obruuntur, poſt remotiores, & tandem tota Ægypti planities, quæ ex terrâ ſiticuloſâ navigabilis evadit palus, ipſeque Nili alveus, cujus latitudo aliàs pluribus in locis vix ſtadio major eſt, ad ſtadia trecenta ſe diffundit, longiùs iturus, niſi montibus utrinque coerceretur. Quando incrementum Fluminis eſt in culmine, non ſtatim menſura ejus minuitur, ſed per dies complures in eodem libramento perſeverat. Tradunt Ægyptii, ſic refert Meltonius, detumeſcere Nilum ad diem XVII ſui Septembris, ſeu XXIV noſtri, & flumen ſenſim reſorberi à ſuo alveo. Limus, quem poſt inundationem relinquit, tellurem reddit fœcundiſſimam. Citiùs in Abiſſiniâ, quàm in Ægypto, Nilus ſolet intumeſcere, cujus curſus illic primùm ſegnis eſt, at deinceps, ubi intra alveum coarctatur, evadit celerrimus. Addunt, Nilum in initio ſuæ intumeſcentiæ viridi, poſtmodùm verò rubro colore imbui.

VI. *Nili intumeſcentia, & ex eâ fœcunditas.*

Viſo Nilo, ad fluvium Zamberam, *Zambere*, progredimur, qui in mare Caffrienſe ſe exonerat. Ejus fontes variæ Chartæ recentiores collocant in parte Imperii Monomotapæ, quæ ad meridiem eſt Tropici Capricorni, verſus confinia meridionalis Caffariæ, prope urbem Moſatam; hinc fluxum in ſeptentrionem dirigit, & primùm regnum Monomotapæ, dein regnum Butuæ irrigat, in lacum Zachafum incidit, ac per ipſum devolvitur. Lacu egreſſus, per regnum Butuæ in auſtrum properat, & parùm ſupra oppidum Gebagham in duo brachia ſcinditur, quorum quod ad dextram deflectit, Portugalli flumen Spiritûs Sancti appellârunt, quod per regnum Butuæ & Monomotapæ delabitur, Imperii ſedem alluit, & tandem ſubit orientalem partem Caffariæ, in quâ denuò in varia brachia diſtributum, per varia oſtia in dictum Mare effunditur. Alterum Zamberæ brachium, quod ad ſiniſtram deflectit, Tropicum Capricorni non ſuperat, & altero longè majus eſt,

VII. *Zambera, fl. maris Caffrienſis.*

Fl. Spiritus Sancti.

Fl. Zambra. ſervat intra Monomotapam Zamberæ nomen, at quando tractum Caffariæ orientalem ingreditur, nomen Cuamæ induit. Ita Robbe, à quo alii diſſentiunt, autumantque Zamberam non magis in Caffariâ, quàm Monomotapâ ſe nomine hoc exuere, & Zamberam ac Cuamam omninò diſtincta eſſe flumina.

VIII. *Fl. Maris Congienſis: Sunga. Coanza. Lelunda. Zairus.*

In mare Congienſe diverſa Flumina, poſtquam regnum Congum rigaverunt, delabuntur, inter quæ infimum locum non tenent Sunga, *Sunga*; Coança, ſeu Coanza, *Coanza*; Lelunda, *Lelunda*, quibus tamen longè illuſtrior eſt Zairus, *Zaire*, qui prodit ex lacu ejuſdem nominis, Galas & Anſicanos irrigat, atque per regnum Congum ſtrictè acceptum in mare Congienſe ad promontorium Palmarum, *P. de Palmarinho*, illabitur. Quinque milliarium latitudinem dicitur quibuſdam in locis obtinere, complures inſulas amplas & cultas efficit, crocodilos capit & hippopotamos, ab oſtio ejus ſurſùm, ſeu adverſo flumine, per milliaria aliquot navigabilis eſt, poſteà occurſantes undæ, quæ à cataractis ruunt magno impetu, progreſſum omnem impediunt. Tantam verò aquarum copiam in dictum Mare effundit, ut decem, atque interdùm ſedecim milliaribus (ita produnt) dulcedo ejus intaminata maneat. Perhibent, flumen Zairum, quin & minora Flumina Regni Congi, ſtato anni tempore, ad Nili exemplum, in terras vicinas exundare, quæ & plurimùm exinde fœcundantur. Sequitur primùm generalis Tabula Æthiopiæ, dein IV ſpeciales Æthiopiæ Superioris, & denique VI ſpeciales Inferioris Æthiopiæ.

ÆTHIO-

Digitized by Google

- ÆTHIOPIÆ *partes ſunt* 11:
  - Æthiopia Superior, in quâ
    - *Nubia.*
    - *Abiſſinia*, ubi
      - Inſula Meroë. Ximencha.
      - Ambiancantiva. Dambea.
      - Vangua. Damuta. Narea.
      - Zetia. Cafates. Goyama.
      - Agaga. Bagamidra.
      - Beleguanza. Amara.
      - Ambiama. Nova. Quara.
      - Fungium. Gavium.
      - Gazabela. Tirutum.
      - Gorga. Zaflana.
      - Gemena. Gora. Oxia. Xoa.
      - Fatigara. Dobaſia.
      - Angota. Trigemahona.
      - Barnagaſſia.
    - *Zanguebaria*, ubi
      - Ora Abexia.
      - Ora Ajana.
      - Zanguebaria.
    - *Inſulæ* contra Zanguebariam ſtrictè ſumptam,
      - Penda. Zanzibaria.
      - I. Sancti Rochi. Monſia.
      - I. Comeræ. Madagaſcaria.
      - I. Sanctæ Mariæ. Nazara.
      - I. Mauritii. I. Borbonia.
  - Æthiopia Inferior, in quâ
    - *Imper. Monoemugi*, ubi
      - Imperium Monoemugi.
      - Regnum Malemba.
    - *Imp. Monomotapæ*, ubi
      - Regnum Butuæ.
      - Regnum Monomotapæ.
    - *Caffaria*, ubi
      - Regnum Quiteva.
      - Regnum Zefala.
      - Regnum Sedanda.
      - Regnum Chicanga.
      - Terra Fumorum.
      - Terra Natalis.
      - Terra Deſertæ.
      - Caput Bonæ Spei.
    - *Regnum Congum*, ubi
      - Regnum Angolæ.
      - Populi Galæ.
      - Populi Anſicani.
      - Regnum Coangum.
      - Regnum Loangum.
    - *Regnum Biafara*, ubi
      - Regnum Macocum.
      - Regnum Gizingbomba.
      - Regnum Medra.
      - Regnum Biafara.
      - Regnum Gabona.
    - *Inſulæ* contra Biafaram,
      - Annobona. I. S. Thomæ.
      - I. Principis. I. Ferdinandi Poi

Digitized by Google

IV Tabulæ ſpeciales Superioris Æthiopiæ.

- I. Nubia, *in quâ*
  - Ad aut verſus Nilum, — Ialaca. Riſſa. Sula. Angimium. Nubia. Zaghaira. Gualua. Dancala. Cuſa. Gorhama.
  - Verſus aut ad flumen Nubiam, — Sababa. Mathana. Omocum. Coala. Tagua. Samma. Tamalma.
  - Inter flumina Nubiam & Nilum, — Saloma. Demba. Darganum. Dagra. Damocla. Iadia. Zigida.
- II. Abiſſinia, *in quâ*, juxta vulgares Chartas,
  - Ad Occaſum,
    - *Inſula Meroë*, — Eſera. Surahoeſium.
    - *Ximencha*, — Amaſa. Syra.
    - *Ambiancantiva*, — Ambiancantiva.
    - *Dambea*, — Dambea. Chedaſſania.
    - *Vangua*, — Maitagazium. Vangua.
    - *Damuta*, — Guga. Coda. Dumuta.
  - In Medio,
    - *Narea.*
    - *Zetia*, — Zetia.
    - *Caſates*, — Caſates.
    - *Goyama.*
    - *Agaga*, — Agaga.
    - *Bagamidra*, — Azuga. Therua. Ambadara. Sova. Baza. Ermira. Azuga. Machada.
    - *Beleguanza*, — Beleguanza,
    - *Amara*, — Amara.
    - *Ambiama*, — Ambiama.
    - *Nova*, — Nova.
    - *Quara*, — Quara.
    - *Fungium*, — Fungium.
    - *Gavium*, — Gavium.
    - *Gazabela*, — Gazabela.
    - *Tirutum*, — Tirutum.
    - *Gorga*, — Gorga.
    - *Zaſiana*, — Zaſiana.
    - *Gemena*, — Gemena.
  - Ad Ortum,
    - *Gora.*
    - *Oxia.*
    - *Xoa.*
    - *Fatigara.*
    - *Dobaſſa*, — Dobaſſi.
    - *Angota*, — Angotina. Olabium. Iugabella. Bagana. Angota. Betmaria.
    - *Trigemahona*, — Manadella. Corcora. Belleta. Agrum. Sabaina. Chaxumum.
    - *Barnagaſſa*, — Zama. Baros. Emacenum.

III. Zangue-

Digitized by Google

- III. Zanguebaria, *in quâ*
  - Ora Abexia, ubi
    - *Ad boream,*
      - Suaquena. Ins. Suaquena.
      - Ercocum. Ins. Mazua.
    - *Ad auſtr. R. Dangalum,*
      - Degibeldara.
      - Degibelcora. Vella.
  - Ora Ajana, ubi
    - *Regnum Adela,*
      - Zeila. Barbora. Meta.
      - Salira. Dardura.
      - Aromata, *Promontorium.*
      - Inſula Dioſcoridis.
      - Tallara. Azuma.
      - Carfura. Aſumum.
      - Camara. Velha.
      - Novecara. Comuzara.
      - Adela. Ara. Maura.
    - *Regnum Adea,*
      - Zacheta. Orgabra.
      - Barrabos. Quilmanca.
      - Lacus & Ins. Monachorum.
      - Hugara. Bandelum.
      - Magadoxa. Brava.
  - Zanguebaria, ubi
    - *Regnum Chelicia,* Chelicia.
    - *Regnum Pata,* Pata.
    - *Regnum Lamonum,* Lamonum.
    - *Regnum Melinda,*
      - Oya. Gazza.
      - Melinda.
    - *Regnum Monbacia*
      - Butuapa. Oygna.
      - Monbacia.
    - *Regnum Quiloa,*
      - Similum.
      - Camua. Sabia.
      - Quiloa. Xangum.
    - *Regnum Moſambicum,*
      - Querimba. Serincapa.
      - Pinda. Moſambicum.
    - *Regnum Mongalum,*
      - Angoſcia. Dudum.
      - Monia. Quiloana.
      - Mongalum.
- IV. Inſulæ, *contra Zanguebariam ſtrictè ſumptam,*
  - Viciniores,
    - *Penda.*
    - *Zanzibaria.*
    - *I. Sancti Rochi.*
    - *Monfia.*
    - *I. Comeræ,*
      - Inſula Gafidſa. I. Aliola.
      - I. Angovana. I. Mayotta.
      - Inſula Cenbracaſa.
  - Remotiores,
    - *Madagaſcaria,*
      - Fanshera. Caſtrum Delphini.
      - Portus Tonobaia.
      - Portus Sancti Auguſtini.
      - P. S. Jacobi. P. S. Vincentii.
      - P. S. Andreæ. P. Rotundus.
      - P. Cacambutus. P. Mannajara.
      - Portus Manapatanum.
    - *I. Sanctæ Mariæ.*
    - *Nazara.*
    - *I. Mauritii.*
    - *I. Borbonia.*
      - Portus Sancti Pauli.
      - P. S. Dionyſii.
      - P. Aſſumptionis.

VI. Tabulæ

VI. Tabulæ ſpeciales Inferioris Æthiopiæ.

- **I. Imperium Monoemugi**, *in quo*
  - Imp. Monoemugi, ubi
    - *Ad Ortum*; Gamba. Aſtagoa. Agaga. Camura. Beiſa.
    - *Ad Occaſum*; Bagamectum. Zembreſus.
  - Regn. Malemba, ubi ad Lacum Zembreſum; Debſana. Metium.
- **II. Imperium Monomotapæ**, *in quo*
  - Regnum Butuæ, ubi
    - *Ad Boream*; Carma. Gallila. Zera. Dobdala. Armeta. Maitagaſium. Bera. Gebegha. Butua. Amara.
    - *Ad Auſtrum*; Hagala. Quiticnia. Bafarum. Tralſum. Zimbra.
  - R. Monomotapæ, ubi
    - *Ad Occaſum*; Garua. Moſara.
    - *Ad Ortum*; Vallonta. Belegura. Ioureſa. Zedara. Monomotapa. Fuggium. Moggira. Agrafeda.
- **III. Caffaria**, *in quâ*,
  - Ad Ortum,
    - *Regnum Quiteva*; Quiteva.
    - *Regnum Zefala*; Zefala.
    - *Regnum Sedanda.*
    - *Regnum Chicanga.*
    - *Terra Fumorum.*
    - *Terra Natalis.*
  - Ad Auſtrum,
    - *Terra Deſerta.*
    - *Caput Bonæ Spei*; Caſtrum. Sinus & mons Menſæ.
  - Ad Occaſum,
    - *Regnum Cimbebarum*; Caput Nigrum.
    - *Regnum Malembæ.*
    - *Ins. contra hanc Caffar.*; S. Helena Nova. Sancta Helena.
- **IV. Regnum Congum**, *in quo*
  - Regnum Angolæ,
    - *Ad ſeu prope Mare*; Benguela. Quiconga. Benguela vetus.
    - *A Mari diſtant*; Mochima. Maſſarganum. Engaza.
  - Populi,
    - *Galæ*, *Anſicani*; Zairus. Dangara. Vamba.
  - Regnum Congum,
    - *Marchionatus Pangi*; Cundium. Pangium. Angota.
    - *Ducatus Sundi*; Sundum. Berequa. Irium.
    - *Ducatus Battæ*; Cangoua. Batta. Agiſymba.
    - *Marchionatus Pembæ*; Lelunda. Soteropolis. Pemba.
    - *Ducatus Bambæ*; Urbs S. Pauli. Motolum.
    - *Comitatus Sonii*; Sonhum. Bommum. Matinga. Malemba.
  - Regnum Loangum,
    - *Ad Mare*; Loangum. Sellaga. Quinnium. Majumba.
    - *A Mari diſtant*; Catta. Boeemeala. Setta.

V. Regnum

Digitized by Google

Ligne Æquinoctiale ou Æquateur
OCEAN ATLANTIQUE
OCEAN ATLANTIQUE ou MER
Cabo das Palmas
Cabo de Tres Puntas
S. Giorge del Mina
Canaria
Tombotu
Gago
Guber
Zanhaga
Zuenziga
Agades
Tocrur
Gen-choa
Mandin-ga
Melli
Sierra Liona
Gambia R.
Rio Grande
Barbarie
Biledulgerid
Desarta
Targa
Tesset
Tombut
Cassali
Gandia
Hoden
Cutumbo
Berissa
Maranna
Agadez
Ghir
Deghir
Gogdoma
Azaoad
Putzus Araoan
Putzus Aabad
Putzus Nair
Igueidum
Tegassa
Fulli
Habedesse
Caregoli
Patesseu
Jura
Casa
Bugos
Malla
Labore
Iame
Acara
Acanes
Cabo Verde
C. Blanco
Senega R.
Gambia R.
Zahara
Guata
Ifrena
Beni
Darha
Tafilet
Fez
Tremecen
Algeria
Marocchi
Segelmessa
Tedla
Palma
Tenerissa
Gomera
Ferro
Non
Guadenum
Archa
Tegorarin
Tegorarin
Tegorarin

AFRIQUE ou LIBIE
ULTERIEURE ou sont
LE SAARA ou DESERT.
LE PAYS DES NEGRES
LA GUINÉE, &c.
Par N. Sanson Geogr.
ordinaire du Roy
BARCA
DESERT
GERID.
DE BARCA
Berdoa
Tropique du Cancer
BERDOA
SERTE
BORNO
Borno
NUBIA
Gangara
Kaucha
Amasen
Zanfara
Zegzeg
Zaadie
Ziqide
Tiboldera
BENIN
Benin
Budis
BIAFARA
Biafara
REGNUM
Berca
Cabo Fermoso
I. de Fernando Poo
I. d. Prince
I. d. S. Thomas
Corisco
Maceira
30
35
40
45
50
55
30
25
20
15
10
5

Digitized by Google

Golfe de Cochinchine
CHINE
Manille
Luçon
Midy
Mille Pas Geometriques
Tabaco Miguel
Tabaco Xima
Isles Babuyanes
C. del Engano
C. Baiador
Pointe de Paxaras
Isles Bashi
Isles Formosa
Isles Rove Magos
C. de Liampo
I. de Fuego
Isles Lequeio Grande
I. de Lanquin
Chapoſi
Arrecifa
Olaqio
Golfe de Cochinchine
Sinus Cochinchinæ
Cauchinchina
Cambodia
Champa
Ciampa
Quinam
Tunquin
Kiamnay
Cauchin China
Cochin China
Chaccian
Paulo
Aynam
Hoi An
Cinoa
Pulo Cambir
Pulo Cambelan
Pulo Condor
Cambelan
Pulo Timoan
Pulo Timoanbesar
Pulo Timoanlaut
Pulo Aor
Pulo Tinga
Pulo Pinang
Pulo Lingin
Pulo Capas
Pulo Capas Lingin
Pulo Capas Kecil
Pulo Capas Besar
Pulo Capas Tengah
Pulo Capas Utara
Pulo Capas Selatan
Pulo Capas Barat
Pulo Capas Timur
Pulo Capas Laut
Pulo Capas Darat
Pulo Capas Pantai
Pulo Capas Gunung
Pulo Capas Hutan
Pulo Capas Sungai
Pulo Capas Danau
Pulo Capas Rawa
Pulo Capas Bukit
Pulo Capas Lembah
Pulo Capas Gua
Pulo Capas Air Terjun
Pulo Capas Mata Air
Pulo Capas Sumur
Pulo Capas Kolam
Pulo Capas Waduk
Pulo Capas Bendungan
Pulo Capas Irigasi
Pulo Capas Drainase
Pulo Capas Reklamasi
Pulo Capas Konservasi
Pulo Capas Rehabilitasi
Pulo Capas Restorasi
Pulo Capas Pemeliharaan
Pulo Capas Perbaikan
Pulo Capas Peningkatan
Pulo Capas Pengembangan
Pulo Capas Pembangunan
Pulo Capas Pembaharuan
Pulo Capas Perubahan
Pulo Capas Transformasi
Pulo Capas Modernisasi
Pulo Capas Inovasi
Pulo Capas Kreasi
Pulo Capas Invensi
Pulo Capas Penemuan
Pulo Capas Penciptaan
Pulo Capas Penyempurnaan
Pulo Capas Penyelesaian
Pulo Capas Penutup
Pulo Capas Akhir
Pulo Capas Awal
Pulo Capas Mula
Pulo Capas Asal
Pulo Capas Sumber
Pulo Capas Hulu
Pulo Capas Hilir
Pulo Capas Muara
Pulo Capas Delta
Pulo Capas Estuari
Pulo Capas Teluk
Pulo Capas Selat
Pulo Capas Tanjung
Pulo Capas Semenanjung
Pulo Capas Pulau
Pulo Capas Kepulauan
Pulo Capas Archipelago
Pulo Capas Laut
Pulo Capas Samudra
Pulo Capas Benua
Pulo Capas Dunia
Pulo Capas Bumi
Pulo Capas Planet
Pulo Capas Tata Surya
Pulo Capas Galaksi
Pulo Capas Alam Semesta
Pulo Capas Kosmos
Pulo Capas Ruang
Pulo Capas Waktu
Pulo Capas Abadi
Pulo Capas Selamanya
Pulo Capas Kekal
Pulo Capas Tak Terbatas
Pulo Capas Tak Berujung
Pulo Capas Tak Berakhir
Pulo Capas Tak Berhenti
Pulo Capas Tak Berubah
Pulo Capas Tak Berganti
Pulo Capas Tak Berpindah
Pulo Capas Tak Bergerak
Pulo Capas Tak Bergeser
Pulo Capas Tak Berputar
Pulo Capas Tak Berayun
Pulo Capas Tak Bergoyang
Pulo Capas Tak Bergetar
Pulo Capas Tak Berguncang
Pulo Capas Tak Bergemuruh
Pulo Capas Tak Bergemerincing
Pulo Capas Tak Bergemerisik
Pulo Capas Tak Bergemerlap
Pulo Capas Tak Bergemerlapan
Pulo Capas Tak Bergemerlapan
Pulo Capas Tak Bergemerlapan

ROYAVME
de la
CHINE
Par V. Sanson
d'Abbeville. Geogr.
du Roy.

CATHAY.

MER DE CHINE

Golfe de Nanquin

COREY.

HONAN.

PEKIN

SCIE

ANTOON

ANSI.

SCHENSI.

Tibet

Tartarie

Occident

Orient

Digitized by Google

- V. Regnum Biafara, *in quo*
  - Ad Ortum,
    - *Regnum Macocum*, — Macocum.
    - *Regn. Giringbomba*, — Giringbomba.
    - *Regnum Medra*, — Guidanum. Medra. Tebeldera.
  - Ad Occaſum,
    - *Regnum Biafara*, — Biafara. Borca.
    - *Regnum Gabona*, — Gabona. Coriſcum. Macuira.
- VI. Inſulæ *contra Biafaram*,
  - Remotiores, — *Annobona.* *I. S. Thomæ*, — Urbs S. Thomæ.
  - Propinquiores, — *I. Principis.* *I. Ferdinandi Poi.*
- Flumina Æthiopiæ *celebriora exeunt in mare*
  - Mediterraneum, — Nilus, vehens — Gemam. Keldam. Brantiam. Gamalam. Abeam. Baxilam. Ruecamum. Malegam. Tacazeum. Nubiam.
  - Caffrienſe, — Zambera, diviſa in — Fl. Spiritûs Sancti Et Zamberam.
  - Congienſe, — *Sunga.* *Coanſa.* *Lelunda.* *Zairus.*

CAPUT IX.

Guinea.

I. *Guinea limites & ſitus.*

VISIS Ægypto, & Æthiopiâ, quæ partem Africæ orientalem & meridionalem conſtituunt, ad partem ejus occidentalem progredimur, in quâ ſe primùm offert Guinea, Gall. *Guinée*, quam partem Terræ Nigritarum aliqui faciunt. Portugallis ſub Guineæ nomine etiam regna Congi & Angolæ comprehenduntur, quæ Guineam Inferiorem nuncupant, uti Superiorem, quæ aliis Guinea ſimpliciter appellatur. Guineam limitat ab ortu regnum Biafara, à quâ fl. *Camarones* ipſam ex parte dividit; à boreâ Terra Nigritarum; ab occaſu & auſtro mare Guineenſe, ubi perpetua ferè malacia dominatur, quam tamen ſubinde turbant Ecnephiæ, venti ſubitanei & impetuoſiſſimi, Portugallis *Tra-*

vados. Proinde minimè mirum eſt, Nautas Guineæ littora tantoperè fugere, quando ex Europâ Indiam petunt, aut domum ex Indiâ revertuntur. Nam non rarò integrum menſem hìc hærent, antequam à littore abducuntur. Sita eſt Guinea intra gradum IV & XII Latitudinis ſeptentrionalis, & intra gradum circiter IX & XXXVIII Longitudinis, nullibi anguſtior, quàm in parte occiduâ regni Benini, & Maleguettæ.

II. *Guineæ conſtitutio.* Cœlum, quod tradita latitudo ſatis edocet, torridum eſt, parùm Europæis ſalubre, ob æſtum & frequentes pluvias, quæ putredinem & vermes pariunt, qui vel in ipſis corporibus humanis naſcuntur longiſſimi, quos apprehenſos per cutem ſenſim ſolent extrahere. Solum fertile eſt, abundatque oryzâ, hordeo, goſſipio, ſpecie aromatis, piperi non abſimili, dactylis, palmis, è quarum inciſo trunco lachryma manat, vino quovis generoſo meracior, colore ſubcinericio, qui lactis ſerum repræſentat. Ingentem habet copiam elephantorum, atque adeo eboris, cujus hìc ingens mercatus eſt, apum, ceræ, ſimiarum & cercopithecorum, qui perquàm gnavi ſunt, & induſtrii, pavonum, pſittacorum coloris cinericii, piſcium, nec deſunt leopardi, tigrides, diverſiſſimaque pecora. Aurum fodinæ non tantùm, ſed & littus, & flumina ſubminiſtrant. Color incolis nigerrimus eſt, nudi agunt procul pudore, ingenioſi, fraudulenti, rapaces, tumidi, robuſti, deſides, longævi, cupidi mercaturæ, crudas carnes, ipſaque avium inteſtina expetunt, intemperantes, fœminæ Europæos efflictìm depereunt, plurimi ſub dio aut in caſis ſparſim degunt, nares & labia ebore ornant, fœminæ ditiores crura annulis ex ferro, ſtanno, ære. Moneta aurea, quâ utuntur, nullâ inſcriptione inſignita eſt. Plurimi gentiliſmo, aliqui & Chriſtianiſmo addicti ſunt. Diverſis Guinea obedit Regibus, ſuaſque hìc habent Colonias varii Europæi, in primis Belgæ. Rex Portugalliæ ſe Dominum Guineæ ſcribit, ſed hodie nihil hìc poſſidet, quod alicujus eſt nominis. Frequenter ex Guineâ in Americam ingens ſervorum ſervarumque copia tranſportatur, duriſſimis addicta laboribus, quos ut evitent plurimi, in ipſo trajectu Oceani in ipſum ſe præcipitant.

III. *Guinea diviſa.* Communiter Guinea in tres partes dividitur, Regnum Beninum, Guineam propriam & Maleguettam. Regnum Beninum,

nium, Gall. *Royaume de Benin*, pars est Guineæ orientalissima, quam ab ortu fluvius *Camerones* & regnum Biafara terminant; à boreâ terra Nigritarum; ab occasu Guinea propria; ab austro Sinus regni Benini, Gall. *Golfe de Benin*, & S. Thomæ, *Golfe de S. Thomas*. Rex hujus Regni præpotens est, ipsique complura regna obediunt. Dispescimus illud in partem orientalem & occidentalem. Illa regnum Biafaram seu fl. *Camarones*, & fl. Beninum interjacet, & salubrioris cœli dicitur, in quâ jacent Badisa, *Badis*, seu *Budis*; Coffum, *Coffo* seu *Cossо*, juxta fl. Beninum; Beninum, *Benin*, inferiùs, urbs celebris, totius Guineæ maxima cultissimaque, quam dictus Fluvius juxta complures chartas bipartitur, caput regni cognominis; Agottona, *Agotton*, seu *Agaton*, inferiùs juxta ripam oppositam, uti & Aroba, *Arobe*, seu *Arobon*. Plùs in ortum vergit Ouvera, *Ouwerre*, præcipua Regni ejusdem nominis, cui Christianos plures inesse perhibent. Mari propinquiora sunt Bellium, *Belli*; Calabarium, *Calabari*, seu *Calabarry*, juxta dextram ripam fluminis, dicti *R. Real de Calabari*; Bonum; *Boni*; Hodum, *Hodi*, seu *Bodi*; Focum, *Focko*; Caput Formosum, *Cabo Formosa*, medium inter sinum S. Thomæ & Benini; Loebum, *Loebo*, ad ostium fl. Benini. In parte Occidentali regni Benini, quæ inter fl. Beninum & Guineam propriam media est, sunt Odium, *Ody*; Curamum, *Curamo*, utrumque ad Lacum Curamensem, *Curamo L.*, cujus ambitus dicitur quinquaginta leucas superare; Daroera, *Daroera*; Ardra, *Ardra* seu *Ardar*, incolis etiam *Assem*, caput regni cognominis; Foulanum, *Foulaen*, & Popuum, *Popou*.

Regnum Beninum.

Ejus pars orientalis.

Pars occidentalis.

Pars secunda Guineæ, omnium maxima & nobilissima, est Guinea propria, aliàs Guinea simpliciter, regni titulo illustris, cujus Imperator potentissimus est, ejusque vectigales & tributarii sunt multi Reges & Principes. Ipsi ad ortum regnum Beninum conterminum est; ad boream Terra Nigritarum; ad occasum Maleguetta; ad austrum mare Guineense. Dividimus Guineam propriam in partem orientalem & occidentalem. Pars orientalis media est inter regnum Beninum ad ortum, & flumen *Mancu*, Sansoni *Manen*, ad occasum, quod juxta urbem Aximum, & ad occidentem Promontorii, quod *Cabo de 3 Puntas* nuncupant, in mare Guineense

IV. *Guinea propria.*

Ejus pars orientalis.

ſe exonerat. Hujus Partis tractus maritimus Ora Aurea; Belg. de *Gond Kuſt* appellatur, petito ab auri abundantiâ nomine. In ipſâ occurrunt Laya, *Laye*; Pompena, *Pompeno*; Chriſtianoburgum, *Chriſtianburg*, ſub Danis; Cincum, *Cinko*; Accara, *Akra*, urbis & regni nomen; Bercua, *Berku*, & *Barku*; Cormantinum, *Cormantin*, ſeu *Cormentyn*, ſub Belgis; Moura, ſeu Arx Naſſovia, *Mouree*, ſeu *'t Fort Naſſou*, munita, cum portu commodiſſimo, ſub iiſdem, à quibus & extructa eſt; Caput Corſum, *C. Corſo*, arx, teſte Baudrando, ſub Anglis, quam Belgis Leutholfius attribuit; Arx S. Georgii de Mina, *S. George del Mina*, condita à Portugallis, & ſub imperio Belgarum; Commendum, *Commendo*, urbis & regni nomen; Anta, *Ante*; Aximum, *Atchim*, *Atſim* & *Axem*, urbis & regni nomen, ſub Belgis, ad oſtium fl. *Mancu*; Buma, *Bumas*; Fetum, *Fetu*, ſeu *Futu*, urbis & regni nomen; uti & Fantinum, *Fantin*, ſeu *Fanty*, ac Sabum, *Sabou*. Multùm à mari diſtant Aduſa, *Adus*; Aboraſa, *Aboraas*, ad fl. Voltam; Dauma, *Dauma*; Acaneum parvum, *Acanes Pequenos*, Baudrando *Acanes petit*, urbis & regni nomen; Acaneum majus, *Acanes major*, Gall. *Acanes Grandes*; Ocanum, *Ocanu*, ſeu *Ocaun*, ad fl. *Mancu*; inferiùs Catamanum, *Catamanu*, & *Catamany*, ac Fanum S. Laurentii, *S. Lourenco*. Pars occidentalis Guineæ propriæ habet fluvium *Mancu* ad ortum & Maleguettam ad occaſum. In ejus tractu ſeptentrionali, ſeu mediterraneo jacent Bruma; *Brum*; Parigoma, *Parigom*; Uxoum, *Uxoo*; Labora, *Labore*; Iamum, *Iamo*; Alderradra, *Alderrada*; Bacoreſa, *Bacorees*, & *Bacerets*. Tractus meridionalis ſeu maritimus hujus partis Guineæ dicitur Ora Dentium, Belg. *Tandt Kuſt*, cui eboris abundantia nomen impoſuit; item, teſte Baudrando, *Quaquacuſt*, & juxta Atlantem marinum *Quaquaas*. Partem Oræ Dentium, quæ in ortum vergit, nominant aliqui Oram Bonorum Incolarum, *Coſta de Bonegens*, uti quæ vergit in occaſum, *Coſta de Malegens*. In Orâ Dentium ſunt Boggia, *Bogia*; Tabbum, *Tabbo*, ſeu *Tobbo*; Aſſina, *Aſſine*; Corbium, *Corby*; Petoja, *Petoy*, ſeu *Berby*; Tabum, *Tabo*; Grovalum, *Growaly*, ſeu *Gruwaly*, quod Maleguettæ attribuunt alii, juxta promontorium Palmarum, *Cabo das Palmas*. Habitant in Orâ Dentium populi Adaovi, *Adaows*.

Pars occidentalis Guineæ propriæ.

Sequi-

Digitized by Google

Sequitur Pars tertia Guineæ, minima & occidentaliſſima, Maleguetta, aliis Malagueta, & Melegetta, *Malaguette*, ſic Luſitanis appellata à ſpecie quadam aromatis, ſapore piperis non diſſimili, quæ ubertim hìc provenit, & non rarò efficacior eſt Calicutiano pipere. Pars Maleguettæ orientalior Belgis *de Greyn Cuſt* dicitur. Sita eſt Maleguetta inter Guineam propriam ad ortum; Terram Nigritarum ad boream, à quâ per Leonum Montem, Luſit. *Sierra Leona*, dividitur; mare Guineenſe ad occaſum, & auſtrum. Maleguettam, quæ ad figuram triangularem accedit, varii populi incolunt, nec uni Principi obedit, ſed pluribus. Ad littus auſtrale occurrunt grandis Settera, *Grand Setera*; Croua, *Croa*; Settera, *Settera*; Salyma ſeu Sulyma, *Sulyme*; parva Deppa, *Petit Deppe*; Falyhamaja, *Faly-Hamaya*; Maſſaga, *Maſſagh*, & Iegvonga, *Iegwonga*. Litrori occiduo propinquiores ſunt Bagga, *Bagga*; Timaa, *Timaa*; Bugos, juxta oſtium Fluvii Montis Leonum, & Caput montis Leænæ, *Rio* & *Cabo di Sierra Liona*, eximiæ altitudinis, quod nubibus ſemper obductum eſt, & ad quod ingentes ſtrepitus audiuntur. Hoc oppidum aliquibus præcipuum eſt Regni montis Leonum. Sequitur Guineæ Tabula.

V. *Maleguette.*

Oppida ad auſtrum.

Oppida ad occaſum.



Digitized by Google

CAPUT X.

Nigritia.

I. *Nigritiæ nomen, limites, situs.*

POST Guineam se offert Nigritia, dicta aliàs Terra seu Regio Nigritarum, Gall. *Pays des Negres*, Belg. *'t Land der Negres*, item *Swarten*, seu *Mooren*. Sic juxta quosdam appellatur à Nigro flumine; at malunt alii, Nigrum & Nigritiam nomen à Nigritarum colore accepisse. Limitat ipsam à meridie Guinea & Biafara; ab ortu & septentrione Sarra; ab occasu mare Promontorii Viridis, sive Atlanticum. Diffundit se à gradu circiter tertio ad gradum quadragesimum quintum, seu sextum longitudinis, sed longè minùs ab austro in boream. Ad mare Atlanticum, ubi latissima est, à gradu octavo Latitudinis borealis ad aut proximè Tropicum Cancri extenditur.

II. *Constitutio.*

Cœlum, etsi insignitè calidum, salubre est. Solum variat. Pars, quæ ad Nigrum accedit, ob hujus fœcundationem sat pinguis & læta est. Habet armenta, agros pascuos, fruges, oryzam, linum, gossipium, mel, aromata, frugiferas arbores, inter quas palmæ, ex quibus vini genus conficitur. Pars Nigritiæ à Nigro remotior parùm culta est, quandoquidem perpetuo æstu torretur, & aquarum laborat penuriâ. Porrò auri & æris fodinas hæc Terra continet, nec ebore destituitur. Nigritæ dicuntur robusti, desides, meticulosi, impudici, artium & scientiarum prorsùs nescii. Solent non tantùm vicinos, quos ceperunt, divendere, ac maleficos, sed & parentes liberos, & mariti uxores Hispanis, Portugallis, aliisve Europæis, qui eos in insulas Canarias, Americam, aut insulas ejus transportant, durissimis cruciandos laboribus. Partìm Muhamedani sunt, partìm idololatræ, hostes Judæorum infensissimi.

III. *Divisio.*

Nigritiam tripartimur. Pars ejus jacet cis flumen Nigrum, Pars trans Nigrum, Pars inter Nigri alveos. Quæque diversa regna complectitur, denominata ferè à præcipuis urbibus. Reges, in suo quisque regno, absolutum tenent imperium in subditos.

In

IV. *Pars Nigritiæ cis Nigrum, ubi Regna ollo:*

In parte Nigritiæ, quæ jacet cis Nigrum, seu ab eo vergit in meridiem, aliqui octo regna numerant, quæ appellantur Biafara, Mellum, Souforum, Mandinga, Gagum, Guberum, Zegzegum, & Zanfara. Alii Biafaram collocant inter regna, quæ inter Nigri sunt alveos. Sunt quoque, qui regnum Souforum prætereunt, atque hinc illis septem, & his sex tantùm statuuntur regna in hâc parte Nigritiæ. Primis quando nos jungimus, occurrit, ducto ab occasu initio, regnum Biafara, cujus populi Biafari, *Biafares*, nominantur. In eâ, Sanfono teste, sunt Besegua, *Besegue*, regni titulo illustris, quo etiam ornantur Biguba, seu Buguba, *Buguba*, insula ad ostium alvei australissimi Nigri, quem Fluvium grandem, *Rio Grande*, nuncupant, & Guinala, *Guinala*, superiùs ad eundem Fl., quà in ipsum fl. Gninola seu Guinola delabitur. Regnum Mellum, *Melli*, orientalius est, affluens gossipio, uvis solem passis, dactylis. In ejus tractu meridionali est Mons Leonum, Lusit. *Sierra Liona*, eximiæ altitudinis. Melli incolæ dicuntur pro monetâ cochleas adhibere. Inter ejus urbes varii ponunt Cantorium, *Cantory*, caput regni Cantorii, locatum, quâ parte Niger primùm in duo brachia se distribuit. Sunt quibus hoc regnum à regno Mello distinctum est; ab aliis Cantorium regno Mandingæ assignatur. Plùs ad austrum accedunt Beria, *Beria*, & Mellum, *Melli*, Regni metropolis, vasta, populosa. Regnum Souforum Maleguettam & Mandingam interjacet. Scatet sylvis & montibus, neque expers est fluminum. Populi Souli, *Soufos*, seu *Soufes* appellantur. Hoc Regnum vincit magnitudine regnum Mandinga, *Mandingue*, auri dives, ejusque urbes sunt Mandinga, *Mandingue*, ampla, Regni caput, & Tocrura, *Tocrur*, ad Nigrum. Mandingæ ad ortum proximum est regnum Gagum, *Gago*, ubi copia pecoris, frugum, fructuum, orizæ atque metalli nobilissimi. Sale non gaudet, nisi quod importatur. Inter urbes præstant Caceræ Bonæ, *Caceres Bonaes*; Gagum, *Gago*, præcipua; Tombium, *Tombi*, ad Nigrum, atque superiùs Davum, *Dau*. Gago angustius est regnum Guberum, *Guber*, sylvigerum, ejusque urbes sunt Malela, *Malel*, seu *Malet*, versus confinia regni Gagi, ad Nigrum, sive ripam meridionalem lacûs Guardæ, & Guberum, *Guber*, australior atque nobilior.

R. *Biafara.*

R. *Mellum.*

R. *Souforum.*

R. *Mandinga.*

R. *Gagum.*

R. *Guberum.*

Digitized by Google

R. Zegzegum. bilior. Regnum Zegzegum, *Zegzeg*, inter Nigrum ac regnum Beninum medium eſt, & multos equos progenerat. Ejus urbes ſunt Zegzegum, *Zegzeg*, in medio regno, clariſſima, & Chanara, *Chanara*, ad Nigrum. Traditis regnis orientalius & majus eſt regnum Zanfara, *Zanfara*, equis abundans, in quâ Urbs Regni caput, nec non Deſertum ejuſdem nominis. Reghebila, *Reghebil*, Nigro propinqua eſt.

R. Zanfara.

V.

Pars Nigritiæ trans Nigrum, ubi Regna ſeptem:

Viſâ parte Nigritiæ, quæ cis Nigrum eſt, ad partem trans Nigrum, ſeu quæ ab ipſo vergit in ſeptentrionem, progredimur. Ejus Regna ſunt ſeptem, quæ appellantur (ab ortu in occaſum regredimur) Gangara, Caſſena, Canum, Agades, Tombutum, Gualata & Genehoa, inter quæ duo ultima non ſolùm à Nigro, ſed & à mari Atlantico perfunduntur.

R. Gangara. Contra regnum Zanfaram, de quâ dictum proximè, jacet regnum Gangara, ſeu Guangara, *Gangara*, multò anguſtius in parte orientali & verſus lacum Bornum, quàm occidentali. Populoſum eſt & præpotens, & ejus equites, peditesque magnam apud Nigritas laudem inveniunt. In hoc Regno Niger Inſulam parit, longam c, & latam L milliaria. Urbes ejus ſunt Semegonda, ſeu Semegda, *Semegda*, prope Nigrum, ubi in duo brachia ſcinditur, ut dictam Inſulam conficiat; Secmara, *Secmara*, inferiùs; Tirqua, *Tirque*, in confiniis Deſerti Sarræ; Gangara, ſeu Guangara, *Guangara*, primaria, ad quam auri fodinæ ſunt. Gangaræ ab occaſu conterminum eſt regnum Caſſena, *Caſſena*, petroſum & ſterile. In ejus tractu boreali locatur Nebrina, *Nebrina*; & verſus auſtrum Caſſena, *Caſſena*, clariſſima; Maraſa, *Maraſa*, ad Nigrum in hujus & Gangaræ regni confiniis, quam & Gangaræ regno quidam attribuunt; Tirea, *Tirea*, aliis *Tirca*, longè occidentalior. Caſſenâ majus eſt regnum Canum, *Cano*, cujus partem auſtrinam varii lacus & flumina irrigant. Fert fruges, oryzam, goſſipium, fructus, nec pecora deſunt. Urbes hujus Regni ſunt Taſſava, *Taſſava*; Germa, *Germa*; Canum, *Cano*, ampla, populoſa, emporium nobile, caput Regni cognominis, & inter Nigritiæ totius præcipuas. Regno Cano ab occaſu conterminum eſt regnum Agades, *Agades*, medio inter utrumque verſus Nigrum Lacu Guardâ, *L. Guarde*, inſigni, cum vaſtâ inſulâ ad Nigrum. Abundat mannâ & pecoribus,

R. Caſſena.

R. Canum.

R. Agades.

Digitized by Google

Digitized by Google


SARGASSO
OCEAN
I. de S. Antonio.
I. de S. Vicente.
I. de Sta. Lucia.
MER DU
I. de S. Nicolao.
OCCIDEN
ISLES DU CAP
I. do Sal
I. de Bona Vista.
CAP
VERD
I. de S. Iago.
S. Maria
I. de Mayo.
S. Domingo
Ribera grande
Praya
S. Iago
TAL, ou
I. Romeo
N. S. del Fuego
I. del Fuego.
I. Brava.
VERD
ATLAN
TIC QUE
ISLES DU CAP
COSTE, et PAYS DE
aux environs du C
Tirés de Sanut. de Bl
Par N. Sanson d' Al
Geogr: ord: du

GUALATA.
TOM
BUTUM.
PAYS DES
REGNUM.
GENEHOA.
TOMBOTU.
Gambia.
Tarim.
Cantory.
GRES.
MELLI.
Sierra Liona
Bolobere.
Angra
P. delle Garze
Arguyn
P. de Rescate
Seche delle Grace
Hebedafex
Hoden
R. de Guara
Fulli
Cassali
Caragoli
Tocror
Canvia
Fouli.
Ialo
Senega
Budome
Laloffos
Barsola
Manriga
Calbossa
Wilervel
Gr Cassan
Pt Cassan
Tancory
Guinala
Boyla
Bijas
Biagos
Buguba
Bissa
Ilhas de Buan
Farima
Becobena
Casa
Mitobi
Idolos
Tamara
Drege sand
Dragen beech
De Zuyd Oost
Meeuwenbanck
C. Rouge
R. Casamansa
R. das Ostras
R. de Sta Anna
C. de Sta Maria
Bassangamar
R. Farim
R. Grande
R. Pabnar
R. Sierra Leona
C. Tagrin
C. Lado
C. de Verga
Pedras
Ilhas de Los
Negres
Verd
Vord
Digitized by Google

Digitized by Google

coribus. Urbium prima eſt Agades, *Agades*, ſita in Regni ſui parte boreali; ſequuntur Deghira, *Deghir*; Mayma, *Mayma*, monti inſidens; Mura, *Mura*, ad lacûs Guardæ ripam occiduam; Cutumbum, *Cutumbo*, ad Nigrum. Nunc proximum eſt regnum Tombutum, *Tombut*, quod Nigritiæ regna ſuperat magnitudine, dives aurifodinis, præpotens, & cui complures Reges Nigritiæ obnoxii dicuntur; teſte tamen Baudrando, dominio Regis Gagi ſubjectum eſt. Ejus urbes ſunt Beriſſa, *Beriſſa*, ad Nigrum; Gueguena, *Gueguene*, aliis *Gueguere* & *Guegneve*; Salla, *Salla*, ad Nigrum, infra quam in brachia ſcinditur; Tombutum, *Tombut*, Luſit. *Tungubutu*, aliquibus *Tambouctou*, caput Regni cognominis ad fl. Senegam, in limite regni Gambiæ; Canvia, *Canvia*; Tocrora, *Tocror*; Caragolium, *Caragoli*, & Caſſalium, *Caſſali*. Reſtant ex parte Nigritiæ trans Nigrum duo Regna maritima, quorum borealius eſt regnum Gualata, *Gualata*, ubi & aurifodinæ. Oppida ejus ſunt Fullium, *Fulli*; Hebedefexa, *Hebedefex*; Gandia, *Gandia*; Gualata, *Gualata*; Angra, *Angra*, juxta Album promontorium, *C. Blanco*; Arguina, *Arguin*, maritima, caput regionis cognominis; Hodia, *Hoden*. Alterum regnum maritimum eſt Genehoa, *Genehoe*, medium inter Gualatam ad boream, & fl. Senegam ad auſtrum. Habet copiam pecoris, frugum, goſſipii. In ipſo occurrunt Ioudejaba, *Ioude Iabe*; Sambalamecha, *Sambalamech*; Pateſava, *Pateſan*; Cella, *Kellen*; Ganara, *Ganar*; Braca, *Brack*; Cocium, *Kockio*; Genehoa, *Genehoa*, clariſſima ad fl. Senegam.

R. Tombutum.

R. Gualata.

R. Genehoa.

Supereſt pars tertia & ultima Nigritiæ, ſita inter Nigri alveos, omnium minima. In eâ varii populi degunt Ialoffi, Caſangæ, Bijagi, quibus Biafaros quidam adjiciunt, ſed de Biafaris & regno eorum nobis dictum in parte Nigritiæ cis Nigrum. Ialoffi, aliis Jalofæ, *Ialofes*, borealiſſimi ſunt, & habitant inter fl. Senegam & Gambiam, quæ & duo Regna ejuſdem nominis comprehendunt. Ad oſtium Senegæ Galli habent Coloniam ſub directione Societatis, quæ ipſis *Compagnie du Senegail* appellatur, ubi Nigritarum & eboris mercaturam faciunt. Urbes hujus Tractûs ſunt Iulietum, *Iulieto*; Gambia, *Gambia*, cognominis Regni præcipua; Budomela, *Budomel*; Solula, *Sollul*; Emboula, *Emboul*; Ivala, *Ivala*, ma-

VI. *Pars Nigritiæ inter Nigri alveos.*

P. Ialoffi.

ritima, ad ortum Promontorii Viridis, *C. Verde*, olim Ortelio & Cluverio Heſperii, at aliis Arſinarii, Leutholfio ſub Belgis, celeberrimi & occidentaliſſimi omnium, quæ inter Nigri alveos continentur; Barſola, *Barſola*; Nabara, *Nabara*. Populi Caſangæ, *Caſangas*, ſiti ſunt inter Gambiam & flumen S. Dominici, ubi Bintha, *Bintha*; Codanum, *Codan*; Iura, *Iura*. Populi Bijagi, *Bijagos*, auſtraliſſimi ſunt, vivuntque inter fl. S. Dominici, & Fluvium grandem, ubi Catcheum, *Catcheo*, aliis *Catheo*, & Boila, *Boila*, ſeu *Bogla*.

P. Caſange.

P. Bijagi.

VII. *Fl. Niger.* Viſâ Nigritiâ, reliquum eſt nobiliſſimum ejus flumen, cujus ratione ipſam in tres partes ſecuimus. Niger, Ptolemæo *Niger*, accolis, teſte Marmolio, nunc *Huid Nijar*, naſcitur in Æthiopiâ ex lacu Nigro, defluitque in ſeptentrionem per regnum Medram, partem regni Biafaræ latè ſumptæ; dein ſubit partem meridionalem regni Borni, in quâ (ſic plures Chartæ, diſſentiente tamen Chartâ Robbe) ſpecu mergitur, ſimulac verò emerſit, per lacum Bornum perlabitur, quo ſuperato, rectà curſum in occidentem per mediam Nigritiam inſtituit, in regno Gangaræ inſignem parit inſulam; ad regnum Guberum lacum Guardam pervadit, & tandem poſt iter longiſſimum ad regnum Cantorium & Tombutum in duo brachia, atque inferiùs in plura ſcinditur, quæ, exuto Nigri nomine, nomina nova induunt, atque ita tandem per ſex latiſſima oſtia in mare Atlanticum ſe exonerat, quæ appellantur, quando ab auſtro in boream pergimus, Fluvius Grandis, *Rio Grande*; Fl. S. Dominici, *R. S. Domingo*, aliàs *R. Jarim*; Fl. Caſamança, *Caſamanza*; R. Das Oſtros; Fl. Gambia, *R. Gambia*, & Fl. Senega, *R. Senega*, vincitque Fl. Senega, & Grandis tres medios magnitudine.

VIII. *Nigri ſtata inundatio.* Inundat Niger vicinas Terras ſtato tempore, ut mirum non ſit Sanſono *Nil des Negres* nominari. Teſte Leone Africano, quotannis xv die Junii inundationem inchoat, increſcit per dies quadraginta, totidemque in ſuum decrementum inſumit. Uſque autem eo ſurgit, ut per regiones Nigritiæ, quæ propiùs ad Nigrum accedunt, quamvis non ſine inſigni periculo, liceat navigare. Quæ de Nigritiâ diximus, proxima Tabula in compendio exhibet.

NIGRI-

Digitized by Google

- **NIGRITIÆ** *partes sunt* III:
  - Cis Nigrum, ubi
    - *Regnum Biafara*, { Befegua. Bugùba. Guinala.
    - *Regnum Mellum*, { Cantorium. Beria. Mellum.
    - *Regnum Souſorum.*
    - *Regnum Mandinga*, { Mandinga. Tocrura.
    - *Regnum Gagum*, { Caceræ Bonæ. Gagum. Tombium. Davum.
    - *Regnum Guberum*, { Malela. Guberum.
    - *Regnum Zegzegum*, { Zegzegum. Chanara.
    - *Regnum Zanfara.* { Zanfara. Reghebila.
  - Trans Nigrum, ubi
    - *Regnum Gangara.* { Semegonda. Secmara. Turqua. Gangara.
    - *Regnum Caſſena*, { Nebrina. Caſſena. Marafa. Tirea.
    - *Regnum Canum*, { Taſſava. Germa. Canum.
    - *Regnum Agades*, { Agades. Deghira. Mayma. Mura. Curumbum.
    - *Regnum Tombutum*, { Beriſſa. Gueguena. Salla. Tombutum. Canvia. Tocrora. Caragolium. Caſſalium.
    - *Regnum Gualata*, { Fullium. Hebedefexa. Gandia. Gualata. Angra. Arguina. Hodia.
    - *Regnum Genehoa*, { Ioudejaba. Sambalamecha. Pareſiva. Cella. Ganara. Braca. Cocium. Genehoa.
  - Inter Nigri alveos, ubi
    - *Ialoffi, Populi*, ubi { Iulietum. Gambia. Budomela. Solula. Emboula. Ivala. Barſola. Nabara.
    - *Caſangæ, Populi*, ubi { Bintha. Codanum. Jura.
    - *Bijagi, Populi*, ubi { Catcheum. Boila.

Flumen Nigritiæ *celeberrimum, exiens in mare Atlanticum, eſt* Niger.

Digitized by Google

CAPUT XI.

Insulæ Capitis Viridis.

I. *Hodierna nomina Insularum Capitis Viridis.*

CONTRA Nigritiam ad insigne intervallum occasum versus jacent medio Oceano Atlantico Insulæ Capitis Viridis, Gall. *Isles du Cap Verd*, Hisp. *Islas de Cabo Verde*. Nomen trahunt, quæ multorum sententia est, ab oppositio & viciniſſimo Viridi Capite Nigritiæ, at juxta alios à mari Sargasso. Sic vocant Lusitani partem Oceani Atlantici, quæ Insulas hasce & Terram Nigritarum interjacet, ac longè latéque diffunditur, ab herbâ cognomini, dictâ Belgis *Kleyn Peterſely*. Nasturtio aquatico non est dissimilis, folia habet exigua, parvas fert baccas, intùs vacuas & insipidas, faciem maris ita obtegit, ut eminùs insula & viridiarium videatur, naveſque suis tricis adeò intricat, ut iis nequeant extricari, nisi modico vento adjuventur, & hinc nautæ mare Sargassum cane pejus & angue fugiunt. Unde verò hæc Herba proveniat in tantâ maris profunditate, & à terris intercapedine, multorum vexavit ingenia. Insulas Capitis Viridis Belgæ etiam appellant *de Sonte Eylanden*, nec immeritò, quandoquidem sale affluunt.

II. *Antiqua nomina.*

Veteribus dictæ fuerunt (ita varii) Gorgades, seu Gorgones à Gorgonibus, quæ illas dicuntur inhabitasse, nec non Hesperides, quas à Gorgadibus distinguunt alii, quia memoria proditum, Hesperides à continente Africæ itinere quadraginta dierum & ampliùs removeri, autumantque Hesperides insulas fuisse in Sinu S. Thomæ, aut ubi hodie Azores, quin potiùs, ubi Caribæ seu Antillæ in Mexicano Sinu.

III. *Constitutio.*

Insulas Capitis Viridis, (teste Bertio) detexit primùm Anno M. CCCC. XL. Ludovicus Cadamustus, Genuensis. Inveniebantur prorsùs incultæ, absque ullo usquàm humano vestigio, columbæ tàm placidæ, ut manibus liceret prehendere, aut scipionibus interimere, dein Lusitani eas cœperunt incolere, quibus hodieque obediunt. Sitæ sunt intra gradum XIV & XX Latitudinis borealis, & gradum CLIV & CLVIII Longitudinis. Cœlum harum Insularum impensè fervet, & parùm

sàlubre

ſalubre eſt. Solum variat, quarundam petroſum, & ſterile, aliarum verò ſatis lætum, dives animalium volatilium, & terreſtrium, in primis hædorum, fructuum nobiliſſimorum, etiam vini & ſacchari.

IV. *Numerus, & nomina.*

Viginti Inſulas Capitis Viridis nonnulli enumerant, at nobiliores nonniſi decem ſunt numero, cæteris rupibus aut ſcopulis potiùs, quàm Inſulis. Appellantur, quando ab auſtro in boream pergimus, Brava, Ignium, S. Iacobi, Maji, Boni Viſûs, Salis, S. Nicolai, S. Luciæ, S. Vincentii, & S. Antonii.

V. *Inſulæ auſtraliores:* *I. Brava.* *I. Ignium.* *I. S. Jacobi.*

Priores quinque, quæ longè auſtraliores ſunt cæteris, primùm expendamus. Exceptâ Inſulâ S. Iacobi, minoris ſunt ambitûs. Brava, *Brava*, maximè vergit in occaſum, ubi vinum optimæ notæ naſcitur; uti & in Inſulâ Ignium, *I. del Fuego*, quæ non ita procul à Bravâ in ortum deflectit. Plùs ab Inſulâ Ignium in boream & orientem deflectit Inſula S. Iacobi, *I. de S. Iago*, omnium Inſularum Capitis viridis, ampliſſima, populiſſima, montoſa, convallibus fœcundis vini, ſacchari, orizæ, melonum, malorum granatorum, citreorum, aureorum, ficuum. Inter pecora, quæ nutrit, hoedi & hirci ingentem faciunt numerum, quorum & caro, & pelles expetuntur. Habet & teſtudines innumeras, quarum teſtæ clypeis non cedunt magnitudine, ac ſalis maximam abundantiam, ſali & coeli fructum. Ejus oppida ad mare ſunt Fanum S. Dominici, *S. Domingo;* Ripa grandis, *Ribera grande*, Baudrando urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Oliſiponenſi ad oſtium Fluminis, capax maximarum navium; Fanum S. Iacobi, *S. Iago*, ſedes (ita Robbe) Epiſcopi, ac Gubernatoris Portugallici, cui non tantùm ſubſunt Inſulæ Capitis Viridis, ſed & Gubernatores locorum, quæ Portugalli tenent in ſuperioris Guineæ orâ maritimâ; Praya, *Praya;* Fanum S. Mariæ, *S. Maria.* Inſula Maji, *I. de Mayo*, rotundæ figuræ, ſalis ditiſſima eſt; ſicuti & Inſula Boni Viſûs, *I. de Bona Viſta*, quam ita nuncupavêre, quòd hùc primùm gratulabundi appulerint. *I. Maji.* *I. Boni Viſûs.*

VI. *Inſulæ borealiores:* *I. Salis.*

Sequuntur quinque poſteriores Inſulæ Capitis Viridis, borealiores prioribus. Inſula Salis, *I. do Sal*, quæ ex ordine ſequitur, & orientaliſſima eſt, ſcatet equis indomitis. Longè occi-

I. S. Nicolai. *I. S. Luciæ.* *I. S. Vincentii.* *I. S. Antonii.* dentalior eſt Inſula S. Nicolai, *I. de S. Nicolao*, poſt Inſulam S. Iacobi maxima. Inſula S. Luciæ, *I. de S. Lucia*, multò minor proximè traditâ, frequens dicitur. Majores ſunt inſulâ S. Luciæ I. S. Vincentii, *I. de S. Vincente*, & I. S. Antonii, *I. de S. Antonio*, omnium occidentaliſſima & borealiſſima. Sequitur Tabula Inſularum Capitis Viridis.

- Inſulæ Capitis Viridis *ſunt* X:
  - Auſtraliores V,
    - *Brava.*
    - *Inſula Ignium.*
    - *Inſula S. Iacobi*, — Fanum S. Dominici. Ripa Grandis. F. S. Iacobi, *Caput.* Praya. F. S. Mariæ.
    - *Inſula Maji.*
    - *Inſula Boni Viſûs.*
  - Borealiores V,
    - *Inſula Salis.*
    - *Inſula S. Nicolai.*
    - *Inſula S. Luciæ.*
    - *Inſula S. Vincentii.*
    - *Inſula S. Antonii.*

CAPUT XII.

Sarra.

I. *Sarra nomen, & ſitus.* EX Inſulis Capitis Viridis in Continentem revertimur, ubi juxta propoſitum nobis ordinem ſe offert Sarra, aliis Saara, Zahara, & Zaara, vox Arabica, quæ Deſertum ſonat, Gall. *Saara*, ou *Deſert*. Ipſam limitat à meridie Nigritia, & pars regni Biafaræ latè ſumptæ; ab ortu Nubia; à ſeptentrione Biledulgeridia; ab occaſu oceanus Atlanticus. Extendit ſe à gradu IV circiter ad gradum LIII Longitudinis, atque à gradu XIII ad uſque gradum XXVIII Latitudinis borealis, proinde Tropico Cancri ſubjacet. Anguſtiſſima eſt verſus occaſum, præprimis ad mare Atlanticum; nullibi verò latior, quàm quà regnum Biafaram & oppoſitam Biledulgeridiam attingit.

Cœlum

II. *Cœli & Soli conſtitutio.*

Cœlum Sarræ torridum eſt, adeò tamen ſalubre, ut ſanare dicatur, qui deſperatæ ſunt valetudinis, atque ex vicinis regionibus hùc commeant. Solum habet arenoſum uſque eo, ut Sarra Arabibus frequenter dicatur Mare Arenaceum, ſitiens, ſterile, perparùm cultum, quod non rarò locuſtæ peſſimè affligunt. Complures nutrit Camelos, qui maximæ ſunt Regionis hujus divitiæ. Flumina Sarræ perpauca ſunt. In parte ejus ortivâ eſt Giras, & lacus Bornum, & pauci alii ortum verſus; in parte mediâ fl. Ghirus, *Ghir*; in parte occiduâ Fluvius Equeſtris, qui in duo ſciſſus brachia, Oceanum petit Atlanticum. Hinc ingentes putei fodiuntur ad vias publicas, ſed parùm boni, & tanto locorum diſcrimine, ut ſitis viatores non rarò enecet. Incolæ habentur patientes pulveris, ſolis, operum, inediæ. Pars in urbibus degit, pars beſtiarum more vagatur, & hùc illùc oberat. Illa aliquantò moratior eſt, hæc fera, indomita, prædones peſſimi. Pars Regibus ſuis ſubeſt, quos *Xeques* ſeu *Cheques*, id eſt Dominos nuncupat, & religionem Muhamedis profitetur.

III. *Diviſio.*

Diſpeſcitur Sarra in ſeptem Provincias ſive Deſerta, quæ ferè ab urbibus denominantur, & ſunt, quando ab occaſu incipimus, Zanhaga, Zuenziga, Targa, Lemta, Berdoa, Bornum & Gaoga.

IV. *Deſertum Zanhaga.*

Inter haſce Provincias ſola Zanhaga, *Zanhaga*, eſt maritima, quadrangularis, multùm ab occaſu in ortum, aſt parùm ab auſtro in boream diffuſa. In ipſâ naſcitur, per ipſam defluit, & ex ipſâ effluit Fluvius Equeſtris, de quo & ſuprà meminimus. Urbes oppidaque non tantùm in hâc Provinciâ, ſed & in univerſâ Regione perquàm rara ſunt. In eâ verſus occaſum jacent Tegunta, *Tegunt*, & Alhamara, *Alhamara*. Plùs in ortum vergunt Zanhaga, *Zanhaga*, oppidi atque Deſerti nomen, nec non Tegaſſa, *Tegaſſa*, ſcatens ſale, quod ex rupe exciditur. Tegaſſam complures chartæ locant ad auſtrum Tropici Cancri, non ita longè à regni Tombuti confiniis; at ſub ipſo Tropico aliæ.

V. *Deſertum Zuenziga.*

Zanhagæ ab ortu contermina eſt Zuenziga, *Zuenziga*, aliquibus Regnum, aliis Deſertum, quam fl. Ghirus & Zizus rigant. Eam & Arabes habitant, plagiarii. Dividitur in Zuenzigam, Deſertum Gogdenum & Ghirum. Deſertum ſeu regnum

D. Zuenziga.

regnum Zuenzigæ ſtrictè ſumptum pars eſt Zuenzigæ borealis, contermina Biledulgeridiæ, ubi urbs Zuenziga, *Zuenziga*, ad ſiniſtram ripam Zizi, atque ad ortum Zizus, *Ziz*. Deſertum Gogdenum eſt circa Tropicum Cancri, à quo in auſtrum deflectit Deſertum Ghirum, *Ghir*, in quo Ghirus, *Ghir*, oppidum ad Flumen cognomine.

D. Gogdenum.

D. Ghirum.

VI. *Deſertum Targa.* Pergimus ad Targam, *Targa*, quæ quibuſdam Deſertum, aliis & Regnum dicitur. Inter omnes Sarræ Provincias maximè ſurgit in boream. Agros habet paſcuos, puteos, quibus aqua laudabilis, mannam eximiam, quam inquiunt quolibet tempore matutino depluere. A Ghiro flumine perfunditur. Targæ partes ſtatuuntur tres, Deſertum Hairum, Targa & Ignidum. Deſertum Hairum, *Hair*, tractum tenet Targæ occiduum, ubi oppidum Hairum, *Hair*, aliàs *Beneſer*. Deſertum, ſeu regnum Targæ ſtrictè acceptum magis in ortum abit, ubi Targa, *Targa*, quæ & Sagra & Zaghara nominatur, ad occidentalem ripam ampli Lacûs. Deſertum Ignidum, ſeu Igvidum, *Ignid*, Sanſonus collocat ad meridiem Tropici Cancri & Nigritiæ confinia; alii verſus Biledulgeridam.

D. Hairum.

D. Targum.

D. Ignidum.

VII. *Deſertum Lemta.* Targæ proxima eſt Lemta, ſeu Lempta, *Lemta*, item Suma, una ex ampliſſimis Sarræ Provinciis. Nonnulli ipſam Regni titulo inſigniunt, ſed alii ſolo Deſerti nomine. Ejus oppida ſunt Lemta, *Lemta*, & Catif-Elchebira, *Catif Elchebir*, ad boream Tropici, & ad auſtrum ejuſdem Agades, *Agades*, & Degira, *Degir*, ſeu *Digir*.

VIII. *Deſertum & Regn. Berdoa.* Reſtant tres ultimæ Provinciæ, Berdoa, Bornum, Gaoga, ſolæ ex quorundam ſententiâ inter omnes Sarræ Provincias Regni titulo illuſtres. Regnum & Deſertum Berdoa, *Berdoa*, ab occaſu attingit Lemtam, & à boreâ Biledulgeridiam, atque à Tropico ſecundum longitudinem bifariàm ferè dividitur. Minùs ſiticuloſa eſt, palmarum ferax. Hìc præſtat urbs Berdoa, *Berdoa*.

IX. *Deſertum & Regn. Bornum.* Ad auſtrum Berdoæ jacet Regnum & Deſertum Bornum, *Borno*, aliis Bornoa, Provincia Sarræ ampliſſima, auſtraliſſima, unica, quæ Tropico Cancri nullâ parte ſubjecta eſt, magis culta & dives aquarum. Moratiores habet incolas, & atri, & albi coloris. Ejus urbes ſunt Bornum, *Borno*, Regni caput, & alicujus nominis; Caugha, *Kaugha*, ad borealem ripam lacûs

lacûs Borni, vaſtiſſimi, qui inter Nigritiam & hoc Regnum dividitur, ac cujus tractum meridionalem, ut ſuprà dictum, fluvius Niger pervadit; Amaſa, *Amaſen*, non procul ab orientali ripâ ejuſdem lacûs. Orientalior eſt Alhayada, *Alhayad*, aliàs *Alhayajad*, & *Talmama*, verſus fl. Nubiam, & regni Nubiæ confinia.

X. *Deſertum & Regn. Gaoga.*

Tandem ſe offert Regnum & Deſertum Gaoga, *Gaoga*; omnium Sarræ Provinciarum orientaliſſima, inter regnum Bornum & Berdoam ad occaſum, atque Nubiam ad ortum. Dives eſt pecoris, cujus cura incolas occupat, quorum pars Chriſtianiſmum, qualiter Ægypti, profitetur. Caput ejus Gaoga, *Gaoga*, ſeu *Kaugha* eſt, ſita ad occidentalem ripam ingentis lacûs. Sequitur Sarræ Tabula.

SARRÆ *Provinciæ ſunt* VII:

- Deſert. Zanhaga, ubi
  - *Ad Occaſum*, — Tegunta. Alhamara.
  - *Ad Ortum*, — Zanhaga. Tegaſſa.
- Deſert. Zuenziga, ubi
  - *Deſertum Zuenziga*, — Zuenziga. Zizus.
  - *Deſertum Gogdenum.*
  - *Deſertum Ghirum*, — Ghirus.
- Deſertum Targa, ubi
  - *Deſertum Hairum*, — Hairum.
  - *Deſertum Targa*, — Targa.
  - *Deſertum Ignidum.*
- Deſertum Lemta, ubi
  - *Ad Boream*, — Lemta. Cauf-Elchebira.
  - *Ad Auſtrum*, — Agades. Degira.
- Deſertum & Regnum Berdoa, ubi — Berdoa.
- D. & R. Bornum, ubi
  - *Ad Occaſum*, — Bornum. Caugha. Amaſa.
  - *Ad Ortum*, — Alhayada.
- Deſertum & Regnum Gaoga, ubi — Gaoga.

Digitized by Google

CAPUT XIII.

Biledulgeridia.

I. *Biledulgeridia nomen & ſitus.*

POST explicitam Sarram aperit ſe Biledulgeridia, *Biledulgerid*, Arabibus *Beled el Gerid*, id eſt Regio Dactylorum, à copioſo eorum proventu ſic appellata. Limitatur ab auſtro Sarrâ & Nubiâ; ab ortu Ægypto; à boreâ Barbariâ; ab occaſu mari Canarienſi, parte oceani Atlantici. Jacet intra gradum v, & LXI Longitudinis, & XXII ac XXXII Latitudinis borealis; proinde ab occaſu in ortum longiſſimè extenditur, at ab auſtro in boream non explicat ſe uniformiter. Ubi minimè patet, patet gradum & ſemis; ubi maximè, patet gradus fermè ſeptem, & partes intermediæ promiſcuè ad hoc aut illud extremum accedunt propiùs.

II. *Cœli & ſoli conſtitutio.*

Cœlum Biledulgeridiæ cum cœlo Sarræ ſatis convenit, nam & calidiſſimum eſt, & ſaluberrimum, atque incolæ ejus dicuntur macrobii. Solum etiam arenoſum eſt, ſiticuloſum, ſqualidum, incultum, ſterile, perparùm multis in locis habitatum. Alibi tamen lætius, fœcundiuſque eſt, nullius verò rei magis, quam camelorum, & dactylorum, quos cum frugibus, quarum hìc magna penuria, incolæ ſoliti ſunt permutare. Multum etiam marmoris hìc invenitur. Biledulgeridiam habitant & indigenæ, & advenæ Arabes. Illi agreſtes ſunt, inofficioſi, intemperantes, ſtupidi, prædones; hi officioſi magis, & ad res ſuas attentiſſimi, ſub tentoriis degunt, incertis vagantur ſedibus, novoſque quærunt agros paſcuos, quoties priores pecora depavêre. Sed neutris licet tutò fidere. Pars Biledulgeridiæ ſuis obedit Regibus, ſive Principibus, tributariis ferè Turcarum Algerinorum, Tunetanorum & Tripolitanorum; pars ſubeſt Polyarchiæ; pars vacua, expers, ſoluraque eſt à politiâ & legibus. Principes hujus Regionis, & ingens pars populi Muhamedani ſunt. Etiam Judæi inveniuntur plurimi, qui in præcipuis civitatibus, ubi inſignem faciunt mercaturam, Synagogas ſtruxêre.

III. *Diviſio.*

Biledulgeridiam omnes non eâdem ratione diſtribuunt. Quidam ejus Provincias faciunt XII; alii VII, aut VIII, & hæc poſtrema

Digitized by Google

MER MEDITE
Golfe de Sidra
TRIPOLI.
SAARA ou
DESERT
Ligne Sous
ROYAUME et DESERT DE BARCA, et L'ÆGYPTE, divisée en ses Principales Parties
Par N. Sanson Geogr. ord. du R.

RRANEE.
Alexandria.
Rosetum
Damiata
Pharus
Cassia
Basse.
gypte.
ARABIE
MER ROUGE, et
LA MECQUE
Bech
Deme
sor
Ichmina
Haute
Ægypte.
Suquam
Ducata
Ficte
Cossir
San
Tropique du Cancer.
Assuana
Zibo
Bugo
NUBIE.
A. d' Winter scul.
Serta
Subia
Ascor
Couzzé
Barbatta
Ermat
Asna
Elonchetum
Fileocath
Alguechet
Sibou
Azirut
Hibelenin
Grodi
Faran
Zuafa
Suez
Azot
Ioppe
Iaffa
Albertinus
Salmaffa
Columbarum
Ins.
Lagunæ
Calcea Ins.
Portus et
Caput Rasæ
Reforina Statis
Caput
Pharus
Rigata
Dar
Albamá
Haniet
Alrum
Alubane
Kenpsies
Alberit
Alamsea
Gibera
Sacket
Alcamus
Alcaranis
Alhabibi
Alhabibi
Alhabibi

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

EDITERANEE
Galata Ins
Duæ Sorores I
Rasamiara
Tamacrata
Beya
Gerba Ins
Tabarca Ins
Cheffia C.
Petra Arabi
Cherrum C.
et Ins
Galeta Ins
Pisana Ins
Equarii Ins
Bugiæ Sinus et Insulæ 2.
Bugia
Bellezma
Cholum
Stora
Mola
Constantina
Tifasa
Tebessa
Vrbs
Tunis R.
Tunis
Deusena
Pescara
Teusara
Macara
Nesta
Mezzab
Mezzab.
Techor
Tenchela
Capheſa
Gradus Hamſammida
GEZA
IRA. D'
ALGER
BUGIA
CONSTANTINA
DULZEB
GERID
BILEDULGERID
Provinces.
Tina regio

Digitized by Google

poſtrema partitio clariſſimas ejus Provincias omninò complectitur, quæ ſunt Deſertum Barca, Biledulgeridia, Zeba, Tegorarinum, Segelomeſſa, Tafileta, Darha, & Teſſeta. Duæ primæ dimidiam fermè partem occupant Biledulgeridiæ, quæ in ortum ſita eſt, ac ſex ultimæ alteram partem dimidiam, quæ in occaſum.

IV. *Deſertum Barca.*

Quando ab ortu enumeratas Provincias exordimur, primùm ſe offert Deſertum Barca, Gall. *Deſert de Barca*, ampliſſima Provincia, quam limitat ab auſtro regnum Nubia & Gaoga; ab occaſu regnum Berdoa & Biledulgeridia propria; à boreâ regnum Barca; ab ortu Ægyptus. Deſertiſſimis plena eſt ſolitudinibus, quas inter tamen habitatur. In eâ occurrunt oppida ſeu vici verſus ortum Sabia, *Sabia*; Algucheta, *Alguchet*, ad lacum; Couzza, *Couzza*; Aſcora, *Aſcor*; Eleocathum, *Eleocath*, ad lacum; Serta, *Sert*; Ammon, *Ammon*; Ebaida, *Ebaida*. Occidentaliores ſunt Augela, *Augela*; Gorhamum, *Gorham*; Syma, *Sym*, in limite regni Barcæ; Ageladia, *Ageladia*, aliis Agedalia ad fl. Melelum.

V. *Prov. Biledulgeridia.*

Tranſimus in Biledulgeridiam, *Biledulgerid*, quæ ut ab univerſâ Biledulgeridiâ diſtinguatur, etiam dicitur Biledulgeridia propria. Terminatur à boreâ regno Tripolitano, & Tunetano; ab occaſu Zebâ, provinciâ Biledulgeridiæ; ab auſtro Sarrâ; ab ortu Deſerto Barcâ. Multùm ab ortu in occaſum extenditur, ſed longè minùs ab auſtro in boream. Neque hìc Deſertorum defectus eſt. Dactylos fert, in primis in borealiori tractu occiduo, iſtâ copiâ, ut hæc & huic, & toti Biledulgeridiæ nomen indiderit. In ejus parte meridionali jacent Teorregum, *Teorregu*; Fezzena, *Fezzen*; Gademeſſa, *Gademes*; Guargala, ſeu Guerguela, *Guerguela*, quam ad Zebam, de quâ proximè, alii referunt, Capita regionum ejuſdem nominis. In parte ſeptentrionali occurrunt Tuſera, *Tuſer*, ad ſiniſtram ripam fl. Capeſii, *Capes*; Chalbiza, *Chalbiz*; Clemena, *Clemena*; Teuſara, *Teuſar*; Capheſa, *Caphes*.

VI. *Prov. Zeba.*

Viſis Deſerto Barcâ, & Biledulgeridiâ, quæ dimidiam circiter partem Biledulgeridiæ in ortum ſitam conſtituunt, ad ſex reliquas Provincias ejus progredimur, mediam partem ad occaſum. Inter eas explicitæ Biledulgeridiæ propriæ proxima eſt Zeba, *Zeb*, aliàs regnum Zebum, & Zebes, cujus urbes

ad auſtrum ſunt Techorta, *Techort*, monti impoſita; ad auſtrum Techorti fluvii, caput Techortinæ regionis, perquàm fœcundæ dactylorum, quæ diſtincta aliquibus habetur Biledulgeridiæ Provincia; Mezzaba, *Mezzab*, Meſſabæ regionis præcipua, ſeparatæ etiam quibuſdam Provinciæ, per quam frequens itus redituſque in Nigritiam & Barbariam inſtituitur. Plùs ad boream accedunt Neſtum, *Neſto*, aliis Neſſa, & Nefta; Borgium, *Borgin*, nonnullis Bordium, ad aut juxta fl. Guadilbarbaram; inferiùs Peſcara, ſeu Beſcara, *Peſcar*; Deuſenum, ſive Deſena, *Deuſen*, verſus regni Algerini confinia; uti quoque Deuſera, *Deuſer*; Teolacha, *Teolacha*; Macara, *Macara*.

VII. *Provincia Tegorarinum.* Zebam ab occaſu contingit Tegorarinum, ſeu Tegorarina, *Tegorarin*. Scatet dactylis, & ſolo irrigato, frugum ferax eſt, non pecoris. Incolæ mercaturam adamant. Ejus urbes ad ſeptentrionem ſunt Tegorarinum, *Tegorarin*, Caput Provinciæ; Teſebitum, *Teſebut*, præcipuum regionis cognominis; Tuatum, *Tuat*. Ad meridiem verò occurrunt Tegzatum, *Tegzat*; Tegratum, *Tegrat*; Benigoraia, *Benigorai*, ſeu *Benigorait*, ad Ghirum fluvium.

VIII. *Prov. Segelmeſſa.* Tegorarino ab occaſu confinis eſt Segelomeſſa, *Segelmeſſe*, una ex melioribus Provinciis Biledulgeridiæ, quam varia flumina irrigant, quorum nobiliſſimi ſunt Ghirus, *Ghir*, & Zizus, *Ziz*, qui Nili ad inſtar Provinciam hanc ſoliti ſunt inundare. Ejus clariora loca jacent ad, aut juxta Ghirum, & Zizum. Illa ſunt Feghiga, *Feghig*, ad orientem Ghiri; Benigumia, *Benigumi*, ad ripam ejus orientalem; ſuperiùs Chaſaira, *Chaſaira*, verſus confinia regni Feſſæ. Ad ripam occidentalem Ghiri ſunt Mazaligum, *Mazalig*, & inferiùs Abuhinanum, *Abuhinan*. Ad aut juxta fl. Zizi ripam ortivam ſe offerunt, quando à boreâ in auſtrum deſcendimus, Gaſtrirum, *Gaſtrir*; Tamaracoſtum, *Tamaracoſt*; Melelum, *Melel*; Mamunna, *Mamunna*; Segelomeſſa, *Segelmeſſe*, urbs Provinciæ cognominis clariſſima; Tenegentum, *Tenegent*; Tebubaſantum, *Tebubaſant*. A Zizo in occaſum deflectunt Ummelhefenum, ſeu Unnaelhefenum, *Ummelhefen*, & Sugaihilum, *Sugaihil*.

IX. *Prov. Tafileta.* Segelomeſſa longè minor eſt Tafileta, *Tafilet*, aliis regnum Tafile-

Digitized by Google

Digitized by Google

PARTIE
DE BARBARIE.
ou Sont les ROYAUMES de
TUNIS, et TRIPOLI.
Tirez de Sanut, et d'Autres
Par N. Sanson d'Abbeville
Geogr or dre du Roy.
RANÉE.
ROYAUME
DE
DULCE
GERID.
TRIPOLI.
Golfe de Sidra.
Fezzen.
Feezzen.
Teorregu.
Solitudo
Tidit.
Samela
Garian.
Zedicum
Sidra Ins
Subeicum
Tarcuba
Tripolis vetus
Leptis magna
Cast. Sansera
Tripolis
Cabisa C.
Rasaxarris
Rus el sciarra
Almesan C.
Boni Ajas
Bacherus P.
Tirela
Castra Medū
Col. bena
Lepc. da Lobeda
Salina Lartum
Cesar Sarnotū
Cesarhosium
Naima de Taimi
Stat.
Studio
Sgroai Mons
Mons Nat.
Sirrani Montes
Penicna ridue

Digitized by Google

Digitized by Google


PARTIE DU
BILEDULGERID
ou Sont
TESSET, DARHA,
et SEGELMESSE.
Par N. Sanson d'Abbeville
Geogr. ordre du
Roy
LE GRAND OCEAN
MER DE SOUDAN
Les Salvages
Ile de Lanc
Lanceloste I
Lancelotte
Cana
Forte ventura I
Canaria
Isle Canaria
Bojador C.
Barcira
Septum Fines
Mons P.
Mons C.
Figuerum Stul
Vitulorum Mari
ZAN HA GUM
TES SET
HAMRI ET SUMAITI P.
TAGANOTU. DES
Extuca
Monasterium
BURBUSI P
RE BURBUSI P
VODEI POP.
Guadenum
Busedera
Pecna magna
Terra alta
Terra alba
Albus
Ramaris Sin.
Statio mans
Ful
Aequinoct.
Aprilis
Aprilis
Aprilis

ALGER
REGNU
Atlas
Mons
Puteus
Madaua
BENIBESSERA.
REGIO.
HAGARÆ POP.
ZANHAGA POP.
SEGELO MESSA R.
HEMRUNI POP.
Segello
Mazalgum
Abubinanum
Hamelade gum
Ferhiga
Castra
GUA CHDA
FARCA
Sugaalum
Tebalbeta
BENIGOMIA R.
TAFILET
YTATA
Mucubah
ABUL HUSEINI POP
GARFÆ P.
HEMRUNI P.
RAGMENI P
ZUENZIGUM
ZUENZIGÆ POP
DESERTUM.
GOGDENI POP
TEGORARIN
BENIGO
RAIUM DES TUM
ERTŨ
IO
A. à Winter sculp.

Digitized by Google

Tafiletanum, inter Segelmeſſam ad ortum; regnum Marochi ad boream; Darham ad occaſum, & Zuenzigam, Prov. Sarræ ad auſtrum. Per longitudinem ipſius fl. Farcala delabitur. Paret Tafiletæ Provincia Itata, habita vulgò pars ejus meridionalis. Utraque ſatis montoſa eſt. Urbs Tafiletæ præcipua eodem gaudet cum Provinciâ nomine. *Prov. Itata.*

X. *Prov. Darha.* Tafiletam ad ortum, & Teſſetam ad auſtrum & occaſum interjacet Dárha, ſeu Dara, *Darha*, aliquibus Regni titulo illuſtris. Nonnulli Darham adeò extendunt, ut ejus quoque partes ſint Tafileta & Itata, mox traditæ, ſed nos ſtrictiùs eam accipimus. Regis Tafiletæ, teſte Marmolio, agnoſcit dominium. Per Darham cognominis fluvius à boreâ in auſtrum defluit. Urbes ejus ad ortum Darhæ fl. ſunt Mucubaha, *Mucubah*, aliàs *Beniſabih*, & ſuperiùs Swzerinum, *Suzerin*; Tinzeda, *Tinzed*; Darha, *Darha*, aliàs *Teſuf*, caput Provinciæ: Taragalela, *Taragalel*; Tameguerutum, *Tameguerut*. Ad occaſum Darhæ ſita ſunt Tinzulinum, *Tinzulin*; Tagumadertum, *Tagumadert*; Afra, *Afra*, in limite Teſſetæ Provinciæ.

XI. *Prov. Teſſeta.* Supereſt ex parte dimidiâ Biledulgeridiæ, quæ occaſum proſpicit, Teſſeta, *Teſſet*, Provincia occidentaliſſima, maritima, vaſtiſſima, quæ in parte occiduâ fluminibus multis perfunditur. In ejus parte mediterraneâ occurrunt Archa, *Archa*, verſus Sarræ confinia; item Teſſeta, *Teſſet*, urbs Provinciæ hujus nobiliſſima; Ifrena, *Ifren*, ad fl. Aridum; Guadenum, *Guaden*, juxta fl. Buzadoram, ſeu Buzedoram. Ad aut prope mare Canarienſe ſe offerunt Buzadora, *Buzador*, ad ortum Capitis Bajadori, *C. Bajador*; Nunum, *Nun*; Albena, *Albene*; Anſulima; Monaſterium; Targueza, *Targuez*, ſeu *Tarquez*, urbs Provinciæ Suſæ, *Sus*, cujus pars major eſt intra regnum Marochi, quare de ipſâ in hoc regno uberiùs; Buleza, juxta Caput Non, ſeu Naonis, *C. de Non*, olim habitum ultima meta navigantium; Suana, proximè regnum Marocanum. Sequitur delineatæ Biledulgeridiæ Tabula.

- **Biledulgeridiæ** *Provincia sunt* VIII:
  - Desertum Barca, ubi
    - *Ad Ortum*, — Sabia. Algucheta. Couzza. Ascora. Eleocathum. Serta. Ammon. Ebauda.
    - *Ad Occasum*, — Augela. Gorhamum. Syma. Ageladia.
  - Biledulgeridia, ubi
    - *Ad Austrum*, — Teorregum. Ferzena. Gademessa. Guargala.
    - *Ad Boream*, — Tusera. Chalbiza. Clemena. Teusara. Caphesa.
  - Zeba, ubi
    - *Ad Austrum*, — Techorta. Mezzaba.
    - *Ad Boream*, — Nestum. Borgium. Pescara. Deusenum. Deusera. Teolacha. Macara.
  - Tegorarinum, ubi
    - *Ad Boream*, — Tegorarinum. Tesebirum. Tuatum.
    - *Ad Austrum.* — Tegzarum. Tegratum. Benigoraia.
  - Segelomessa, ubi
    - *Ad aut juxta fl. Ghir.*, — Feghiga. Benigumia. Chasaira. Mzaligum. Abuhinanum.
    - *Ad aut juxta fl. Zizum*, — Gastrirum. Tamaracostum. Melelum. Mamunna. Segelomessa. Tenegentum. Tebubasanum. Ummelhefenum. Sugaihilum.
  - Tasileta, ubi
    - *Ad Austrum* — Itara, *Provincia.*
    - *Ad Boream* — Tasileta, *urbs.*
  - Darha, ubi
    - *Ad Ortum fl. Darhæ*, — Mucubaha. Swzerinum. Tinzeda. Darha. Taragalela. Tamegerutum.
    - *Ad Occasum fl. Darhæ*, — Tinzulinum. Tagumaderum. Afra.
  - Tesseta, ubi
    - *A Mari absunt*, — Archa. Tessera. Ifrena. Guadenum.
    - *Ad aut juxta Mare*, — Buzadora. Nunum. Albena. Ansulima. Monasterium. Targuera. Bulera. Suana.

CAPUT XIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

igitized by Google

EAN OCCI=
S CANARIES
SANSON, d'
le Geograph Ordis
l. du Roy...
Alegoria
Graciosa
Sta Clara
Rocco
DES
Rubicon
Caras alt
Lancelotte
Ile Lan
celotte
TAL, ou
Porto de
Laos
Porto de
Cavallos
Ile de Lobos, ou Isle
des Loups Marins
Isle de
Forte
Balta
hai
Cha
ages
Ric
Fuerteque
Caput-altum
Forte
ventura
Tarajalo
Ponc
Negre
Nuhum
E S.
Bojadorii
Caput
AFRIQUE
Buzedora
Petra magna
Barreira
Septem Funes
Serra alta
Serra
alba
QUE.

Digitized by Google

Caput XIV.

Insulæ Canariæ.

I. *Insularum Canariarum nomen.*

Contra Tessetam, Provinciam occidentalissimam Biledulgeridiæ, jacent in mari Canariensi Insulæ Canariæ, Gall. *Isles Canaries*, quas Hispani, notante Linschoteno, primo inventionis tempore, sic appellârunt, à Canum, quos in iis conspicabantur, abundantiâ; sed jam Plinii tempestate (ita ipse prodidit) una Canariarum Canaria à multitudine Canum ingentis magnitudinis vocitata est, & etiamnum vocitatur, à quâ, tanquàm Canariarum principe, ad cæteras hoc nomen transiit. Creduntur eædem esse, quæ Fortunatæ Veterum, quia felicitas cœli, & soli, quâ gaviſæ fuerunt, minor divisio à Mauritaniâ, nomen & conditio cujusque in nullas insulas Oceani Atlantici aptiùs quadrant, quàm in Canarias. Fateor, latitudinem, quam Ptolemæus Fortunatis attribuit, melius convenire cum latitudine Insularum Capitis Viridis, quam Canariarum; sed minimè existimandum, Ptolemæum aut longitudinem, aut latitudinem locorum acu semper tetigisse.

II. *Constitutio.*

Sitæ sunt Canariarum nobilissimæ intra gradum XXVI & XXIX Latitudinis borealis. Aliæ, longè minoris momenti, & sub Canariis etiam censitæ, aliquantò plùs surgunt in boream. Explicant se ab occasu in ortum juxta varias Tabulas à primo Meridiano ad gradum septimum. Aër Canariarum, etsi calidior, saluberrimus est, solum ditissimum optimis frugibus, delicatissimis malis aureis, granatis, citreis, ficibus, dactylis, saccharo nobilissimo, vino exquisitissimo, quod in omnes Europæ regiones, Angliam in primis, importatur. Habent & gummi, & oricelum, herbam, quæ pannos puniceo colore inficit. Plenæ sunt avibus, & pecore, maximè onagris & hoedis, quorum pelles & lac in pretio. Hispanici juris sunt, Castellæ regni appendix, nec simul, sed sensim, ante duo fermè secula & ampliùs, Hispani eas occupârunt.

Plinius,

Digitized by Google

Digitized by Google

CAPUT XIV.

Insulæ Canariæ.

CONTRA Teſſetam, Provinciam occidentaliſſimam Biledulgeridiæ, jacent in mari Canarienſi Inſulæ Canariæ, Gall. *Iſles Canaries*, quas Hiſpani, notante Linſchoteno, primo inventionis tempore, ſic appellârunt, à Canum, quos in iis conſpicabantur, abundantiâ; ſed jam Plinii tempeſtate (ita ipſe prodidit) una Canariarum Canaria à multitudine Canum ingentis magnitudinis vocitata eſt, & etiamnum vocitatur, à quâ, tanquàm Canariarum principe, ad cæteras hoc nomen tranſiit. Creduntur eædem eſſe, quæ Fortunatæ Veterum, quia felicitas cœli, & ſoli, quâ gaviſæ fuerunt, minor diviſio à Mauritaniâ, nomen & conditio cujuſque in nullas inſulas Oceani Atlantici aptiùs quadrant, quàm in Canarias. Fateor, latitudinem, quam Ptolemæus Fortunatis attribuit, meliùs convenire cum latitudine Inſularum Capitis Viridis, quam Canariarum; ſed minimè exiſtimandum, Ptolemæum aut longitudinem, aut latitudinem locorum acu ſemper tetigiſſe. I. *Inſularum Canariarum nomen.*

Sitæ ſunt Canariarum nobiliſſimæ intra gradum XXVI & XXIX Latitudinis borealis. Aliæ, longè minoris momenti, & ſub Canariis etiam cenſitæ, aliquantò plùs ſurgunt in boream. Explicant ſe ab occaſu in ortum juxta varias Tabulas à primo Meridiano ad gradum ſeptimum. Aër Canariarum, etſi calidior, ſaluberrimus eſt, ſolum ditiſſimum optimis frugibus, delicatiſſimis malis aureis, granatis, citreis, ficibus, dactylis, ſaccharo nobiliſſimo, vino exquiſitiſſimo, quod in omnes Europæ regiones, Angliam in primis, importatur. Habent & gummi, & oricelum, herbam, quæ pannos puniceo colore inficit. Plenæ ſunt avibus, & pecore, maximè onagris & hoedis, quorum pelles & lac in pretio. Hiſpanici juris ſunt, Caſtellæ regni appendix, nec ſimul, ſed ſenſim, ante duo fermè ſecula & ampliùs, Hiſpani eas occupârunt. II. *Conſitutio.*

Plinius,

III. *Numerus, & nomina majorum Canariarum.*

Plinius, quem Solinus & Capella ſequuntur, ſex Inſulas Fortunatas enumerat, ſicuti etiam Ptolemæus, qui & omnes ſub eodem Meridiano conſtituit. Hujus & illius nomenclatura Inſularum longè variat. Hodie Canariæ majores atque inſigniores ſunt VII numero, & appellantur, quando ab occaſu incipimus, Inſula Ferri, Palma, Gomera, Teneriſa, Canaria, Forteventura & Lancerota. Cæteras quatuor (ita Chartæ communiter) magnitudine vincunt Teneriſa, Canaria, & Forteventura.

IV. *Inſula Ferri.*

Inſula Ferri, Hiſp. *I. del Hierro*, ſeu *Ferro*, Gall. *Iſle de Fer*, omnium uti occidentaliſſima eſt, ſic & remotiſſima à continente, ſterilis, inculta, ſqualida, (fœcunditatem ejus alii prædicant) ſummè ſiticuloſa; nam inibi (ſic produnt) nec putei, nec fontes, nec flumina inveniuntur, nec cœlum in ipſam depluit. Huic aquæ dulcis penuriæ medicinam facit ſingulare Dei munus, & alibi nuſquam obſervatum, Arbor incertæ ſpeciei, foliis oblongis, arctis, perpetuóque virentibus, annoſiſſima, langueſcens aut emoriens nullo tempore, negantibus aliis, qui, ne ipſa æterna ſit, plures ejuſdem generis admittendas eſſe exiſtimant. Hanc Arborem ſemper (juxta aliquos manè) nubecula obtegit, ex quâ rami, truncus, & folia adeò humectantur, ut ex iis indeſinenter limpidiſſimus gratiſſimuſque liquor defluat, quem vaſis circum ipſam diſpoſitis incolæ ſolent excipere iſtâ copiâ, ut hominibus, pecudibus, & toti Inſulæ abundè ſufficiat. Ferunt meretricem delatis in hanc Inſulam Hiſpanis traditam Arborem, quam cæteri ſtudioſè ipſos celabant, detexiſſe, ſuo tamen interitu. Ducunt Galli Primum Meridianum per partem occidentalem Inſulæ Ferri, ſicuti SECT. I. CAP. V., §. III, annotavimus. In ipſâ jacet oppidum Ferrum, *Hierro*, portus.

V. *I. Palma.*

Borealior eſt Inſulâ Ferri Inſula Palma, *Palma*, feliciter culta, abundans fructibus omnis generis, etiam ſaccharo, & vino Malvatico non abſimili, quod & in ipſam Americam tranſportatur. Montem habet ignivomum, & Fanum S. Crucis, *Santa Cruz de la Palma*, oppidum cum tuto portu, nec non vicos complures.

VI. *I. Gomera.*

A Palmâ in auſtrum deflectit Inſula Gomera, *Gomera*, ſatis læta, quæ fruges, poma, ſaccharum, vinum, & pecora inſigni numero

numero ſubminiſtrat. Oppidum habet ejusdem nominis cum portu ampliſſimo.

Gomeræ proxima eſt ad ortum Inſula Tenerifa, aliàs Thenerifa, Gall. *Iſle Teneriffe*, ſeptem Canariarum media, Nigro Nivaria Plinii, à perpetuis nivibus ſic appellata, cultiſſima, amœniſſima, feraciſſima, etiam frugum & laurorum. Olim diverſis Principibus indigenis ſubfuit. Habet montem Picum celebratiſſimum, & inter totius Orbis editiſſimos, incolis *el Pico de Teyda*, & *Pico de Terraira*. In metæ maximæ modum, teſte Snellio, erectus eſt, cujus ima ſpatioſiora ſunt, altiora in arctius coëunt, ſumma in acutum cacumen deſinunt. Complures chartæ Belgarum ab hoc Monte principium ducunt Longitudinis, uti loco ſtatim citato ſignificatum. Tenerifæ urbs primaria eſt Lacus, *Laguna*, à Lacu vicino petito nomine, aliàs Fanum S. Chriſtophori de Lacu, *S. Chriſtoval de la Laguna*, juxta Baudrandum Sedes Præfecti generalis harum Inſularum; Gerachicum, *Gerachico*, ſeu *Garrico*; Portus S. Crucis, *S. Cruz*. VII. *I. Tenerifa.*

Poſt Tenerifam ſequitur Inſula Canaria, dicta quoque magna Canaria, Gall. *Iſle Canarie*, ſive *Grande Canarie*, tenax antiqui nominis, quod, uti dictum, cum cæteris adjacentibus communicavit. Inter omnes maximè in auſtrum vergit, ſoli ubertate & deliciis nulli Canariarum ſecunda. Ejus urbes ſunt Galdera, *Galder*; Guia, *Guia*, atque Canaria, *Canaria*, exteris, ſed indigenis Civitas Palmarum, caput Inſulæ, Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Hiſpalenſi, culta, elegans cum arce & portu eximiis, ubi & inquiſitores degunt, & (ita Robbe) præfectus Hiſpaniarum Regis, atque regium Tribunal eſt cauſarum forenſium, è quo jus dicitur Canariis omnibus. VIII. *I. Canaria.*

Ex Canariâ pergimus ad Inſulam Forteventuram, ſeu Bonam Sortem, Gall. *Iſle de Forteventure*. Viciniſſima eſt Bile-dulgeridiæ, ſoli partìm montoſi, partìm campeſtris, ſcatet palmis, olivis, lentiſcis, oricelo, hædis, capris. Nihil hìc clarius eſt oppido Forteventurâ, *Forteventure*, præter quam & varii vici ipſi inſunt. IX. *I. Forteventura.*

Forteventuræ ad ſeptentrionem objacet Inſula Lancerota, Sanſoni Lancelotta, *I. le Lancelotte*, Canariarum ſeptima atque ultima, Forteventuræ non diſſimilis. Ejus portus, & mu- X. *I. Lancerota.*

nitiones ſunt Porto de Cavalos; Porto de Naos, & Lancerota, aliàs *Cayas*, primaria.

XI. *Inſ. Canariæ minores.* Poſt ſeptem illuſtriores Inſulas Canarias, tribus verbis dicendum de Canariis cæteris. Exiguum habent ambitum, &, teſte Baudrando, deſertæ incultæque jacent, & ſunt Inſula Luporum, Gall. *Iſle de Lobos*, ſeu *des Loups Marins*, inter Forteventuram ac Lancerotam media; Rupes, *Rocco*, Gratioſa, *Gratioſa*, Alacritas, *Alagrança*, Inſula S. Claræ, *S. Clara*, poſitæ ad ſeptentrionem Lancerotæ. Plùs in ſeptentrionem & occaſum deflectunt duæ Inſulæ Salvaticæ, Gall. *les Salvages*, ſteriles etiam & deſertæ, quas inter Canarias minores aliqui numerant; alii tranſeunt. Sequitur Inſularum Canariarum Tabula.

- Inſulæ Canariæ *ſunt* XIV:
  - Majores VII,
    - *Inſula Ferri*, — Ferrum.
    - *Inſula Palma*, — Fanum Sanctæ Crucis.
    - *Inſula Gomera*, — Gomera.
    - *Inſula Teneriſa*, — Picus, *Mons.*; F. S. Chriſtophori de Laca.; Gerachicum.; Portus Sanctæ Crucis.
    - *Inſula Canaria*, — Galdera. Guia. Canaria.
    - *Inſula Forteventura*, — Forteventura.
    - *Inſula Lancerota*, — Porto de Cavalos. P. de Naos. Lancerota.
  - Minores VII,
    - *Inſula Luporum.*
    - *Inſula Rupes.*
    - *Inſula Gratioſa.*
    - *Inſula Alacritas.*
    - *Inſula S. Claræ.*
    - *Inſulæ Salvaticæ duæ.*

CAPUT XV.

Inſula Madera &c. Inſulæ Aſores.

I. *Inſulæ ad boream Canariarum. Viciniores ſunt* AD boream Inſularum Canariarum variæ occurrunt Inſulæ, quas, dum alibi commodiùs non licet, hìc recenſebimus, antequam in continentem revertimur. Canariis viciniores ſunt Inſula Deſerta, Madera, & Inſula S. Portûs.

Digitized by Google

S. Portûs. Insula Deserta, Gall. *Isle Deserte*, sic dicitur, quia Deserta est. Jacet ad septentrionem Insularum Salvaticarum, remota ab orientali littore Maderæ septem milliaribus, & exigui ambitûs. *I. Deserta.* Insula Madera, Gall. *Isle Madere*, olim appellata fuit Cerne Atlantica, priori longè amplior & nobilior. *I. Madera.* Quando Portugalli, quibus hodieque subjecta est, Insulam ante duo secula & semis primùm intraverunt, nil nisi sylva erat densissima, cui, ut locus esset culturæ, ignem subdidêre, unde natum (ita produnt) septuenne circiter incendium. Nunc solum habet lætissimum, & feracissimum optimi vini, sacchari, nobilissimorum fructuum, malorum aureorum, granatorum, citreorum, mellis, ceræ, frumenti. Abundat feris, apris quoque, & omnis generis avitio, nec cedris destituitur. Cœlum temperatius est, quàm in Canariis insulis, quibus proinde non est inferior, etsi nunc minùs ferax, quàm primâ tempestate à memorato incendio. Incolæ penè omnes Portugalli sunt. In eâ recenter inventâ Christophorus Columbus habitavit. Oppida habet, ut sileam Parochias benè multas, Moncrixum, *Moncerico*, seu *Monchico*; Fanum S. Crucis, *S. Croce*, & Funchalam, *Funchal*, aliàs *Funzal*, & *Fonzal*, quæ dicta est quasi Fœniculum, à maximâ hujus copiâ, quæ sub primum adventum ibidem offendebatur, urbs Episcopalis, sub Archiepiscopo Olisipponensi, Maderæ Caput, & Præfecti Portugallici habitatio. Insula Sancti Portûs, Gall. *I. S. Portûs.* *Port Sainct*, deflectit à Maderâ in ortum æstivum paucis milliaribus, ipsâ longè minor, circuitûs (ita quidam definiunt) VIII milliarium, juris Portugallici, subjecta Maderæ Gubernatori & Episcopo, soli satis felicis, & fœcundi ceræ & mellis, quo alibi non datur præstantius. Munimentis non gaudet, & ideo sub hujus seculi initium incursibus Piratarum expositа fuit.

II. *Insula Asores, remotiores à Canariis.*

Longiùs à Canariis abeunt versus boream, & occasum Insulæ Asores, seu Azores, Hispanis *Açores*, sortitæ nomen (ita credunt) ab accipitrum genere, quod ipsis *Açor*, & numero plurali *Acores* nominatur. Vocantur etiam Tertiæ, vulgò Terceræ, *Terceres*, ab earum primariâ; item Superiores, quia magìs in boream vergunt, quàm Canariæ. Belgis dicuntur Insulæ Flandricæ, *de Vlaemsche Eylanden*, detectæ primùm (ita tradunt) à Flan-

dris, Brugenſibus nempe mercatoribus, qui eò Colonos traduxêre ad culturam earum, nihil tunc temporis poſſidentium præter arbores, inter quas plurima erat Cedrus, & varia genera alituum. Poſtea tranſierunt in poteſtatem Regis Portugalliæ, cui hodieque obediunt.

III. *Inſ. Azorum conſtitutio.* Jacent intra gradum XXXVII & XLI Latitudinis ſeptentrionalis in medio Oceano Atlantico, æquis ferè ſpatiis ſeparatæ ab America ſeptentrionali, & Africâ, quare Sanſonus in Tabulâ Globi Terreſtris eas nec ad Africam, nec ad Americam revocat, ſed inter utramque continentem conſtituit. Plures tamen ad Africam eas referunt, quorum ſecuti ſumus veſtigia, etſi nonnihil viciniores ſunt Hiſpaniæ, quàm aut Americæ, aut Africæ, inter remotiſſimas omnium Inſularum, quæ ad Africam revocantur. Cœlo gaudent ſalubri, & ſolo ditiſſimo frumenti, vini, fructuum, avium, pecoris. Inveniuntur in iis thermæ, & fons, qui injecta ligna vertit in lapidem. Refert Ortelius, eos, qui ſolvunt ex noſtro hemiſphærio in Americam, ſimulátque Açores tranſierunt, continuò liberari à cimicibus, pulicibus, & omni pediculorum genere, quod, præternavigatis hiſce Inſulis, ſine morâ expirat.

IV. *Sunt novem: I. Corvi.* Vulgò ſtatuuntur IX, Corvi, Florum, Fayala, Pici, S. Georgii, Gratioſa, Tertia, S. Michaëlis, & S. Maria. Inſula Corvi, *Corvo*, & *I. Florum.* Florum, *Flores*, quas Aſoribus adnumerandas eſſe negat Bertius, appellationem ſumpſêre, illa, minor & borealior, à Corvis, hæc à Florum abundantiâ, omnium occidentaliſſimæ, per quas quidam Geographi primum Meridianum traducunt. *I. Fayala.* Inſula Fayala, *Fayal*, quæ longè in orientem deflectit, à Fago arbore denominata eſt, ubi, teſte Ortelio, etiamnum ſuperant ex poſteritate Flandrorum, qui primi *I. Pici.* Aſores inhabitârunt. Fayalæ ad ortum proxima eſt Inſula Pici, *Pico*, ipſâ major & oblongioris figuræ, in quâ mons eximiæ altitudinis, formæ conicæ, Luſitanis *Pico*, qui Inſu- *I. S. Georgii.* læ nomen fecit. Flammas nonnunquam ejaculatur. Inſula S. Georgii, *S. Georgio*, oblonga quoque eſt, & aliquantò borealior, ſic nominata à Divo Georgio, cujus die Portugalli primùm ad ipſam appulêre, quibus familiare eſt indere locis nomen ejus Divi, cui ille dies ſacer eſt, quo primùm in ea adveniunt, quod & in Aſoribus, & aliis locis à portugallis detectis

detectis obſervandum. Inſula Gratioſa, *Gratioſa*, borealior & minor eſt, ſic dicta ab amœnitate. Plùs in auſtrum & ortum vergit Inſula Tertia, *Terçera*, quæ nomen à ſitu obtinet; eſt enim ex Hiſpaniâ venientibus ordine inter Aſores inſula tertia. Omnium nobiliſſima exiſtit, à quâ & cæteræ denominantur, ejuſque Caput eſt Angra, *Angra*, id eſt ſtatio navium, urbs Epiſcopalis, parva, culta, ſita in orâ meridionali Inſulæ cum amplo portu, & munitione S. Philippi munitiſſimâ. In hanc Urbem Alphonſus, Rex Portugalliæ, anno LXVIII à Fratre ablegabatur. Quæ reſtant ex Aſoribus Inſula S. Michaëlis, *S. Michiel*, & S. Mariæ, *S. Maria*, omnium ſunt & orientaliſſimæ, & auſtraliſſimæ, illâ longè majori & oblongiori, hâc contra; in utrâque complures Geographi initium locant Longitudinis. Sequitur Tabula Inſularum, quæ à Canariis in boream ſitæ ſunt.

I. Gratioſa.

I. Tertia.

I. S. Michaël.

I. S. Maria.



CAPUT XVI.

Barbaria. Regnum Marocanum.

LUSTRATIS Inſulis Canariis, & quæ ab iis in ſeptentrionem vergunt, in continentem Africam regredimur, ſeptimam & ultimam ejus partem inſpecturi, quæ omnium borealiſſima, atque Europæ propinquiſſima eſt, & appellatur Barbaria, Gall. *Barbarie*, Belg. *Barbaryen*. Ejus limites

I. *Barbaria limites.*

Digitized by Google

mites sunt ab occasu mare Atlanticum; à boreâ fretum Gaditanum, & mare Mediterraneum; ab ortu Ægyptus; ab austro Biledulgeridia, à quâ mons Atlas ipsum dividit.

II. *Barbaria confinium.* Jacet intra gradum IX & LX Longitudinis, & gradum XXVII & XXXVI Latitudinis septentrionalis. Proinde ab occasu in ortum longissimè extenditur, at ab austro in boream longè minùs, nec uniformi latitudine. Latissima est in parte occiduâ, in parte verò orientali plurimis in locis tàm angusta est, ut ne gradum quidem adæquet. Ora ejus maritima & ad mare Atlanticum, & Mediterraneum insignitèr sinuosa est, ad quam indigenæ quærendo invehigant corallia. Palmam omnibus Africæ partibus, etsi inter maximas est, facilè præripit, omnium populosissima, cultissima, & vicis, oppidis, urbibus refertissima. Cœlum satis temperatum habet, & solum ferax frumenti & nobilissimorum fructuum. Equi ejus magnam laudem inveniunt, & pelles variorum animalium. Indigenæ religioni Mahamedis addicti sunt.

III. *Regiones Barbariæ.* Barbaria impræsentiarum sex Regna complectitur, quæ sunt Marocanum, Fessanum, Algerianum, Tunetanum, Tripolitanum, & Barca. Omnes sunt maritimæ, & prima tantùm adjacet mari Atlantico; secunda & Atlantico, & freto Gaditano, & mari Mediterraneo; quatuor verò reliquæ soli Mediterraneo.

IV. *Regnum Marocanum.* Inter enumerata Regna omnium & australissimum, & occidentalissimum est regnum Marocanum, Cluverio Maurocanum, alias Marochium & Marochi, Gall. *Royaume de Maroc*, Belg. *Marocco*, seu *Marocco*. Ipsum limitat ab austro Tesseta; ab ortu Darha, Tafilcta, & Segelmessa, Provinciæ Biledulgeridiæ; à boreâ regnum Fessanum; ab occasu mare Atlanticum. Habet fruges, legumina & fructus omnis generis, oleum, mel, saccharum, uvas raræ magnitudinis, armenta, greges, capras, quarum pelles Marocchini vocantur, & villi utilissimi sunt ad fabricam pannorum, quos Camelottos nuncupant. Gaudet & fodinis auri, argenti, æris, & diversis fluminibus. Subest Regi, cujus titulus est, teste Robbe, Imperator Africæ, Rex Marochii, Fessæ, Susæ, Tafiletæ, Dominus Gagi, Darhæ & Guineæ, magnus Seriphus Mahamedis, &c.

Dividitur

Digitized by Google

mites sunt ab occasu mare Atlanticum; à boreâ fretum Gaditanum, & mare Mediterraneum; ab ortu Ægyptus; ab austro Biledulgeridia, à quâ mons Atlas ipsam dividit.

II. *Barbaria constitutio.* Jacet intra gradum IX & LX Longitudinis, & gradum XXVII & XXXVI Latitudinis septentrionalis. Proinde ab occasu in ortum longissimè extenditur, at ab austro in boream longè minùs, nec uniformi latitudine. Latissima est in parte occiduâ, in parte verò ortivâ pluribus in locis tàm angusta est, ut ne gradum quidem adæquet. Ora ejus maritima & ad mare Atlanticum, & Mediterraneum insigniter sinuosa est, ad quam indigenæ quærendo investigant corallia. Palmam omnibus Africæ partibus, etsi inter minimas est, facilè præripit, omnium populosissima, cultissima, & vicis, oppidis, urbibus refertissima. Cœlum satis temperatum habet, & solum ferax frumenti & nobilissimorum fructuum. Equi ejus magnam laudem inveniunt, & pelles variorum animalium. Indigenæ religioni Muhamedis addicti sunt.

III. *Ejusdem divisio.* Barbaria impræsentiarum sex Regna complectitur, quæ sunt Marocanum, Fessanum, Algerianum, Tunetanum, Tripolitanum, & Barca. Omnes sunt maritimæ, & prima tantùm adjacet mari Atlantico; secunda & Atlantico, & freto Gaditano, & mari Mediterraneo; quatuor verò reliquæ soli Mediterraneo.

IV. *Regnum Marocanum.* Inter enumerata Regna omnium & australissimum, & occidentalissimum est regnum Marocanum, Cluverio Maurocanum, aliàs Marochium & Marochi, Gall. *Royaume de Maroc*, Belg. *Maroco*, seu *Marocco*. Ipsum limitat ab austro Tessета; ab ortu Darha, Tafileta, & Segelomessa, Provinciæ Biledulgeridiæ; à boreâ regnum Fessanum; ab occasu mare Atlanticum. Habet fruges, legumina & fructus omnis generis, oleum, mel, saccharum, uvas raræ magnitudinis, armenta, greges, capras, quarum pelles Marocchini vocantur, & villi utilissimi sunt ad fabricam pannorum, quos Camelottos nuncupant. Gaudet & fodinis auri, argenti, æris, & diversis fluminibus. Subest Regi, cujus titulus est, teste Robbe, Imperator Africæ, Rex Marochii, Fessæ, Susæ, Tafiletæ, Dominus Gagi, Darhæ & Guineæ, magnus Seriphus Muhamedis, &c.

Dividitur

Digitized by Google

Digitized by Google

mites sunt ab occasu mare Atlanticum; à boreâ fretum Gaditanum, & mare Mediterraneum; ab ortu Ægyptus; ab austro Biledulgeridia, à quâ mons Atlas ipsam dividit.

II. *Barbaria constitutio.* Jacet intra gradum IX & LX Longitudinis, & gradum XXVII & XXXVI Latitudinis septentrionalis. Proinde ab occasu in ortum longissimè extenditur, at ab austro in boream longè minùs, nec uniformi latitudine. Latissima est in parte occiduâ, in parte verò ortivâ pluribus in locis tàm angusta est, ut ne gradum quidem adæquet. Ora ejus maritima & ad mare Atlanticum, & Mediterraneum insigniter sinuosa est, ad quam indigenæ quærendo investigant corallia. Palmam omnibus Africæ partibus, etsi inter minimas est, facilè præripit, omnium populosissima, cultissima, & vicis, oppidis, urbibus refertissima. Cœlum satis temperatum habet, & solum ferax frumenti & nobilissimorum fructuum. Equi ejus magnam laudem inveniunt, & pelles variorum animalium. Indigenæ religioni Muhamedis addicti sunt.

III. *Ejusdem divisio.* Barbaria impræsentiarum sex Regna complectitur, quæ sunt Marocanum, Fessanum, Algerianum, Tunetanum, Tripolitanum, & Barca. Omnes sunt maritimæ, & prima tantùm adjacet mari Atlantico; secunda & Atlantico, & freto Gaditano, & mari Mediterraneo; quatuor verò reliquæ soli Mediterraneo.

IV. *Regnum Marocanum.* Inter enumerata Regna omnium & australissimum, & occidentalissimum est regnum Marocanum, Cluverio Maurocanum, aliàs Marochium & Marochi, Gall. *Royaume de Maroc*, Belg. *Maroco*, seu *Marocco*. Ipsum limitat ab austro Tessefa; ab ortu Darha, Tafileta, & Segelomessa, Provinciæ Biledulgeridiæ; à boreâ regnum Fessanum; ab occasu mare Atlanticum. Habet fruges, legumina & fructus omnis generis, oleum, mel, saccharum, uvas raræ magnitudinis, armenta, greges, capras, quarum pelles Marocchini vocantur, & villi utilissimi sunt ad fabricam pannorum, quos Camelottos nuncupant. Gaudet & fodinis auri, argenti, æris, & diversis fluminibus. Subest Regi, cujus titulus est, teste Robbe, Imperator Africæ, Rex Marochii, Fessæ, Susæ, Tafiletæ, Dominus Gagi, Darhæ & Guineæ, magnus Seriphus Muhamedis, &c.

Dividitur

Digitized by Google

Digitized by Google

mites ſunt ab occaſu mare Atlanticum; à boreâ fretum Gaditanum, & mare Mediterraneum; ab ortu Ægyptus; ab auſtro Biledulgeridia, à quâ mons Atlas ipſam dividit.

II. *Barbaria conſtitutio.* Jacet intra gradum IX & LX Longitudinis, & gradum XXVII & XXXVI Latitudinis ſeptentrionalis. Proinde ab occaſu in ortum longiſſimè extenditur, at ab auſtro in boream longè minùs, nec uniformi latitudine. Latiſſima eſt in parte occiduâ, in parte verò ortivâ pluribus in locis tàm anguſta eſt, ut ne gradum quidem adæquet. Ora ejus maritima & ad mare Atlanticum, & Mediterraneum inſigniter ſinuoſa eſt, ad quam indigenæ quærendo inveſtigant corallia. Palmam omnibus Africæ partibus, etſi inter minimas eſt, facilè præripit, omnium populoſiſſima, cultiſſima, & vicis, oppidis, urbibus refertiſſima. Cœlum satis temperatum habet, & ſolum ferax frumenti & nobiliſſimorum fructuum. Equi ejus magnam laudem inveniunt, & pelles variorum animalium. Indigenæ religioni Muhamedis addicti ſunt.

III. *Ejuſdem diviſio.* Barbaria impræſentiarum ſex Regna complectitur, quæ ſunt Marocanum, Feſſanum, Algerianum, Tunetanum, Tripolitanum, & Barca. Omnes ſunt maritimæ, & prima tantùm adjacet mari Atlantico; ſecunda & Atlantico, & freto Gaditano, & mari Mediterraneo; quatuor verò reliquæ ſoli Mediterraneo.

IV. *Regnum Marocanum.* Inter enumerata Regna omnium & auſtraliſſimum, & occidentaliſſimum eſt regnum Marocanum, Cluverio Maurocanum, aliàs Marochium & Marochi, Gall. *Royaume de Maroc*, Belg. *Maroco*, ſeu *Marocco*. Ipſum limitat ab auſtro Teſſeta; ab ortu Darha, Tafileta, & Segelomeſſa, Provinciæ Biledulgeridiæ; à boreâ regnum Feſſanum; ab occaſu mare Atlanticum. Habet fruges, legumina & fructus omnis generis, oleum, mel, ſaccharum, uvas raræ magnitudinis, armenta, greges, capras, quarum pelles Marocchini vocantur, & villi utiliſſimi ſunt ad fabricam pannorum, quos Camelottos nuncupant. Gaudet & fodinis auri, argenti, æris, & diverſis fluminibus. Subeſt Regi, cujus titulus eſt, teſte Robbe, Imperator Africæ, Rex Marochii, Feſſæ, Suſæ, Tafiletæ, Dominus Gagi, Darhæ & Guineæ, magnus Seriphus Muhamedis, &c.

Dividitur

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


12
13
14
32
31
30
29
28
ROYAUME
DE
FEZ.
Tedles
SEGEL
MES
DA
RHA.
SET.
MAROCHUM
Benin
Nuchaila
Ommira
Subeita
Temeracosta
Bulahuana
Viridis
Elmedina
Alendina
Has
Tagodastum
Elgumuha
Tefnut
Tedsa
Magranus M.
Tinzulin
Taragalel
Tesuf
Darha
Tinzoda
Tabarnest
SA.

Digitized by Google

Dividitur in VII præcipuas Provincias, quæ ſunt Suſa, Hea, Duccala, Guzula, Marochia, Haſcora, & Tedleſa. Tres priores maritimæ ſunt, at reliquæ quatuor mediterraneæ. Inter maritimas Suſa, *Sus*, auſtraliſſima eſt, & Teſſetæ ad boream confinis, cui Suſus fluvius, à quo rigatur, nomen impoſuit. Ipſam Baudrandus præterit in recenſione Provinciarum regni Marocani, & Biledulgeridiæ attribuit; ſed ſecùs alii, conſentientibus Tabulis, quæ partem meridionalem Suſæ, quæ ad meridiem eſt Suſi fl., & ubi Provinciæ minores, Extuca, & Ydauſquerita, Teſſetæ ſeu Biledulgeridiæ largiuntur. Dives eſt Suſa auri, frumenti, lini, ſacchari, ficuum, dactylorum, ambræ nobilis ad oram. Ejus urbes præcipuæ ſunt Tagavoſtum, *Tagavoſt*, verſus Teſſetæ confinia; Tedſa, *Tedſa*; Tarodantum, *Tarodant*, ſeu *Taradante*, Suſæ princeps; Tejeuta, *Tejeut*, ad ſiniſtram ripam Suſi, circa quam nulli alii nummi in uſu, quàm aurum & ferrum, eruta ex fodinis; Meſſa, *Meſſa*, ad Suſum, non procul ab oſtio, portus non ignobilis; Guargeſſena, *Guargeſſen*, ad mare Atlanticum; uti & Albetfuſa, *Albetfus*, borealior.

V. *Ejus Provinciæ ſunt* VII. *Prov. Suſa.*

Provincia Hea, *Hea*, Provinciam Suſam à boreâ contingit, media inter fl. Aſifnualum, *Aſifnual*, ad ortum, & mare Atlanticum ad occaſum, diffunditque ſe ad ejus oram à promontorio Gero, *C. Ger*, ſeu *C. d. Geer*, ad oſtium Tenſifti, *Tenſift*. Aſpera eſt, montoſa, nemoroſa, hordei affluens. Indigenæ ignari ſunt Medicinæ, Pharmaceuticæ, Chirurgiæ. Pauci ſcribere norunt, aut legere. Turcarum more quotidianis epulis in mattis accumbunt. Ejus urbes ſunt Tafalla, *Tafalla*, ad mare Atlanticum; Tefethna, *Tefethna*, ad oſtium fl. ejuſdem nominis, emporium cum portu; Culejata, *Culejat*, in mediterraneis; uti & Teijutum, *Teijeuth*; Montana, *Montana*, ad mare; item Amama, *Amama*; Tedneſta, *Tedneſt*, ad fl. Savenſium, clariſſima; Hadechiſa, *Hadechis*; Teculethum, *Teculeth*; Sancta Clara, *S. Clara*, & Goza, *Goza*, maritimæ.

VI. *Prov. Hea.*

Tertia, & poſtrema Provincia maritima regni Marocani, & omnium borealiſſima eſt Duccala, ſeu Ducala, *Duccala*, quæ fl. Tenſiftum & Ommirabihum interjacet. Frumento affluit. Urbes hujus Provinciæ clariores habentur Conta, *Conte*,

VII. *Prov. Duccala.*

Conte; Meramera, *Meramer*; & juxta mare Atlanticum inter portus præcipuos Azafia, *Azafi*, aliquibus nobiliſſima, non procul ab oſtia Tenſifti fl.; Emandera, *Emander*, ad ortum Capitis Canthini, *C. Cantin*; Teturia, *Teturia*; Tita, *Tite*, aliàs ſub Portugallis, teſte Sanſono, demolita; Magazana, *Magazan*, aliter *Megrazan*, aut *Mazagan*, portus nobilis, optimè munitus, ſub eorundem imperio; Elemadina, *El Medma*, in loco campeſtri ad æſtuarium fl. Ommirabihi; ſuperiùs Azaamirum, *Azamor*, portus egregius, olim ſub Luſitanis, ſed poſtea à Mauris receptum, nunc vicus ferè; Subeita; Temeracoſta; Tergum; Buhlahuana, ſitæ omnes ex ordine ad ſiniſtram ripam Ommirabihi.

VIII. *Provincia Guzula.* Viſis Provinciis maritimis regni Marocani ad ejuſdem mediterraneas accedimus. Omnium meridionaliſſima eſt Guzula, ſeu Guzzula, *Guzula*, contermina ab occaſu Suſæ, ab auſtro Teſſetæ, & ab ortu Darhæ. Superior pars Suſi ipſam rigat. Oppida ejus vallo carent, pagi frequentes ſunt, ampli, divites, populoſi, in quibus anniverſariæ nundinæ, ad quas Africani magno numero confluunt. Bardi dicuntur, inſtrumenta tamen ex ferro affabrè norunt parare.

IX. *Provincia Marochia.* Provincia Marochia, Gall. *Maroc*, Belg. *Marocco*, jacet ad boream Guzulæ, atque ab Heâ dividitur per fl. Aſifnualum, *Aſſfnual*; à Duccalâ verò & Haſcorâ, medio fl. Tenſifto, *Tenſift*. Pars regni Marocani nobiliſſima eſt, cultiſſima, armentis abundans & pecoribus. Urbes ejus nobiliores ſunt Delgumuha, *Delgumuha*; Temmella ſeu Tummella, *Temmella*, in monte cognomini; Imegiagenum, *Imegiagen*, ſeu *Imegiagen*, in monte prærupto; Elgiumha, *Elgumha*, valida, ad fl. Seſſavam; Tumeglaſta, *Tumeglaſta*; Tefraſta, *Tefraſta*; Marochium, *Marocco*, urbs media inter fl. Niffin ſeu Neſtim, & Agmetam, ſita in ſolo campeſtri ampliſſimo, ubique herbido, hujus Provinciæ non tantùm, ſed & regni totius, quibus & nomen impoſuit, facilè princeps, ſedes regia, inauditæ olim (ſic ſcribit Joannes Leo Africanus) magnitudinis, ædes numerabat plures, quâm centies mille, portus in ambitu viginti quatuor, aliis viginti quinque, murus eſt ex lapide craſſiſſimus, editiſſimus, turritiſſimus, templa habuit, habetque artificioſiſſima, magnificentiſſima, arcem munitiſſimam, cujus ſi amplitudo,

Digitized by Google

Digitized by Google


OCEAN
OCCIDEN
TAL
ATLAN
TICQUE
DESTROIT DE GIBRALTAR
Barbate
Tarifa
Algezira
Gibraltar
Estepona
Zaara
Spartellum Caput
Tanger
Tetuan
Tingitana
Arzilla
Chebibus
Larache
Alcazar
Mamora
Salé
Sala
Rabat
Fedalla
Mazagan
Azafi
Almansora
Camelt Caput
Escassora
Rebat
Cacorum Cap
Benes
Nuchaila
Temesna
Tagodast
Adenhum
Tagoust
Tagum
Bulabuata
Centum Putei
Insulæ Fortunatæ
Adechsuna
Guahla
Tarudant
Nemptra
Guargara
Ruad
Gomidelme
Bambasila
Bouchefa
Homara
Mexmara
Subat
Subat Mahmora
Basra
Benifenzes
Bahona
Agla
Bambola
Guargara
Tedla
Fedalla
Azafi
Almansora
Camelt Caput
Escassora
Rebat
Cacorum Cap
Benes
Nuchaila
Temesna
Tagodast
Adenhum
Tagoust
Tagum
Bulabuata
Centum Putei
Insulæ Fortunatæ
Adechsuna
Guahla
Tarudant
Nemptra
Guargara
Ruad
Gomidelme
Bambasila
Bouchefa
Homara
Mexmara
Subat
Subat Mahmora
Basra
Benifenzes
Bahona
Agla
Bambola
Guargara


16
17
18
35
34
33
32
31
CAUME DE FEZ.
en sept Provinces
Mer
Mediterranée
Albusama
Caput Trium Furcarum
Gebha
Melela
Thabernia fl.
Tabarca
Arx
Thubernum
Roy
Gareta
Garsis
Touroutum
D'Alger
Tezza
Salegus
Gastrivum
Segel
Messe

Digitized by Google

amplitudo, ſi muri, ſi portæ denique ſpectentur ex marmore, oppidum jure merito cenſeas. Hodie pars magna urbis inculta jacet, & inter ædium rudera inveniuntur vineæ, palmæ, ſpatioſi horti, & agri frumentis fœcundiſſimi, quia extra urbis muros ſatis tutum non eſt terram colere ob crebras incurſiones Arabum. Marochium & Judæi inhabitant. Florent hìc, teſte Bunone, ſtudia Grammaticæ, Poëticæ, Aſtrologiæ, & legum hujus Gentis, & eò ſtudiorum gratiâ juventus ex omni Barbariâ confluit. Ptolemæi Bocanum Hemerum fuiſſe, varii ſuſpicantur; Agmeta, *Agmet*, aliquantò orientialior & auſtralior, olim longè nobilior, quàm impræſentiarum.

Marochiæ proxima eſt Provincia Haſcora, *Haſcora*, quæ fl. Tenſiftum & Quadelhabidum, *Quad-el-Habid*, interjacet. Hìc ſexus fœmineus ſpectabilis formæ eſt, qui peregrinos deperit. Meliores urbes Haſcoræ ſunt Bezum, *Bezo*, ſeu *Bzo*, emporium; Elgiumuha, *Elgiumuha*, ſtructa in monte; Tagodaſtum, *Tagodaſt*, ſeu *Tegodaſt*, urbs etiam monti impoſita, emporium; Elmadina, *Elmadine*, borealiſſima, in confiniis Provinciæ Duccalæ, Haſcoræ clariſſima, populoſiſſima, emporium nobile. X. *Provincia Haſcora.*

Supereſt ex Provinciis mediterraneis, & univerſo regno Marocano Provincia Tedleſa, *Tedles*, omnium orientaliſſima, inter fl. Quadelhabidum ad occaſum, & Segelomeſſam ad ortum. Inter urbes ejus præſtant Eithiadum, *Eithiad*; Cithiteba, *Cithiteba*; Efza, *Efza*, impoſitæ montibus; Tefza, *Tefza*, urbs prædives, caput Provinciæ, ſitum ad fl. Dernam; Tedza, *Tedza*, in tractu montoſo verſus Segelomeſſæ confinia. XI. *Provincia Tedleſa.*

CAPUT XVII.

Regnum Feſſanum.

ALTERUM regnum Barbariæ, quod & Atlanticum mare alluit, eſt regnum Feſſanum, ſeu Fezzanum, Gall. *Royaume de Fez*, omnium borealiſſimum, & Europæ propinquiſſimum. Ejus limites ſunt ab occaſu mare Atlanticum; à boreâ fretum Gaditanum, & mediterraneum; ab ortu I. *Regnum Feſſanum.*

regnum Algerianum, à quo fl. Mulvia & Zhaſa ipſum ſeparant; ab auſtro Segelomeſſa, pars Biledulgeridiæ, & regnum Marocanum; ab illâ per montem Atlantem, & ab hoc per fl. Ommirabihum dividitur. Regnum Feſſanum inter omnia regna Barbariæ cultiſſimum, populoſiſſimumque eſt. Scatet montibus & vallibus, neque tamen deſunt loca campeſtria. Solum abundat frumento, & diverſi generis fructibus, malis, pyris, prunis, uvis, ficibus. Æſtas fervida ſerenaque eſt. Paret (ita Robbe) Regi, qui & regno Marocano præeſt.

II. *Ejus Provinciæ ſunt VII.* Provinciæ regni Feſſani etiam ſunt VII, & appellantur Temeſna, Feſſa, Aſgara, Habata, Errifis, Chauſa, & Gareta, quarum quatuor priores conſtituunt illius partem occiduam, & ortivam reliquæ. Provinciæ partis occiduæ omnes maritimæ ſunt, atque à mari Atlantico perfunduntur, & quarta quoque à freto Gaditano & mari mediterraneo.

III. *Prov. Temeſna.* Provincia Temeſna, *Temeſna*, extendit ſe à fl. Ommirabiho, *Ommiraby*, termino ejus auſtrali, ad fl. Buragragum, *Buragrag*, terminum borealen, & à mari Atlantico ad Atlantem. Campeſtris & fœcunda eſt; alibi tamen non deſunt deſerta, latibula ſæviſſimorum leonum & leopardorum, quæ viatores tranſire non ſolent, niſi turmatim, & nocturnis temporibus aliqui agunt excubias, ne ſommo obrutos feræ adoriantur, & lacerent. Inveniuntur hìc etiam teſtudines. Urbes mediterraneæ ſunt Tegagita, *Tegagit*, ad Ommirabihum; Thagita, *Thagit*; Adendum, *Adendum*, ubi ferri fodinæ; Hainelchalla, *Hainelchalla*. Ad aut juxta mare ſunt Beniza, *Beniz*; Anfa, *Anfa*; Soncia, *Soncia*; Almanſora, *Almanſora*; Rabata, *Rabat*, in colle, inter fl. Buragragum & mare, aliquibus Temeſnæ præcipua, olim, quàm hodie, nobilior.

IV. *Prov. Feſſa.* Ex Temeſnâ in Provinciam Feſſam, ſeu Fezzam, *Fez*, progredimur, ſitam inter Buragragum & Subam flumina. Ad mare ſatis anguſtum eſt, at in mediterraneis multò magis ſe explicat. Cœlum habet temperatiſſimum. Solum abundat equis, ovibus, hædis atque leporibus. Ejus urbes clariores ſunt Mahmora, *Mahmora*, juxta oſtium Subæ fl.; Tefelfelta, *Tefelfelta*; Sala, *Sala*, ſeu *Sale*, ad oſtium Buragragi fl., antè, quàm nunc illuſtrior, cum munimento in colle, ubi & Regum Fezzæ Mauſolea. Portum arenæ paulatìm obſtruunt, & cives

pi-

Digitized by Google

piraticâ vitam tolerant. Mediterraneæ ſunt Fanzara, *Fanzara*; Mechneſa, *Mechneſe*; Feſſa ſeu Fezza, *Fez*, complurибus Volubilis Antiquorum, Plinio Volubile, hujus Provinciæ non ſolùm, ſed & regni Fezzani metropolis, quin Barbariæ totius facilè princeps. Mediam fluvius *Fez* interluit, ita varii; at Baudrandus & Robbe ſitam ajunt ad fluvium Unionum exiguum. Editis muris, in quibus & copioſæ turres, cingitur, formæ quadrangularis, quæ alterâ parte eſt longior, vaſtæ & ſtupendæ magnitudinis. Dicitur Portas habere LXXXVI, Plateas majores CC, Templa DCC, in quibus magnifica & ſplendida LX, Fora XLII, Fontes DCLXXXVI, Xenodochia & Collegia plurima, in quibus artes atque ſcientiæ in linguâ Arabicâ inculcantur, artificum & mercatorum officinas infinitas, ædificia publica, privataque pulchra, & magnifica, adeo ut Africæ ornamentum ſit, & urbs inter Mundi pulcherrimas. Multùm tamen à multis annis defeciſſe, & deficere etiamnum tradunt alii. Plùs in boream & occaſum vergunt Zavia, *Zavia*, & Gualila, *Gualila*.

Poſt Feſſam ſequitur Provincia Aſgara, *Aſgar*, ſeu *Azgar*. Cœlum ejus ſalubre eſt, abundatque ſylvis, goſſipio, & lætiſſimis paſcuis. Pars mari vicinior non caret ſtagnis & paludibus, quæ plurimas anguillas nutriunt. In ipſâ ſe offerunt Elgiumha, ſeu Elgiuhma, *Elgiuhma*, granarium Arabum; Cebira, *Cebir*, ſeu Caſar-Elcabira, *Caſar-Elcabir*; Lixa Ptolemæo, Lixos Plinio, nunc Europæis *Larache*, ſeu *l'Arache*, Africanis *Arais*, olim ampliſſima, ubi putatur fuiſſe Regia Antæi, Libyci illius Gigantis, quem Hercules enecuit, & horti Heſperidum, aurifero nemore pretioſi, quos in Cyrenaicâ, non procul ab urbe Barce, collocant alii, hodie Aſgaræ caput, cum portu & arce ad oſtia Lixi fl., & mare Atlanticum, ſub dominio Hiſpanorum ab anno MDCX, ſed quam nuper Imperator Marocanus Hiſpanis eripuit. V. *Prov. Aſgara.*

Aſgarâ multò major eſt Provincia Habata, Baudrando Haſbata, Bertio Elhabata, *Habat*, omnium Provinciarum regni Feſſani borealiſſima, & non niſi freto Herculeo ab Hiſpaniâ divulſa. Maximè ſe diffundit inter Provinciam Feſſam, & Fretum; at longè minùs inter ortum & occaſum, anguſtiſſima in parte meridionali, & Fretum verſus. Ab occaſu mari VI. *Prov. Habata.*

Atlantico perfunditur ; à boreâ Freto ; ab ortu mari Mediterraneo. Solum fertile habet. Ejus urbes ſunt Zilia, ſeu Zelis, Marmolio & aliis nunc Arzilla, *Arzilla*, feliciter munita, ad receſſum ſinûs maris Atlantici, teſte Baudrando, ſub Fezzæ regis imperio; Tingis ſeu Tingi, ab Antæo condita, à quâ Mauritania Tingitana, & Fretum Tingitanum cognomen ſuum accepêre, nunc *Tanger*, ad ſinum Freti Gaditani, Anglis à Portugallis tradita anno LXII, pactis dotalibus Caroli II, Regis Angliæ, cum Catharinâ, Infantâ Portugallicâ, ſita in ſolo arenoſo & ſterili, & ab Anglis nuper demolita & derelicta; Cazaira Ezaghira, *Cazar-Ezzagir*, ad ſinum orientaliorem ejuſdem Freti, ſub Hiſpanis; Teteguina, *Teteguin*, aliàs *Tegnan*, culta, in mediterraneis; Septæ, jam *Ceuta* Hiſpanis, urbs parva, feliciter munita, proxima monti Abylæ, alteri columnæ Herculis, ad orientalem partem Freti, ubi anguſtiſſimum eſt, ſub Hiſpanorum imperio.

VII. *Prov. Erriſis.* Miſſâ parte occiduâ regni Feſſani, ad partem orientalem progredimur, in quâ Habatæ contermina eſt Provincia Erriſis, ſeu Errifa, *Errif*, extenſa ad mare Mediterraneum inter Gomerum & Nocoram flumina. Scatet ſylvis, deſertis, editis montibus, vitibus, ficibus, olivis, amygdalis, hoedis, aſinis, ſimiis. Urbes, quibus gaudet, maritimæ ferè ſunt, aut mari propinquæ, quarum præcipuæ ſunt Gomera, *Gomer*, aliquibus Erriſæ caput; Terga, ſeu Targa, *Terga*, juxta oſtium Cherſeri fl.; Salquiza, *Salquiza*, juxta ripam oppoſitam; Iettiſa, *Ietiis*; Bediſa, *Bedis*, ſeu *Belis*; Velia, *Velez*; Velia Rupes, *Pennon de Velez*, arx Hiſpanorum in Inſulâ prope Veliam cum portu; Tegaſſa, *Tegaſſa*; Mezemma, *Mezemme*, juxta oſtium Nocoræ, ante ampla & populoſa. Multùm diſtat à mari Guazevalæ, *Guaſevala*.

VIII *Prov. Chauſa.* Erriſam ab auſtro & ortu contingit Provincia Chauſa, aliis Elchauſum, *Chaus*, Provinciarum regni Feſſani longè maxima, quin quæ tertiam regni partem & ampliùs complectitur, referta montibus, collibus, & ſolitudinibus. In ipſâ ortum habent fl. Nocora, & Mulvia. Inter urbes præſtant Teza, ſeu Tezza, *Tezza*, caput Provinciæ, ampla, magnifica, inter totius Regni clariſſimas; Sofroa; *Sofroa*, & Benibachlula, *Benibachlula*, prope confinia Feſſæ Provinciæ; Mabdia, *Mabdia*;

Digitized by Google

dia; Dubdum, *Dubdu*; Haddagia, *Haddaggia*, ad Mulviam; Teurentum, *Teurent*, in ſolo edito ad fl. Zhaſam; Garſiſa, *Garſis*, ad Mulviam.

IX. *Prov. Garetæ.*

Supereſt ex regno Feſſano Gareta, *Garet*, Provincia ſeptima & ultima, una ex minimis, media inter Chauſam, mare mediterraneum, Nocoram & Mulviam flumina, ſiticuloſa, arenoſa, montoſa, ſterilis, & deſertis referta, ubi feræ homines multùm infeſtant. Habet eximias fodinas ferri. Urbes, quæ alicujus notæ, mari vicinæ ſunt, Tarforagellum, *Tarforagel*; Fetiſa, *Fetis*; Alcudia, *Alcudia*, juxta quam jacet Caput trium Furcarum, *C. de tres Forcas*, Provinciæ hujus borealiſſimum; Melilla, *Melilla*, ſeu *Melela*, caput Garetæ cum portu commodo, ſub Hiſpanorum poteſtate; Chaſaſa, *Chaſaſa*, Sanſono teſte, ſub Hiſpanis; Iaffarina, *Iaffarina*, juxta Mulviæ oſtium in regni Algeriani limite.

CAPUT XVIII.

Regnum Algerianum.

I. *Regn. Algerianum.*

INTER regna, quæ mare Mediterraneum tantùm alluunt, proximum nunc eſt regnum Algerianum, Gall. *Royaume d'Alger*, quod à boreâ limitat mare Mediterraneum, ab oſtio fl. Mulviæ uſque ad oſtium fl. Guadilbarbaræ; ab ortu regnum Tunetanum; ab auſtro Biledulgeridia propria, Zeba, Tegorarinum & Segelomeſſa, Provinciæ Biledulgeridiæ, à quibus mons Atlas ipſum ſeparat; ab occaſu regnum Feſſanum, à quo fl. Zhaſâ & Mulviâ diſtinguitur.

II. *Ejus conſtitutio.*

Longiſſimè ab occaſu in ortum diffunditur, à gradu circiter XVIII ad uſque gradum XXXI; at ab auſtro in boream, ubi vel latiſſima eſt, latitudinem non habet IV graduum. Scatet hoc regnum editis montibus, in primis verſus meridiem, in quibus nobiliſſima metalla, aurum, argentum, ferrum, feræ plurimæ, nec deſunt ſolitudines. Alibi ſatis lætum eſt, multis fluminibus irrigatur, producitque optimæ notæ fructus, fruges, mel, ceram. Ad oram etiam corallia colliguntur. Regnum hoc præpotens eſt, & piraticâ, quam facit, celeberrimum.

Digitized by Google

III. *Provincia regni Algeriani sunt V.*

Diſpeſcitur communiter in V Provincias, quæ ſunt Telenſinum, Teneza, Gezaira, Bugia, & Conſtantina, quarum duæ poſteriores jacent ad ortum fl. Majoris, & tres reliquæ ad occaſum.

Prov. Telenſinum.

Telenſinum, *Telenſin*, ſeu *Teleſſin*, aliis Tremiſenum, regni titulo illuſtre, pars eſt regni Algeriani occidentaliſſima, quam ab occaſu regnum Feſſanum, & ab ortu Teneza terminant. Urbes ejus præcipuæ ad aut juxta oram maritimam ſunt Hunaina, *Hunain*, portus opportunus, in ſolo, quod goſſipium, mala aurea, granata, citrea, & ficus magnâ copiâ progenerat; Telenſinum, ſeu Tremiſenum, *Telenſin*, item *Tremiſen*, ſeu *Tremecen*, dictum olim Tumici, caput regni cognominis, urbs ad ſiniſtram ripam Seſſiſi fl., verſus ejuſdem oſtium, ante ampliſſima, nobiliſſima, ſed bellis graviſſimis attenuata plurimùm; Marſalquibira, *Marſalquibir*, ſeu *Marſa-el-quibir*, ſub Hiſpanorum imperio; Oranum, *Oran*, parvi ambitûs, in aſpero colle, portus capax, tutus, validus, etiam ſub Hiſpanis; Mazagranum, *Mazagran*, aliis Meſgranum, cum arce ad oram.

IV. *Prov. Teneza.*

Provincia Teneza, *Teneza*, Telenſino anguſtior, inter Seteſum & Miromum flumina interjacet, quorum ille à Telenſino, & hic à Gezairâ ipſam dividit. Urbes majoris momenti prope littus habentur Muſtuganis, *Muſtugan*, non longè ab oſtio Seteſi, quibuſdam olim Cartenna; Tadra, *Tadra*; Teneza, *Tenez*, ſeu *Tenes*, Provinciæ hujus clariſſima, munita, cum portu commodo, cui & Provincia, & Promontorium vicinum nomen debet, dicta olim Sanſoni Iulia Cæſarea, & ante Jol, ſtructa à Jubâ rege, & poſtmodùm in honorem Cæſaris Iulia Cæſarea appellata, princeps Cæſarienſis Mauritaniæ; Briſcha, *Briſcha*; Marſolacha, *Marſolach*; Serſela, *Serſel* & *Sercelly*; Meliana, ſeu Malliana, *Meliana*, ſita in tractu mediterraneo, in monte, ad ſiniſtram fl. Miromi, ubi nucum & fontium abundantia.

V. *Prov. Gezaira.*

Sequitur Provincia Gezaira, *Gezaira*, aliàs Algeriana, media inter V Provincias regni Algeriani, quam fl. Miromus ab occaſu, & Major ab ortu claudit. In eâ ſe offerunt Mazura, *Mazura*, ad dextram Miromi, mediterranea; & prope mare Miroma, *Miroma*, aliis *Maroma*; Caxima, *Caxima*; Gezaira, *Gezaira* Arabibus, aliter Algeria, Algerium & Algairia, Gall.

Digitized by Google

Gall. *Alger*, Belg. *Algier*, pluribus olim Julia Cæſarea, à quibus diſſentit Sanſonus, cui Teneza, de quâ paulò ſuperiùs, antiquorum Julia Cæſarea eſt, & Algeria Ruſucurum, Plinio Ruſcurium, urbs Gezairæ non tantùm, ſed & totius Regni Algeriani facile princeps, ditiſſima, potentiſſima, quæ à Teleuſino Rege defecit primùm, & Bugiæ Regi tributum perſolvit, dein Regi Hiſpaniarum, Ferdinando Catholico, tandem à Barbaroſſâ Archipiratâ capta eſt, & adjuncta Imperio Ottomanico. Sita eſt ad oſtium Sefaiæ fl. & montis radicem, aſſurgitque, facto à mari initio, per ejus acclive latus leniter, ad modum Theatri, & ædes mari propinquas remotiores longè ſupereminent. Figura ad quadrangularem accedit, muro lato, craſſo, edito, foſſis profundis, ſed aquâ ferè vacuis, arcibus, propugnaculis, tormentis, præſidio firmatiſſima eſt, portum habet eximium, plateas anguſtiſſimas, ædificiorum XV circiter millia, inter quæ quædam verè magnifica, templa centum & amplius, thermas & fontes benè multos, incolas numeroſiſſimos, inter quos multi Janizarii. Servat formam quandam Reipublicæ, ſub Imperatoris Turcici clientelâ, cujus tamen juſſa capeſſit, quo uſque lubitum, piraticam facit abſque pari, carcer, in quem multa Chriſtianorum millia ſemper compacta ſunt, quæ duriſſimam inibi ſerviunt ſervitutem. Extra Algeriam colles & valles ſunt copioſiſſimi, nitidiſſimi, viridiſſimi, arborum fructiferarum omne genus, vites etiam exquiſitiſſimæ. Ad ortum Algeriæ in Gezairâ Provinciâ reſtant Temendfuſta, *Temendfuſt*, ſeu *Temen-Fut*, cum portu laudabili; Merolla, *Merolla*; Teddeleſa, *Teddeles*; Berengiretum, *Berengiret*; Garbellum, *Garbello*; Zaffona, *Zaffona*; Carbona, *Carbona*; & Coucum, *Couco*, diſtans à mari ad ſiniſtram fl. Majoris.

VI. *Prov. Bugia.*

Luſtratis tribus Provinciis regni Algeriani, quæ à fl. Majore in occaſum deflectunt, luſtrare oportet duas reſiduas, quæ ab eo vergunt in ortum. Bugia, *Bugie*, explicitæ Gezairæ proxima eſt, media inter fl. Majorem ad occaſum, & Provinciam Conſtantinam ad ortum. Ejus urbes mediterraneæ ſunt juxta fl. Majorem Labeza, *Labez*, in montibus, aditûs impedit; Necauſa, *Necaus*, & Meſila, *Meſila*; Steffa *Steffa*, olim Sitifis, caput Mauritaniæ Sitifenſis, ad fl. Majurium. Ad aut circa

circa oram maritimam inveniuntur Bugia, *Bugia*, vulgò Saldæ olim, caput hujus Provinciæ, ad oſtium fl. Majoris, & intimum receſſum ſinûs Bugienſis, cum portu capace; Gema, *Gema*; Gergelum, *Gergel*, aliàs *Gigeri*, & *Gigiari*, quod Galli anno LXIV occupârant, ſed eodem anno amiſêre, fugati à Barbaris; Giberamela, *Giberamel*; Collum, ante Cullu, *Colle*.

VII. *Prov. Conſtantina.*

Provincia quinta, ſeu ultima regni Algeriani, & omnium orientaliſſima eſt Conſtantina, aliis Conſtantinæ regnum, *Conſtantina* Ital., *Conſtantine* Gallis. Olim proprio Regi ſubfuit. Præſtant inter urbes ejus ad mare Stora, *Stora*, ad ſinum cognominem cum amplo portu, variis ante Ruſicada, ſeu Ruſcicada; Hippon, ſeu Hippo, cognomine Regius, urbs olim ampla, & Epiſcopalis, cui Auguſtinus diutiſſimè præfuit, hodie Bona, *Bona*, dicitur, ad ſinum ejuſdem nominis, parva, infrequens, malè culta, munita, cum portu non incommodo, & arce colli impoſitâ; Marzacariſa, *Marzacaris*; Tabraca, nunc *Tabarca*, vicus cum caſtro & portu juxta oſtium Guadilbarbaræ fl., in limite regni Tunetani, cui inſula Tabarca objacet, parùm diviſa à continente. Hìc & in viciniâ corallium varii coloris reperitur. In mediterraneâ parte Conſtantinæ occurrunt Milevum, ſeu Milevis, ubi Concilium Milevitanum, cui præfuit Auguſtinus, habitum eſt, nunc ex plurium opinione Mela, *Mela*, ad Sufegmarum, proximè Bugiam; paulò ſuperiùs ad oppoſitam ripam ejuſdem fl. eſt Conſtantina, *Conſtantina*, urbs ampla, in monte, caput Conſtantinæ regni, nonnullis olim Cirtha, ſeu Cirta Julia appellata, ſed hanc mari viciniorem fuiſſe, quàm hodierna eſt Conſtantina, ſentiunt alii; Tifaſa, *Tifaſa*, ſeu *Tefaſa*, monti inſidens; Tebeſſa, *Tebeſſa*, ad fl. Guadilbarbaram, in limite regni Tunetani, cujus muri, fontes, nuces laudem inveniunt.

CAPUT XIX.

Digitized by Google

CAPUT XIX.

Regnum Tunetanum & Tripolitanum.

I. *Regnum Tunetanum.*

EX regno Algeriano tranſimus in regnum Tunetanum, Gall. *Royaume de Tunis*, quod limitat ab occaſu provincia Conſtantina, pars orientaliſſima regni Algeriani; à boreâ mare mediterraneum; ab ortu ſinus ejus, nominatus olim Syrtis parva ſeu minor, nunc ſinus Capſus, Gall. *Golfe de Capes*, & fl. Capſus, *Capes*, quo à regno Tripolitano dividitur; ab auſtro Biledulgeridia propria.

II. *Ejus conſtitutio.*

Explicat ſe ab occaſu in ortum ultra tres gradus, atque ab auſtro in boream ultra quatuor, proinde regno Algeriano longè minus eſt. Littus habet inſigniter ſinuoſum. Flumina nobiliora, quæ ipſum rigant, ſunt Guadilbarbara, quæ mirè flexuoſa delabitur, Magrada & Capſus. Olim latiùs patuit, quàm hodie, & ſuis ſubfuit regibus. Pendent etiam ab ipſo variæ Inſulæ, quæ littori ejus ſeptentrionali & orientali objacent, ſed priùs continentem luſtrabimus.

III. *Urbes à mari remotæ.*

Urbes regni Tunetani partìm à mari remotæ ſunt, partìm ipſi propinquæ. Remotæ ſunt Beija, *Beija*, ſita in ſolo campeſtri amœniſſimo, & frugum fœcundiſſimo; Muſtum, *Muſti*, ad fl. Guadilbarbaram, & ſuperiùs Urbs, ſeu Urba, *Urbs*, etiam ſoli felicis, & Camuda, *Camuda*, in Conſtantinæ limite; Marmagenum, *Marmagen*, ad fl. Magradam; Baghanum, *Baghani*; Hama, *Hama*; Techios; Nicſa, *Nicſa*; Naſta, *Naſta*; Capſa, *Caſſa*, olim epiſcopalis; Meſchiana, *Meſchianha*; Cayroanum, *Cayroan*, in tractu ſterili, atque aquarum indigo verſus montana *Gueſelet* & *Zaghoan*.

IV. *Urbes mari vicinæ.*

Inter urbes regni Tunetani mari propinquas præſtant Aſfachuſa, *Aſfacuſa*; Africa, *Africa*, ſive *el Media*, munita, cum amplo portu, ſed anguſti introitûs; Monaſterium, *Monaſtero* Europæis, Arabi Nubienſi *Lempta*, antiquitùs Leptis parva, ſeu Lepte minus, infrequens; Suſa, *Suſa*, ante Ruſpina, ex parte rupi impoſita, culta, portus commodus, emporium, ejuſque tractus adjacens dives eſt paſcuorum, hordei, ficuum, olivarum & malorum cydoniorum; Hamame-

tha, *Hammamet*, emporium, dicta olim Adrumetum; Tunetum, Gallis & Belgis Tuniſa, *Tunis*, ante Tunes, Strabonī Tunis, & (ſic varii arbitrantur) Thiniſſa, ſeu Thuniſa Ptolemæi, quondam regia ſedes, nunc caput regni cognominis, quòd, deficiente ſtirpe regiâ, ſervat formam Reipublicæ, ita ſub clientelâ Turcarum, ut ſui propemodùm juris ſit. Condita eſt ad ultimum receſſum ſtagni Golettæ, quod aliis *Barbaſueco* dicitur, initio parvum oppidulum, ex Carthaginis adauctum ruderibus, nunc ambitus eſt ſuppar (ſic aliqui perhibent) parvo milliari, figura, reſectâ arce, quadrangularis, alterâ parte longior, plateæ anguſtæ, templa numeroſiſſima, noſocomia, collegia in uſum eorum, qui publicis ſtudent ſumptibus, & fora frequentia, horum tamen omnium numero aliàs longè majori, quàm hodie. Nec fontibus, nec fluviis irrigatur. Habet caſtrum munitum in colle, duo ſuburbia, & circum urbem ſepulchra, ornata multo marmore, & hortorum deliciis. Piraticâ ſatis infamis eſt. Ad boream Tuneti, & fretum Stagni, quod ad hanc urbem ducit, eſt arx valida, Goletta, expeditione Caroli V ſeculo proximè elapſo celebris, clavis Tuneti; item Carthago, urbs quondam celeberrima, à Phœnicibus condita, Româ antiquior, ampliſſima, cum arce Byrſâ in medio, ædificatâ à Didone, cujus ſpatium perhibent fuiſſe duorum millium paſſuum, *tauri ne quantum potuit circumdare tergo*, opulentiſſima, potentiſſima, terrarum ſuo damno cupida, Romæ æmula, quæ & inſignem Africæ vicinæ partem ſubjecit ſibi, imperium per Hiſpaniam diffudit, atque Italiam, Sardiniam & Siciliam longo bello fatigavit. Tandem à Scipione Æmiliano poſt tertium bellum Punicum deleta eſt, à Julio Cæſare reſtituta, poſtmodùm à Vandalis, Gothis, Saracenis plus ſemel miſerè vaſtata, nunc tota ſqualet diſperſis latè ruderibus, incolis illius tractûs *Berſack* nominata; Benſarta, incolis *Benſert*, Ital. *Biſerta*, pluribus antiquorum Utica, primæ poſt Carthaginem in Africâ dignitatis, ubi diem obiit Cato, inde Uticenſis appellatus, urbs etiamnum ampla, culta, ad ſinum, cui ab ipſâ cognomentum eſt; Raſamilara, *Raſamilara*, occidentalior.

V. *Inſ. contra regnum Tunet.* A regno Tunetano pendent, aut pependerunt Inſulæ quædam minores, à littoribus ipſius plùs minùs remotæ, quarum clariores

clariores ſunt ad boream Galata, *Galata*, Ptolemæo Calathe, omnium occidentaliſſima, & Zimbala, *Zimbala*, ad occaſum Capitis Bonæ, *C. de Bone*. Ad ortum ſunt Panthalarea, *Panthalarea*, olim Coſſira, quæ à regno Tunetano pependit, nunc ſub Siciliâ cenſetur, montoſa & nigro lapide aſperrima, inops frumenti & aquarum, ſub Hiſpaniarum Regis imperio, ubi lingua viget Arabica, & arx eſt atque oppidulum ejuſdem cum Inſulâ nominis; Melita, *Malta*, quæ & regno Tunetano ſubfuit, ſed ejus nos in Europâ meminimus SECT. II. CAP. XIX. §. XIII, etſi inter antiquos benè multi, etiam inter recentiores varii, ipſam Africæ adſcripſerunt; quia Siciliæ, quæ ſub Europâ cenſetur, propinquior eſt, quàm Africæ, illius regibus diu paruit, jam paret Equitibus S. Ioannis Hieroſolymitani, Europæis, qui Regis Hiſpaniarum clientes ſe profitentur. Propinquiores ſunt regno Tunetano Limoſa, *Limoſa*; Lampeduſa, *Lampeduſa*, atque in primis Chercara, *Cherchara*; & Gamelera, *Gamelera*, verſus ſinûs Capſi introitum.

I. Galata. *I. Zimbala.* *I. Panthalarea.* *I. Limoſa.* *I. Lampeduſa.* *I. Chercara.* *I. Gamelera.*

VI. *Regnum Tripolitanum.*

Quando in continentem revertimur, proximum eſt regnum Tripolitanum, Gall. *Royaume de Tripoli*, quod communiter terminat à ſeptentrione mare mediterraneum, & Syrtis magna ſeu major, Gall. *Golfe de Sidra*, *& les Seiches de Barbarie*, ingens & nautis tremendus ſinus; ab ortu regnum & deſertum Barca; à meridie Biledulgeridia propria; ab occaſu fl. Capſus, *Capes*, & Syrtis minor ſeu ſinus Capſus, qui ipſum à regno Tunetano diſtinguit. Sunt, qui regnum Tripolitanum ad Ægyptum extendunt, ut pars ejus ſit regnum Barca, quod ſeorſim nos expendemus. Aliàs regni Tunetani pars extitit.

VII. *Ejus conſtitutio.*

Jacet intra gradum XXXIV & XLVII Longitudinis, ejuſque latitudo, ubi vel maxima eſt, vix duos gradus excedit, alibi longè minor, in primis in parte ortivâ & occiduâ. Tractus ejus maritimus cultior eſt, qui verò à mari recedit, magis deſertus & infrequens. Raræ in hoc Regno urbes ſunt, quæ partim cis flumen Tripolitanum jacent, partim trans ipſum, dividente hoc Flumine regnum Tripolitanum in partem occidentalem & orientalem, quarum illa minor, hæc major eſt.

VIII. *Urbes regni Tripolitani cis Tripolim.*

In parte occidentali, ſeu cis fl. Tripolim ſe offerunt ad mare Capſa ſeu Capoſa, *Capes*, benè munita, ad oſtium fl. cognominis, & intimum receſſum Sinûs, cui cognomentum hodie imponit, cum portu periculoſo, exiguo, ac navium majorum incapace; Girba, Ital. *Gerbi*, olim Lotophagites Ptolemæo, Plinio & Straboni Meninx, parva inſula eſt ad fauces ſinûs Capſi, tàm vicina regno Tripolitano, ut alto mari ponte ligneo, aliàs pedibus in eam liceat tranſire. Fuit ſuperiori ſeculo ſub Hiſpanis, quos, non ſine inſigni clade, Turcæ poſtmodùm expulêrunt. Probè culta eſt, habetque & arcem, & urbem ejuſdem nominis. Porrò in continente jacent Chattaba, *Chattab*; Portata, ſeu Porteta, *Portata*; Zoara, *Zoara*, ſita in ſolo perquàm ſterili; Tripolis vetus, Ital. *Tripoli Vecchio*, ante Sabrata appellata, impræſentiarum vicus, ob aëris inclementiam infrequens; Tripolis, *Tripoli*, & ad differentiam Tripolis Syriæ, Tripolis Barbariæ, & Nova, ad oſtium fl. cognominis, caput Regni Tripolitani, firmata muro ſublimi, turribus, & non uno munimine, minùs ampla, ſed populoſa, culta, piraticâ, quam facit, infamis, emporium celebre cum portu tuto & amplo, ſub initium ſeculi proximè elapſi ab Hiſpanis occupata, & conceſſa Equitibus S. Joannis Hieroſolymitani, dein à Turcis ſubjugata eſt, quibus & diu paruit; hodie formam ſervat Reipublicæ, ſui ferè juris, tantùm ſub Magni Domini clientelâ. A mari plùs diſtant El Hamma, *El-hamma*, ad dextram ripam Capſi fl., non longè ab oſtio; Garelgara; Sarmana; Zanzora, & Hamrozum ſupra Tripolim ad fl. cognominêm, non procul ab oſtio.

IX. *Urbes ejus trans Tripolim.*

In parte orientali ſeu trans flumen Tripolitanum jacent verſus oram maris mediterranei Raſaxarra; Teſſuta; Lebeda, *Lebeda*, aliàs *Lebida* & *Lepeda*, quondam Mercatori & aliis Leptis Magna, quæ & Neapolis; Brata, Meſrata, *Merato*. Sequuntur ad Syrtim majorem Colbena, *Colbene*; Salinæ; Zedicum, *Zedico*; Sebeicum, *Sebeico*, aliis *Sabeico* & *Subeico*; Naima, aliter *Taimi*; Larcudia, *l'Arcudia*, cui objacet in Syrti majore, in parvâ diſtantiâ à continenti, inſula Sydra, ſeu Sidra, unde hic Sinus hodie cognomentum trahit.

CAPUT. XX.

Digitized by Google

CAPUT XX.

Regnum Barca.

I. Regn. Barcæ.

TANDEM ex ſex Regnis, in quæ Barbariam diviſimus, ſupereſt orientaliſſimum, regnum Barca, Gall. *Royaume de Barca*, aliis Barcana regio, quam aliqui adeò amplificant, ut & illius pars ſit deſertum Barca, quod in Biledulgeridiâ maluimus collocare; proinde terminum Barcæ ſtatuimus ab occaſu regnum Tripolitanum & Syrtim majorem; à boreâ mare mediterraneum; ab ortu Ægyptum; ab auſtro deſertum Barcam.

II. Ejus conſtitutio.

Solum habet petroſum, arenoſum, ſiticuloſum, inſigniter ſterile, incultum. Subeſt Imperio Turcico, & partem conſtituit generalis Præfecturæ Cairi, ut in Ægypti regimine annotavimus. Incolæ ejus Muhamedani ſunt.

III. Pars Barcæ occidentalis, cis fl. Nachelum.

Diſpeſcimus hoc Regnum in partem occidentalem & orientalem. Illa, alterâ parte nobilior & minùs deſerta, regnum Tripolitanum & fl. Nachelum, *Nachel*, interjacet, & præter hoc Flumen etiam rigatur Doero, ſeu Doerâ, Melelo, ſive Melelâ, & Salinarum fluminibus, quæ ex Deſerto Barcâ enaſcuntur. Inter urbes ejus præſtant Barca, *Barca*, Regni caput, à quo & regni nomen profluxit, ſedes Sangiaci, remota à mari, uti quoque eſt Cyrene, olim magnifica, & Carthaginis æmula, nunc dicta *Cairoan* & *Corene*, juxta ſiniſtram ripam Doeræ fl., verſus oſtium. Mari vicinæ ſunt urbes Bernichum, *Bernicha*, ſeu *Bernick*, ante Berenice, ad Syrtim majorem, ſic appellata à Berenice reginâ, quæ nupſit Ptolemæo III, ad quam Ptolemæus & Plinius arbitrantur fuiſſe Hortos Heſperidum, unde & illi Berenice Heſperides nuncupatur; Arſinoe, quæ & Teuchira, nunc *Taochara*, ſeu *Trochara*; Ptolemais, nunc *Tolometa*; Apollonia, nunc Bonus Andreas, *Bon Andrea*, longè orientalior, medius inter Doerum & Nachelum fl., portus, à quo & proximum Promontorium denominatur. Quinque urbes ultimùm recenſitæ in cauſâ fuerunt, quare pars borealis Cyrenaicæ, mari adjacens, dicta fuerit Pentapolis, ſeu Pentapolitana regio.

Digitized by Google

IV. *Pars Barcæ orientalis, trans fl. Nachelum.*

In parte orientali regni Barcæ, quæ inter fl. Nachelum & Ægyptum collocata eſt, neque irrigatur fluminibus, varii occurrunt portus, inter quos occidentaliores ſunt Salinæ, *Salinas*; Patriarcha; Trabochus, *Trabocchо*; Meſulomara, *Meſulomare*, ſeu *Meſulamare*; Salona, *Salamon*; Caſalis, *Caſale*. Plùs in ortum vergunt Albertonium, *Alberton*, olim Parætonium, item Ammonia ſeu Hammonia, quandoquidem hinc via ducebat ad celebratiſſimum templum Jovis Ammonii; Roxa, ſeu Raxa; Raibba, & Ripæ Albæ, quibuſdam *Ripalta*. In mediterraneis nihil eſt alicujus nominis. Sequitur Tabula generalis Barbariæ, mox ſex ſpeciales totidem Regnorum, quæ ipſam conſtituunt.

- **BARBARIÆ** *Regna ſunt* VI:
  - Ad mare Atlanticum III,
    - *Regnum Marocanum*, — Suſa. Hea. Duccala. Guzula. Marochia. Haſcora. Tedleſa.
    - *Regn. Feſſanum*, — Temeſna. Feſſa. Aſgara. Habata. Errihis. Chauſa. Gareta.
  - Ad mare Mediterraneum IV,
    - *Regn. Algerianum*, — Telenſinum. Teneza. Gezaira. Bugia. Conſtantina.
    - *Regn. Tunetanum*, — Regnum Tunetanum. Inſulæ contra ipſum.
    - *Regn. Tripolitanum*, — Cis Fl. Tripolim. Trans Fl. Tripolim.
    - *Regn. Barca*, — Cis Fl. Nachelum. Trans Fl. Nachelum.

VI. Tabulæ ſpeciales Barbariæ.

- I. Regnum Marocanum, *in quo Provinciæ* VII:
  - Maritimæ III,
    - *Prov. Suſa*, — Tagavoſtum. Tedſa. Tarodantum. Tejeuta. Meſſa. Guargeſiena. Albeſuſa.
    - *Prov. Hea*, — Tafalla. Teſethna. Culejeza. Teijutum. Montana. Amama. Tedneſta. Hadechiſa. Teculethum. S. Clara. Goza.
    - *Prov. Duccala*, — Contra. Meramera. Azafia. Emandera. Tetuna. Tua. Magazana. Elemadina. Azaamurum. Subeita. Temeracoſta. Tergum. Buhlahuana.
  - Mediterraneæ IV,
    - *Prov. Guzula*. — Nulla Urbs clara.
    - *Prov. Marochia*, — Delgumuha. Temmella. Imegiagenum. Elgiumba. Tumeglaſta. Tefraſta. Marochium, *Regni Caput*. Agmeta.
    - *Prov. Haſcora*, — Bezum. Elgiumuha. Tagodaſtum. Elmadina.
    - *Prov. Tedleſa*, — Eithadum. Cithiteba. Efza. Tefza. Tedza.

II. Regnum

- II. Regnum Feſſanum, *in quo Provinciæ* VII:
  - Ad Occaſum IV,
    - *Prov. Temeſna,* — Tegagita. Thagita. Adendum. Hainelchalla. Beniza. Anfa. Soncia. Almanſora. Rabata.
    - *Prov. Feſſa,* — Mahmora. Tefelfelta. Sala Fanzara. Mechneſa. Feſſa, *Caput Regni.* Zavia. Gualila.
    - *Prov. Aſgara,* — Elgiuhma. Cebira. Lixa.
    - *Prov. Habata,* — Arzilla. Tingis. Cazaira Ezaghira. Teteguina. Septæ.
  - Ad Ortum III,
    - *Prov. Frrifit,* — Gomera. Terga. Salquiza. Ietiſa. Bediſa. Velia. Velia Rupes. Tegaſta. Mezemma. Guazevala.
    - *Prov. Chauſa,* — Terza. Sofroa. Benibachlula. Mabdia. Dubdum. Haddagia. Teurentum. Garfiſa.
    - *Prov. Gareta,* — Tarforagellum. Ferifa. Alcudia. Melilla. Chaſaſa. Iaffarina.
- III. Regnum Algerianum, *in quo Provinciæ* V:
  - Cis Fl. Majorem III,
    - *Prov. Telenſinum,* — Hunaina. Telenſinum. Marſalquibira. Oranum. Mazagranum.
    - *Prov. Teneza,* — Muſtuganis Tadra. Teneza. Briſcha. Marſolacha. Serſela. Meliana.
    - *Prov. Gezaira,* — Mazura. Miroma. Caxima. Algeria, *Caput Regni.* Temendfuſta. Merolla. Teddelcſa. Berengirecum. Garbellum. Zaffona. Carbona. Coucum.
  - Trans Fl. Major. II,
    - *Prov. Bugia,* — Labeza. Necauſa. Mefila. Steffa. Bugia. Gema. Gergelum. Giberamela. Collum.
    - *Prov. Conſtantina,* — Stora. Bona. Marzacariſa. Tabarca, *vicus & inſula.* Mela. Conſtantina. Titaſa. Tebeſſa.
- IV. Regnum Tunetanum, *in quo*
  - R. Tunetanum, ubi
    - *A mari diſtant* — Beija. Muſtum. Urba. Cannuda. Marmagenum. Baghanum. Hama. Techios. Nicfa. Nafta. Capſa. Meſchiana. Cayroanum.
    - *Mari propinquæ ſunt* — Aſachuſa. Africa. Monaſterium. Suſa. Hamametha. Tunetum, *Regni Caput.* Goletta. Carthago. Benſarta. Raſamilara.
  - Inſulæ, contra ejus
    - *Littus boreum,* — Galata. Zimbala.
    - *Littus ortivum,* — Panthalarea. *Inſ. & Oppidum.* Limoſa. Lampeduſa. Chercara. Gamelera.

V. Regnum

- V. Regnum Tripolitanum, *in quo*
  - Cis Fl. Tripolim
    - *Mari propinquæ ſunt*: Capſa. Girba. *Inſ. & Oppidum.* Chamaba. Portata. Zoara. Tripolis vetus. Tripolis, *Regni Caput.*
    - *A mari diſtant*: El Hamma. Garelgara. Sarmana. Zanzora. Hamrozum.
  - Trans Fl. Tripolim
    - *Ad mare Mediterr.*: Raſaxarra. Teſſura. Lebeda. Brata. Meſrata.
    - *Ad Syrtim majorem*: Colbena. Salinæ. Zedicum. Sebeicum. Naima. Lareudia. Inſula Sidra.
- VI. Regnum Barca, *in quo*
  - Cis Fl. Nachelum
    - *A mari diſtant*: Barca, *Regni Caput.* Cyrene.
    - *Mari propinquæ ſunt*: Bernichum. Taochara. Ptolemais. Bonus Andreas.
  - Trans Fl. Nachelum
    - *Portus occidentaliores*: Salinæ. Parriarcha. Trabochus. Meſulomara. Salona. Caſalis.
    - *Portus orientaliores*: Albertonium. Rora. Raibba. Ripæ Albæ.

CAPUT XXI.

Libya Antiqua. Atlas major, & minor.

I. *Libya antiqua.*

ABSOLUTIS quinque partibus Africæ, Guineâ, Nigritiâ, Sarrâ, Biledulgeridiâ atque Barbariâ, quæ partem ejus occidentalem & ſeptentrionalem conſtituunt, videndum paucis, quas regiones & celebriores populos Antiqui in ipſâ collocarint, & quo fuerit iiſdem dicta nomine. Diviſa fuit Veteribus Africa in Æthiopiam & Libyam. Æthiopia quo uſque ſe diffuderit, & quemadmodum fuerit diſtributa in partes majores, & minores, & hæ cum Æthiopiâ hodiernâ & regionibus ipſius conſentiant, hujus SECT. CAP. VIII, §. I. & II. explicuimus. Pars altera Africæ appellata eſt Libya, vel, ut antiquæ inſcriptiones non rarò habent, Lybia, ſive Africa, continuitque integram partem occidentalem & ſeptentrionalem Africæ, ſive quinque recenſitas modò regiones, nec

Digitized by Google

nec non Ægyptum. Strictiùs hìc Libyæ vocem accipimus, quæ, teſtibus Plinio & Strabone, Græcis etiam univerſam Africam ſignificavit.

II. *Libya diviſio. Libya Ulterior.*

Fuit hæc Libya, ſtrictè accepta, ſive Africa duplex, ulterior & citerior. Libya Ulterior, aliàs Interior, Gall. *Afrique*, ſeu *Lybie Ulterieure*, pars fuit Africæ vaſtiſſima & meridionalior, quam limitabat ab auſtro oceanus Æthiopicus; ab occaſu Atlanticus; à borea Libya citerior; ab ortu Æthiopia. In eâ erant Nigritarum regio, Getuli, Garamantes, Libya deſerta, aliaque, quorum pars meridiei obverſa perparùm innotuit Veteribus. Nunc loco Ulterioris Libyæ jacent Guinea, Nigritia & Sarra.

III. *Libya Citerior. Ejus diviſio.*

Libya Citerior ſive Exterior, Gall. *Afrique*, ſeu *Lybie Citerieure*, Ulteriori longè minor & ſeptentrionalior, media erat inter Libyam ulteriorem & Æthiopiam ſub Ægypto ad auſtrum, & mare internum ad boream. Ejus partes Sanſonus ſtatuit quatuor, Ægyptum, Libyam, Africam & Mauritaniam. Ægyptum alii inter partes Libyæ citerioris non numerant. De antiquâ Ægypto ſermonem inſtituimus SECT. IV CAP. II, ſub finem.

IV. *Libya propria.*

Libya, aliàs diſcriminis ergò Libya propria, ſita fuit inter Ægyptum ad ortum; mare mediterraneum ad boream; Syrtim majorem, regnum Tripolitanum, & Biledulgeridiam propriam ad occaſum; Garamantes & Æthiopiam ſub Ægypto ad auſtrum. Illius locum hodie occupant regnum & deſertum Barca. Secta fuit Libya propria in Libyam ſtrictè ſumptam, Marmaricam & Cyrenaicam. Libya ſtrictè ſumpta, aliàs exterior, pars erat Libyæ propriæ orientaliſſima, in quâ fuit Hammoniaca regio, Marmaricæ confinis, & in eâ Ammonis ſeu Hammonis Templum, oraculo celebre. Ita varii. Cluverius tamen oraculum Ammonis in Cyrenaicâ regione collocat, atque in Marmaricâ alii. Illud Bacchus primùm, dein Perſeus, Hercules & Alexander conſuluerunt, nec impunè Cambyſes ſtuduit diripere. Ad Templum erat & Nemus Hammonis, atque in eo inter alios fontes Fons Solis, qui, teſte Curtio, ſub lucis ortum tepidus manabat, medio die, cujus vehementiſſimus erat calor, idem fluebat frigidus, inclinato in veſperam die incaleſcebat, mediâ nocte exæſtuabat

fervidus, quóque nox propiùs vergeret ad auroram, multum ex nocturno calore decedebat ipsi, donec sub ipsum diei ortum assueto tepore langueſceret. In hâc Libyâ multi olim populi degerunt, inter quos Libyægyptii, Nitriotæ, Chattani, & Zygritæ. Libyæ strictè sumptæ ab occasu proxima erat Marmarica, ubi inter multos alios clari erant populi Nasamones, Aniritæ & Libyarchæ. Marmaricæ verò Cyrenaica, in quâ fuerunt inter plures alios Psylli populi, quorum corpori ingenitum fuisse dicitur virus exitiale serpentibus, nec non populi Barcitæ, & Pentapolis, de quâ superioris Capitis Paragrapho penultimo.

V. *Africa propria.* Post Libyam propriam sequitur Africa, dicta quoque ad confusionem evitandam Africa propria, & aliquibus Africa minor, à quâ toti Africæ nomen enatum est. Ejus termini fuerunt ab ortu Cyrenaica; à borea Syrtis major, & mare mediterraneum, seu Africum pelagus; ab occasu Mauritania, & ab austro Libyæ deserta. Ubi olim Africa propria fuit, nunc regnum jacet Tripolitanum, Tunetanum, pars ortiva regni Algeriani, ubi provincia Constantina, & pars Bugiæ confinis. Partes Africæ propriæ erant quatuor, Tripolitana, Byzacena, Africa strictè sumpta, & Numidia. Tripolitana fuit, ubi nunc regnum Tripolitanum, ejusque populi erant Macæi Sirtitæ, Nigbeni, Lotophagi; Byzacena, ubi pars regni Tunetani ad austrum; Africa strictè sumpta, appellata Carthaginensis & Proconsularis, media inter Byzacenam ad ortum & austrum, nec non Numidiam ad occasum, in cæterâ parte regni Tunetani, in quâ vixerunt populi Carthagonii, & Libyphoenices, seu Libophoenices, aliàs Poeni, ejusque urbs prima Carthago extitit. Tandem Numidia, Ptolemæo Numidia nova, fuit, ubi nunc Constantina est & Pars Bugiæ.

VI. *Mauritania.* Supereſt ex Libyâ Citeriore Mauritania, maximè extensa in occasum, quam ab ortu limitat Africa; à boreâ mare internum & fretum Herculeum; ab occasu mare Atlanticum; ab austro Libya interior. Ejus populi Mauri, Græcis Maurisii, appellati sunt. Divisit Mauritaniam Ptolemæus in Tingitanam & Cæsarienſem, quibus Sitifensis adjicitur. Mauritania Sitifensis, sic dicta à Sitifi, urbe primariâ, pars fuit orientalissima

lissima & minima Mauritaniæ, media inter Numidiam ad ortum & Mauritaniam Cæsarienſem ad occaſum, quam ſub Cæſarienſi Ptolemæus complectitur. Teſte Procopio, etiam Mauritania prima & Zaba appellata eſt. Ipſam inhabitârunt populi Toducæ, ſeu Taducæ, & Cidamuſii. Fuit, ubi hodie pars Bugiæ occidentalior. Mauritania Cæſarienſis, cui Julia Cæſarea cognomentum impoſuit, interjacebat Mauritaniam Sitifenſem ad ortum, & Tingitanum ad occaſum. Varios populos tenuit, inter quos infimi non erant Maccuræ, Mazyces, Maſæſyli, & Dryitæ. Ejus loco hodie eſt pars occidentalis Algeriani regni. Tandem Mauritania Tingitana, cujus urbs nobiliſſima erat Tingis, limitabatur ab ortu Mauritaniâ Cæſarienſi, & ab occaſu mari Atlantico. Dicta etiam fuit Bogudiana à rege Bogud, & tempeſtate Conſtantini Magni Hiſpania Transfretana. Ejus populi clariores fuerunt Maurenſii, Herpeditani, ſeu Herpiditani, Volubiliani, Succoſii, & Metagonitæ. Nunc regnum Feſſanum & Marocanum inibi occurrunt.

VII. *Atlas major.*

In Libyâ Citeriore ſitus eſt mons Atlas, Africæ totius maximus, celeberrimus, fabuloſiſſimus, de quo ita Plinius NATUR. HISTORIÆ LIB. V. CAP. I. „E mediis hunc „arenis in cœlum attolli prodiderunt, aſperum, ſqualentem, „quà vergat ad littora Oceani, cui cognomen impoſuit. Eun„dem opacum, nemoroſumque, & ſcatebris fontium riguum, „quà ſpectat Africam, fructibus omnium generum ſponte „ita ſubnaſcentibus, ut nunquam ſatietas voluptatibus deſit. „Incolarum neminem interdiu cerni, ſilere omnia haud alio „quàm ſolitudinum horrore, ſubire tacitam religionem ani„mos propiùs accedentium, præterque horrorem elati ſuper „nubila, atque in viciniam lunaris circuli. Eundemque „noctibus micare crebris ignibus, Ægipanum Satyrorumque „laſciviâ impleri, tibiarum, ac fiſtulæ cantu, tympanorum„que & cymbalorum ſonitu ſtrepere. Nomen Atlanti cenſetur feciſſe Atlas, rex Mauritaniæ, qui in Cæleſtium curam diligentiſſimè incumbens, ex eo ſidera obſervavit, evidentiùs diſtinctiúſque, ſic Antiqui opinabantur, quàm ſi ex humiliori ſolo ea fuiſſet intuitus. Cœlum verò tangere non tantùm ſuo vertice, ſed & ſuſtinere Atlas dictus eſt, quia altiùs,

quàm conſpici poteſt, in nubila uſque erigitur. Initium ducit in Mauritaniâ Tingitanâ ad oceanum Atlanticum, & Gerum Caput; inde perpetuo dorſo & multo flexu in orientem progreditur per regnum Marocanum, & confinia Barbariæ, & Biledulgeridiæ ad Barcæ Deſertum, mutato frequenter nomine. Juxta dictum Caput nuncupatur (teſte Marmolio) *Idevacal*, ſeu *Aiduacal*; in Haſcorâ, Provinciâ regni Marocani, quà Darhæ, provinciæ Biledulgeridiæ, vicina eſt, *Tenſif*, Sanſono *Tenſit*; in confiniis Tedleſæ, Provinciæ ejuſdem regni, & Segelomeſſæ, partis Biledulgeridiæ, *Dedes*; in parte occiduâ Chauſæ, Provinciæ regni Feſſani, *Zizi*, &c.

VIII. *Atlas minor.* Atlantis majoris propago eſt Atlas minor, quem etiam Ptolemæus in Mauritaniâ Tingitanâ conſtituit, ſed magis verſus ſeptentrionem & fretum Herculeum. *Errif* (ita tradit Marmolius) hodie appellatur, atque inter regnum Marocanum ad auſtrum, & Feſſanum ad boream ſeſe explicat.

Digitized by Google

INTRODUCTIONIS AD GEOGRAPHIAM NOVAM ET VETEREM

SECTIO QUINTA, DE DUPLICE AMERICA.

CAPUT I.

America in genere.

HACTENUS nos occupavit Globi Terreſtris Pars Superior, quæ & Antiquis innotuit, nunc ad alteram ejuſdem partem accedimus, quæ noſtri reſpectu Inferior, &, quia duobus abhinc ſeculis cœpit detegi, Nova appellatur, atque communiter America. Nomen habet ab Americo Veſputio, Florentino, qui auſpiciis Emanuelis, Regis Portugalliæ, Anno M. CCCC. XCVII, die Maji XX, è Gadibus ſolvens, partem tantùm continentis, quæ ab Æquatore ſita eſt in meridiem, ab oriente aperuit, atque primus ex Europæis, quantùm quidem conſtat, ingreſſus eſt. I. *America detecta partim, & denominata ab Americo.*

Præceſſerat Americum Chriſtophorus Columbus, ita communiter, aliis rectiùs Colonus, Genuenſis, Vir acris admodùm ingenii, qui ſpem inveniendi terras incognitas, quam ſecum ſedulò multùm diúque agitârat, Reipublicæ primùm Genuenſi explicuit, dein per fratrem Bartholomæum Henrico VII, Regi II. *Priùs detecta à Columbo tribus itineribus.*

Angliæ, poſtmodùm ipſe Alphonſo V, Regi Portugalliæ; ſed nec hic, nec iſte, nec illa ſpem pretio voluerunt emere. Ultimùm conſilia communicavit cum Ferdinando V, Catholico, Rege Caſtiliæ, & Conjuge ejus Iſabellâ, ſed pluribus annis fruſtra fuit. Tandem Regina patulas aures Columbo præbuit, cujus ſuaſu à Rege tres naves, omni inſtructas apparatu, obtinuit, & iter exoptatiſſimum ingreſſus eſt Anno M. CCCC. XCII, relictis ſub initium Auguſti (aliis Junii, aut Septembris) Gadibus, & directâ priùs navigatione in Gomeram, quæ Canariarum una eſt, & inde occaſum verſus. Poſt aliquot ſeptimanarum curſum ad Inſulas Lucaias appulit, ſalutatâ primo loco Guanahaniâ. Hinc Cubam petiit, mox Hiſpaniolam, inde in Hiſpaniam reverſus eſt, quæ geſſerat, Rege coram expoſiturus. Finitâ feliciter hâc navigatione, juſſu Regis Ferdinandi anno XCIII, die II Septembris, ſecundam ſuſcepit in Hiſpaniolam, repetiit Cubam, detexit Jamaicam, & plures alias. Tertiâ & ultimâ navigatione, quam anno XCVIII, die XXVIII Maji, ex Hiſpaniâ iniit, incidit in Inſulas Caribas infra Ventum, quarum minima non erat Margarita, & littus Terræ Firmæ conſpicatus eſt.

III. *An Columbum Americam docuerit Navarchus?*

Tradunt aliqui, ad Columbum, in inſulâ Maderâ habitantem, divertiſſe aliquando Navarchum, quem Aldretem Hiſpanum, Garcilam Vegam, & Alphonſum Sanchez de Huelva nominant, & vis tempeſtatis à littoribus Africæ, quæ negotiationis ergò frequentabat, abripuerat antè in occaſum ad terras incognitas. Hìc non longè ab adventu in Maderam fato functus, navigationis hujus commentarios, quos conſcripſerat, reliquiſſet Columbo, qui hiſce adminiculis adjutus, & inſigni, quâ pollebat, Aſtronomiæ & Geographiæ notitiâ, animum ad has terras inveſtigandas appuliſſet. Verùm ſuſpicantur alii, nec ſine fundamento, omnem hanc relationem fictam eſſe ab Hiſpanis, gloriam tantæ inventionis Genuenſi invidentibus.

IV. *Angli Madoco inventionem America tribuunt.*

Inveniuntur inter Anglos, qui aſſerunt, detectam fuiſſe Anno M. C. XC, ſeu (ſic alii) circa M. C. LXX., Americam à Madoco, filio Oweni Guyneth, ſeu Guiſneth, Principis Walliæ. Aliis Madocus frater fuit Principis Walliæ, qui bis Americam dicitur adiiſſe, inibi mortuus, traductis coloniis in Virginiam,

Digitized by Google

giniam, aut Floridam & Canadam, aut regnum Mexicanum, cujus lingua hodieque cum multis vocibus Britannicis permista dicitur. Postmodùm tempus alias, aliasque partes Americæ revelavit.

V. *Alia America nomina.*

Appellatur etiam America Novus Orbis, quia Europæis nationibus non ita pridem innotuit, & pars est Globi Terrestris vastissima. Nomen Indiæ Occidentalis, seu Indiarum Occidentalium ferunt à Columbo accepisse, qui, quando primùm appellebat ad Americas Insulas, arbitrabatur, se in veram seu orientalem Indiam advenisse. Transeo, Indiam Occidentalem cum Orientali in variis concordare; eâdem tempestate reclusæ sunt, ferunt ex parte eadem, & in moribus similes sibi sunt Incolæ.

VI. *Ejus limites, quantitas, figura, calum.*

Limitant Americam ab ortu Oceanus Septentrionalis & Æthiopicus, quibus ingenti intervallo ab Europâ & Africâ separatur; ab austro fretum Magellanicum, quod ipsam à cognomini Insulâ, seu Terrâ Ignium distinguit; ab occasu Oceanus Pacificus, quo ab Asiâ maximâ intercapedine, saltem pro maximâ sui parte, removetur; à boreâ quo usque pateat, nondum satis innotuit, detectis tantùm aliquot fretis, finibus, atque littoribus, neque ulteriorem progressum admisit copiosa glacies, & venti ex occasu spirantes. Diffundit se à gradu circiter CCXL ad gradum CCCXLIX Longitudinis, neque minor est ejus Latitudo; nam quando à freto tantùm Hudsonis initium ducimus, extendit se à gradu circiter LXIII Latitudinis septentrionalis ad usque LIV meridionalis. In tractu tamen intermedio, & austrum versus plùs satis angusta est. Figura ejus clepsammidium non malè exprimit. Pars minor Americæ Zonæ Temperatæ meridionali subjacet; pars ampliſſima Zonæ Torridæ, & Temperatæ septentrionali; pars incognita Circulum Arcticum longè supergreditur, quare calor & frigus in diversis partibus diffusissimæ hujus Regionis non possunt non esse diversissima.

VII. *America vetus & nova constitutio.*

Quando Hispani intrabant primùm Americam, nullos nummos aureos aut argenteos, quorum usum ignorabant Americani, offendêre, sed vim auri, & argenti, non percussi, quorum etiamnum dives est, incredibilem, & gemmas plurimas. Carebat etiam vino & frumento, cujus loco ferebat Mayzum, genus

genus leguminis, & radices quaſdam, ex quibus panis parabatur. Non habebat canes, oves, capras, aſinos, mulos, boves, equos, quos in primis indigenæ ad primum conſpectum demirabantur. Non tamen deerant, nec deſunt copioſæ herbæ, etiam medicinales, pecora fera, & manſueta diverſiſſimi generis, aves, piſces, fructus egregii, ſaccharum, & quæ ex Europâ tranſportantur, inibi feliciter ſatis proveniunt. Boves quàm fuerint multiplicati, docent numeroſiſſimæ pelles, quæ in Europam transferuntur. Flumina, quæ antè arenas auro fœtas vehebant, fermè eas vehere deſinunt, nec mare ampliùs, uti ſolebat, abundè ſubminiſtrat margaritas, quod Hiſpanorum avaritiæ imputandum. Indigenæ ingenioſi ſunt, vindictæ cupidi, agiles, robuſti, timidi, valent arcu, ſagittâ, curſu, natatu. Quibus nihil cum Europæis commercii eſt, ex parte feri ſunt, inter quos & anthropophagi. Quidam nudi incedunt, alii animalium pellibus ſe amiciunt, plumis avium ſe ornant, diverſiſque coloribus inficiunt. Qui ſuâ libertate fruuntur, colunt ſolem, lunam, aquam, ignem, ipſum etiam cacodæmonem, & quò ducit impetus. Etiam eſſe ajunt, qui unum Terrarum Cœlique Satorem venerantur. Qui Europæis obnoxii ſunt, ipſorum ſacra profitentur. Lingua omnibus una non eſt, ſed perquàm multiplex. Ante adventum Hiſpanorum multis regibus America paruit; nunc ejus pars media atque nobilior ſub illorum vivit dominio, appendix regni Caſtellæ nobiliſſima, qui ipſam ferro & igne occupârunt, inque imbelles & innoxios Americanos ſævierunt infandâ ſævitie, myridiabus exciſis, adeo ut quæ frequens eſſe ſolebat, facta ſit infrequens. Præter Americanos partem Americæ Hiſpanis ſubjectam Hiſpani incolunt, quorum numerus ingens non eſt, qui ſoli publicis muneribus admoventur; Criolii, qui in Americâ ex Hiſpanis prognati ſunt; Meſtecii, orti ex patre Hiſpano & matre Americanâ, infimæ ſortis homines; Nigritæ ſeu Æthiopes, qui in Africâ empti hùc tranſportantur, duriſſimis addicti laboribus, lacertoſi, infidi. Plures ſileo. Præfecti non niſi triennium imperant. Fabrilia tractare vetitum eſt, quæ Hiſpanicæ naves ex Hiſpaniâ ſolent tranſvehere. Partem etiam Americæ tenent Angli, Galli, Luſitani, Belgæ, ut ſuis locis videbimus. Pars etiamnum

ſuis

ſuis obedit Regibus ; pars, ſic ferunt, exlex eſt, atque incertis vagatur ſedibus.

VIII. *Quando, unde, & quo modò America incolæ advenerint, multiplex ſententia.*

Antequam ad Americæ diviſionem progredimur, paucis attingere oportet duas nobiles Quæſtiones. Prima eſt, unde, quando, & quo modo homines (ne de feris dicam & brutis, quibus vaſtæ molis corpora) in hunc Novum Orbem devenerint, diviſum ab Europâ, Africâ & Aſiâ ſpatioſiſſimo æquore. Altera, an Veteribus notus & frequentatus fuerit. Ad priorem Quæſtionem varii variè reſpondent. Sunt, qui arbitrantur, cœptam jam habitari Americam poſt Noachi tempora, & confuſionem Babylonicam, atque adeò ab antiquiſſimâ diſperſione Gentium. Quia cenſent, fieri non poſſe, ut paucorum ſeculorum decurſu integer Orbis ubique locorum incolatur, non minore frequentiâ, varietate, ordine, quàm Orbis Antiquus, qualiter ſe à primo appulſu ipſum inveniſſe inventores Europæi loquuntur. Adjiciunt, Americanos non ignoraſſe univerſale Diluvium, & inter eos Gigantum memoriam ſuperare. Sentit Lerius, Americanos propaginem eſſe Chananæorum, qui antiquis ſedibus à Joſuâ pulſi, hùc tandem ſe recepêre, aut, quæ aliorum ſententia eſt, decem Tribuum Iſraëlis, quæ in Aſſyriam primùm abductæ, dein per varias nationes longè latéque diſſeminatæ, ultimùm in Americam tranſiêre. Placet Roberto Comtæo, Nortmanno, Phœnices ſeu Carthaginenſes, qui illorum Coloni ſunt, Nauticæ Rei peritiſſimos, intrepidi animi, & quos conſtat extra Herculis columnas per Oceanum navigaſſe, omnium primos in ipſam incidiſſe, primos quoque ejus Colonos, à quibus Americani ad Hiſpanorum uſque tempora genus traxerunt. Malunt alii, Americanos à Tartaris deſcendiſſe, ſaltem populis, qui per Tartariam in Americam devenêrunt; quia inter partes Antiqui Orbis Tartariam Americæ propinquiſſimam eſſe exiſtimant.

IX. *Sententia præhabilior.*

Me quod attinet, nullus credo, tàm vaſtam regionem ſuos Incolas moribus, inſtitutis, linguâ valdè diverſos, ſimul & ſemel, atque ex eâdem regione, & modo eodem accepiſſe, & temeritatis eſſe arbitror velle determinare tempus, aut rationem adventûs, aut regiones Americæ, quas hi aut illi populi occupârunt. Quid ni tamen dicere liceat, Noachi poſteros, qui Veterem Orbem penetrârunt, etiam ad Americam perveniſſe,

ſeu per ſeptentrionem, ſeu rectiori itinere, Novo Orbe, tunc forte minùs, quàm hodie, ſecreto à Veteri. Edocet enim experientia, nec inſularum, nec continentis faciem eandem ſemper manere. Et ſi mari tantùm ad Americam iter patuerit, quidni à Noëmo, Arcæ conditore, diſcere potuerunt nepotes artem naves fabricandi & dirigendi? Neque improbabile mihi videtur ſubſequentibus ſeculis Scythas, Tartaros, Sinenſes, alioſque Indiæ populos in Americam tranſiiſſe; nam ex navigationibus planum eſt, partem ejus, quæ Aſiam reſpicit, tempore primi appulſûs Europæorum non minùs populoſam fuiſſe, quàm oppoſitam, quæ Africæ & Europæ obvertitur. Nec minùs probabile, Phœnices, Carthaginenſes, quibus & ventus generalis, ex ortu in occaſum perpetuò fluens, fortaſſis favere potuit, item Norvegos, Groenlandos alioſque delatos eò fuiſſe, aliis aliiſque temporibus, ſeu mari, ſeu terrâ, ſeu caſu, ſeu conſilio; contingere enim cuique poteſt, quod cuiquam poteſt.

X. *Teſtimonia pro Americâ antiquitùs notâ.* Magìs in hâc ſententiâ confirmabimur, ſi quod communiter opinantur, antiquiſſimis temporibus & cognita, & frequentata fuerit à Veteri Orbe America. Referunt Platonis Dialogi, Solonem ab Ægyptiorum Sacerdotibus, in quorum monumentis hæc extabat Hiſtoria, intellexiſſe, Herculem Ægyptium, quem & Oſirin nuncupant, ſubjugatis ultra citraque fretum Herculeum multis regionibus, tandem expeditionem ſuſcepiſſe in Atlantidem, inſulam ultra Herculis Columnas in immenſo Oceano, Aſiâ & Africâ junctis longè majorem, quam ſimul atque ſubjecit ſibi, initâ cum incolis pace, nepotem Neptunum eidem præpoſuit. Delineat Plato inſuper accuratè ejus qualitatem, hominum mores, indolem, politiam, urbes, caſtra, inſignem gemmarum & auri abundantiam. Platonem Plinius & Strabo ſequuntur. Similia habet Diodorus Siculus, nempe Phœnices antiquiſſimis temporibus, quando extra fretum Herculeum Africæ legebant littus, obortâ vehementi & diutinâ tempeſtate multùm agitatos per vaſtum æquor, tandem ad ingentem Inſulam appuliſſe, locatam è regione Africæ intermedio Oceano Atlantico, ſoli maximè irrigui, uberrimi, lætiſſimi. Etiam Theopompus, teſte Æliano, alterius continentis meminit, & Ariſtoteles, qui in

Lib.

Lib. de Mirabilibus Auſcult. memorat, Carthaginenſes extra columnas Herculis Inſulam inveniſſe, à continente plurium dierum itinere diſſitam, in quâ quando ob ſoli fœcunditatem aliqui incipiebant connubia agitare, eandemque incolere, Præſides pœnâ capitis interdixiſſe, ne quis deinceps Inſulam ingrederetur, incolaſque ejeciſſe, ne numero aucti principatum conſequerentur, & Carthaginenſes felicitatis parte privarent. Omitto plura teſtimonia ex Homero, Horatio, Senecâ Philoſopho, & Poëtâ, quem varii autumant, Poëtico œſtro percitum, Americæ inventionem in Medeâ præſagiiſſe. Quæ verò tradita ſunt, videntur non inconcinnè in Americam quadrare.

XI. *Mota contra ea difficultatis & ſolutio.*

Diſtinguit quidem Kircherus Atlantidem inſulam à Veteri & Novo Orbe, neque hujus partem fuiſſe arbitratur, ſed ſitam medio Oceano Atlantico, & quando immanis terræ motus, atque ingens oceani illuvio breviſſimè ipſam abſorpſit, reliquiſſe in Flandricis, atque Canariis inſulis parva ſui veſtigia. Verum hæc explicatio parùm convenit cum amplitudine aut Inſulæ, aut Oceani, de quâ meminerunt citata modò teſtimonia. Autumat Barlæus, quæcunque Plato de inſulâ Atlantide prodidit, mythica eſſe, non verò veram Hiſtoriam, & quod Diodorus indeterminatè proponit, non eſſe ſpeciatim accipiendum de Americâ. Sed fabulam non eſſe, quæ Plato habet de hâc Inſulâ, ex additis circumſtantiis certum ſatis videtur, nec non ex Strabonis teſtimonio, qui Solonem librum de eâ conſcripſiſſe memorat. Et ſi quod tradit Diodorus, accipere non oportet de Americâ, aliam Orbis partem aſſignet Barlæus, cui id majori jure conveniat.

XII. *An America ſit Ophira Salomonis?*

Tranſeo, quod alii voluêre, Ophiram Salomonis, in quam ſingulis trienniis ſemel inſtituebatur navigatio, Americam fuiſſe, ſed objiciunt contra hanc ſententiam, qui aliter ſentiunt, Ebur, quod inter alia Regia Claſſis advehebat, in Americâ, ſaltem Peruviâ, ad quam nonnulli Ophiram reſtringunt, prorſùs incognitum, item iter ante inventionem, & uſum acûs magneticæ omninò ἀπρόσιτον. Saltem nullum eſſe argumentum, quod ex ſimilitudine vocum Ophir & Peru per literarum metatheſin petitur, quando inferiùs de Peruviâ dicendi locus eſt, oſtendemus.

CAPUT II.

America Septentrionalis. Terræ Arcticæ.

I. *America divisio. America septentrionalis situs.* MISSIS præliminaribus Americæ, ad divisionem ejus accedimus. Dividitur vulgò America, naturâ quasi præeunte, in Septentrionalem & Meridionalem. America Septentrionalis, Gall. *Americque Septentrionale*, aliàs interdùm Mexicana dicitur, à regnò Mexicano, parte ejus nobilissimâ, sive ab urbe Mexico, urbium hujus Americæ facilè principe. Quo usque autem in septentrionem excurrat, & quid ipsam ab hâc plagâ limitet; in hunc diem ignoratur. Ab ortu ipsam limitat fretum Davisii, quo à Groenlandiâ separatur, sinus S. Laurentii, mare Canadense, seu novæ Franciæ, mare Virginiæ, sinus Mexicanus & isthmus Panamæ exiguus, quo ab Americâ meridionali sejungitur; ab austro mare Austrinum strictè sumptum, seu Hispaniæ novæ; ab occasu mare Rubrum sive Purpureum, & (ita varii) fretum Anianum. Pars hujus Americæ minima, sed nobilissima, jacet sub parte boreali Zonæ Torridæ, & maxima sub Zonâ Temperatâ septentrionali.

II. *Varia ejusdem divisio.* Dispescit Sanson Americam Septentrionalem in Canadensem, *Canadienne*, & Mexicanam, *Mexicane*. Illius partes facit duas, Terras Arcticas, ad quas quoque refert Groenlandiam & Islandiam, de quibus in regno Norvegiæ nobis dictum est, atque Canadam, seu novam Galliam. Sub parte Mexicanâ complectitur novum regnum Mexicanum, & novam Hispaniam. Nos Americam Septentrionalem in VI partes dividimus, quæ sunt Terræ Arcticæ, Canada, Florida, novum regnum Mexicanum, nova Hispania, & Insulæ Archipelagi Mexicani. De cæteris Insulis Americæ septentrionalis, quæ alicujus sunt nominis, loquemur, explicitis continentis partibus, è quarum regione collocantur.

III. *Terra Arctica ignota ferè.* Terræ Arcticæ, Gall. *Terres Arctiques*, sic à situ suo appellatæ, latent ferè Europæos. Tantùm oras earum, sub finem superioris seculi & initium labentis, Angli in primis, etiam Dani, & Belgæ, lustravêre, sperantes exitum se inventuros

in

Digitized by Google

Digitized by Google

AMERICQVE
SEPTENTRIONALE
Par N. Sanson
d'Abbeville Geographe
du Roy
Nouveau
TERRES ARC
Danemarcq
Nort
Wallas
MER CHR
Sour
Port Nelson
Wallas
MER GLA
CA
CIALE.
TERRE
DE
IESSO
Cibola
MEXICANA
Lac Superieur
L. de Puant
NOUVEAU
Les Apa
chites
Nouveau
Mexique
Nouuelle MEXIQVE
Cuiuira
Floride
Californie Isle
MER
DE CA
LIFORNIE
Socorro
Grenade
Quiuira
Passagua
jes
Chichume
ques
Golfe de
Mexique.
Panuco
Mexique
MER
DE SVD.
MEXIQVE.
Honduras
Soconus
Vallodolid
Merida
Campeche
Inca
tan
Guatimala
MER DI


OCEAN
SEPTENTRIONAL
Gronelande.
Islande Isle.
Cercle du Pole Arctique
Bearesford
Schalbod
Premier Meridien
Cap Farwel
MER DE MER
Estotilande ou
NADA ou
Terre de Laborador.
CANADA ou DE
VELLE
Saguenay
Breſt-
Terre Neuve
LA
Grand Bane
FRANCE.
Quebec
Richelieu
NOVVELLE Angleterre
VELLE.
I. Acores
FRANCE.
DE
Les Isles Bermudes.
MER DE MEXIQVE ou
Isles Lucayes
LA NOVVELLE.
Cercle Tropicque du Cancer
Cuba
Isles
Iamaique
Espagnole
Beriquen
tilles
Barbade
NORT
Isles
Caribes
et
MER DU NORT
Carthagene
Venezuela
Castille
Caribane
SVD.
AMERIQVE MERIDIONALE.
MIDY

Digitized by Google

in mare Pacificum, ſed irriti fuerunt ſuſcepti labores, detectis tantùm quibuſdam Fretis & Sinibus, de quibus in mari Septentrionali meminimus.

IV. *Earum deſcriptio. Nova Dania.*

Diſpeſcimus Terras Arcticas in occidentales & orientales. Inter Terras Arcticas plùs in occaſum vergunt nova Dania, nova Wallia meridionalis, & ſeptentrionalis. Nova Dania, Gall. *Nouveau Danemarcq*, à Joanne Monacho, Dano, detecta eſt, auſpiciis Chriſtiani IV, Regis Daniæ, anno hujus ſeculi XIX, ſeu (ita Sanſonus) XXIX. Ipſam (ſic plures Tabulæ) dividit circulus Arcticus, & mare Chriſtianum ab ortu alluit. In eâ hyemare coactus fuit Monachus ad portum cognominem, *P. Munck*, in ſtructâ caſulâ. Hyemem experiebatur tàm ſævam, ut vina, etiam Hiſpanica & aduſta, prorſùs conſtringeret. Moriebantur inibi omnes ſocii itineris, præter Navarchum & binos alios, qui tandem ſalvi atque incolumes in Norvegiam, & Daniam rediêre. Nunc Novæ Daniæ, uti & maris Chriſtiani nomen fermè obſoletum eſt, atque à chartis quibuſdam omninò negligitur.

V. *Nova Wallia.*

A Daniâ Novâ in ortum ſitæ ſunt Nova Wallia Meridionalis, *New South Walles*, quam ſinus Buttonii, Hudſonii, atque Jameſii alluunt; nec non Nova Wallia Septentrionalis, *New North Walles*, à priori per mare Chriſtianum ſeparata. Utraque ab Anglis initio labentis ſeculi detecta atque denominata eſt.

VI. *Inſula Iacobæa.*

Quæ reſtant Terræ Arcticæ clariores, longiùs in ortum extenduntur, & jacent citra, aut ultra Fretum Hudſonii. Citra ſive ad boream Freti Hudſonii jacent Inſulæ Iacobæa, Cumbriæ, & bonæ Fortunæ. Inſula Iacobæa, Anglis *the James Iſland*, ſic dicta eſt ab Anglis in honorem Regis Jacobi, atque à Robbe Inſula Cumbriæ, vaſti circuitûs, media inter fretum Hudſonii, Daviſii atque ſinum Baffinii. Ingentem in parte meridionali ſinum habet, qui ſinus Cumbriæ, *Cumberlants Bay* appellatur, in cujus intimo receſſu ſunt Inſulæ Cumbriæ, *Cumberlants Iſles*, exigui ambitûs. Aliæ Chartæ inter Novam Walliam Septentrionalem & fretum Daviſii non unam locant ingentem inſulam, ſed ejus loco tres, interfluis fretis diſtinctas ab invicem, in quorum borealiſſimo Cumbriæ Inſulas collocant. In priore ſententiâ eſt Atlas Marinus Bel- *I. Cumbriæ.*

garum, Baudrandus, Robbe, & alii recentiores, quorum ſecuti ſumus veſtigia.

VII. *I. bonæ Fortunæ.* Inſula bonæ Fortunæ, *Good Fortuyn I.*, non procul à limine freti Hudſonii, multoties Jacobæâ minor eſt, formæ ferè triangularis, ab Anglis detecta, quando Terras Arcticas contemplabantur.

VIII. *I. Manſſeldia.* Reſtant ex Terris Arcticis, quæ plùs in ortum ſitæ ſunt & ultra, ſive ad auſtrum Freti Hudſonii inſula Manſſeldia & Terra Laboratoris. Inſula Manſſeldia, *Manſſeld I.*, media eſt inter novam Walliam & terram Laboratoris, ubi fretum & ſinus Hudſonii confluunt, multò plùs ab boreâ in auſtrum, quàm ab occaſu in ortum extenſa, recens inventa ab Anglis, atque hoc appellata nomine.

IX. *Terra Laboratoris.* Terra Laboratoris, Gall. *Terre de Labrador*, ſeu *Laborador*, aliàs Eſtotilandia, Gall. *Eſtotilande*, & nova Britannia, Gall. *Nouvelle Bretagne*, à boreâ freto Hudſonii, & ab occaſu ſinu ejuſdem nominis alluitur, atque ab auſtro limitatur Canadâ. Multùm ſinuoſa eſt, formæ fermè triangularis. Montibus, ſylvis & feris ſcatere dicitur. Refert Sanſonis Tabula Gallica & Latina Eſtotilandiam inter partes Canadæ, ſed cùm uti in cæteris terris Arcticis, ſic in Eſtotilandiâ nulla ſit colonia Europæorum, & nil niſi ora innotuerit, maluimus ipſam cum aliis inter Terras Arcticas enumerare.

CAPUT III.

Canada. Inſulæ contra eam ſitæ.

I. *Canada.* POST Terras Arcticas proxima eſt Canada, Gall. *le Canada*, aliàs ſæpiùs Nova Francia, *Nouvelle France*, ſic appellata à Joanne Verazzano, Florentino, qui ipſam primus juſſu Franciſci I, Regis Galliæ, occupavit, jam ante à Nautis Britannis detectam. Ejus limites à boreâ ſunt Terræ Arcticæ; ab occaſu quos habeat limites, nondum ſatis innotuit. Certum eſt longè in hanc plagam excurrere verſus Novum Regnum Mexicanum. Ab auſtro ipſam limitat Florida; ab ortu mare Virginiæ, mare novæ Franciæ, & ſinus S. Laurentii. Sunt, qui Canadam arctioribus conſtringunt terminis,

Digitized by Google

minis, atque ab ipsâ separant Virginiam, quin novam Provinciam Eboracensem, & novam Angliam. Primis quando accedimus, sita est intra gradum circiter XXXIV & LV Latitudinis borealis.

II. *Canadæ situs.*

Subest partìm Canadensibus, partìm Francis, partìm Anglis. Calor & frigus in tàm ampla regione non possunt non insigniter variare. Cœlum in tractu, qui sub Gallorum imperio est, tempestate autumnali & hyemali non rarò ningit, & quia terram Sylvæ obtegunt, non possunt obliquiores solis radii sufficienter nivem resolvere, unde progressu temporis ingens ejus congeries provenit, atque ex eâ frigus satis intensum. Æstas calidissima, est & multùm serena, quam interdum & procellæ perturbant. Fulmen sylvas inflammando diutinum nonnunquam incendium excitat. Non desunt tamen, qui arbitrantur, Novam Franciam, si gnaviter & ritè colatur, aptam esse ad ea ferenda, quæ Vetus Francia producit, quia ejusdem ferè sunt latitudinis, & solum, experientiâ testante, sat commodum videtur. Habet Canada montes, rupes, paludes, lacus, flumina, prata, glebas præpingues, tabacum, ericam, lithanthraces, argentum, & plura metalla. In sylvis degunt alcæ, ursi, lynces, hystrices, vulpes, mustelæ, angues, cuniculi. Inveniuntur & aves diversi generis, inter quas & aquilæ, falcones, vultures. Fluvii, lacus, & maria piscosissimi sunt. In illis & fibri, & lutræ occurrunt, atque in his marini lupi, boves, porci, canes, cancri, delphini, testudines, ostrea. Canadenses dicuntur feri, macrobii, idololatræ. Casas habitant, quas subinde soliti sunt immutare, hyeme pictis animalium pellibus se amiciunt, faciem diversis ornant coloribus, amant polygamiam, tabaci fumos, vinum adustum, venatus, piscatus & aucupia.

III. *Canada divisi. Pars cis Canadam.*

Canadam in tres partes dispescimus, quarum prima complectetur, quod cis fl. Canadam jacet; secunda, quod trans ipsum; & tertia nobiliores insulas, quæ ipsi objacent. Pars Canadæ, quæ cis Flumen ejusdem nominis existit, maximè excurrit in septentrionem & occasum, ejusque partes præcipuæ sunt provincia Saguenaia, varii Populi, & Lovisania.

IV. *Prov. Saguenaia.*

Provincia Saguenaia, *le Saguenay*, cui nomen fecit cognominis fluvius, qui per ipsam delabitur, & in Canadam se exonerat,

exonerat, inter Provincias, quas Galli ex Canadâ tenent; omnium cultiſſima exiſtit, ad quam à Robbe referuntur *Port de Quartier*; Portus S. Nicolai, *Port S. Nicolas*; Chichecedeca, *Chichekedec*, ſiti verſus ſinum S. Laurentii; Portus Novus, *Port Neuf*, juxta oſtium Canadæ; ſuperiùs Tadoſſacum, ſeu Taduſſacum, *Tadouſſac*, portus, ad oſtium Saguenaiæ fl.; Quebecum, ſeu Kebeccum, *Quebec*, urbs Novæ Franciæ præcipua, diviſa in ſuperiorem & inferiorem, quarum illa collem occupat, ubi & arx munita, figuræ quadrangularis, atque hæc collis radices, ubi & portus exiguus. Facta eſt anno LXXIV hujus ſeculi Epiſcopalis, habitatio ſupremi Gubernatoris Novæ Franciæ, & ſedes ſupremi Tribunalis; Sillerium, *Sillery*, munitio leucam ſuperior; Trifluvium, *les trois Rivieres*, oppidulum ad oſtium Trifluvii fl.; Arx Frontenaci, *le Fort Frontenac*, juxta lacum ejuſdem nominis cum amplo portu, condita anno LXXIII, ut Iroquii continerentur in officio, ſic appellata à Comite Frontenaco, Novæ Franciæ Gubernatore.

V. *Varii Populi.* Præter provinciam Saguenaiam, & enumeratas colonias, annotamus tractum Algonquiorum, & tractum Huronum, quem Iroquii propemodùm vaſtârunt, ſitos verſus Huronum Mare dulce, de quo inferiùs. Mitto alios populos, qui magno numero cis Canadam habitant, minùs celebres, & vix notos nominibus.

VI. *Loviſania à Gallis nuper detecta.* Plùs in occaſum & auſtrum vergit detecta nuper ingens regio à D. de la Salle, præfecto Arcis Frontenaci, patre Ludovico Hennepin, aliiſque juſſu Regis Galliarum, atque in ejus honorem nuncupata Loviſania. In eâ invenerunt prata longè latéque patentia, multos lacus & amnes navigabiles, & oppidò piſcoſos, montes, ſylvas, quarum arbores & craſſiſſimæ erant, & editiſſimæ, in primis robora, vites ſylveſtres, plurimaſque alias arbores fructiferas, egregiam cannabem, ſolum idoneum ad ea ferenda, quæ meliores regiones in Europâ progenerant, dives bubalis, cervis, erinaceis, fibris, lutris, catis ſylveſtribus, pſittacis, oloribus, perdicibus, teſtudinibus, &c, nec vacuum vaſtiſſimis urſis, lupis, viperis, herbis medicinalibus, ferro, ære. Cœlum temperatum erat & ſalubre, incolæ athleticæ & pancraticæ valetudinis, robuſtiſſimi, etiam

ſequior

ſequior ſexus, inediæ & injuriarum cœli patientiſſimi, pede celerrimi, artis venandi, piſcandi & aucupandi callentiſſimi, crudeliſſimi. Condiderunt Franci in Loviſaniâ duas arces, alteram prope meridionalem oram Lacûs Illinorum, & oſtium fluminis Miamiſorum, *Rivier der Miamis*, ſic dicti à populis accolis, à quibus & Arx appellata eſt *Fort der Miamis*; alteram, quam Cordolii nuncupârunt, *Fort Creveceur*, occaſum verſus, ad auſtrum ingentis vici Illinorum, & fl. *Seignelay*, qui in fl. *Colbert*, longè patentiorem, & à ſeptentrione in meridiem defluentem, delabitur.

VII. *Pars Canadæ trans fl. Canadam.*

Poſtquam Canadæ partem inſpeximus, quæ à cognomini flumine in boream & occaſum deflectit, progredimur ad partem alteram, quæ trans Canadam eſt, priori longè auſtralior, cujus partes præcipuæ ſunt Virginia, Nova Provincia Eboracenſis, Nova Anglia, Irocoiſia, tractus Etecheminiorum, Acadia, & Canada.

VIII. *Virginia.*

Omnium auſtraliſſima eſt Virginia, Gall. *Virginie*, quam anno LXXXV ſuperioris ſeculi detexit Richardus Grenvilius, Anglus, ſumptibus Gualteri Ralegh, Equitis Anglici, qui in honorem Virginis Eliſabethæ, Reginæ Angliæ, ipſam hoc nomine condecoraſſe dicitur. Media eſt inter Floridam Anglicam, & populos *Eriechronons* ad occaſum, ac mare Virginiæ ad auſtrum & ortum. Communiter quoque Tabulæ Virginiam in ortum extendunt ultra ingentem ſinum Cheſapeacum, *Cheſapeack Bay*, & flumen *Saſqueſahanough*, at juxta Tabulam Viſſcheri dictum Flumen & Sinus eam ab ortu limitant, ac ultra Flumen collocatur ipſi Pennſylvania. Cœlum habet ſalubre, ſolum, quod copioſa & ingentia flumina irrigant, abundat optimæ notæ tabaco, diverſi generis leguminibus, ſylvis, frugiferis arboribus, pecoribus, avibus, piſcibus, quos inter haleces eximiæ magnitudinis. Inveniuntur etiam planta, in cujus foliis creſcit ſericum, terra Sigillatæ non diſſimilis, alumen, pix, terebinthina, æs, ferrum. Anglorum ſubeſt imperio, qui eam (teſte Baudrando) in XIX Comitatus hodie diſtribuunt, quorum pars maxima ab Angliæ Comitatibus denominatur. Eos non recenſemus, quia nullus eorum in Tabulis vulgò exprimitur. Oppida ejus meliora habentur verſus mare Virginiæ Cunarvocum, *Cunarwoc*; Secotanum, *Secotan*; Pomejoca, *Pomejoc*; Demamotiqua, *Demamotique*; Paſtenonum, *Paſtenon*;

Catocinga, *Catokinge*; Pouhatania ſeu Pouvatania, *Powhatan*, *Pouhatan*, nec non *Pawhatan*, juxta ripam ſeptentrionalem fl. Pouhatani, ampli atque mæandrici, indigenis *Pouhatan*, Anglis Jacobæi, *Jaimes River*, quod Virginiam in partem borealem & auſtralem diſtribuit, quarum illa Pouvatania, *Pouhatan*, nominatur; Jacobipolis, *James Towne*, longè inferiùs ad eandem ripam, nobiliſſima totius Virginiæ Colonia, ſic dicta à Jacobo, Rege Magnæ Britanniæ; Eliſabetha, *Elizabeth*, ad oſtium fl. Pouhatani.

IX. *Nova Prov. Eboracenſis.* Poſt Virginiam ſequitur Nova Provincia Eboracenſis, Anglis *the New Jorck*, ſita inter Virginiam ad occaſum; mare Canadenſe ad meridiem, atque Novam Angliam ad ortum. Oculis lætiſſima dicitur, abundans frumenti, vini, fructuum. Varia Flumina ipſam irrigant, quorum clariſſima ſunt Fl. Auſtrale, Gall. *Riv. de Sud*, ſeu *Delaware*, occidentaliſſimum & auſtraliſſimum; Fl. Boreale, Gall. *R. de Nort*, aliàs Magnum, Mauritii, & Manhattans, orientalius & borealiſſimum; & Fl. Dulce, Belg. *de Verſche Rivier*, orientaliſſimum. Paruit Belgis hæc Provincia, à quibus Nova Belgica appellabatur, poſtquam verò Anglicæ poteſtatis facta eſt, nomen Novæ Provinciæ Eboracenſis induit. Complectitur quoque Novam Sueciam, quam Sueci primùm inhabitârunt, poſtea Belgæ, nunc Angli tenent. Sita fuit ad inferiorem tractum Fl. Auſtralis, hodie verò ejus nomen ferè interiit, neque in Tabulâ Novi Belgii Viſcheri exprimitur. Loca majoris nominis ſunt ad ripam occiduam Fl. Auſtralis Arx Chriſtina, *'t Fort Chriſtina*; Novum Gotheburgum, *Nieu Gottenburg*; Philadelphia, *Philadelphia*. Ad ripam ortivam ſunt Arx Naſſovia; *'t Fort Naſſou*, locata in Novâ Cæſareâ, *Nieu Jarſey*, atque inferiùs Arx Helſingoburgum; *'t Fort Elſenburgh*; Novum Eboracum, Angl. *the New Jorck*, aliàs Manhata, *Manhate*, ante appellatum Novum Amſtelodamum, Gall. *Nouvelle Amſterdam*, oppidum in parte auſtrali Inſulæ *Manhattans*, parùm à continenti diviſæ, in inferiori tractu Fl. Borealis, cum arce Jacobæâ, caput hujus Provinciæ atque præfecti habitatio; Arx Arauſicana, *'t Fort Orangie*, Anglis hodie Albania, & Nova Albania, ad ripam occiduam fl. Borealis, longè ſupra Novum Eboracum; Arx Bonæ Spei, *'t Fort de Goede Hoop*, ad ripam occidentalem Fl. Dulcis.

Plùs

Plùs in boream vergit Nova Anglia, Gall. *Nouvelle Angleterre*, indigenis *Almouchicoſen*, quam terminat ab occaſu Nova Provincia Eboracenſis; ab auſtro & ortu mare Canadenſe, & à boreâ nova Francia, ſeu tractus Etecheminiorum. Fertilis eſt, culta & irrigua, ſubminiſtratque Anglis, quibus ſubjecta eſt, tabacum, pelles & goſſipia. Aditum Novæ Angliæ præpeditum reddit, in primis verſus tractum meridionalem, ingens Pulvinus Malabarræ, *'t Groot Rif van Malabarre*. Ejus oppida majoris nominis ſunt verſus oram maritimam Novum Plymutum, *Neu Pleymont*; Londinum, *London*; Boſtonium, ſeu Fanum S. Botolphi, *Boſton*, quod ſicuti *Baſton* efferunt, aliis *Briſton*, ad occaſum Capitis Annæ, *Caep Anna*, amplum, Caput Novæ Angliæ atque Præfecti habitatio, cum portu capace; Suthamptonia, *Southampton*; Arx S. Georgii, *F. S. George*; Sandvicus, *Sandwick*; Cantabrigia, *Cambridge*, ad fl. *Quinobequin*, ubi Anglis Typographia, quâ ipſa Biblia linguâ Barbarorum ante annos non ita multos in lucem prodiêre; Edenburgum, *Edenborow*. X. *Nova Anglia.*

Viſis partibus, quæ ex Canadâ auſtraliori imperio Anglorum ſubjacent, proxima nunc eſt Irocoiſia, regio, in cujus ſitu Tabulæ non ſatis conſentiunt. Viſſcherus eam ponit inter Novam Angliam ad ortum, & Novam Belgicam ad occaſum, à quibus per montana dividitur. Ingentem quoque Lacum Irocoiſienſem delineat, in quo variæ inſulæ, & qui medio amplo flumine Irocoiſienſi cum fl. Canadâ conjungitur. Auctor Loviſaniæ collocat Irocoſios, ſeu Iroquios, Gall. *Iroquois*, populos Irocoiſiæ, ad occaſum Novæ Belgicæ, & pro maximâ parte verſus meridionalem & orientalem oram Lacûs Frontenaci, ad cujus boream etiam aliqui habitant. Struxerunt Galli ad oram meridionalem dicti Lacûs Arcem Conty, *'t Fort van Conty*. Diſpeſcuntur Irocoſii in V Nationes, homines proceri, amicti fibrorum, luporum, aliorumque animalium pellibus, crudeles, feri, quos ſuperioribus annis Galli multùm dicuntur mitigaſſe. XI. *Irocoſia.*

Tractus Etecheminiorum, cui indigenæ, *Etechemins*, cognomentum dederunt, habet Canadam ad boream; Acadiam ad ortum; Novam Angliam ad auſtrum; fl. Canadam ad occaſum. Variis irrigatur fluminibus, inter quæ unum XII. *Tractus Etecheminiorum.*

ejuſdem cum Populo nominis. Loca non habet, quæ alicujus momenti ſunt.

XIII. *Acadia.* Reſtant ex parte Canadæ, quæ trans Fluvium cognominem ſita eſt, duæ Provinciæ, Acadia & Canada, ſub Gallorum imperio. Acadia ſeu Accadia, *Acadie*, terminatur mari undique, excepta parte occiduâ, quæ tractui Etecheminiorum confinis eſt. Quando Anglis parebat, Nova Scotia appellabatur; reddita verò Gallis Bredanâ pace, Acadiæ venit nomine. Provincia hæc perquàm portuoſa eſt. Oppida ejus nobiliora ad mare jacent, inter quæ Portus Regius, *Port Royal*, in intimo receſſu ſinûs occidui, capaciſſimus, Caput Acadiæ; Touquecheta, *Touquechet*, auſtralior; plùs in ortum & boream abeunt Portus Roſſignola, *P. Roſſignol*; Heva, *la Heve*; Paſpaya, *Paſpay*; Macomoda, *Macomode*; Martengum, *Martengo*. In mediterraneis habitant populi Soriqui, *Souricois*.

XIV. *Canada.* Ad ſeptentrionem Acadiæ trans ſinum Calorum, *Baye des Chaleurs*, ſe offert Provincia Canada, aliàs diſcriminis ergò Canada Propria, Gallis *le Canada*, quam ab ortu terminat ſinus magnus S. Laurentii; à boreâ & occaſu æſtuarium fl. Canadæ; ab auſtro Etecheminiorum tractus, & ſinus Calorum. Nullum habet oppidum, quod alicujus momenti eſt. Ad ipſam referunt Sanſonus & Robbe inter alia Richelæum, *Richelieu*, ſeu *Saurel*, oppidum ad orientalem ripam fl. Canadæ, & Montem Regalem, *Mont Real*, oppidum ſat cultum à paucis annis, in inſula cognomini fl. Canadæ.

XV. *Clariores Lacus Canadæ ſunt V:* Progredimur ad Lacus Canadæ, qui benè multi ſunt. Cæteros vincunt magnitudine, qui jacent in ejus parte occiduâ & verſus confinia Loviſaniæ, & ſunt numero quinque, dulces, piſcoſiſſimi, navigabiles magnis quoque navibus, ſed hyeme non ſine inſigni moleſtiâ, quando inibi ſæviſſimi venti dominantur. *L. ſuperior.* Illorum borealiſſimus eſt, atque vix XII dierum itinere à ſinu Hudſonis diſtans in meridiem, Lacus Superior, *Lac Superieur*, qui & Lacus Tracius dicitur, & Condæus. Ajunt extendi ab occaſu in ortum ad CL milliaria, à boreâ in auſtrum ad XL, aliis LX, & in circuitu ad D, atque admittere præter varias inſulas decem navigabilia Flumina. Per fretum ſeu ſaltum Mariæ, plenum ſcopulis & concitati fluxûs

xûs, in lacum Huronum se exonerat. Lacus Magnus Huronum, *le grand Lac des Hurons*, aliàs Mare Dulce Huronum, sic appellatus est ab Huronibus populis, qui in viciniis ejus consedêre. Lacum Aurelianensem etiam alii nuncupant. Habetur aliquibus lacus maximus totius Septentrionalis Americæ, cujus circuitus creditur esse DCC leucarum & ampliùs, atque longitudo à boreâ in austrum CC. Latitudo variat, quæ in mediâ sui parte ampliſſima est. Multas insulas complectitur. In Lacum Huronum effundit se ab occasu, mediante freto *Missilimakinack*, Lacus Ilinorum, *Lac des Ilinois*, id est Lacus hominum, sic à populis, qui versus ejus oram occidentalem & meridionalem habitant, nominatus, dictus quoque recentioribus Lacus Delphini, circuitûs CCCC leucarum, distans circiter leucis XV à Lacu Superiore in meridiem, cujus pars borealis, Lacui Huronum vicina, Sinus Putidorum, *Stink Bay*, nuncupatur. Traditis Lacubus meridionalior est, & Floridæ Septentrionali propinquiſſimus, Lacus Erieus, *Lac Erié*, seu *Conty*, quem inquiunt ab occasu in ortum ad CXL leucas se protendere. In ipsum quatuor flumina delabuntur, atque à boreâ Lacus Huronum per fretum nobiliſſimum; ipse verò à septentrione Lacum Frontenacum ingreditur. Lacus Frontenacus, *Lac Frontenac*, qui Comiti Frontenaco, Novæ Franciæ Gubernatori, hoc nomen debet, ante Ontarius dictus est, id est pulcher, ab Irocosiis, accolis ejus. Figura ad ovalem accedit, ab occasu in ortum ad LXXX leucas sese explicat, & plurium insularum dives est. In horum Lacuum delineatione non secuti sumus vulgares Tabulas, quæ à vero multùm aberrant, sed quam Loviſaniæ suæ adjecit Hennepinus.

Lacus Magnus Huronum.

L. Ilinorum.

L. Erieus.

L. Frontenacus.

Inter flumina Canadæ, quin Americæ Septentrionalis, ampliſſimum est fl. Canada, sic dictum à regione, quam irrigat; aliis Regio potiùs à Flumine appellata est. Dicitur quoque Flumen S. Laurentii, Gall. *Riviere de Canada*, seu *S. Laurens*. Statuunt varii recentiorum ipsum oriri versus Lacum Huronum, & Floridæ regionis confinia, atque Lacum Ericum primùm, mox Frontenacum transire. At Pater Hennepinus in suâ Loviſaniâ contendit Flumen Laurentii provenire ex variis Lacubus, quorum vaſtiſſimi sunt quinque, quos

XVI. *Flumen Canada.*

modò deſcripſimus. Simul atque ex lacu Frontenaco egreditur, fluxum in orientem æſtivum inſtituit, admiſſiſque à
Fl. Pratorum. Montium. Triſluvium. ſiniſtrâ fluviis Pratorum, *R. des Prairies*, Montium, *R. de Mons*, & Trifluvio, *les Trois Rievieres*, rigat Quebecum, atque
Saguenæus. inferiùs Tadoſſacum, ad quod ab eodem latere Saguenæo, *Saguenay*, ditatur. Tandem latiſſimo æſtuario, biſectâ Canadâ, atque effectis compluribus inſulis, poſt iter DCCC leucarum, in ſinum S. Laurentii ad inſulam Anticoſtiam ſeſe præcipitat. Pervius eſt navibus bellicis ad oppidum Tadoſſacum, & onerariis Quebecum uſque; at ſupra Montem Regalem vel lintribus propter cataractas invius fit.

XVII. *Inſula in Sinu S. Laurentii:* Nunc attingendæ ſunt nobiliores Inſulæ, quæ explicitæ Canadæ objacent, & quas ſuprà tertiam Canadæ partem in ejus diviſione conſtituimus. In ſinu S. Laurentii occurrunt
I. Anticoſtia. inſula Anticoſtia, ſeu Anticoſta, aliàs Aſſumptionis, *Anticoſti* ſeu *Aſſumption*, ante oſtium Fl. Laurentii, ubi variæ Gallo-
I. S. Joannis. rum Coloniæ; Inſula S. Joannis, *I. S. Jean*, in intimo receſſu dicti Sinûs contra Acadiam, etiam à Gallis culta; Ca-
I. Caput Britannicum. put Britannicum, ſive Britonum, *Cap Breton*, inſula aliquantò orientalior, major, & multùm ſinuoſa, ubi Fanum S. Pe-
I. Terræ Novæ. tri, *S. Pierre*; Inſula Terræ Novæ, *Iſle de Terre Neuve*, ad introitum Sinûs S. Laurentii, figuræ ferè triangularis, plurimùm ſinuoſa, ampliſſima, quæ à boreâ in auſtrum aliquibus dicitur excurrere ad CXX leucas; ab occaſu in ortum ad C, atque in circuitu ad CCCXL, quem numerum multùm adaugent alii. Portuoſiſſima eſt & ſylvoſa, neque urbes habet, ſed ſolùm exiguas aliquot Colonias Gallorum, atque unam
Syrtis maxima. Anglorum, piſcatu, de quo proximè, celeberrima. Ab hac Inſulâ in ortum & auſtrum deflectit ad diſtantiam XXV circiter Leucarum Syrtis Maxima, Gall. *le grand Banc*, rupes præceps ſub alto mari & vaſtiſſima, quippe quæ à ſeptentrione in meridiem ad CL leucas ferè ſe explicat, & ab occaſu in ortum, quâ parte latiſſima eſt, ad L & ampliùs. In eâ quotannis maxima piſcatio Molucii piſcis, Belgis *Bakkeljaauw*, inſtituitur ab Anglis, Gallis, Belgis aliiſque. Hac Syrti orientalior eſt Syrtis minor, Gall. *le petit Banc*.

XVIII. *Inſulæ auſtrales: I. Arenæ.* Porrò contra oram orientalem Acadiæ ſe offert Inſula Arenæ, *Iſle de Sable*, ante à Gallis culta, ſed quam ob indigen-

tiam


270
275
280
40
35
30
25
CANADA ou NOU
NOUVEAU
Capachi
Calicuas
MEXI
FLORIDE
FLO
QUE
ESPA
GN
O
Quivira
Aix
Xualatane
Terlichi
chimechi
Gaces
Cubas
Vacabus
Jamueco
Panuco
Ligne Tropique
GOLFE
MEXI
Blanco
Sale
Bartolome
Ermoso
Plata
Deserta
Chaleze
Coste
Chiloue
Ochuse
Achuse
Tascaluza
LA FLOR
Par N. San
Geogr Ord.re du

FRANCE
Spuenquio
ronons
Erie
Erie ch
ronons du N.
Chat
VI R
Ontarraronons
Xuala
Chalaque
Cofachique
Athouanda rons
GIN IE
Aminoia
Apalachi Montre
Apalache
FLORIDE
Anilco
Cofaqui
Guaca
Cofa
R I
Na
Achalaque
D E
Utzaunque
FRANCOI
Caro lina
Tula
Ossa
chile
Malaque
Anatoqua
Colima
Pinacucho
Xoaclaque
Fidelans
Quig
L E
Achile
Vitua
Potanio
SE
Ocali
Saropa
Timuacua
Baraguchi
Saturiba
Anita
Mocoso
Pinos
S Pietri
C Francois
Barra de S Matheo
B de Tacoba
Barra de Matanças
B de S Ioseph
Barra de Mosquitos
I de Farelhones
C de Canaveral
Tegesta
Escudo de Aix
B de Tampa
Abra de Canaveral
C Carlos
B de Carlos
Prov
Punta de S Luzia
DE
B de Iuan Ponce
la Punta Bl
QUE
C d'Aguada
B d'Ag
C de Florida
Cabeca de los Martyres
Martyres
du Cancer
ISLE DE CUBA
LA HAVANA
285
290
295
300
40
35
30
25

Digitized by Google

tiam aquarum coacti fuerunt derelinquere; contra Novam Angliam Flevolandia, *Vlieland*, Indigenis *Natocke*, ante sub Belgarum, nunc Anglorum imperio, & Texelia, *Texel*, continenti vicinior, aliter Insula Elisabethæ, hodieque sub Anglis; contra Novam Eboracensem Provinciam Insula Longa, *t lange Eylandt*, aliàs *Matouwacs*, nunc Comitatus Eboracensis, *Yorck Shire*, etiam hoc tempore sub Anglis, in quâ vasa Porcellana finguntur; denique contra Virginiam, sed amplissimo intervallo ortum versus, jacent in mari Septentrionali Insulæ Bermudæ, Gall. *les Isles Bermudes*, sic nuncupatæ à Joanne Bermude, Hispano, qui primus eas detexit. Aliàs etiam ab Anglis Insulæ Summerii seu Æstivæ, *the Summer Iles*, nominantur, à Georgio Summero, nobili Anglo, qui anno IX hujus seculi naufragium ad eas passus est. Nautæ & Diaboli Insulas nuncupant, ob sævas procellas, quæ non rarò hìc accidunt, & aditum prorsùs difficilem. Multæ sunt, sed exigui ambitûs, feliciter cultæ, soli insignitè fœcundi, & sub Anglorum dominio. Omnium maxima est Insula S. Georgii, quæ vix ad sex leucas protenditur. Multò minores sunt Insulæ S. Davidis, Somersetì, Varvici, &c.

I. Flevoland. *I. Texelia.* *I. Longa.* *I. Bermuda.*

CAPUT IV.

Florida.

Ex insulis Bermudis in continentem regredimur, ubi se offert Florida, Gall. *la Floride*. Dicitur hoc nomen accepisse à Ferdinando Soto, qui post alios anno XXXIV superioris seculi in ipsam appulit Dominicâ Palmarum, qui dies apud Hispanos *Pascua de Flores* appellatur, & occasionem dedit hujus nominis. Malunt alii, ipsum Regionem hanc sic nominasse, quia primi adventûs tempore florere omnia observabat. Sunt, qui Joanni Pontio Floridæ nomenclaturam attribuunt, qui anno XII ejusdem seculi in eam ingressus est. I. *Florida nomen.*

Limitatur à boreâ Canadâ, tractibusque etiamnum incognitis, à quibus per montem Apalatæum dividitur; ab occasu novo regno Mexicano, & boreali parte novæ Hispaniæ; ab austro II. *Limites & situs.*

auſtro eâdem & ſinu Mexicano; ab ortu freto Bahamæ, *Canal de Bahama*, formidabili, mari ſeptentrionali, & Virginiâ. Extendit ſe Florida à gradu circiter XXV ad gradum XL. Latitudinis borealis, atque à gradu CCLXIX Longitudinis ad gradum CCXCVII.

III. *Florida conſtitutio.* Cœlo puro, & temperato potitur. Solum campeſtre eſt, irriguum, & verſus mare arenoſum. Fert pinus, lauros, palmas, cedros, cypreſſos, caſtaneas, nuces, uvas, pruna, meſpila, alioſque fructus palato gratiſſimos. Neque deſunt legumina, pecora, feræ, inter quas cervi, urſi, pardi, nec aves, quas inter perdices, pavones, pſittaci, nec piſces, crocodili, vaſtæ magnitudinis ſerpentes, qui homines, quoties iis potiri poſſunt, devorant, aurum, argentum, gemmæ. Incolæ lacertoſi ſunt, prædones, parùm pudici, propemodùm nudi incedunt, corpus unguento & diverſis coloribus inficiunt, pennas & plumas variegati coloris adamant. Inter eos complures inveniuntur Androgyni, ipſorum mancipia, quibus pro jumentis uti ſolent. Solem & Lunam venerantur, credunt quoque immortalitatem animarum.

IV. *Ejuſdem imperium.* Pars maxima Floridæ, in primis interior, ſubeſt indigenis. Omnem oram maritimam Hiſpani ferè poſſederunt, qui ſenſim maximam ejus partem dereliquêre. Hodie Angli tenent partem maritimam Floridæ, quæ verſus fl. Majum, montem Apalatæum, Virginiamque eſt, & olim Francici erat juris, & Florida Gallica appellabatur, nunc Anglis Carolina appellata.

V. *Urbes Floridæ ad ortum.* Loca nobiliora Floridæ verſus ortum ſunt Fanum S. Auguſtini, *S. Auguſtino*, oppidulum cum arce; Fanum S. Mathæi, *S. Matheo*, oppidulum paulò borealius cum arce & portu, nunc dirutum ferè, utrumque ſub Hiſpanorum dominio, in orâ orientali Floridæ, & Provinciâ Tegeſtâ, *Tegeſta*, peninſulâ, inter ſinum Mexicanum ad occaſum & fretum Bahamæ ac mare ſeptentrionale ad ortum, quæ & Florida propria ab Hiſpanis cenſetur; Saturioa, *Saturioa*; Mollona, *Mollona*, ad occidentalem ripam fl. Maji, auri & argenti divitis; Edelanum, *Edelano*, ad ejuſdem ripam orientalem; Antequa, ſeu Onatheaqua; Carolina, *Caroline*, arx mari propinquior & verſus Virginiæ confinia, nobiliſſima omnium, quas


235
240
245
250
Sept
45
40
35
30
25
MER
DE
SUD,
ou
MAR
CALIFORNIE
VER
Agrabada le Cap
C Blanco
C de S. Sebastien
Pointe de la Reyne
Pte de Francois Drake
Pte de Corinda
Cap de Barbara
Pte de la Conversion
Pte de S. Diego
IS Cathalina
IS. Clemens
IS Martin
I de Parreras
B. de Todos los Santos
B. de S. Quintin
C de Engano
B. de S. Francisco
IS Aserd
B. de S. Simeon
Pte de S. Bartolomeo
Sierra Pintada
B. de las Aromes
B. de S. Christoval
I de la Terre
Pte de la Reyne
Rio Grande
Lago de Oro
R. de Zizion
R. de Cinola
S. Miguel
Les Playes
Cibola
Moqui
Ligne sous le Tropicque du Cancer
PACIFICQUE

AUDIENCE DE
GUADALAJARA
NOUVLAU MEXIQUE,
CALIFORNIE, &c.
Par N. Sanson d'Abbe
ville Geogr. Ordin. du
Roi
APACHES
DE
NAVAJOX.
APACHES DE
XILA.
NOU
VEAU
Tao etij.
Tomi.
APACHES VA
QUERROS.
Amejes.
Tigues.
Hubales.
Mexico.
NUEVA
Peici.
Queres
Tebes.
Tompires.
Sevilleta.
Piri
Gorretes.
Socorro
Manses.
REGNUM
Hanes.
Sumes.
XIQUE
Tomites.
Teposanes.
Iumanes.
Tarrahumares.
Iapies
Aixai
Toboses.
Asatlan.
Ometlan.
Passaguates.
Xabotai
Conches.
QUIVIRA.
FLO
RI
DE.
NUEVA
AUDIEN
CE
DE
CUYUA CAN
CAYA
ZACATECAS
GUADA
LA
JA
RA
XALIS
CO
MECHOACAN
MEXICO
Guaxes
Pachas
Palmas
Las Tres
Marias
Compostela
Purificacion
Colima
Aguacat
Tacuinamo
Xerez
Guadalaxara
Lagos
Villa de los
Lagos
S. Miguel
Tenetlan
Durango
Nombre de
Dios
Culiacan
S. Michael
Quinesa
P. de la
Paz
C. de S.
Lucas
Rosario
Fuerte
Yaqui
Ostimuri
Sinaloa
Topia
Xacona
Motines
Ixtlan
Tepique
Zacatecas
Chametla
Nayarit
Xalisco
Purificacion
Colima
Mexico
Michoacan
Guaxes
Nombre de Dios
Durango
Culiacan
Sinaloa
Topia
Fuerte
Yaqui
Ostimuri
Rosario
Xacona
Motines
Ixtlan
Tepique
Zacatecas
Nayarit
Xalisco
Chametla
Guadalaxara
Lagos
Tacuinamo
Xerez
Aguacat
Tepique
Colima
Purificacion
Mexico
Michoacan
Tenetlan
S. Miguel
Villa de los
Lagos
Las Tres
Marias
C. de S.
Lucas
P. de la
Paz
Culiacan
S. Michael
Durango
Nombre de
Dios
Quinesa
Rosario
Fuerte
Yaqui
Ostimuri
Sinaloa
Topia

Digitized by Google

quas hìc Galli tenuere, poſtmodùm ab Hiſpanis capta & diruta; Melilotium, *Melilot*, Caput Regionis Apalachitarum, quæ verſus montem Apalatæum, & lacum Theomum, *Theomy*, ingentis circuitûs, ſita eſt, & ſex cultas Provincias complectitur, quæ uni Regi obediunt, cujus ſedes eſt Melilotium; Achalaqua, *Achalaque*, ad fl. Spiritûs Sancti, *Rio del Spiritu Santto*; inferiùs Oſſachila, *Oſſachile*; Guxium, *Guxi*, & Hirrihigua, aliis Hirritiqua & Hirriga, non procul ab ejuſdem oſtio & mari.

VI. *Urbes Floridæ ad occaſum.*

Plùs in occaſum vergunt Colima; Capaha, Sanſoni ad fl. Chucaguam; Coza ſeu Coca, eidem ad fl. Grandem, in quo inveniri dicuntur gemmæ eximiæ; Taſcaluça, mari propinquior; Quigata; Xualatinum, *Xualatino*, ſeu *Xualatino*; Chillanum, *Chillano*, ad occaſum Fl. Spiritûs Sancti; ſuperiùs Chaguſa, *Chagus*, & Naguatera, *Naguater*, ſeu *Naguatex*. In horum locorum ſitu, & ſitu, ac nomenclaturâ fluminum Floridæ Sanſonus ſibi ipſe non conſentit.

CAPUT V.

Novum Regnum Mexicanum. Inſulæ contra hoc Regnum ſitæ.

I. *N. R. Mexicani limites & ſitus.*

FLORIDAM ſequitur Novum Regnum Mexicanum, Gall. *Nouveau Mexique*, quod & Nova Granata appellatur. Limitatur ab ortu Floridâ; ab auſtro novâ Hiſpaniâ; ab occaſu mari Purpureo; in boream quo uſque excurrat, nondum innotuit. Juxta Chartas noviſſimas à gradu circiter CCXL ad gradum CCLXXII Longitudinis ſeſe explicat. Pars ejus auſtraliſſima Latitudinem ferè habet graduum XXVII. Vaſtiſſima Regio eſt, quam Hiſpani anno XCVIII ſuperioris ſeculi detexêre, quibus pars etiam ipſius ſubjecta eſt.

II. *Conſitutio.*

Cœlum hujus Regni ſalubre dicitur, æſtas fervida, & hyems ſævior. Montes habet & multos, & editos, ſylvas frequentes, in quibus copioſa cedrus & pinus, læta paſcua, animalia fera & manſueta, legumina diverſi generis, auri & argenti fodinas, cryſtallum, pretioſos lapides, quos & mare Purpu-

reum ſubminiſtrat, varios lacus, in quibus piſcium abundantia. Diverſis irrigatur Fluviis, quorum clariſſimus Borealis dicitur, *R. del Norte*, qui per medium hoc Regnum defluit, atque in mare Purpureum (ſic Chartæ vulgò) illabitur; at juxta Baudrandum in ſinum Mexicanum, quod ait ſe didiciſſe ex Viro docto, qui haſce regiones à paucis annis coràm inſpexit. Non una Natio hoc Regnum Mexicanum incolit, ſed plurimæ, diſſimiles linguis, inſtitutis & moribus, quarum tamen non paucas tractabiles eſſe perhibent, & vitam pecuariâ & venationibus tolerare. Suis ſubſunt Principibus, pars maxima idololatriam adamat, neque deeſſe dicunt, qui unum Deum venerantur, terrarum & cœli Dominum, cujus in Cœlo ſedes eſt. Hiſpani, quos poſſunt, ad ſua Sacra invitant.

III. *N. R. Mexicani Diviſio.* Diſpeſcit Baudrandus hanc Regionem in XVIII Provincias, quam diviſionem ait ſe didiciſſe à Viro cl. de Pennaloſa, generali antea Præfecto illarum partium; verum cum enumeratas ipſi Provincias Chartæ non exprimant, partitionem hanc præterimus.

IV. *Populi Apachi.* Multos Populos & Provincias recenſet Sanſonus, quorum diſtincta nondum habetur cognitio. Omnium latiſſimè per borealem partem Novi Mexici ſe diffundunt populi Apachi, *Apaches*, bellicoſi, qui, tàm mares, quàm fœminæ, cervinis pellibus dicuntur ſe amicire. Dividuntur ab Hiſpanis in quatuor Nationes, quarum duæ auſtraliores ſunt, *Apaches de Perillo*, inter Fl. Borealem & mare Purpureum, atque *Apaches Vaqueros*, inter idem Flumen & Floridam; duæ item borealiores, *Apaches de Navaio*, ſeu *Navajox*, & *Apaches de Xila*.

V. *Loca viciniora Fl. Borealis.* Miſſis aliis Populis & Provinciis, notiora ejus loca attingamus, & primùm, quæ Fl. Boreali viciniora ſunt. Omnium clariſſimum eſt Fanum. S. Fidei, *Santa Fé*, accolis etiam *S. Fé de Granada*, aliis & Novum Mexicum, elegans, cujus lapidea ſunt ædificia, Epiſcopale, ſedes Præfecti Hiſpanici, ante paucos annos conditum ab Hiſpanis in meditullio Novi Mexici, quod variæ Chartæ ad occidentalem ripam Fl. Borealis collocant, ſed IX leucis ab ipſâ abeſſe, Baudrandus Auctor eſt; plùs in auſtrum vergunt Sevilleta, ſeu Sevilletta; Pilabum,

bum, *Pilabo*; Senecua, *Senecu*; Socorrum, *Socorro*, quæ major Charta Sanſonis ad occidentalem quoque ripam ejuſdem Fluminis conſtituit.

VI. *Loca remotiora à Fl. Boreali.*

A Fl. Boreali longiùs abeunt Acoma, *Acoma*, locus munitiſſimus in rupe excelſâ & præcipiti; Zaguatum, *Zaguato*; Rey Coromedo; Fanum S. Michaëlis, *S. Miguel*, & Portus S. Claræ, *Porto de S. Clara*, juxta mare Purpureum.

VII. *Inſulæ contra N. R. Mexicanum.*

Novo Regno Mexicano multæ Inſulæ ad occaſum objacent. Viciniſſimæ ſunt, quas habet mare Purpureum, inter quas ſunt Inſula S. Crucis, & Inſula Gigantis, *I. de Gigante*, exiguæ. Remotior aliquantò eſt inſula California, Gall. *Californie Iſle*, quam ab ortu alluit atque à Novo Mexico ſeparat mare Purpureum; ab auſtro autem, occaſu & boreâ mare Pacificum. Dubitârunt varii, utrum California peninſula eſſet, an inſula, nec defuerunt, qui peninſulam crederent, junctam ſeptentrionali Americæ, ſed hunc ſcrupulum experientia ſuſtulit. Sita eſt California intra gradum CCXXXVI & CCLVIII Longitudinis, & intra gradum XXIII & XLVI Latitudinis borealis; proinde pars ejus auſtraliſſima & minima Zonæ Torridæ & Tropico Cancri ſubjacet, parte cæterâ meliorem tractum Zonæ Temperatæ Septentrionalis occupante. Figuræ oblongæ eſt, multò magis extenſa à ſeptentrione in meridiem, quàm ab occaſu in ortum, latiſſima in parte ſeptentrionaliori, anguſtiſſima in meridionali, maxima inſula totius Americæ Septentrionalis, quin inter vaſtiſſimas, quas integer Orbis complectitur, ad boream & occaſum inſigniter ſinuoſa, cujus tantùm aliqui ſinus, portus & promontoria ad mare Pacificum cognoſcuntur. Tradit Baudrandus, Hiſpanos in orâ meridionali Californiæ, & agro feraciſſimo recenter condidiſſe coloniam ſive oppidulum ejuſdem cum Inſulâ nominis, quod tamen recentiores chartæ non delineant. Creditur ejus ſolum & cœlum cum Novo Mexico convenire. Ad occaſum & auſtrum Californiæ in mari Pacifico multæ minores inſulæ conſpiciuntur, quarum clariores ſunt Inſula S. Clementis, *S. Clement*; I. de Paraos, I. de Ceintas; Ulloa; Lanublada; I. S. Thomæ; Tres Mariæ, *las tres Maries*, exiguæ, atque Hiſpaniæ Novæ viciniſſimæ.

reum ſubminiſtrat, varios lacus, in quibus piſcium abundantia. Diverſis irrigatur Fluviis, quorum clariſſimus Borealis dicitur, *R. del Norte*, qui per medium hoc Regnum defluit, atque in mare Purpureum (ſic Chartæ vulgò) illabitur; at juxta Baudrandum in ſinum Mexicanum, quod ait ſe didiciſſe ex Viro docto, qui haſce regiones à paucis annis coràm inſpexit. Non una Natio hoc Regnum Mexicanum incolit, ſed plurimæ, diſſimiles linguis, inſtitutis & moribus, quarum tamen non paucas tractabiles eſſe perhibent, & vitam pecuariâ & venationibus tolerare. Suis ſubſunt Principibus, pars maxima idololatriam adamat, neque deeſſe dicunt, qui unum Deum venerantur, terrarum & cœli Dominum, cujus in Cœlo ſedes eſt. Hiſpani, quos poſſunt, ad ſua Sacra invitant.

III. *N. R. Mexicani Diviſio.* Diſpeſcit Baudrandus hanc Regionem in XVIII Provincias, quam diviſionem ait ſe didiciſſe à Viro cl. de Pennaloſa, generali antea Præfecto illarum partium; verum cum enumeratas ipſi Provincias Chartæ non exprimant, partitionem hanc præterimus.

IV. *Populi Apachi.* Multos Populos & Provincias recenſet Sanſonus, quorum diſtincta nondum habetur cognitio. Omnium latiſſimè per borealem partem Novi Mexici ſe diffundunt populi Apachi, *Apaches*, bellicoſi, qui, tàm mares, quàm fœminæ, cervinis pellibus dicuntur ſe amicire. Dividuntur ab Hiſpanis in quatuor Nationes, quarum duæ auſtraliores ſunt, *Apaches de Perillo*, inter Fl. Borealem & mare Purpureum, atque *Apaches Vaqueros*, inter idem Flumen & Floridam; duæ item borealiores, *Apaches de Navaio*, ſeu *Navajox*, & *Apaches de Xila*.

V. *Loca vicinora Fl. Borealis.* Miſſis aliis Populis & Provinciis, notiora ejus loca attingamus, & primùm, quæ Fl. Boreali viciniora ſunt. Omnium clariſſimum eſt Fanum. S. Fidei, *Santa Fé*, accolis etiam *S. Fé de Granada*, aliis & Novum Mexicum, elegans, cujus lapidea ſunt ædificia, Epiſcopale, ſedes Præfecti Hiſpanici, ante paucos annos conditum ab Hiſpanis in meditullio Novi Mexici, quod variæ Chartæ ad occidentalem ripam Fl. Borealis collocant, ſed IX leucis ab ipſâ abeſſe, Baudrandus Auctor eſt; plùs in auſtrum vergunt Sevilleta, ſeu Sevilletta; Pilabum,

bum, *Pilabo*; Senecua, *Senecu*; Socorrum, *Socorro*, quæ major Charta Sanſonis ad occidentalem quoque ripam ejuſdem Fluminis conſtituit.

VI. *Loca remotiora à Fl. Boreali.*

A Fl. Boreali longiùs abeunt Acoma, *Acoma*, locus munitiſſimus in rupe excelſâ & præcipiti; Zaguatum, *Zaguato*; Rey Coromedo; Fanum S. Michaëlis, *S. Miguel*, & Portus S. Claræ, *Porto de S. Clara*, juxta mare Purpureum.

VII. *Inſula contra N. R. Mexicanum.*

Novo Regno Mexicano multæ Inſulæ ad occaſum objacent. Viciniſſimæ ſunt, quas habet mare Purpureum, inter quas ſunt Inſula S. Crucis, & Inſula Gigantis, *I. de Gigante*, exiguæ. Remotior aliquantò eſt inſula California, Gall. *Californie Iſle*, quam ab ortu alluit atque à Novo Mexico ſeparat mare Purpureum; ab auſtro autem, occaſu & boreâ mare Pacificum. Dubitârunt varii, utrum California peninſula eſſet, an inſula, nec defuerunt, qui peninſulam crederent, junctam ſeptentrionali Americæ, ſed hunc ſcrupulum experientia ſuſtulit. Sita eſt California intra gradum CCXXXVI & CCLVIII Longitudinis, & intra gradum XXIII & XLVI Latitudinis borealis; proinde pars ejus auſtraliſſima & minima Zonæ Torridæ & Tropico Cancri ſubjacet, parte cæterâ meliorem tractum *Zonæ* Temperatæ Septentrionalis occupante. Figuræ oblongæ eſt, multò magis extenſa à ſeptentrione in meridiem, quàm ab occaſu in ortum, latiſſima in parte ſeptentrionaliori, anguſtiſſima in meridionali, maxima inſula totius Americæ Septentrionalis, quin inter vaſtiſſimas, quas integer Orbis complectitur, ad boream & occaſum inſigniter ſinuoſa, cujus tantùm aliqui ſinus, portus & promontoria ad mare Pacificum cognoſcuntur. Tradit Baudrandus, Hiſpanos in orâ meridionali Californiæ, & agro feraciſſimo recenter condidiſſe coloniam ſive oppidulum ejuſdem cum Inſulâ nominis, quod tamen recentiores chartæ non delineant. Creditur ejus ſolum & cœlum cum Novo Mexico convenire. Ad occaſum & auſtrum Californiæ in mari Pacifico multæ minores inſulæ conſpiciuntur, quarum clariores ſunt Inſula S. Clementis, *S. Clement*; I. de Pararos, I. de Ceintas; Ulloa; Lanublada; I. S. Thomæ; Tres Mariæ, *las tres Maries*, exiguæ, atque Hiſpaniæ Novæ viciniſſimæ.

CAPUT VI.

Nova Hiſpania.

I. *Nova Hiſpania limites, & ſitus.* NUNC ordo ducit ad Novam Hiſpaniam, optimam, pulcherrimamque partem totius ſeptentrionalis Americæ, ab Hiſpanis magis incultam, quàm ulla alia Novi Orbis Regio. Nova Hiſpania, Gall. *Nouvelle Eſpagne*, à multis Regnum Mexicanum, Hiſp. *Mexico*, Gall. *Mexique*, appellatur, ab urbe ejus primariâ. Terminatur ab occaſu mari Purpureo & mari Novæ Hiſpaniæ, quod & ab auſtro eam limitat; ab ortu iſthmo Panamæ, & ſinu Mexicano; à boreâ Floridâ & novo regno Mexicano. Jacet intra gradum circiter VIII & XXX Latitudinis borealis, & gradum CCLIV & CCXCII Longitudinis. Latiſſima eſt circa Tropicum Cancri, at verſus ortum hybernum pluribus in locis perquàm anguſta, ut pars maxima ejus non niſi iſthmus ſit, neque immeritò indigenis vocetur *Anahuac*, id eſt prope aquam.

II. *Conſtitutio.* Cœlum hujus Regni temperatiſſimum & ſaluberrimum dicitur, licet pars ejus longè maxima intra Zonam Torridam conſtituta ſit. Venti & imbres non rarò diu ſæviunt. Solum abundat paſcuis, frumento, mayzo, optimæ notæ fructibus, generoſiſſimis equis Hiſpanicæ originis, aliiſque pecoribus, quæ frequenter pellium gratiâ enecantur. Tranſportantur hinc in Europam optimæ notæ metalla, quæ & fodinæ, & rivi ſuppeditant, gemmæ, opobalſamum, cochenilla, ſalſaparilla, radix mechoacana, ſulphur, pelles animalium, aliaque. Vinum vix profert, quia ſub vindemiarum tempus cœlum pluit perpetuò. Subeſt Hiſpaniarum Regi Nova Hiſpania, qui, Duce Ferdinando Corteſio, ipſam intra quadriennium initio elapſi proximè ſeculi occupavit.

III. *Diviſio.* Diſpeſcitur ab Hiſpanis in tres Juriſdictiones ſeu Præfecturas, quæ Audientiæ vulgò appellantur, & ſunt Audientia Guadalaxaræ, Mexici & Guatimalæ. Eo tantùm ordine Audientias hàſce recenſemus, quo à nobis explicabuntur.

IV. *Audientia Guadalaxaræ.* Audientia Guadalaxaræ, Gall. *Audience de Guadalajara*, quæ & Nova Gallæcia nominatur, omnium borealiſſima eſt, quam limitat

limitat à boreâ Novum Mexicum ; ab ortu Florida & Audientia Mexici, quâ & ab auſtro limitatur, & mari Novæ Hiſpaniæ ; ab occaſu mare idem atque Purpureum. Solum multis in locis multùm erigitur, ſylvoſum eſt, plenum argento, ære, plumbo, Caſtellanis fructibus. Non rarò gravi terræ motu, ventis impetuoſis, ſævo fulmine, tonitru, pluviâque per æſtatem affligitur. Incolæ dicuntur macrobii, quod ſaluberrimo aëri imputant, peſtis neſcio.

V. *Ejus Provinciæ ſunt* VII:

Provinciæ hujus Audientiæ ſunt VII, & appellantur Cinaloa, Culiacana, Chametlana, Xaliſca, Guadalaxara, Provincia Zacatecarum & nova Biſcaia. Quinque primæ maritimæ ſunt, duæ cæteræ mediterraneæ. Omnium borealiſſima eſt Provincia Cinaloa, *Cinaloa*, ſita inter mare Purpureum ad occaſum & novum regnum Mexicanum ad ſeptentrionem & ortum, ubi præſtat juxta mare Fanum S. Joannis, *S. Jean.* *Prov. Cinaloa.*

VI. *Prov. Culiacana.*

Cinaloæ ab auſtro contermina eſt Provincia Culiacana, *Culiacan*, ad Purpurei maris introitum, in quâ non longè abſunt à mari Petatlanum, *Petatlan*; Culiacanum, *Culiacan*, Caput Provinciæ; Fanum S. Michaëlis, *S. Michaël*; Quinola, *Quinola.*

VII. *Prov. Chametlana.*

Culiacanam à meridie contingit Provincia Chametlana, *Chametlan*, ſeu *Chiametlan*, quæ Tropico Cancri ſubjacet & à mari Novæ Hiſpaniæ alluitur. Ejus præcipuum oppidum eſt Aquacara, *Aquacara.*

VIII. *Prov. Xaliſca.*

Auſtraliſſima Provincia maritima hujus Audientiæ eſt Xaliſca, *Xaliſco*, aliter, teſte Baudrando, nova Gallæcia. Hìc præſtant Compoſtella, *Compoſtella*, condita à Nunio Guſmanno, Equite Guadalaxaræ, qui Xaliſcam primus detexit; Xaliſca, *Xaliſco*, Provinciæ nobiliſſima ; Purificatio, *Purification.*

IX. *Prov. Guadalaxara.*

Provinciam Guadalaxaram, *Guadalajara*, quæ minimâ parte, quæ Chametlanam & Xaliſcam interjacet, mare attingit, à Xaliſcâ, de quâ proximè dictum, non diſtinguit Baudrandus. Ejus nobiliora oppida ſunt Chutiquipaqua, *Chutiquipaque*, ſeu *Centiquipaque*, ad mare & oſtium Fluminis; Quaxacatlanum, *Quaxacatlan*, ſive *Guaxacatlan* ; Zaporacum, *Zaporaco*, ad auſtrum lacûs Chapalæ, Hiſp. *Laguna di Chapala*,

circuitûs, ſic ajunt, XL Leucarum; Guadalaxara, *Guadalajara*, urbs Epiſcopalis ad boream dicti Lacûs, & fluvium *Baranja*, non tantùm ſuæ Provinciæ, ſed & Audientiæ totius nobiliſſima, ubi Juridica ſedes ſive Provinciarum Senatus eſt, vulgò *Audienca de Guadalajara*.

X. *Prov. Zacatecarum.* Superſunt ex hâc Audientiâ duæ poſtremæ Provinciæ, mediterraneæ, Provincia Zacatecarum, & nova Biſcaia. Guadalaxaræ ad boream contigua eſt Provincia Zacatecarum, *Zacatecas*, ſic à populis, qui ipſam inhabitant, appellata, quam Tropicus Cancri in duas inæquales partes diſtribuit. Ejus præcipuæ urbes ſunt Xera de limite, *Xerez de la Frontera*, in Guadalaxaræ confiniis; Fanum S. Ludovici Zacatecarum, *San Luis de los Zacatecas*, ſeu *Zacatecas*, primarium, proximè Tropicum; Ellerena, *Ellerena*; Durangum, *Durango*, ad radices montium, Epiſcopale; Nomen Dei, *Nombre de Dios*.

XI. *Nova Biſcaia.* Altera Provincia mediterranea eſt Nova Biſcaia, *Nueva Biſcaya*, media inter Zacatecas & novum Mexicum, ubi argenti fodinæ. Ejus clariora loca ſunt Endeha, *Endehe*; Fanum S. Joannis, *S. Juan*; Sancta Barbara, *Santa Barbara*.

XII. *Audientia Mexicana.* Luſtratâ Audientiâ Guadalaxaræ, Audientiam Mexici, ſeu Mexicanam, Gall. *Audience de Mexico*, ingredimur, quam limitat ab occaſu Audientia Guadalaxaræ; à boreâ Florida; ab ortu ſinus Mexicanus; ab auſtro ſinus Honduræ, Audientia Guatimalæ & mare novæ Hiſpaniæ. Nullâ regione novi Orbis inferior eſt ſoli bonitate, & incolarum frequentiâ. Temperie aëris optimâ potitur, dives omni pecorum genere, mayzo, tritico, frugibus, ſale, melle, cerâ, gemmis, auro, in primis argento. Uti ferè vino, ſic oleo deſtituitur.

XIII. *Ejus Provinciæ ſunt VII:* Provinciæ hujus Audientiæ etiam ſunt VII, & appellantur Mechoacana, Mexicana, Panuca, Tlaſcala, Guaxaca, Tabaſca, & Jucatania, quarum duæ primæ mari novæ Hiſpaniæ, ſive Pacifico, & reliquæ ſinui Mexicano ex ordine adjacent. *Prov. Mechoacana.* Provincia Mechoacana, aliàs Mechoacania, *Mechoacan*, Audientiæ Guadalaxaræ contermina eſt, lætiſſima, à quâ radix Mechoacana cognomentum ſuum ſortitur. Urbes ejus clariores ſunt Urbs S. Philippi, *S. Filipo*; Urbs S. Michaëlis, *S. Miguel*; Urbs Conceptionis de Salaya, *Conception de Salaya*; Mechoacanum, *Mechoacan*, id eſt Piſcationis locûs, Hiſpanis Valliſo-

Digitized by Google

Septentrion
280
285
25
20
15
AUDIENCE DE
MEXICO
Par N. Sanson d'Abbeville
Geogr ordin du Roy
O L F O
D E
M E X I =
C O
Negrilles
la Bonacca
les Mosquitos
Banc de Sigal
R. de Ha
Triangulo
Chiuaca
MERIDA
Punta delgada
Ysmes
la Cerca de Arcos
S Francisco
IUCA
VALLADOLID
Cocomes
Lago de Bacalal
Chetumal
GOL
FO DE
Pantoia
Lamanay
Golfo de Gua
HONDU
RAS
XI
TABAS
CO
CHIAPA
CIUDAD REAL
AUDIENCA
DE
GUA
HONDURAS.
TIMALA
S. LAGO DE GUATIMALA
280
285

Digitized by Google

Valliſoletum, ampla, Epiſcopalis, caput Provinciæ, ad cujus boream occurrit lacus Mechoacanus, *Laguna de Mechoacan*; Colima, *Colima*, & Sacatula, *Sacatula*, ad oſtium fluvii cognominis, mari propinquæ.

XIV. *Prov. Mexicana.*

Mechoacanæ contigua eſt Mexicana, *Mexico*, aliàs Themiſtitania, hujus Audientiæ non tantùm, ſed & totius Americæ nobiliſſima, ſub quâ & Tlaſcala Provincia non rarò comprehenditur, ſed illam ſeorſum expendemus. Habet optimæ notæ metalla, & ad mare oſtreas piſcantur, non ſine quæſtu. Ejus urbes majoris momenti ſunt Petalanum, *Petalan*, verſus mare; item Catalutla, *Catalutla*, & Acapulcum, *Acapulco*, recens, exigua, cum portu capaciſſimo, & arce S. Jacobi in colle munitiſſimâ, unde naves quotannis ad inſulas Philippinas & Sinam velificant. A mari diſtant Chiautla, *Chiautla*; Oſtuma, *Oſtuma*; Taſca, *Taſco*; Cuernabaca, *Cuernabaca*; Atliſcum, *Atliſco*; Mexicum, *Mexico*, urbs, quæ huic Provinciæ, Audientiæ, Regno Mexicano, quin toti Septentrionali Americæ cognomentum impoſuit, olim ampliſſima, ſedes Regum Mexicanorum, cum palatio magnifico, & templis pluribus, condita Venetiarum inſtar in vaſto lacu, quam Ferdinandus Cortezius poſt longam obſidionem captam & incenſam, ad ripam ejuſdem Lacûs tranſtulit, & reſtauravit magnificè. Habet vias latiſſimas, ædificia publica ſuperbiſſima, inter quæ eminent Eccleſia Metropolitana, & Palatium Regium, Cœnobia plurima, Collegia, Xenodochia, Aquæductum longiſſimum & pulcherrimum, Academiam, in quâ artes & liberales ſcientiæ inculcantur, Typographiam, ſupremum Tribunal, vulgò *Audiencia Real*. Sedes eſt Prorégis, quem Rex Hiſpaniarum mittit in Septentrionalem Americam, Archiepiſcopi, Inquiſitionis. Hic & pecunia cuditur. Caret portis, vallis, muris, tormentis bellicis. Contra vim Lacûs, qui ſub initium ſuperioris ſeculi peſſimè eam afflixit, aggeribus munitiſſima eſt. Multis Hiſpanorum millibus incolitur, emporium, in quod, quicquid habet America, India Orientalis & Hiſpania, importatur, annumerandum meritò belliſſimis Orbis univerſi urbibus. Lacus, ad quem Mexicum ædificatum eſt, Hiſpanis *Laguna de Mexico*, non ſimplex, ſed duplex eſt, quorum alter dulcis, aptus potui, piſcoſus,

piſcoſus, ſtagnans; alter verò ſalſus, ex quo ingens ſalis copia conficitur. Ad ortum Mexici jacet Chacum, *Chaco*.

XV. *Prov. Panuca.* Poſt binas Provincias, quæ mari Pacifico tantùm adjacent, tranſimus ad reliquas hujus Audientiæ, quas ſinus Mexicanus alluit. Illarum borealiſſima eſt Panuca, *Panuco*, inter Floridam & Provincias Mechoacanam & Mexicanam media. Inter urbes ejus eminent Fanum S. Jacobi de Vallibus, *S. Jago de los Valles*; inferiùs Panucum, *Panuco*, dictum etiam quibuſdam Fanum S. Stephani de portu, parvum, caput Provinciæ, ad dextram ripam fl. cognominis; Fanum S. Ludovici, *S. Luys*, prope mare; uti quoque ſunt Tampica, *Tampice*; Aquacaltanum, *Aquacaltan*; Tilicipozapanum, *Tilicipozapan*.

XVI. *Prov. Tlaſcala.* Provincia Tlaſcala, *Tlaſcala*, aliter *los Angeles*, & *Guaſtacan*, bimaris eſt, nam ab ortu ſinus Mexicanus longum ejus tractum alluit, & ab auſtro partem longè minorem mare Pacificum. Provincia Mexicana ab occaſu ipſam limitat, & ab auſtro Guaxaca. Verſus partem ejus occiduam extenduntur Montes Tlaſcalæ ad multa milliaria, eximiæ altitudinis, amœni, cultiſſimi. Inter urbes eminent Tlaſcala, *Tlaſcala*, antiqua, ad montis radices, & Provinciæ Mexicanæ confinia, potens aliàs reſpublica; Angelopolis, *los Angeles*, urbs Epiſcopalis, ampla, culta, in valle fœcundiſſimâ, caput hujus Provinciæ, proximè Prov. Mexicanam; Segura, *Segura*; Matlatlanum, *Matlatlan*; Almeria, *Almeria*, ſeu Urbs dives, *Villa Ricca*, parva, ad oram ſinûs Mexicani atque ad oſtium fluminis; Vera Crux, *la Vera Cruz*, gravioris cœli, abſque muris, cum amplo, ſed infido portu ob ſcopulos, dicta aliàs Fanum S. Joannis de Ulua, *S. Juan de Ulua*, ſed poſtquam Hiſpani pro majori parte, derelictâ Verâ Cruce Vetere, hùc migraverunt, vulgò Vera Crux nominata eſt; Fanum S. Joannis de Ulua, *S. Juan de Ulua*, arx triangularis in parvâ inſulâ, ſeu potiùs rupe, proximâ continenti, contra portum Veræ Crucis, & in ipſius tutelam. Hìc omnes ſolent appellere ex Europâ, qui Mexicum ire cupiunt, & merces eò deſtinatæ; contra quicquid Mexico in Europam tranſvehendum eſt, hùc primùm mittitur; Caſtla, *Caſtla*, ſita verſus mare Pacificum.

XVII. *Prov. Guaxaca.* Bimaris quoque eſt Provincia Guaxaca ſeu Oaxaca, *Guaxaca*, Hiſpanis *Oaxaca*, quæ Tlaſcalæ ab auſtro adjacet.

Fuit

Digitized by Google



Digitized by Google

290
295
MER
DE
DE
DE
DU
RAS
NORT
ACIFICQUE.
Guanaja
Santemilla
Menven
Eylanden
Yles des Bancs
Navem
Eylanden
Trouxillo
B. de Cartago
Caballi
Bibora
Golfe de Nicaragua
S. Iorge d'Olancho
Tagulcalpa
Tiguzigalpa
Segovia
NICARAGUA
Yles de Perlas
I. de Mangleros
Porto de S. Iuan
Lago de Nicaragua
Desaguadero
GUA
MALA
Nicoya
Paro
Castro d'Austria
Boca del Drago
Golfe de Salinas
COSTARICA
CARTAGO
CONCEPCION
Trinidad
Golfo de Panama
Panta
Parita
Golfe de Parita
C. de S. Maria
I. de Ste Maria
I. de Ste Martha
Pta de Burica
C. Blanco
Java
Punta de S. Lazar
el Cano
Arangues
Caballos
Nata
Chim
Limones
Escudo de Veragua
Pto Bello
Sombrero
Cabeça
15
10

Digitized by Google

Fuit ante insignita titulo Marchionatûs Gentis Corteziæ, nunc Pignatellæ. Insignitè fœcunda est. Hìc præstant versus mare Pacificum Tuculula, *Tuculula*, & Aquatulcum, *Aquatulco*. Plùs in septentrionem & ortum vergunt Anticaria seu Antiquaria, *Antequera*, appellata etiam frequenter Guaxaca, parva, minùs culta, Episcopalis, in valle fertili & irriguâ, princeps hujus Provinciæ; Fanum S. Jacobi, *S. Jago*; Spiritus Sanctus, *Spiritu Santo*.

Sequitur Provincia Tabasca, *Tabasco*, omnium minima, quæ ab occasu Guaxacam contingit, & ab ortu Jucataniam, longissimè intra hosce terminos diffusa, at multò minùs ab austro in boream. Oram ejus septentrionalem sinus Mexicanus perfundit. Nihil hìc clarius est urbe Tabascâ, seu Beatâ Mariâ de Victoriâ, *Tabasco*, seu *Nuestra Senora de la Vittoria*. XVIII. *Prov. Tabasca.*

Supereſt ex Audientiâ Mexicanâ ultima ejus Provincia, Jucatania, *Jucatan*, omnium orientalissima, formam habens peninsulæ, quam sinus Mexicanus & Honduræ constituunt. Montosa est, paucissimis irrigatur fluminibus, neque fontes desunt, qui horum defectum suppleant. Scatet cervis & apris. Urbes illius præcipuæ sunt quatuor, Campechia, *Campeche*, seu *S. Francisco de Campeche*; Emerita, *Merida*, Episcopalis, caput Provinciæ; Vallisoletum, *Valladolid*, & Salamantica, seu Salmantica, *Salamanca*, parva, omnium australissima, prope oram sinûs Honduræ. XIX. *Prov. Jucatania.*

Tandem tertia & ultima Audientia Novæ Hispaniæ est Audientia Guatimalæ, Gall. *Audience de Guatimala*, maximè excurrens in ortum atque meridiem. Limitatur à boreâ Audientiâ Mexicanâ & sinu Honduræ; ab ortu sinu Mexicano & Americâ meridionali; ab austro & occasu mari Pacifico. Abundat mayzo, gossipio, omnis generis frugibus, arboribus frugiferis, animantibus feris & mansuetis, montibus, fontibus, nec fluminibus destituitur. XX. *Audientia Guatimala.*

Provinciæ hujus Audientiæ sunt octo, Chiapa, Soconusca, Guatimala, Vera Pax, Honduras, Nicaragua, Oradives, & Veragua. Prima tantùm mediterranea est, secunda & tertia tantùm mari Pacifico perfunduntur; reliquæ mari Septentrionali. Tradit Herrera, singulas propriam linguam usurpare. Provincia Chiapa, *Chiapa*, inter Provincias Guatimalæ XXI. *Prov. ejus sunt* VIII: *Prov. Chiapa.*

borealiſſima eſt, Jucataniæ, Tabaſcæ, & Guaxacæ confinis, figuræ ferè triangularis, dives omnis generis arboribus, leguminibus, animantibus, equis in primis, qui indolis generoſitate cæteros Novæ Hiſpaniæ ſuperant. Serpentes habet & venenatiſſimos, & vaſtiſſimos. Urbes ejus clariſſimæ ſunt Chiapa Indorum, *Chiapa de los Indos*, caput Provinciæ cognominis in ſolo ferace, Epiſcopalis, cujus aliquando Epiſcopus fuit Bartholomæus de los Caſas, Dominicanus, cui ſævitia Hiſpanorum in imbelles Americanos ſummè diſplicuit; Chiapa Regia, *Real Chiapa*, ſeu *Ciudad Real*, etiam in ſolo felici.

XXII. *Prov. Soconuſca.* Chiapam & mare Pacificum interjacet Provincia Soconuſca, *Soconuſco*, quæ præter triticum quælibet ſata producit, celebris mercatu *Cacao*, cujus hìc uberrimus proventus eſt. *Cacao* (ſic ipſam deſcribit Herrera) arbor eſt mediocris magnitudinis, fructus caſtanearum inſtar, ſed majores paulò. Singulis menſibus florem & fructum fert, magiſque humiditate, quàm ſole gaudet, quare non niſi locis umbriferis plantari ſolet. Urbs Soconuſcæ præcipua dicitur Guevetlanum, *Guevetlan*, maritima, infrequens.

XXIII. *Prov. Guatimala.* Soconuſcæ ab ortu hyemali proxima eſt Provincia Guatimala, *Guatimala*, traditis longè major, longiſſimè diffuſa ad mare Pacificum, inter Provincias Soconuſcam & Nicaraguam. Cœlum ejus minùs ſalubre eſt, ob æſtum & copioſiſſimas pluvias, quæ à menſe Aprili ad Octobrem decidunt. Solum habet montoſum, copioſè producit fructus Hiſpanicos, item Cacao, mayzum, goſſipium, ſulphure gaudet puriſſimo, in fluminibus ſunt Crocodili immani corpore. Inter urbes Guatimalæ præſtant Trinitas, *la Trinidad*, ad oram maris Pacifici; Fanum S. Michaëlis, *S. Miguel*, ad idem mare. A mari paulò plùs abeunt Xera, *Xeres*; Fanum S. Salvatoris, ſeu Soteropolis, *S. Salvador*, exigua; Guatimala, *S. Jago de Guatimala*, urbs omnium à mari remotiſſima, ſitûs in valle amœniſſimi, caput & hujus Provinciæ, & Audientiæ, cui cognomentum imponit, ſedes Senatûs ſeu conventûs Juridici totius Regionis, vulgò *la Audiença de Guatimala*, item Academiæ & Epiſcopi. Prope Guatimalam eſt mons Vulcanius. Tranſimus ad reliquas Provincias hujus Audientiæ, quas mare Septentrionale alluit.

Ad

Digitized by Google

Ad intimum receſſum ſinûs Honduræ jacet Provincia Vera Pax, Hiſp. *Verapaz*, cui Religioſi ordinis Dominicani hoc nomen impoſuêre, quia ipſorum concionibus pacata eſt. Interjacet Provincias Chiapam, Soconuſcam, Guatimalam, & Honduram. Traditâ Guatimalâ longè minor eſt, multis irrigatur fluminibus, habet lacus, thermas, & fontes medicinales, montes editos, radices Chinam, Mechoacanam, Salſaparillam, cedros, leones, tigres, damas, ſimias, cercopithecos, ſerpentes, aquilas, pſittacos, aliaſque aves, quarum plumæ plurimi æſtimantur. Mayzi feraciſſima eſt. Cœlum hic diutiſſimè pluit, non rarò fulminat, intonat, flat tempeſtuoſiùs. Caput hujus Provinciæ eſt Vera Pax, *Verapaz*, urbs parva in mediterraneis ad montium radices, ſedes Epiſcopi. XXIV. *Prov. Vera Pax.*

Veræ Paci contigua eſt Provincia Hondura, Hiſp. *Honduras*, Audientiæ hujus ampliſſima, maximè ab occaſu in ortum diffuſa inter Veram Pacem & mare Septentrionale, plena montibus, abundans mayzi, tritici, omniſque generis pecudum. Auri & argenti fodinis non deſtituitur. A boreâ ſinus Honduræ ipſam alluit. Ejus urbes ſunt Nova Turris Julia, *Truxillo* ſeu *Trugilho*, ad Sinum cum portu egregio; Urbs S. Petri, *S. Pedro*, in mediterraneis; uti quoque ſunt Gratia Dei, *Gracias à Dios*; Urbs S. Georgii de Olancho, *S. Jorge d'Olancho*, ita Herrera, aliis dicitur, *S. Jago de Olancho*; Valliſoletum, *Valladolid*, indigenis *Comayagua*, parvum, Epiſcopale, Honduræ clariſſimum. XXV. *Prov. Hondura.*

Provincias Honduram & Guatimalam ab auſtro contingit Provincia Nicaragua, *Nicaragua*, dicta aliàs Novum Regnum Legionenſe. Bimaris eſt, ab ortu alluitur mari Septentrionali, & ab occaſu Pacifico, longiſſimè inter hæc maria ſe explicat, inter maximas Provincias hujus Audientiæ. Dives eſt mayzi, cacao, goſſipii, pannorum & pecorum diverſi generis, caret tritico & ovibus, paucis fluminibus perfunditur. Urbes Nicaraguæ ſunt Segobia, *Segovia*; Realeium, *Realeio*, urbs juxta mare Pacificum, à quâ unâ leucâ abit Portus Poſſeſſionis, *la Poſeſſion*, commodiſſimus & tutiſſimus; Legio, *Leon*, caput Provinciæ, Epiſcopalis, juxta lacum Legionis, Hiſp. *Laguna de Leon*, penes quam mons jacet Vulcanius; Granata, *Granada*, parva, juxta lacum cognominem, qui & lacus Nicaraguæ appellatur, XXVI. *Prov. Nicaragua.*

appellatur, ampliſſimus, in quo complures inſulæ, ex quibus ſex nobiliores ſatis cultæ ſunt. Non procul Granatâ in meridiem eſt mons Maſſaya, ignivomus; Giennum, *Jaen*, ad lacum Granatæ, ubi ex ipſo exit fl. Emiſſarium, *Deſaguadero*, Hiſpanis ibidem degentibus dictum etiam Fl. S. Joannis, quod in ortum properat, & poſt fluxum xxx leucarum in mare Septentrionale triplici oſtio ſe effundit, ſatis latum, ſed cujus navigationem tres cataractæ impediunt.

XXVII. *Prov. Ora dives.* Nicaraguæ ab auſtro adjacet Ora Dives, *Coſta Ricca*, ſeu *Rica*, bimaris quoque, quam mare Pacificum longiore tractu, quàm Septentrionale, alluit, minor Nicaraguâ, fœcunda, ubi & auri, & argenti arrugiæ. Aliquibus partem Nicaraguæ conſtituit. Urbes ejus ſunt Nicoia, *Nicoia*, juxta mare Pacificum; Araniveza, *Aranivez*, verſus ortum Hybernum & idem mare; Caſtrum Auſtriacum, *Caſtro d'Auſtria*, in mediterraneis; uti & Carthago, *Cartago*, præcipua, penè in regionis umbilico.

XXVIII. *Prov. Veragua.* Tandem octava & ultima Provincia hujus Audientiæ eſt Veragua, *Veragua*, Oræ diviti ab ortu confinis, media inter mare Septentrionale & Pacificum, atque in limite Terræ Firmæ, Provinciæ Meridionalis Americæ, illuſtris titulo Ducatûs gentis Colonæ ſeu Columbæ. Urbes illius ſunt Parita, *Parita*, cum portu in orâ Maris Pacifici, cui & ſinus adjacens nomen debet; Sancta Fides, *Santa Fé*, in mediterraneis; Trinitas, *Trinidad*, mari Septentrionali propinquior, à quo & minùs abit Conceptio, *Conception*, caput Provinciæ.

CAPUT VII.

Inſulæ Antillæ.

I. *I. Antillarum nomen.* LUSTRATIS partibus, quas continens Americæ Septentrionalis complectitur, una cum quibuſdam clarioribus inſulis, quæ contra eas ſitæ ſunt, inſpicienda eſt ejuſdem Americæ pars ſexta & ultima, Inſulæ Archipelagi Mexicani. Antillæ, Gall. *les Iſles Antilles*, variis appellantur, quia ante Sinum Mexicanum ſitæ ſunt, & priùs ex Europâ aut Africâ navigantibus occurrunt, quàm Nova Hiſpania. Aliis Antilla-

Digitized by Google

290
295
300
Septembrion
LA FLORIDE
C. Carlos
Bahia de Carlos
B. de Juan Ponce
la Punta Brava
B. d'Aguada
C. d'Aguada
C. de Florida
Tortugas
los Martyres
Abra de Canaveral
Lucayonague
Bahama
Canal de Bahama
ISLES
Caycos
Guanos
LUCAYS
Caycos
Regues
Grand Cais de V. Sal
Anguila
Ligne
Tropique
du
HAVANA
S. CHRISTO PHORO
Organes
Castillo
C. S. Antonio
I. de Pinos
les Hermanes
S. Spirito
Yamaica
I. Verde
Aguadores
Negrua
Punta de Norte
C. del Cruz
Caimanes Grande
Caimanes
Sevilla del Oro
Punta de Negrille
Falcon
Bovoras
Santanilla
Mosquitos
Xayen
Bahia de Carthago o Caballos
C. de Gracias a Dios
B. de Nievos
HONDURAS
Serranilla
Mosquito
Serrana
Roncador
R. de Vera
NICARAGUA
Isles de Perlas
I. de Manglares
Desaguadero
Santa Catalina
S. Andero
Bocca del Drago
COSTA RICA
CARTHAGENA
AMERICQUE
MEXI
D Winter sculp.

LES ISLES ANTILLES, &c
entre lesquelles sont
LES LUCAYES, et LES CARIBES

Par N. Sanson d'Abbeville
Geogr: or.re du Roy ſ.....



Digitized by Google

Antillarum nomine veniunt ſolæ quatuor Inſulæ majores, Cuba, Jamaica, Hiſpaniola, & Portus Dives, quibus & inſulas Caribas alii adjiciunt. Nos Antillas in latiſſimâ ſignificatione accipimus, ſub iiſque inſulas omnes complectimur, quæ Floridam, partem Americæ ſeptentrionalis, ad ſeptentrionem, & Terram Firmam, provinciam Americæ meridionalis, ad meridiem interjacent.

II. *I. Antillarum diviſio.*

Dividuntur Inſulæ Antillæ non incommodè in inſulas Lucaias, Antillas magnas, Caribas & Inſulas infra ventum. Inſulæ Lucaiæ, Gall. *Iſles Lucayes*, omnium borealiſſimæ ſunt, mediæ inter oram orientalem Provinciæ Tegeſtæ, ſeu Floridæ propriæ, & oram ſeptentrionalem Hiſpaniolæ. Jacent circiter intra gradum ccxcv & cccv Longitudinis, & gradum XXI, ac XXVIII Latitudinis Borealis. Dicuntur temperatiori cœlo potiri, quàm Antillæ reſiduæ, divites mayzi, fructuum, avium, inter quas plurimæ columbæ. Præcipuas verſus boream ab Anglis inhabitari teſtis eſt Briſtochius, aſt cum noviſſimæ relationes nullius Coloniæ meminerint, autumant varii ſuis ſubeſſe Principibus, neque in iis colonias habere aut Anglos, aut Hiſpanos, licet & hi, & illi ſæpiùs in ipſas deſcenderint. *I. Lucaiarum conſtitutio.*

III. *I. Lucaia clariores.*

Multæ ſunt numero, ſed clariores ſolum notabimus. A Tropico Cancri in boream abeunt Bahama, *Bahama*, cui nomen debet adjacens ab occaſu Fretum Bahamæ, *Canal de Bahama*, vehemens & formidabile; Lucaioneca, *Lucaioneque*, Lucaiarum borealiſſima, & nobiliſſima; Bimina, *Bimini*, quam Syrtes ambiunt, uti & Abacoam, *Abacoa*; Ciugata, *Ciguateo*; Curata, *Curateo*, hinc occaſum & auſtrum verſus ampliſſima Syrtis eſt; Juma, *Juma*; Cotoniera, *Cotoniere*; Guanahania, ſeu Inſula S. Salvatoris, *Guanahi*, ſeu *S. Salvador*, cum portu tuto & capace, quam omnium primam ante ſeculum detexit Columbus, & in honorem Salvatoris ſic appellavit, cujus providentia ipſum morti eripuerat, quam, niſi eopſe die terrâ detectâ, Hiſpani ipſi intuliſſent; Triangulum, *Triangulo*; Samana, *Samana*. Tropico Cancri ſubjacet Yumeta, *Yumeta*. A Tropico in auſtrum deflectunt Maiaguana, *Majaguana*, Caica, *Caicos*; Aumana, *Aumane*; Linaga, *Linage*; Ynagua, ſeu Hinagua, *Hinagua*.

IV. Poſt inſulas Lucaias ſequuntur inſulæ Antillæ magnæ, nu-
I. Antillæ magnæ. mero quatuor, quas Antillarum nomine A Coſta tantùm dignatus eſt, & ſunt Cuba, Jamaica, Hiſpaniola & Inſula Portûs divitis, quas cum vicinis inſulis Sanſonus judicat Heſpe-
I. Cuba. rides Veterum fuiſſe. Cuba, Gall. *Iſle de Cuba*, primùm Ferdinanda à Columbo appellata eſt, enumeratarum quatuor borealiſſima, cujus partis occiduæ ora maritima à Tropico Cancri pauxillùm recedit in meridiem, occidentaliſſima, maximè ab occaſu in ortum diffuſa, omnium Antillarum maxima, aſpera montibus, inter quos unus, è quo bitumen egreditur, ad naves ſtipandas utiliſſimum, auriferis gaudens fluminibus, ſylvis benè multis, ingenti rubiæ tinctorum & pellium bovinarum copia, globis lapideis adeò rotundatis à naturâ, ut ars non poſſit accuratiùs. Serpentes vaſtæ molis, ſed abſque veneno, progenerat. Sub Hiſpanorum degit imperio. Urbium princeps eſt Havana ſeu Fanum S. Chriſtophori de Havana, *Havana*, ſeu *S. Chriſtophoro*, munitiſſima, emporium, & portus celeberrimus & capaciſſimus totius Septentrionalis Americæ ad oram borealem, ad quam Regia Claſſis coire ſolet, atque tàm diu ſubſiſtere, donec tempeſtas anni, & ventus felicem in Hiſpaniam trajectum pollicentur. Ab ipſâ integra Inſula etiam Havana appellatur. Præfecti ſedes eſt. Aliquantò orientalior eſt Sancta Crux, *Santa Cruz*; & multò Portus Principis, *P. del Principe*; Sanctus Spiritus, *S. Spirito*, ad oram auſtralem; Mancanilla, *Mancanilla*, ad receſſum ſinûs; Fanum S. Jacobi de Cuba, *S. Jago*, in ora meridionali Inſulæ verſus ortum, ante ejus præcipuum, etiamnum Epiſcopale ſub Archiepiſco S. Dominici, cum arce & portu capaciſſimo.

V. Longè Cubâ minor atque meridionalior eſt inſula Jamaica,
I. Jamaica. *Jamaica*, à Columbo appellata inſula S. Jacobi, in quâ ob commeatûs inopiam in præſentiſſimo fuit vitæ diſcrimine, & ſibi ſuiſque accuratâ inſtantis Lunæ Eclipſeos prædictione conſuluit. Cœlo potitur temperato & ſalubri, ſolo optimo & probè culto, quod abundat diverſi generis animalibus, ſaccharo, goſſipio nobiliſſimo. Aurum in ipſâ inveniri perhibent. Montem habet in umbilico, qui ab omni regionis latere leniter ſurgit in altum. Fuit ſub Hiſpanorum imperio, quos

Digitized by Google

quos Cromwellus juſſit migrare, atque ab illo tempore Anglorum agnovit dominium, unde piratæ in Hiſpanos ſæpiùs incurrunt. Ejus urbes ſunt, hodie ferè dirutæ, Hiſpalis aurera, *Sevilla del Oro*, ad oram ſeptentrionalem; Melilla, *Melilla*, orientalior; Oriſtanum, *Oriſtan*, ad oram meridionalem. Caput Inſulæ Baudrandus Fanum S. Jacobi de Planitie, *Santiago de la Vega*, conſtituit, locatum in ejus parte auſtrali, in quâ & eidem ponitur Portus Regius, *Port Royal*, princeps Portuum, quem breviſſimus, ſed vehemens terræmotus, & ſubſequens maris inundatio nuper a.d. VII Julii, anni XCII, peſſimè afflixit, nec vim utriuſque ſubterfugit magna pars Inſulæ.

VI. *I. Hiſpaniola.*

Hiſpaniola, Hiſp. *Spagnuola*, Gall. *Eſpagnole*, dicta quoque eſt Inſula S. Dominici, Hiſp. *Iſla de San Domingo*, media inter Jamaicam & Cubam ad occaſum, diviſa ab hâc freto minori, ab illâ longè majori, & inter Inſulam Portûs divitis ad ortum. Cubæ propemodùm par ſtatuitur, formæ etiam oblongæ, ſed minùs, ſoli montoſi, pinguiſſimi, amœniſſimi. Creſcunt inibi frugiferæ arbores omnis generis, quibus beatur Hiſpania, ſaccharum ingenti proventu, caſſia fiſtula, maſtix, lignum aloës, cinnamomum, optimæ notæ zingiber. Dives eſt auri, argenti & diverſorum foſſilium, in primis coloris cærulei, pecoribus uſque eo referta, ut ingens quotannis pellium numerus in Hiſpaniam tranſportetur. Diu ſolis Hiſpanis paruit, neque eam ſubjicere ſibi potuit Cromwellus; hodie partem ejus majorem ad occaſum & boream Galli, at partem ad ortum & auſtrum Hiſpani poſſident. In eâ occurrit Goava, Gall. *Goïave*, oppidulum & colonia Gallica ad ſinum occiduum. Alias Colonias Gallici juris Tabulæ ſilenter vulgò prætereunt. Hiſpanis parent Fanum S. Jacobi, *S. Jago*, verſus oram borealem; Conceptio de planitie, *Conception de la Vega*; Dominicopolis, incolis *S. Domingo*, ad oram meridionalem & oſtium fl. Ozamæ cum commodo portu & arce, condita à Bartholomæo, fratre Columbi, ante ſeculum circiter, ſedes Archiepiſcopi, ſummi Gubernatoris, qui Hiſpaniolæ non ſolùm præeſt, ſed & omnibus Antillis, quæ Hiſpaniarum Regi obediunt, ſupremi Tribunalis, *la Audiençia Real*, omnium primi & antiquiſſimi totius Americæ, quod jus dicit & Antillis,

tillis, & Floridæ, & parti Terræ Firmæ Americæ meridionalis, nec non Academiæ, urbium Hiſpanicarum clariſſima, quæ & integræ Inſulæ cognomentum imponit; Sybum, *Sybo*, plùs vergens in ortum.

VII. *Inſula Portûs divitis.* Reſtat ex Antillis magnis quarta & ultima, Inſula Portûs Divitis, *Porto Rico I.*, aliter *Iſla de San Juan de Puerto Ricco*, incolis *Boriquem* ſeu *Boriquen*, ómnium orientaliſſima, media inter Hiſpaniolam, quâ longè minor eſt, ad occaſum, & inſulas Caribas ad ortum. Cœlum ejus ſæpè pluit, ſub finem æſtatis venti ſæviunt, quos *Huracanes*, ſive *Orkanen* nuncupant, præſertim tempore novilunii. Abundat pellibus, ſaccharo, nobili zingibere. Habet aurum, & plura alia mineralia, ac ſolum montoſum & ſat ferax. Hiſpanis obedit, atque in eâ præſtant Fanum S. Germani, *S. German*, verſus oram occiduam, & Portus Dives, Hiſp. *Puerto Ricco*, ſeu Fanum S. Joannis de Portu divite, *S. Juan de Puerto Ricco*, ad oram Septentrionalem, urbs Epiſcopalis, caput Inſulæ, cui & nomen facit, cum geminâ arce & portu capaciſſimo. Progredimur ad inſulas Caribas.

VIII. *I. Caribarum nomen & conſtitutio.* Inſulæ Caribæ, *Caribes*, ſeu *Canibales*, ſic appellatæ ſunt à populis anthropophagis, qui ipſas olim inhabitârunt. Caribarum nomine aliquibus veniunt omnes inſulæ, quæ inter orientalem tractum Inſulæ Portûs Divitis, & novam Vandalitiam ac Venetiolam, Gubernia Terræ Firmæ, collocantur. Plures ſtrictiùs eas accipiunt, & Caribas tantùm nuncupant eas Inſulas, quæ ab orientali plagâ I. Portûs divitis per modum arcûs verſus Gubernium novæ Vandalitiæ extenduntur, omnium Antillarum orientaliſſimæ, ſitæ intra gradum x circiter & xix Latitudinis borealis, quæ & Antillæ propriè dictæ appellantur, atque Hiſpanis Inſulæ ad Ventum, *Iſlas de Barlovento*. Ferunt in primis ſaccharum & tabacum, etiam caſſiam, goſſipium, indicum, varioſque fructus & radices. Gallis, Anglis & Belgis ferè obediunt.

IX. *I. Cariba clariores.* Clariores ſunt Inſula S. Crucis, *S. Croix*, ſub Gallis; I. Anguis, *Anguilla*, ſub Anglis; I. S. Martini, *S. Martin*, ſub Gallis & Belgis; I. S. Bartholomæi, *S. Barthelemy*, ſub Gallis; I. Saba, *Saba*, exigua ſub Belgis; I. S. Euſtachii, *S. Euſtache*, parva quoque ſub Gallis; I. S. Chriſtophori, *S. Chriſtofle*, ſub

ſub Anglis, quibus quoque parent I. Nivium, *Nieves*, I. Barbada, ſeu Barbuda, *Barbade* ſeu *Barbonde*, I. Antiqua, *Antigoa*, & I. Montis Serrati, *Montſerrato*; I. Guadalupia, *Guadalupe*, ſeu *Guardelonpe*, ſub Gallis, quibus hìc variæ arces & coloniæ, ampla, irrigua, fertilis; I. Deſiderata, Gall. *la Deſiderade*, Hiſp. *Deſeada*, etiam ſub Gallis, uti & I. Marigalanta, *Marigalante*; I. Dominica, *Dominique*, ſub Caribis; I. Martinica, *la Martinique*, ſub Gallis, inter præcipuas, culta, fœcunda, in quam plurimos Hugonottas, qui noluerunt religionem ſui Regis amplecti, ex Galliâ Rex Galliarum tranſportavit, addictos miſeræ ſervituti. Hìc variæ arces & coloniæ, atque (ita Baudrandus) urbs recens Baſſivilla, *Basville*. Plùs in auſtrum vergunt, quæ reſtant Caribæ, Barbata ſeu Barbada, Anglis *Barbadoes*, Gall. *Barbade*, Sanſono etiam *Barbonde*, probè diſtinguenda à Barbadâ borealiori, de quâ modò diximus, Caribarum orientaliſſima, ditiſſima, cultiſſima, fertiliſſima, ſub Anglorum imperio, quibus, præter varias arces, teſte Baudrando, hìc ſunt Michaëlopolis, Carolopolis, Fanum S. Jacobi, & parvum Briſtolium; I. Sanctæ Luciæ, *S. Lucia*, ſub Gallis; I. S. Vincentii, *S. Vincent*, ſub Caribis; I. Granata, *Granada*, ſub Gallis; I. Tabaci, *Tabago*, aliàs & Nova Walachria, ad ortum Hybernum, ſub Belgis, ubi Nova Fleſſinga; I. Trinitatis, *La Trinidad*, contra oſtia fl. Pariæ, atque in ſinu ejuſdem nominis, Caribarum maxima & auſtraliſſima, ubi ingens unionum piſcatio, quam Nigritæ ſervi inſtituunt, ſub Hiſpanorum dominio, quibus in eo oppidum S. Joſephi, *S. Joſeph*. Robbe hanc Inſulam numerat inter Inſulas infra Ventum, de quibus nunc dicendum ex ordine.

X. *Inſulæ infra Ventum.*

Inſulæ Infra Ventum, Hiſp. *Iſlas de Sottavento*, aliquibus pars Caribarum, ut ſuprà notavimus, ab ortu in occaſum extenduntur, poſitæ contra N. Vandalitiam & Venetiolam, Provincias Terræ firmæ, partis meridionalis Americæ. Nobiliores ſunt verſus ortum I. Margarita, *Margarita*, orientaliſſima, montoſa, fœcunda, unionum piſcatu nobilis, qui à ſervis Nigritis peragitur, ſub Hiſpanorum imperio, ubi aliquot vici & Fanum S. Jacobi de planitie, *Santiago de la Vega*, oppidulum; I. Alba, *I. Blanco*, deſerta; I. Teſtudinis, *Tortuga*; I. Or-

chilla ſeu Urchila, *Urchila*; I. Rupes, *Rocca*; I. Avium, *I. de Avet*, deſerta. Magis in occaſum abeunt I. Boni Aëris, *Bon Ayre*, ſub Belgis, uti & I. Curaſſoa, Hiſp. *Curaçao*, Belg. *Curaſſow*, culta, nec non I. Oruba, *Oruba*. Sequitur primùm generalis Tabula Septentrionalis Americæ, mox ſex ſpeciales totidem partium, in quas ipſam diviſimus.

- Americæ Septentrionalis *partes ſunt* VI:
  - I. Terræ Arcticæ, ubi
    - *Ad Occidentem*
      - Nova Dania.
      - Nova Wallia.
    - *Ad Orientem*
      - I. Jacobæa. I. Cumbriæ.
      - I. Bonæ Fortunæ. I. Manuelidiæ.
      - Terra Laboratoris.
  - II. Canada, ubi
    - *Cis Fl. Canadam*,
      - Provincia Saguenaia.
      - Tractus Algonquiorum.
      - Tractus Huronum.
      - Loviſania.
    - *Trans Fl. Canadam*,
      - Virginia.
      - Nova Provincia Eboracenſis.
      - Nova Anglia. Irocoiſia.
      - Tractus Etcheminiorum.
      - Acadia. Canada.
    - *Contra Reg. Canadam*,
      - I. Anticoſtia. I. S. Joannis.
      - I. Caput Britannicum.
      - I. Terræ Novæ I. Arenæ.
      - I. Flevolandia. I. Texela.
      - I. Longa. I. Bermudæ.
  - III. Florida, *diviſa in partem*
    - Orientalem.
    - Occidentalem.
  - IV. Nov. R. Mexicanum, ubi
    - *Populi Apachi*,
      - Apaches de Perillo.
      - Apaches de Vaqueros.
      - Apaches de Navajo.
      - Apaches de Xila.
    - *Loca*,
      - Viciniora Fl. Borealis.
      - Remotiora à Fl. Borealis.
    - *Contra N. R. Mexican.*
      - I. Sanctæ Crucis. I. Gigantis.
      - I. Californiæ. I. S. Clementis.
      - I. de Pararos. I. de Ceintas.
      - I. Ulloæ. I. Lanubladæ.
      - I. S. Thomæ I. Tres Mariæ.
  - V. Nova Hiſpania, ubi Audientiæ III:
    - *Guadalaxaræ*,
      - Cinaloa. Culiacana.
      - Chametlana. Xaliſca.
      - Guadalaxara. Pr. Zacatecarum.
      - Nova Biſcaia.
    - *Mexicana*,
      - Mechoacana. Mexicana.
      - Panuca. Tlaſcala. Guaxaca.
      - Tabaſca. Jucatania.
    - *Guatimalæ*,
      - Chiapa. Soconuſca.
      - Guatimala. Vera Pax.
      - Hondura. Nicaragua.
      - Ora Divet. Veragua.

VI. Tabulæ

- IV. Inſ. Antillæ, ubi
  - *Inſulæ Lucaiæ*,
    - I. Bahama. I. Lucaloneca.
    - I. Bimina. I. Abacoa.
    - I. Ciugam. I. Curata.
    - I. Yuma. I. Coroniera.
    - I. Guanahanis.
    - I. Triangulum. I. Samana.
    - I. Yumeta. I. Maiaguana.
    - I. Caica. I. Aumana.
    - I. Linaga. I. Ynagua.
  - *I. Antillæ magnæ*,
    - I. Cuba. I. Jamaica.
    - I. Hiſpaniola.
    - I. Portûs Divitis.
  - *Inſulæ Caribæ*,
    - I. S. Crucis. I. Anguis.
    - I. S. Martini.
    - I. S. Bartholomæi.
    - I. Saba. I. S. Euſtachii.
    - I. S. Chriſtophori. I. Nivium.
    - I. Barbada. I. Antiqua.
    - I. Montis Serrati.
    - I. Guadalupia.
    - I. Deſiderata. I. Marigalanta.
    - I. Dominica. I. Martinica.
    - I. Barbata. I. S. Luciæ.
    - I. S. Vincentii. I. Granata.
    - I. Tabaci. I. Trinitatis.
  - *Inſulæ infra Ventum*,
    - I. Margarita. I. Alba.
    - I. Teſtudinis. I. Urchila.
    - I. Rupes. I. Avium.
    - I. Boni Aëris.
    - I. Curaſſoa. I. Oruba.

VI. Tabulæ ſpeciales Americæ Septentrionalis.

- I. Terræ Arcticæ, *in quibus*
  - Ad Occidentem,
    - *Nova Dania*, — Portus Monachi.
    - *Nova Wallia*,
      - Meridionalis.
      - Septentrionalis.
  - Ad Orientem,
    - *Citra Fretum Hudſonii*,
      - Inſula Jacobæa.
      - Inſulæ Cumbriæ.
      - Inſ. bonæ Fortunæ.
    - *Ultra Fretum Hudſonii*,
      - Inſula Mansfeldia.
      - Terra Laboratoris.

- Cis Fl. Canadam,
  - *Prov. Saguenaia*,
    - Port de Quartier.
    - Portus S. Nicolai.
    - Chichecedeca. Portus Novus.
    - Tadoſſacum.
    - Quebecum, *Caput N. Franciæ.*
    - Sillerium. Trifluvium.
    - Arx Frontenaci.
  - *Tractus*
    - Algonquiorum.
    - Huronum.
  - *Loviſania*,
    - Arx Miamiſorum.
    - Arx Cordolii.

II. Canada, *in quâ*

- Trans Fl. Canadam,
  - *Virginia*,
    - Cunarvocum. Secotanum.
    - Pomejoca. Demamoriqua.
    - Paſſenonum. Catocinga.
    - Pouhatania.
    - Jacobipolis, *Caput Virginiæ.*
    - Eliſabetha.
  - *N. Prov. Eboracenſis*,
    - Arx Chriſtina.
    - Novum Gotheburgum.
    - Philadelphia. Arx Naſſovia.
    - Arx Helſingoburgum.
    - Novum Eboracum, *Caput N. Provinciæ Eboracenſis.*
    - Arx Arauſicana.
    - Arx bonæ Spei.
  - *Nova Anglia*,
    - Novum Plymutum.
    - Londinum.
    - Boſtonium, *Caput N. Angliæ.*
    - Suthamptonia. Arx S. Georgii.
    - Sandvicus. Cantabrigia.
    - Edenburgum.
  - *Irocoiſia*, Arx Conry
  - *Tractus Etecheminiorum.*
  - *Acadia*,
    - Portus Regius. Touquechetta.
    - Portus Roſſignola. Heva.
    - Paſpaya. Macomoda.
    - Martengum. P. Soriqui.
  - *Canada*,
    - Richelæum.
    - Mons Regalis.
- Cont. Reg. Canadam,
  - *In Sinu S. Laurentii*,
    - I. Anticoſtia.
    - I. S. Joannis.
    - I. Caput Britannicum.
    - I. Terræ Novæ.
  - *Contra Acadiam*, Inſula Arenæ.
  - *Contra N. Angliam*,
    - I. Flevolandia.
    - I. Texelia.
  - *Cont. N. Pr. Eboracenſ.*, Inſula Longa.
  - *Contra Virginiam*, I. Bermudæ.
    - I. S. Georgii.
    - I. S. Davidis.
    - I. Somerſeti.
    - I. Varvici.

Fl. Canadæ *celeb.*, *exiens in Sin. Canadæ*, *eſt* *Canada*, vehens
- Fl. Pratorum. Montium.
- Triſluvium. Saguenæum.

III. Florida, *in quâ*

- Ad Orientem,
  - Fanum S. Auguſtini.
  - Fanum S. Matthæi.
  - Saturioa. Mollona.
  - Edelanum. Anetequa.
  - Carolina. Melilotum.
  - Achalaqua. Oſſachila.
  - Guxium. Himhigua.
- Ad Occidentem,
  - Collima. Capaha. Coza.
  - Taſcaluça. Quigata.
  - Xualatinum. Chillanum.
  - Chaguſa. Naguatera.

IV. Novum

- **IV. Novum Regnum Mexicanum, *in quo***
  - Populi Apachi,
    - *Ad Meridiem*,
      - Apaches de Perillo.
      - Apaches Vaqueros.
    - *Ad Septentrionem*,
      - Apaches de Navaio.
      - Apaches de Xila.
  - Loca,
    - *Viciniora Fl. Borcali*,
      - Fanum S. Fidei, *Regni Caput*;
      - Sevilleta. Pilabum.
      - Senecua. Socorrum.
    - *Remotiora à Fl. Borcali*,
      - Acoma. Zaguarum.
      - Rey Coromedo.
      - F. S. Michaëlis.
      - Portus Sanctæ Claræ.
  - I. contra N. R. Mexicanum,
    - *Viciniores*,
      - Insula Sanctæ Crucis.
      - Insula Gigantis.
    - *Remotiores*,
      - I. Californiæ. I. S. Clementis;
      - I. de Pararos. I. de Cenras.
      - I. Ulloa. I. Lanubiada.
      - I. S. Thomæ. I. Tres Mariæ;
- **V. Nova Hispania, *in quâ Audientiæ III:***
  - Guadalaxaræ, *Provincia VII*, ubi
    - *Cinaloa*,
      - Fanum S. Joannis.
    - *Culicana*,
      - Petatlanum. Culiacanum.
      - F. S. Michaëlis. Quinola.
    - *Chametlana*,
      - Aquacara.
    - *Xalisca*,
      - Compostella. Xalisca.
      - Purificano.
    - *Guadalaxara*,
      - Chutiquipaqua.
      - Quaxacatlanum.
      - Zaporacum. Guadalaxara.
    - *Zacatecarum*,
      - Xera de Limite.
      - F. S. Ludovici Zacatecarum.
      - Ellerena. Durangum.
      - Nomen Dei.
    - *Nova Biscaia*,
      - Endeha. F. S. Joannis.
      - Sancta Barbara.
  - Mexicana, *Provincia VII*, ubi
    - *Mechoacana*,
      - Urbs S. Philippi.
      - Urbs S. Michaëlis.
      - Urbs Conceptionis de Salayl.
      - Mechoacanum.
      - Colima. Sacatula.
    - *Mexicana*,
      - Petalanum. Catalutla.
      - Acapulcum. Chiautla.
      - Ostuma. Tasca.
      - Cuernabaca. Atliscum.
      - Mexicum, *Caput N. Hisp.*, & *America Septentr.* Chacum.
    - *Panuca*,
      - Fanum S. Jacobi de Vallibus.
      - Panucum. F. S. Ludovici.
      - Tampica. Aquacaltanum.
      - Tilicipozapanum.
    - *Tlascala*,
      - Tlascala. Angelopolis.
      - Segura Matlatlanum.
      - Almeria. Vera Crux.
      - F. S. Joannis de Uluâ. Castla.
    - *Guaxaca*,
      - Tuculula. Aquatulcum.
      - Anticaria. F. S. Jacobi.
      - Spiritus Sanctus.
    - *Tabasca*,
      - Tabasca.
    - *Jucatania*,
      - Campechia. Emerita.
      - Vallisoletum. Salamantica.

Digitized by Google

- **VI. Insulæ Antillæ, *in quibus***
  - **Guatimalæ, ubi *Provincia* VIII,**
    - *Chiapa,* — Chiapa Indorum. Chiapa Regia.
    - *Soconusca,* — Guevetlanum.
    - *Guatimala,* — Trinitas. F. S. Michaëlis. Xera. F. S. Salvatoris. Guatimala.
    - *Vera Pax,* — Vera Pax.
    - *Honduras,* — Nova Turris Julia. Urbs S. Petri. Gratia Dei. Urbs S. Georgii de Olancho. Vallisoletum.
    - *Nicaragua,* — Segobia. Realeium. Legio. Granata. Giennum.
    - *Ora Divet,* — Nicoia. Araniveza. Castrum Austriacum. Carthago.
    - *Veragua,* — Parita. Sancta Fides. Trinitas. Concepcio.
  - **Insulæ Lucaiæ,**
    - *Ad boream Tropici,* — I. Bahama. I. Lucaioneca. I. Bimina. I. Abacoa. I. Ciugata. I. Curata. I. Yuma. I. Cotoniera. I. Guanahania. I. Triangulum. I. Samana.
    - *Sub Tropico Cancri,* — I. Yumeta.
    - *Ad austrum Tropici,* — I. Maiaguana. I. Caica. I. Aumana. I. Linaga. I. Ynagua.
  - **Inf. Antillæ magnæ,**
    - *Insula Cuba,* — Havana. Sancta Crux. Portus Principis. S. Spiritus. Mancanilla. F. S. Jacobi de Cubâ.
    - *Insula Jamaica,* — Hispalis Aurea. Melilla. Oristanum. F. S. Jacobi de Planitie. Portus Regius.
    - *Insula Hispaniola,* — Goava. Fanum S. Jacobi. Conceptio de Planitie. Dominicopolis, *C. Antillarum.*
    - *Insula Portus Divitis,* — Fanum S. Germani. F. S. Joannis de Portu Divite.
  - **Insulæ Caribæ,**
    - *Borealiores,* — I. S. Crucis. I. Anguis. I. S. Martini. I. S. Bartholomæi. I. Saba. I. S. Eustachii. I. S. Christophori. I. Nivium. I. Barbada. I. Antiqua. I. Montis Serrati. I. Guadalupæ. I. Defiderata. I. Marigalanta. I. Dominica. I. Martinica, *ubi* Baffivilla.
    - *Australiores,* — I. Barbata, *ubi* Michaëlopolis. Carolopolis. F. S. Jacobi. Par. Bristolium. I. S. Luciæ. I. S. Vincentii. I. Granata. II. Tabaci, *ubi* Nova Flessinga. I. Trinitas, *ubi* F. S. Josephi.
  - **Insulæ infra Ventum,**
    - *Orientaliores,* — I. Margaritæ, *ubi* F. S. Jacobi. I. Alba. I. Testudinis. I. Urchula. I. Rupes. I. Avium.
    - *Occidentaliores,* — I. Boni Aëris. I. Curassoa. I. Oruba.

CAPUT. VIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

AMERIQVE SEPTE
TENTRIONALE
MER DE
MER DE SVD.
l'Equateur ou
MER DE
DV PEROV.
SVD.
Cercle Tropique
MER DE
CHILI.
MAGEL
MER DE
NI
LANIQVE.
Paris
Charcas.
Tucuman.
Lima ou les Reyes
Arequipa
Cusco
Potosi
Chuquisaca
Guan Fernando
la Conception
Arauquo
Pata:
LANIQVE
gons.
Gallapagos
Puerto Viejo
C. Blanco
Pta del Agua
Irrualla
P. Bermejo
P. de Sangallan
S. Foliz
S. Ambrosio
P. de Governador
I. S. Maria
I. la Mocha
I. N. S. de Socorro
C. de Diego Gallago
C. de la Victoria
C. Deseado
Rio de la Plata
Cordove de Tucuman
Lago de Xarayes
Lago de Guva
Rio de los Patos
Rio de los Xarayes
Rio de los Tapuys
Rio de los Indians
Rio de los Tapuyas
Rio de los Tapuyes
Rio de los Tapuyas
Rio de los Tapuyes
Rio de los Tapuyas
Rio de los Tapuyes


TRION
MER
NORT.
Isles du
Cap Verd
C. Verd
Gambea R.
R. S. Domingo
R. Grande
Niger R.
C. de Serre
Lione
C. de Nort
Ligne Æquinoctiale.
Pque de S. Pedro
MER DE
NORT.
Fernand de
Noronha
R. Grande
Potengi
Paraiba
Iamaraca
Isle de Pernambuco
C. de S. Augustin
Sergipe del Rey
S. Salvador de Bahia
de todos los Santos
BRESIL.
Porto Seguro
la Trinité
S. Marie d'Aoust
Martin Vaz
Ascencion
Rio Janeiro
S. Sebastian
les Pices
du Capricorne
S. Vincente
MER DV
R. de la Plata
PARAGVAY.
C. de S. Antoine
C. de las Arenas Gordas
C. de S. Andrea
Tierra Illana
AMERIQVE
MERIDIONALE
Par N. Sanson d'
Abbeville Geographe Ordinaire
du Roy.

Digitized by Google


TERRE FERME,
NOUVEAU ROYME DE GRENADE,
Par N. Sanson d'Abbeville
Geogr ordre du Roy.
MAR DEL
MAR DEL ZUR
REYNO DE PERU
S. MARTHA
GOVER
NACION
Tamalamaque
NUEVO
REYNO
NADA
Pr de los Esmeralhos
Pasto
Popayan
Cali
Cartago
Quito
Coto cayambe
EQUATEUR
Los Barza
Quixos

A. d. Winter fe.
NORTE
SOTTA VENTO
BARLOVENTO
Curacao I.
Bonayre I.
Aruba I.
Los Roques
Tortuga
Margarita
Cubagua
Trinidad
Tabago
Barbudos
Granadilos
Granada
Baquia
S. Lucia
S. Vincente
Pueblo de la Mar
Golfo de la Trinidad
Pta. de la Galera
Pta. de los Blanquisales
Redonda
Paria
Cumana
Nueva Andalucia
Caribes
Arotes
Nueva Barcelona
Gallego
Nueva Cordova
Cumanagotos
Barcelona
Barcelona R.
Barcelona Mts.
Amana
Amana R.
Anda
Caturi Trarip.
Amapaia
Amapaia R.
Gotoguancya
Chaguas
Catechos
Urraba
Catapararo
Guacar R.
Goavar R.
Ubarro R.
Dawney R.
Orinoco R.
Arawagoti
Lacus Epamagoti
Cassipagoti
Aworaim
Iqueri
Ewai
Parias
Paria
Lago de Parime
Parime
Guiana
Aequinoctiale
Mille Pas Geom.
Lieues Com. d'Esp.
Lieues Com. d'Ital.
Digitized by Google

Digitized by Google

CAPUT VIII.

America Meridionalis. Terra Firma.

I. *America Meridionalis.*

ABSOLUTA America Septentrionali, ad Meridionalem progredimur. America Meridionalis, Gall. *Amerique Meridionale*, & Peruana, ſeu Peruviana nonnunquam appellatur à Peruviâ, regno ejus nobiliſſimo. Ipſam limitat à boreâ ſinus ſeu Archipelagus Mexicanus, mare Septentrionale, & Braſilicum, pars maris Æthiopici; ab ortu mare Æthiopicum, ſive Braſilicum, Paraguaienſe, & Magellanicum; ab auſtro fretum Magellanicum; ab occaſu mare Pacificum, ſeu Magellanicum, Cilenſe, Peruanum, ſinus & iſthmus Panamæ. Proinde vaſtiſſima eſt Peninſula, formæ triangularis, ſita intra gradum circiter CCXCII & CCCXLIX Longitudinis, atque gradum XIII Latitudinis ſeptentrionalis, & LIV Latitudinis meridionalis. Pars ejus ampliſſima & obtuſiſſima occupat Zonam Torridam, atque reſidua, quæ inſigniter verſus auſtrum acuitur, meliorem partem Zonæ Temperatæ meridionalis.

II. *Ejus diviſio.*

Diſpeſcit Sanſonus Meridionalem Americam in Peruvianam *Peruviane*, & Braſilianam, *Braſilienne*. Illius partes facit Terram Firmam, atque Peruviam; hujus Braſiliam atque Paraguaten. Nos Americam Meridionalem in ſeptem partes dividimus, quæ ſunt Terra Firma, Braſilia, Paraguaia, Regio circa Fluvium Amazonem, Peruvia, Cile, & Terra Magellanica. Harum prima boream proſpicit, ſecunda ortum, duæ proximæ mediam hanc Americam occupant, duæ ſequentes in occaſum ſitæ ſunt, & ultima in meridiem.

III. *Terra Firma.*

Terra Firma, Gall. *Terre Ferme*, nomen accepit à Chriſtophoro Columbo, qui detectis primùm Archipelagi Mexicani inſulis, poſtmodùm & hujus regionis oram non exiguam aperuit, quam quia continentem eſſe abitrabatur, dicto appellavit nomine. A Robbe etiam Caſtella Aurea nuncupatur, quod nomen ad partem ejus occiduam reſtringunt alii. Ejus limites à boreâ ſunt Archipelagus Mexicanus, & mare Septentrionale, quod & ab ortu ipſam alluit; ab auſtro Regio circa

Digitized by Google

circa fluvium Amazonum atque Peruvia; ab occaſu mare Pacificum, ſinus & iſthmus anguſtus Panamæ, quo à Septentrionali Americâ ſeparatur. Sita eſt inter gradum ccxciii & cccxxix Longitudinis, inter iſthmum Panamæ ad occaſum, & oſtium fl. Amazonum ad ortum, nec non inter gradum ii Latitudinis meridionalis, & xiii Latitudinis ſeptentrionalis. Cœlum habet fervidiſſimum & ſalubre, ſolum montoſum, ſylveſtre, dives mayzi, paſcuorum, pecoris, fructuum, non deſunt metalla nobiliſſima, gemmæ, in ſylves tigrides, in fluviis crocodili. Incolæ nigricant, ad lumbos nudi incedunt, pars ſunt prædones eximii. Partem Terræ Firmæ tenent Hiſpani, partem indigenæ, partem etiam orientem verſus Angli, Galli, Belgæ.

IV. *Terra Firma diviſio.* Dividitur in xi Præfecturas, ſive Gubernia, quæ nominantur Terra Firma, Gubernia Novæ Carthaginis, Sanctæ Marthæ, Fluvii Facis, Venetiola, Nova Vandalitia, Caribana, pars ſeptentrionalis, & mediterranea Popaianæ, Novum Regnum Granatenſe, Paria, & Guiana, quarum ſeptem priores maritimæ ſunt, & quatuor poſteriores mediterraneæ. Maritimæ omnes, exceptâ Caribanâ, Hiſpanis obediunt, atque ex mediterraneis Pars Popaianæ & N. R. Granatenſe.

V. *Terra Firma ſtrictè ſumpta.* Terra Firma, Hiſp. *Tierra Firme*, Veraguæ, Provinciæ Americæ ſeptentrionalis, ab ortu contermina eſt, perquàm anguſta, bimaris, media inter ſinum Panamæ, partem maris Pacifici ad auſtrum, ſinum Mexicanum ad boream, & ſinum Urabæ ad ortum. Cœlum torridum eſt, ſolum ſcatet montibus & paludibus, ex quibus, qui ſurgunt vapores, aërem valdè inficiunt. Non caret lætis paſcuis, ſylvis, felibus feris, pecoribus, avibus, piſcibus. Inter urbes ejus præſtant Nata, *Nata*, juxta ſinum Paritæ; Panama, *Panama*, parva, lignea, Epiſcopalis, caput Provinciæ, ad Sinum cognominem cum munitâ arce & portu, emporium celeberrimum, ubi & ſupremum Tribunal, atque in ejus portum Limâ primùm Argentea ſupellex Hiſpanorum abducitur, inde terreſtri itinere tranſportanda per iſthmum Panamæ, xviii circiter leucarum, Portum Pulchrum, & ad ſinum Mexicanum ſeu mare Septentrionale, & hinc in Hiſpaniam. Contra Panamam in introitu Sinûs cognominis jacent Inſulæ Unionum, *Iſlas de Perlas*, olim inclytæ,

I. Unionum.

inclytæ, inter quas duæ majores, cum xx circiter minoribus, veriùs ſcopulis. Portus Pulcher, Hiſp. *Porto Belo*, eſt ex adverſo Panamæ ad mare Septentrionale, cum portu tuto & amplo, ac binis arcibus probè munitis in colle, emporium præſtans & nundinis ſuis celebre; Nomen Dei, *Nombre de Dios*, ad idem mare ortum verſus, dirutum à paucis annis, cujus incolæ Portum Pulchrum migraverunt; Comagra, *Comagre*, prope idem mare; Dariena, *Darien*, ad ſinûs Urabæ oram occiduam.

VI. *Gubernium Novæ Carthaginis.*

Quæ ſequuntur Præfecturæ maritimæ à mari Septentrionali tantùm alluuntur. Illarum prima atque occidentaliſſima eſt Præfectura ſeu Gubernium Novæ Carthaginis, *Governaçion de Cartagena*, quod ab occaſu terminat Terra Firma, & ſinus Urabæ, & ab ortu Gubernium S. Marthæ, Popaianâ, cui à boreâ conterminum eſt, longè anguſtius, quod Fl. S. Marthæ irrigat. Eminent hìc Fanum S. Sebaſtiani, *S. Sebaſtian* ſimpliciter, & *S. Sebaſtian de Buenaviſta*, juxta introitum ſinûs Urabæ; Mopoxa, *Mopox*, juxta ripam occiduam Fl. Magdalenæ; Sancta Maria, *S. Maria*, trans fl. ejuſdem nominis; Cenua, *Cenu*; Tolua, *Tolu*, & Carthago, *Cartagena*, & *Cartagena la Inda*, urbs Epiſcopalis ad mare cum portu tuto & capaciſſimo, binis munita arcibus, prima inter urbes Americanas muro circundata, caput ſui Gubernii, cui & cognomentum impoſuit.

VII. *Gubernium S. Marthæ.*

Ex Gubernio Novæ Carthaginis tranſimus in Gubernium Sanctæ Marthæ, *Governaçion de Santa Martha*, dives ligni Braſilici, auri, gemmarum & fructuum diverſi generis. Inter urbes præſtant Baranca, *Baranca*, aliàs *Barança de Mambo*, & *de Malemba*, ad flumen, neque procul à mari, Epiſcopalis; ſuperiùs Tenerifa, *Tenerifa*, ad confluentes fl. Marthæ & Magdalenæ; Tamalamequa, *Tamalameque*, ad fl. Magdalenam; Portus, *al Puerto*, ſuperius ad idem fl.; Ocanna, *Ocanna*; Civitas Regum, *Ciudad de los Reyes*; Fanum S. Marthæ, *S. Martha*, Epiſcopale, maritimum, caput Provinciæ cognominis; Ramada, *la Ramada*, orientalior, & juxta mare.

VIII. *Gubernium Fluvii Facis.*

Sequitur Gubernium Fluvii Facis, *Governaçion de Rio de la Hacha*, inter omnes Provincias Terræ Firmæ, quin totius Americæ Meridionalis, ſeptentrionaliſſima, parva, media inter

Gubernium S. Marthæ ad occaſum, & ſinum Venetiolæ & lacum Maracaybum ad ortum. Solum ferax eſt, nec gemmis, aut ſale vacuum. Urbs illius præcipua eſt Beata Maria ad Nives, *Nueſtra Senora de las Nieves*, ſive Fanum S. Mariæ de Remediis, *N. S. de Remedios*, & ſæpe Fluvius Facis, *Rio de la Hacha*, ſic dictus à Fluvio Facis, ad cujus oſtium ſitus eſt; Rancheria, *la Rancheria*, vicina & maritima; Coquibacoa, *Coquibacoa*, penes introitum ſinûs Venetiolæ, à quâ propinquum Promontorium Coquibocum, *C. de Coquibocoa* ſeu *Coquibacoa*, nomen fert, Americæ meridionalis borealiſſimum.

IX. *Venetiola.* Trans ſinum Venetiolæ & lacum Maracaybum jacet Venetiola, *Governaçion de Venezuela*, ampla, læta, & fœcunda Provincia. Inter ejus nobiliores urbes eſt Corum, *Coro*, ſeu Venetiola, *Venezuela*, caput Venetiolæ, inter lacum Maracaybum & mare Septentrionale, ita Chartæ communiter. Contra Baudrandus, qui Venetiolam ſtatuit in mediterraneis, remotam ab orâ maris Septentrionalis Leucis quinquaginta, atque conſpicuam ſede Epiſcopali, quæ antea Cori fuerat; Lacus, *Laguna*, ad intimum receſſum lacûs Maracaybi; Trugillum, *Trugillo*, ſeu *N. S. de la Paz*; Tucuyum, *Tucuyo*; Nova Segonia, *Nueva Segovia*; Nova Xera, *Nueva Xerez*; Nova Valentia, *N. Valentia*, ad occaſum Lacûs Tocariguæ; Fanum S. Jacobi Legionis, *S. Jago de Leon*; Sancta Maria de Carvalleda, *N. S. de Carvalleda* ſeu *Carvaledos*, & ortum verſus Comanagotta, *Comanagotta*, maritima.

X. *Nova Vandalitia.* Venetiolæ ad ortum proxima eſt Nova Vandalitia, *Nueva Andaluſia*, cujus pars præcipua Paria, *Paria*, appellatur, Provincia inter Venetiolam ad occaſum, & fl. Orenocum ad ortum, quin & ad integram Novam Vandalitiam Pariæ nomen extenditur. Ipſam in duas partes inæquales diſtribuit pars infima vaſti fl. Orenoci ſeu Pariæ. Ad oram ejus uniones venantur. Vandalitiæ clariſſima eſt Comana, ſeu Nova Corduba, *Comana*, ſeu *Nueva Corduba*, prope ſinum Cariacum, *G. de Cariaco* ſeu *Curiaco*; Fanum S. Jacobi, *S. Jago*, ex adverſo Sinûs; Fanum S. Joſephi, *S. Joſeph*, ad ſinum Pariæ; Acamacarium, *Acamacari*, juxta ſiniſtram ripam fl. Pariæ. Trans Pariam ſita eſt Aromaia.

Ultimùm

Digitized by Google

MAR
Arragon

GUIANE
divisée en
GUIANE et CARIBANE
Par N. Sanson
d'Abbeville Geographe
ord.re du Roy.

DEL

NORT



Digitized by Google

Ultimùm Oceano Septentrionali perfunditur Caribana, *Caribana*, ab oſtio fl. Orenoci ad oſtium fl. Amazonum, dicta aliàs Ora Caribarum, ampliſſima regio, variis pars Guianæ latè ſumptæ, longè magis diffuſa inter oſtia dictorum Fluminum, quàm inter mare & Guianam ſtrictè acceptam, quæ ejus ab auſtro limes eſt. Cœli fervorem ſubſolani, copioſus ros, denſæ ſylvæ, & montes multùm temperant. Dives eſt fructuum, pecoris, ferarum, piſcium, ſacchari, goſſipii, mellis, ceræ. Incolæ ſunt macrobii. Multis irrigatur fluminibus, quæ in mare Septentrionale ſe exonerant. Oram ejus varii Europæi ſæpiùs luſtravêre, & inter fl. Orenocum, & promontorium Condæum ſive Arauſicanum variæ occurrunt Coloniæ Europæorum. Verſus oſtium fl. Eſſequebiæ, *Eſſekebe*, Belgæ nonnullas poſſident, uti & ad oſtium fl. Berbicæ, *Berbice*, atque quinque leucis ſupra oſtium fl. Surinami, *Surname* ſeu *Sarname*, juxta ripam ejuſdem occiduam celebrem arcem Surinamum, ſitam in ſcopulo prope amplas paludes, quam cum coloniâ adjacente Galli primùm, dein Angli tenuerunt, poſtremùm à Belgis capta eſt, quibus hodieque obedit. Gallis parent, teſte Baudrando, variæ arces, inſula Cayana, *Cayane*, ſita prope oſtia fl. Cayani, qui Inſulæ nomen fecit, & Wiæ, ambitûs leucarum XVIII, ubi Arx S. Ludovici, ante à Belgis occupata. Etiam Angli in hâc Provinciâ ſuas habent colonias. Porrò in Caribanâ ſe offerunt Vatalia, *Waetali*, prope oſtium Fluvii Amazonum cum ejuſdem nominis Promontorio; Moreshegum, *Moreshego*, ad ripam orientalem fl. Marwynæ, atque inferiùs ad ripam oppoſitam Taupuramuna, *Taupuramunen*. Multi Populi Caribanam incolunt. Inter clariores numerantur Arrawari, Arricari, Arwaccæ, Caribæ, qui orientaliores inſulas Antillas, ejectis antiquis incolis, occupârunt, dein fugati ab Europæis, priſtinas ſedes repetivêre, & Wacoewayi. XI. *Caribana.*

Supereſt Terræ Firmæ pars mediterranea, in quâ occurrunt Pars Septentrionalis Gubernii Popaianæ, Novum Regnum Granatenſe, Paria & Guiana. Gubernium Popaianæ, Hiſp. *Governaçion de Popayan*, medium eſt inter Terram Firmam ad occaſum, Gubernium Novæ Carthaginis ad boream, & Provinciam Quitenſem propriam ac Provinciam Quixorum ad auſtrum, partes Præfecturæ Quitenſis, quæ Præfecturarum XII. *Pars borealis Popaiana.*

Peruviæ borealiſſima eſt. Montes habet editiſſimos, ex quibus plurimi fontes, fluminaque ſcaturiunt, item venas auri nobiliſſimas. Pars Popaianæ major, quæ plùs in meridiem & occaſum abit, ſubeſt Præfecturæ Quitenſi, quare de eâ in Peruviâ dicemus. Pars ſeptentrionalis & mediterranea Popaianæ ſub Terrâ Firmâ tantùm cenſetur, ejuſque urbes præcipuæ ſunt Cartago, *Cartagena*; Fanum S. Annæ de Anzerma, & Anzerma ſimpliciter, *Anzerma*; Arma, *Arma*; Caramanta, *Caramanta*; Fanum S. Fidei de Antiochia, *S. Fé de Antiochia.*

XIII. *Nov. Regn. Granatenſe.* Novum Regnum Granatenſe, *Nuevo Reyno de Granada*, Hiſp. indigenis *Bogota*, aliàs Nova Granata, media inter Popaianam ad occaſum, & Pariam ad ortum. In ipſâ naſcitur, & per ipſam defluit fl. Magdalena. Ejus nobiliores urbes ſunt Fanum Sanctæ Mariæ de Remediis, *N. S. de los Remedios*, in Popaianæ limite; Mariquita, *Mariquit*; Ybagua, *Ybagua*; Fanum S. Joannis de los Llanos, *S. Juan de los Llanos*, proximè fontes fl. Magdalenæ; Fanum S. Fidei de Bogotâ, *Santa Fé de Bogota*, urbs Archiepiſcopalis, Novæ Granatæ, & teſte Robbe, totius Terræ Firmæ clariſſima, ad radices montis Bogotæ, unde cognomentum trahit, juxta fl. Patium & lacum Guaravitam; Tocayma, *Tocayma*, inferiùs, ubi in fl. Magdalenam ſe exonerat; Palma, *Palma*; Fanum S. Michaëlis, *S. Miguel*; Tunia, *Tunia*; Tutela, *Tudela*; Trinitas, *Trinidad*; Placentia, *Plaſentia*; Velica, *Veles*; Fanum S. Chriſtophori, *S. Chriſtoval*, in limite Gubernii S. Marthæ; Pompelon, *Pamplona.*

XIV. *Paria.* Novum Regnum Granatenſe ad occaſum, atque Guianam & Caribanam ad ortum interjacet vaſta Provincia Paria, *Paria*, per cujus partem meridionalem (ſic Chartæ quædam) & orientalem perlabitur fl. Paria, ſeu Orenocus. Parùm cognita eſt Europæis. Vèrſus Novam Granatam locantur Provincia Gotoguancya, borealior, & Catapararo, auſtralior; Urraba juxta fl. Pariam; trans hoc Flumen Orenoquepons, & populi Awarawaqueri, Ewaipanomæ, Arawagoti, Eparagoti, quorum oppidum eſt Macuregwara, *Macurewaray*, prope ripam orientalem lacûs Caſſipæ, nec non Caſſipagotæ, qui omnes juxta dictum lacum habitant, qui per varia Flumina in Pariam ſe exonerat.

A


320
325
330
Amazons R.
Topiñabes
Topinambes
PARA
TARAYBA
NAYBA
MATAYA
PROV
Urubingues
Sabucares.
Cayames.
Anoaimares.
Curares.
Guaminumes.
Abaicares.
Oraguinagibos.
Payzunoes.
Tapapecoues.
TAPUAGUAZU
Lago de R. los Xarayes
Chanesses.
PARA
Xaquesses.
Guaxarapos.
Paraguases.
Guebecuses.
GUAYRA
Surucuses
Baschereposs
Paycmbos
Pacaj
Toupinambous
Tapoi
LE BRESIL
la Coste est possedee par la
et divisee en Quatorze C
Le Milieu du Pays est habite
Tres grand nombre de Peuples
Par N. Sanson. d'Abbe
Geogr Ord.re du Roy
GUAYRA
Guayra
Ciudad Real
Olivares
Castette de Perena
Acarey
Ste Maria d' Ygnacio
PARANA
Walbego R.
Cariois
Guaycurves
Assumcion
Lambare
Piquiri
Tapuy R.
Abangabeb
Tapuy R.
Guassu R.
Iapeu R.
Pirave R.
Miary R.
Ouacuroy R.
Paranaiba R.
Tocantins R.
Iapura R.
Pasaule R.
Cayapos R.
Iapeu R.
Amazons R.
Topinambes
Tapoi
Maranhan
Cap Nord
Cap Pere
Cap de Bonne
Cap de Bonne
Cap de Bonne



Digitized by Google

A Pariâ per juga montium Guiana, *Guiana*, dividitur, inter Provincias mediterraneas Terræ Firmæ orientaliſſima, quam à boreâ Caribana limitat, atque ab auſtro regio circa Fluvium Amazonum. Guianam hìc ſtricto ſenſu accipimus, aliàs latè accepta, & Guianam propriam, & Caribanam complectitur, uti ſuprà in Caribanâ notavimus. Pars ejus meridionalis Æquatori ſubjecta eſt. Solum habet perquàm montoſum, nec cognitum valdè Europæis, lacum vaſtiſſimum maris inſtar, quem Caribæ Lacum Parimeum, Gall. *Lac* ſeu *Mer de Parimé*, & populi Jaoyi, ſeu Jaoi *Roponowini* nuncupant, Europæis famâ tantùm notum & nomine, quorum nemo ad hoc uſque tempus in ipſum dicitur penetraſſe. Ad occidentalem ripam hujus Lacûs locant communiter Chartæ urbem Manoam, *Manoa*, Hiſp. *el Dorado*, quam incolæ teſtantur eſſe vaſtiſſimam, pulcherrimam, caput regni cognominis, alterius quaſi Peruviæ, potentiſſimi, gemmarum & auri divitis. Aliis hoc omne, quicquid fama canat, figmentum creditur. Verſus confinia Pariæ & oram Septentrionalem lacûs Parimei Tabulæ Populos Muckikeros delineant. XV. *Guiana.*

CAPUT IX.

Braſilia.

POST Terram Firmam progredimur ad ſecundam partem Meridionalis Americæ, quæ maximè excurrit in ortum, & appellatur Braſilia, Luſit. *Braſil*, Gall. *le Breſil*. Ipſam limitat à ſeptentrione & ortu mare Braſilicum; à meridie idem mare & Paraguaia; ab occaſu eadem, & Regio circa fluvium Amazonum. Ferunt Petrum Alvarum Capralem, Luſitanum, quando iter in Indiam Orientalem moliebatur, vi tempeſtatis & fluctuum ab orâ Africanâ verſus Braſiliam jactatum, caſu in ipſam incidiſſe, & paulò poſt Americum Veſputium, Florentinum, auſpiciis Emanuelis, Regis Portugalliæ, accuratiùs eandem exploraviſſe, dein Luſitani eo Colonias ſuas traduxerunt, quibus Ora ejus maritima hodieque ſubjecta eſt, cujus partem eximiam aliàs Belgæ tenuerunt. Ab Americo inven- I. *Braſilia.*

tore regionem, quæ nunc vocatur Braſilia, Americam appellârunt, quæ nomenclatura deinceps ad univerſum Novum Orbem pertranſiit, & quæ primùm nominata fuerat America, hoc nomen cum Braſiliâ permutavit, petito nomine à ligno rubro, quod Braſilicum nuncupant, pannis tingendis utiliſſimum, cujus uberrimus inibi proventus eſt.

II. *Braſiliæ ſitus, & cœli conſtitutio.* Jacet Braſilia intra gradum CCCXXI & CCCXLIX Longitudinis, atque à gradu fermè primo Latitudinis meridionalis excurrit ad gradum XXIV ejuſdem, ſeu Tropicum circiter Capricorni, ultra quem varii variè ipſam promovent. Cœlum Braſiliæ, licet ſub meridionali tractu Zonæ Torridæ ſita ſit, torridum non eſt, ſed optimè temperatur, non tantùm perpetuâ longitudine & frigore noctium, copioſo rore & pluviâ, ſed in primis lenium à pelago advenientium ventorum commodiſſimis flatibus, qui indies multo mane naſcuntur, integrum diem perdurant, nebulas & vapores tempeſtivè diſcutiunt, aëremque reddunt nitidiſſimum, Aſtronomis exoptatiſſimum, mitiſſimum, ſaluberrimum.

III. *Soli conſtitutio.* Terra partìm plana eſt, partìm in colles leviter aſſurgit, læta glebis præpinguibus & ſolo irriguo ſemper vernante. Ditiſſima eſt ſacchari, proceris conditi arundinibus, ex quibus dulciſſimus humor aquatico molendino exprimitur, in cacabis excoquitur, & purificatur. Fert tabacum, goſſipium, copiam arborum pomiferarum, Mandiocam, ſativam radicem, quâ in farinam redactâ indigenæ victitant, fruges & fructus, quos in ipſam Luſitani ex Europæo orbe intulerunt, mala aurea, granata, citrea, uvas, ficus, cucumeres, melopepones, aliaque. Scatet animantibus feris & manſuetis, quin invecta à Luſitanis armenta pecorum & equorum optimè hìc fœtificant. Animal habet (Pigritiam nuncupant Luſitani) adeò tardum, ut licet ſemper in motu ſit, integris tamen diebus quindecim vix lapidis jactum conficiat. Abundat avibus, piſcibuſque coloris eximii, quos inter aliqui volitant, teſtudinibus vaſtiſſimæ magnitudinis, ſtupendi roboris, & ovorum pleniſſimis.

IV. *Incolarum genius.* Braſiliani utriuſque ſexûs nudi incedunt, fluxo tantùm capillo à vertice, reliqua enim corporis membra identidem ſolent depilare. Cutem nigro ſucco pomi denigrant, diverſis pingunt colo-

coloribus, labia & faciem ornant inſertis lapillis nullius pretii, laborem & inediam facilè tolerant, artem natandi optimè callent, ſub aquâ, quando neceſſum eſt, diutiſſimè patentibus oculis urinantur, certiſſimi ſunt ſagittarii, proclives ad libidinem, iram, vindictam, pugnas, captos in prælio hoſtes multorum dierum curâ ſaginant, ingenti cum tripudio mactant, & toſta verubus membra lautiſſimas epulas eſſe arbitrantur. Sparſis habitant domiciliis, plures ſimul ſub eodem tecto familiæ, noctu, ne noxiis lædantur animalibus, in retibus ſupra terram ſuſpenſis dormiunt, in diem vivunt, nihil de futuro ſolliciti, perditè amant auguria, ſpiritus malignos impenſè metuunt, religionem parùm curant, animas tamen poſt mortem ſupereſſe autumant, bardi, qui neque numerare, neque literas norunt. Sic quidem ſe habent Braſiliani, quotquot patrios mores retinent, & mediterranea loca incolunt; at qui mare accolunt, & cum Luſitanis habent commercium, magis ad humanitatem exculti ſunt, & mores ferinos exuêre.

V. *Ora Braſiliana diviſio.*

Dividunt vulgò Oram Braſiliæ in XIV Præfecturas ſeu Capitanias, quæ appellantur Capitania Paræ, Maragnania, Siaræ, Fluvii magni, Paraibæ, Tamaracæ, Pernambuci, Seregippæ, Sinûs omnium Sanctorum, Inſularum, Portûs Securi, Spiritus Sancti, Fluvii Januarii, & Sancti Vincentii. Quæque ſuum habet Præfectum; Præfecti verò omnes Proregi Regis Portugalliæ ſubjecti ſunt. Ex hiſce Capitaniis tres primæ jacent ad Oram ſeptentrionalem, novem proximæ ad orientalem, & duæ ultimæ ad meridionalem.

VI. *Capitania ad Oram boreal. Cap. Para.*

Inter Capitanias Oræ Septentrionalis, quando ab occaſu eas inſpicimus, offert ſe primò Capitania Paræ, *Capitania de Para*, cujus urbes ſunt Commota, *Commota*, ad oſtia fl. Amazonum, atque inferiùs Para, *Para*, primaria, cui hæc Capitania cognomentum debet, & Fanum S. Jacobi, *S. Jago*. Ad ortum hujus Capitaniæ ſita eſt Capitania Maragnania, *Capit. de Maragnan*, ubi præſtant Junipara, *Junipara*, & Urbs S. Ludovici, *San Luis de el Maranhan*, parva, Epiſcopalis, caput hujus Capitaniæ, locata in inſulâ Maragnaniâ, *Maragnan I.*, quæ oſtio fl. Miarii objacet, & Capitaniæ nomen impoſuit, à Belgis antè occupata. Statuit Texeira à Capitaniâ Maragnaniâ Capitaniam Paræ dependere, quare XIII tantùm Capitanias aliqui

C. Maragnania.

in

Capit. Siara. in Brasiliæ Orâ enumerant. Traditis Capitaniis major & orientalior est Capitania Siaræ, *Capit. de Siara*, ubi occurrunt Fanum S. Jacobi, *S. Jago*; Siara, *Siara*, clarissima cognominis Capitaniæ, parva, infrequens, cum arce in colle & portu capace; Caput Corsum, *C. Cors.*

VII. *Capitania ad Oram orientalem:*

Sequitur Orientalis Ora Brasiliæ, quam IX Capitaniæ occupant, quas à boreâ in austrum progrediendo contemplabimur eo ordine, quo illas paulò superiùs enumeravimus. Earum sex primæ maximè in ortum abeunt, inter quas primùm se offert *C. Fl. magni.* Capitania Fluvii magni, *Capit. de Rio Grande*, quæ à boreâ & ortu ab oceano Septentrionali perfunditur. Ipsam Fluvius magnus in duas partes distribuit, ad cujus ostium est Natalis, seu Civitas Regum, *Natal*, seu *los Reyes*, Capitaniæ hujus nobi*C. Paraiba.* lissima. Capitania Paraibæ, *C. Paraiba*, quæ ordine proxima est, exiguum habet circuitum, atque à fl. Paraibâ irrigatur. Hìc præstat Paraiba, *Paraiba*, urbs munita ad cognominem fluvium, vix ab Oceano remota octo milliaribus, cum portu capace, & arcibus S. Catharinæ & Antonii. Lusitanis non rarò dicitur Sancta Maria ad Nives, & quando eam Belgæ te*C. Tamaraca.* nebant, dicta etiam fuit Fredericopolis. Capitania Tamaracæ, *Cap. de Tamaraca*, etiam parva existit, & juxta ejus oram occurrit insula Tamaraca, circuitûs XXII milliarum, ubi Beata *C. Pernambuci.* Maria de Conceptione, oppidulum. Capitania Pernambuci, *Cap. de Pernambuco*, præcedentibus major est atque nobilior, in quâ eminet Pernambucum, seu Olinda, *Olinda de Pernambuco*, urbs colli imposita, prope ostium fl. Bibiribæ, Episcopalis, cum portu amplo & arce S. Georgii; Recifa, *Recif*, vi*C. Seregippæ.* cus frequens ad mare. Capitania Seregippæ, *Cap. de Seregippe*, aliàs Cirigæ, à cognomini fluvio, Capitaniâ Pernambuci minor est, atque ab ipsâ per fl. S. Franciſci dividitur. In eâ nihil clarius Seregippâ, *Seregippe del Rey*, urbeculâ in colle juxta *C. Sinûs omnium Sanctorum.* ostium fluminis. Capitania Sinûs omnium Sanctorum, *Cap. de Bahia de Todos los Sanctos*, omnium Capitaniarum clarissima est, cujus, quin totius Brasiliæ caput existit Soteropolis; *S. Salvador*, non rarò etiam *Bahia*, ampla, culta, tribus arcibus munita, in colle, ad introitum Sinûs omnium Sanctorum, in quo plurimæ insulæ cum portu egregio, sedes Proregis Regis Portugalliæ, Archiepiscopi, & Tribunalis Regii, olim

sub

ſub Belgarum poteſtate. Minùs in ortum abeunt tres proximæ Capitaniæ. In Capitaniâ Inſularum, *Cap. dos Ilheos*, quam rigat fl. Patipa, præſtant Inſulæ, *Ilheos*, urbs parva, maritima, ad oſtium fl. cognominis, à quâ nomen Capitaniæ. In Capitaniâ Portûs Securi, *Cap. de Porto Seguro*, occurrunt juxta littus Sancta Crux, *S. Crus*, & Portus Securus, *Porto Seguro*, caput Capitaniæ, in quem Petrus Alvarus primùm appulit, quando caſu detegebat Braſiliam. In Capitaniâ Spiritûs Sancti, *Cap. de Spiritu Santo*, quam fl. Parayba & Spiritûs Sancti perfundit, jacet Spiritus Sanctus, *Spiritu Santo*, urbs parva, munita, præcipua ſuæ Capitaniæ, ad fluvium ejuſdem nominis non longè ab oſtio.

C. Inſularum.

C. Portûs Securi.

C. Spiritûs Sancti.

VIII. *Capitania ad Oram auſtrinam:* *C. Fl. Januarii.*

Quæ reſtant duæ Capitaniæ Fl. Januarii & S. Vincentii, omnium maximè excurrunt in occaſum, ſitæ ad Oram meridionalem Braſiliæ. Capitania Fluminis Januarii, *Cap. de Rio Janeiro*, ſic dicitur ab amplo fl. Januario, qui per medium ejus ab occaſu in ortum perlabitur, & per ampliſſimum oſtium in mare Braſilicum ſe exonerat. Ejus oſtio ab occaſu adjacet Fanum S. Sebaſtiani, *S. Sebaſtian*, urbs Epiſcopalis, hujus Capitaniæ clariſſima, cum amplo portu, & binis arcibus. Plùs in occaſum vergit Angra dos Reyes, etiam maritima. Ultima Capitania Braſiliæ eſt Capitania S. Vincentii, *Cap. de S. Vincente*, quæ Tropico Capricorni ſubjacet. Ejus oppida ſunt Fanum S. Vincentii, *S. Vincente*, ad oram meridionalem maris Braſilici, cum amplo portu, caput cognominis Capitaniæ; Santos; Hitauchium, *Hitauchi*; Fanum S. Pauli, *S. Paulo*; Philippopolis, *Philippovilla.*

C. S. Vincentii.

IX. *Braſilia interior incognita.*

Explicitâ Orâ maritimâ Braſiliæ, ordo ducit ad partem ejus mediterraneam. Eam plurimi Populi incolunt, feri, indomiti, ſui juris, quorum pars maxima vix nomine nota eſt, quare de regionum, quas habitant, ſitu & terminis nihil certi poſſumus definire.

Digitized by Google

CAPUT X.

Paraguaia.

I. *Paraguaia limites.* PERGIMUS ad partem mediam Meridionalis Americæ, quam Paraguaia atque Regio circa Fluvium Amazonum conſtituunt. Paraguaia, indigenis *Paraguay*, Hiſpanis *Rio de la Plata* dicitur, à fl. Paraguaio, quem illi *Paraguay*, hi *Rio de la Plata* nuncupant. Ejus limites ab ortu ſunt mare Paraguaienſe, atque Braſilia; à boreâ Regio circa fl. Amazonum; ab occaſu Peruvia & Cile; ab auſtro Terra Magellanica, & mare Paraguaienſe.

II. *Situs & confinia.* Diffundit ſe à gradu XI ſeu XII Latitudinis auſtralis ad uſque gradum XXXVII ejuſdem Latitudinis; proinde à Tropico Capricorni in duas partes dividitur, quarum minor jacet in parte meridionali Zonæ Torridæ, & major in parte ſeptentrionali Zonæ Temperatæ meridionalis. Sita verò eſt intra gradum CCCIII & CCCXXXVIII Longitudinis. Paraguaia regio ſalubris dicitur, maximè irrigua, abundans ſacchari arundinibus, paſcuis, pecoribus, equis in primis, etiam feris, fructibus, goſſipio. Fluvius Paraguaius argenti dives eſt, nec ſolum vacuum optimis fodinis metallicis. Incolæ proceri ſunt, pede celerrimi, turmatim habitant ſub tentoriis, & plures familiæ ſub eodem. Subeſt pro maximâ parte Hiſpaniarum Regis dominio.

III. *Diviſio.* Dividitur variis in VII Provincias, quæ ſunt Guaira, Paraguaia, Parana, Uraguaia, Provincia Fluvii Argentei, Tucumania, Chaca. Sunt, qui Tucumaniam ad Peruviam referunt, aut diſtinctam faciunt Provinciam, qui idcircò ſex tantùm Paraguaiæ Provincias enumerant, ſed primos ſequimur. Ex hiſce ſeptem Provinciis quatuor primæ jacent cis fluvium Paraguaium, quarta ab ipſo dividitur, & duæ ultimæ trans ipſum ſitæ ſunt.

IV. *Prov. Guaira.* Inter Provincias Paraguaiæ, quæ cis fl. Paraguaium ſunt, ſive ab eo in ortum abeunt, omnium ab eo remotiſſima eſt Guaira, *Guayr*, Braſiliæ à boreâ & ortu contermina, quam & ab ortu mare Paraguaienſe alluit. Tropico Capricorni ſubjacet,

Digitized by Google


Payzunoes
Tapapecoues
Xaraves
TAPUAGUA
ZU REGIO
Varais
Curianes
Gorgotoc
ques. Lago
Xarayes
Zipatalaguare
Chanesses.
PARA
Moconios.
CHA
Xaqueses.
Tamacoa
Xacoues.
Tobares.
Guaxarapos.
Mathaguaicis.
Chirigua nes.
Paraguaes.
Guebecuses.
Titanes.
Taguamaicis
Surucuses.
Baschereposs.
Payembos.
Chiquitos.
CO
A S. Fernando
Churu
Yaperu ets
Guaicurves.
Oreohons
Amaguais
Volcano de Copiapo
Tonocote res.
Carcaraes
Mepenes
Mequareis
TU
CU
Volcano de Coquimbo
Chucuito
Mondoca to
Cordoba
Diaguitas.
MAN
Iuries.
Midy


LE PARAGUAY
Subdivisé en ses principales Parties
Suivant les dernieres Relations
Par N. Sanson d'Abbeville
Geographe Ord.re du Roy.
PAR
TIE
DU BRESIL
JAYR.
GUAY
RA
Tropicque du Capricorne
Parana R.
Villarrichо
Colonia des Castilans
S. Pol.
Tajoba
les Sept Archanges
N. Dame de Loreto
S. Ignace
S. François Xavier
Topotat R.
Lambare
Guayra ò Piquiri R.
Piquiri
l'Incarnation
S. Ioseph
Ciudad Real
Oliveros
Acaraig ou Natitit
Cascatz ou Cheute de Parana
Tocanguxir
Abangobius
Gala
Ste Marie de Yguazu
le S. Sacrement
RA
Yguazu R.
NA
Tibiquari R.
Las seis Corrientes
R. Urvay ale R. Negro
S. François Xavier
Tierra dos Patos
URUAIG
DE LA
S. Nicolas
Piratin R.
Tape
Iares
Ibicuit
Charuens
Yaguya ale de Assistation
Monte Seredo
Trinidad
Mala Gorda
PARAGUAY
R. Oriss
R. dos Sals
de la Plata
de S. Antonio
MER
DE
Grande ale Porto de Ste Pedro
de Marmaxo
de Castilhos
de Tebos
Paranagua R.
Maranduba R.
E. de Geroupa
325
330
335
340
345
24
30
34
39

ſubjacet, & diverſis irrigatur fluminibus, quorum præcipuum eſt Parana. Loca ejus clariora ſunt, aut fuerunt Conceptio, *Conception*, maritima, quam tamen Tabulæ quædam in Braſiliâ, confini Capitaniâ S. Vincentii, collocant; Incarnatio, *Incarnation*; Septem Archangeli, *Sept Archanges*; Urbs Dives, *Villa Rica* ſeu *Villeriche*, nunc diruta; Fanum S. Ignatii, *S. Ignace*; Noſtra Virgo Lauretana, *N. Dame de Lorette*; Civitas Regia, *Ciudad Real*, aliàs *Guayra*, & *Oliveros* ad fl. Paranam, & confinia Provinciæ Paranæ, caput hujus Provinciæ, hodie in ruinis.

V. *Prov. Paraguaia.*

Guairæ ab occaſu adjacet Paraguaia, *Paraguay*, & diſcriminis ergò Paraguaia propria. Media eſt inter fl. Paraguaii partem ſuperiorem, lacum Xaraiorum, & Provinciam Chacam ad occaſum, atque Braſiliam ad ortum, ejuſque pars auſtraliſſima Tropico Capricorni ſubjecta eſt. Maximè à boreâ in auſtrum diffunditur, ejuſque incolæ minùs dicuntur indomiti, pars vacat agriculturæ, ſexus fœmineus novit pannos parare ex goſſipio. Populi hujus regionis benè multi ſunt, inter quos numerantur (ab auſtro in boream aſcendemus) Payembos, Itatin ſeu Itakin, Guaxarapos ſeu Guxarapos, Xacoues, Xaqueſes, Chaneſſes, Tapapecoues, Payzunoes, & Xarayes, qui proximo Lacui, quem accolunt, cognomentum dedêre. Ejus clariora loca ſunt aut fuerunt Xera, *Xeres*, jam deſtructa; *N. S. de la Fé*; Maracajum, *Maracaju*, ſub ipſo Tropico; & proximè Guaybianum, *Guaybiano*, ad fl. Paraguaium, & Urbs Dives, *Villa Richa*.

VI. *Prov. Parana.*

Traditis Provinciis minor eſt, & ab auſtro contigua Provincia Parana, *Parana*, per cujus partem auſtraliorem perlabitur pars inferior cognominis Fluvii. Solum ſylvoſum habet & fertile. Ejus clariora loca ſunt Nativitas D. Virginis, *Nativité* ſive *Acarai*, ad Paranam; Fanum S. Mariæ de Iguazu, *S. Marie de Yguazu*; Incarnatio, *Incarnation*, ſeu *Itapoa*, inferiùs ad Paranam; Fanum S. Ignatii, *S. Ignace*.

VII. *Prov. Uraguaia.*

Trans fl. Paranam, atque ad auſtrum Provinciæ cognominis ſita eſt quarta & ultima Provincia, quæ cis Paraguaium eſt, dicta Uraguaia, ſeu Urvagia, *Uraguay* ſive *Urvaig*, Paranâ longè amplior, quam mare Paraguaienſe longo tractu alluit, ab oſtio fl. Paraguaii ad oram maritimam Provinciæ Guairæ.

Variis fluviis perfunditur, quorum clariſſimus eſt Uraguaius, *Uraguay*, ſeu *Urvaig*, quaſi fluvius Limacis, à limacum, quæ hìc invenitur, frequentiâ. Variæ inibi numerantur Provinciæ, Tape, Charuas, Ibicuit, Caapi, Ibituruna, Tierra dos Patos, &c. Loca nobiliora ſunt Fanum S. Annæ, *S. Anna*; F. S. Joſephi, *S. Joſephi*; F. S. Nicolai, *S. Nicolas*; F. S. Franciſci Xaverii, *S. Xavier*, ad fl. Uraguaium; inferiùs Conceptio, *Conception*; Soteropolis, *S. Salvador*, ad æſtuarium fl. Paraguaii, & aliquantò ſuperiùs Viſitatio, *Viſitation*.

VIII. *Prov. Fluvii Argentei.*

Viſis Provinciis Paraguaiæ, quæ cis Paraguaium ſitæ ſunt, ſequitur Provincia Fluvii Argentei, *Rio de la Plata*, per quam inferior pars Fluvii Argentei ſeu Paraguaii à boreâ in auſtrum perlabitur, eam in duas partes diſtribuens. Maximè ſe diffundit inter Paraguaiam propriam ad ſeptentrionem & Terram Magellanicam ad meridiem. Inter Provincias Paraguaiæ infimum locum non obtinet. Populi ejus clariores ſunt Mepenes, & Frentones, qui plùs ſurgunt in boream. Majoris momenti loca habentur Aſſumptio, *Aſſumption*, dicta quoque Beata Maria aſſumpta, Epiſcopalis juxta orientalem ripam Paraguaii verſus Paraguaiæ propriæ confinia, caput hujus Provinciæ, ſedes Præfecti totius Paraguaiæ, qui Peruviæ Proregi obnoxius eſt, & Tribunalis regii; Currentes, *Corientes*, inferiùs ad idem flumen, ubi in ipſum Parana illabitur. Inferiùs ad oppoſitam ripam occurrunt Fanum S. Fidei, *S. Fé*, & Bonus Aër, *Buenos Ayres*, aliàs Civitas Trinitatis, *Ciudad de la Trinidad*, Epiſcopalis, ad æſtuarium Paraguaii, emporium non ignobile.

IX. *Prov. Tucumaniæ.*

Superſunt ex Paraguaiâ duæ Provinciæ, quæ trans Paraguaium occaſum verſus locatæ ſunt. Illarum meridionalior, & remotior à Flumine (ab aliquibus ad ipſum extenditur) eſt Tucumania, *Tucuman*, media inter Provinciam fl. Argentei ad ortum & montana regni Ciles & Peruviæ ad occaſum. Regio multùm campeſtris eſt, læta paſcuis, dives ovibus & optimæ notæ goſſipio. In ejus parte meridionali ſunt populi Quirandies, Juries, Diaguitas, & tractus Trapalanda. Loca majoris nominis ſunt Corduba, *Corduba*; Fanum S. Jacobi de Storeâ, *S. Jago del Eſtero*, ante *Varco*, ad cognominem fluvium, quibuſdam caput Tucumaniæ; Fanum S. Michaëlis Tucumanenſis,

Digitized by Google

MAR
DEL
ZUR
Tropique du Capricorne


TRION
315
320
325
330
GUIANE.
Caribe s.
Lac, ou Mer de Parime
Equateur
Cap de Nord
Guarana
Manoa ou Dorado
Canupatates
Tuynama
Apanies
Apanta Pr.
Comora
Corupa
Agyapes.
Comares.
Topinambes
Amazone R.
Para
Tapayba
Nayba
Cominuris
Pacaios
Yorimanes.
Surinames.
Matava
Prov
Pro
Cusiguanes.
Andamares.
Curares.
Guarinumes.
Ibacares.
Cori
Caya
Brésil
Catoses
Oragunagues.
Payzunoes
Tapapecoues
Xarayes.
Tapuaguazu Reg
Gorgotoc ques.
Zipatalaguars.
Moconios
Chanesses
Xaqueses
Tamacona
Xacoues
Iobares
Guaxarapos.
Mathagua
Chirigua nes
Guayacurves
Chiquitos
Guay
Churumates.
Salta Ville de Lerma
S. Salvador
LE PEROU
et le cours de la Riv.re
AMAZONE.
Par N. Sanson d'Abbeville
Geographe ord.re du Roi
MAN
315
320
325
330

cumanenſis, *S. Miguel de Tucuman*, & incolis *S. Miguel de Eſtero*, Baudrando Caput Tucumaniæ atque Epiſcopale, ad radices montium; Urbs Lerma, *Villa Lerma*, ſeu *Salta*.

X. *Prov. Chaca.*

Altera Provincia trans Paraguaium, eſt Chaca, *Chaco*, inter hoc Flumen, lacum Xaraiorum, & Paraguaiam propriam ad ortum atque Peruviam ad occaſum. Longiſſimè protenditur inter regionem circa Fl. Amazonum ad boream, atque confinia Tucumaniæ, & Provinciæ Fl. Argentei ad auſtrum. Nulla loca habet, quæ alicujus ſunt nominis. Extat in quibuſdam Chartis in ejus parte meridionali proximè Provinciam fl. Argentei Conceptio antiqua, *Conception antiqua*, nunc in ruinis. Multi eam Populi incolunt, Churumates, Orechones, Payaguas, Zipatalaguars, Gorgotocques, Varais, aliique vix nomine cogniti.

CAPUT XI.

Regio circa Fluvium Amazonum.

I. *Regionis circa fl. Amazonum limites & ſitus.*

PRÆTER Prov. Paraguaiam medium quoque Meridionalis Americæ occupat Regio circa Fluvium Amazonum, quam limitat ab auſtro Paraguaia; ab ortu Braſilia & oſtia fl. Amazonum; à boreâ Terra Firma; ab occaſu Peruvia. Extendit ſe à gradu ccc ad gradum cccxxviii Longitudinis, atque à gradu ii, ſeu i Latitudinis ſeptentrionalis ad gradum xvi ſeu xvii Latitudinis meridionalis.

II. *Conſitutio.*

Cœlum ejus, etiamſi ſub torrido ſole tota jaceat; valdè temperant, præter noctium longitudinem, frequentiſſimè ſpirantes ſubſolani, annua Fluvii Amazonum inundatio, copioſæ ſylvæ, ſimiliaque. Ferunt abundare arboribus pomiferis, ligno Braſiliano, ebeno, frugibus, herbis, floribus, melle, goſſipio, tabaco, ſacchari arundinibus, piſcibus, neque auri & argenti fodinis deſtitui. Incolæ Braſilianis in moribus ferè ſunt ſimiles. Vivere dicuntur, ſuo quiſque voto, abſque rege, lege, fide.

III. *Diviſio. Pars cis fl. Amazonum.*

Dividitur hæc Regio à Fluvio Amazonum in partem meridionalem & ſeptentrionalem, quarum illa hâc longè major eſt, & à Fluvio dicto longiùs deflectit. In parte meridionali ſeu cis Fl. Amazonum plurimi Populi, & diverſæ Provinciæ

collocantur, parùm cogniti Europæis. Provinciæ clariores ſunt Cayana, Mataya, Tapayſa, Paranayba, ſitæ in tractu orientali hujus partis & verſus Braſiliam. Ex Populis notamus Pacaches, Urubingues, Sabucares, Cayanes, Surines, Oragunagues, Curianes, Cuſignares, Yorimanes, Pacuanes, Coroſirares, Tacuries, Cacygares, miſſis aliis.

IV. *Pars trans fl. Amazonum.* Etiam in parte ſeptentrionali Regionis circa Fluvium Amazonum, ſeu trans ipſum varii ſe offerunt Populi atque Provinciæ, quorum non accuratior, quàm priorum habetur cognitio. Provinciæ notiores ſunt Aparia, Peruviæ confinis, Caribana, longè orientalior, Apanta & Coropa, mediæ inter lacum Parimeum & Fl. Amazonum. Inter Populos occurrunt Conures, Agayapes, Aguares, Comanares, Guayaribes, Yorunes, Tecunes, Cunes, aliique.

CAPUT XII.

Peruvia.

I. *Peruviæ nomen.* PROGREDIMUR ad tractum occidentalem Meridionalis Americæ, in quâ Peruvia & Cile ſe offerunt. Peruvia, ſeu Perua, Hiſp. *el Peru*, Gall. *le Perou*, aliàs regnum Peruanum, ſeu Peruenſe, ſic ab Hiſpanis per errorem nominata dicitur, qui quando quærebant ex Peruviæ indigenâ, quodnam eſſet nomen indigenarum, & ipſe reſpondebat ſuum eſſe *Beru*, malè audiendo & explicando, arbitrabantur Regionis nomen eſſe *Peru*. Tradunt alii, indigenam reſpondiſſe regionem appellari *Pelu*, & à *Velu*, fluvio irrigari, atque hinc Hiſpanorum *Peru*, errore unius literæ, enatum; antiquum verò nomen fuiſſe *Tavantinſuju*. Unde liquet, nullum eſſe argumentum, quod ex ſimilitudine vocum *Peru* & *Ophir* per literarum metatheſin petitur, ad docendum Peruviam Ophiram Salomonis exiſtere.

II. *Limites & fines.* Celeberrimum hoc Regnum, à quo Americam Meridionalem etiam Peruvianam dici ſuprà notavimus, limitatur à boreâ Terrâ Firmâ ſtrictè acceptâ & parte Popaianæ, quæ plùs in ſeptentrionem & ortum vergit, atque ad Terram Firmam latè acceptam reducitur; ab ortu regione circa fluvium Amazonum,

Digitized by Google

zonum, & Paraguaiâ; ab auſtro etiam Paraguaiâ & regno Ciles; ab occaſu mari Peruano. Sita eſt inter gradum CCXCII & CCCXVI Longitudinis, atque inter gradum VI (partem Popaianæ meridionalem Peruviæ partem ſtatuimus) Latitudinis ſeptentrionalis, & gradum XXVI Latitudinis meridionalis. Maximè à boreâ in auſtrum protenditur, anguſtiſſima in parte borealiſſimâ & auſtraliſſimâ. Pars ejus ſeptentrionalis Æquatori ſubjecta eſt, & Pars meridionalis Tropico Capricorni.

III. *Peruvia conſtitutio.*

Cœlum Peruviæ ob ſoli varietatem valdè variat. Alibi torridum eſt, alibi frigidum, alibi clemens & optimè temperatum, alibi malignum, alibi ſemper, alibi nunquam, alibi nonnunquam pluit. Solum montibus, inter quos Andes editiſſimi, refertiſſimum eſt, quorum cacumina perpetuâ teguntur nive. Habet & altiſſimas convalles, & campeſtria latè patentia, in quæ cœlum nunquam depluit. Ora ejus maritima plana eſt, ſabuloſa, plena ſolitudinibus, ſterilis, torrida, ſiticuloſa, quam uti nec imbres aut pluviæ, ſic neque fontes, aut flumina, aut lacus irrigant. Convalles populoſæ ſunt, & lætiſſimæ, quas & cœli temperies, & amniculi, quos montes magno numero profundunt, mirificè fœcundant, adeò ut graminoſis ubique viretis ſcateat, præbeatque liberaliter omne genus herbarum, leguminum, arborum. Etiam quæcunque Hiſpanis ſerentibus & plantantibus accepit, uberrimâ referendi benignitate reſtituit. Herbâ gaudet, Cocam vocant indigenæ, quæ, ſicuti reipſa compertum eſt, quando in ore geſtatur, & famem, & ſitim levat. Armenti, pecoriſque dives eſt. Oves habet equis pares magnitudine, quæ & virum in terga ſublatum, & ſarcinas vehere poſſunt ad aliquot paſſuum millia. Vellera ferunt, quorum lana lanam noſtrarum ovium ſuperat abundantiâ, tenuitate & longitudine. Carnem habent palato gratiſſimam. Neque deſunt in Peruviâ lepores, cuniculi, vulpes. Urſi & leones rara montanis ſunt animantia. Nutrit pſittacos, columbas, turtures, & multiplex genus avitii. Nihil verò eſt, in quo adeò excelluerit & excellat Peruvia, quàm Auri & Argenti fodinis, ditiſſimis omnium, quas Globus Terreſtris complectitur. Ferunt Peruvianos olim Funem ex ſolido auro paraſſe, quem Voluptatis Funem nuncupabant,

cupabant, iſtius & craſſitiei, & longitudinis, ut à ſexcentis illorum, licet eximii roboris, humo tolli non poſſet, quem poſtea dicuntur in lacum abjeciſſe, ne ejus Hiſpani potirentur. Templa etiam in Solis honorem condidêre, multo auro fulgentia, ſimulachrum ejus prorſùs aureum, item menſam, aliaſque ædes, ſacras Lunæ, Stellis, Fulmini, Tonitru, Iridi, cum multis imaginibus. Ultimus Peruvianorum Imperator Attabaliba (ſic vulgò appellatur, quibuſdam verò Atahuallpa) ſuorum humeris aureâ ſellâ portabatur, & quando captum Hiſpani in vinculis detinebant, Pizarro, ipſorum Duci, promiſit lytri loco tantum auri cumulum, quo atrium Cajamalcenſis Aulæ Regiæ, longum pedes XXII, & latum XVII, impleri poſſet ad iſtam altitudinem, quam Pizarrus pavimento inſiſtens extremis digitis poſſet contingere, aut ſi lytrum argenteum mallet, vim argenti pollicitus eſt, quæ bis poſſet omne atrii ſpatium adimplere. Hiſpani primo adventûs ſui tempore, laborantes ferri penuriâ, equorum pedibus ſoleas aureas & argenteas ſubjecêre; proinde non immeritò Peruviani & Hiſpani olim gloriati fuerunt, fundum hujus Regni aureum & argenteum eſſe. Nec hodieque hæc metalla deficiunt, teſte Hiſpanorum Claſſe Argenteâ. Gaudet quoque argento vivo, venis minii, ſandaracæ & id genus terræ verſicoloris, veſtibus inficiendis utiliſſimæ, gemmis, lapidibus Bezoar, ſalſaparillâ, aliiſque. Peruvia Terræ motu non rarò concutitur.

IV. *Peruvianorum habitus, mores, regimen.*

Superant Hiſpanos Peruviani albedine, viri crines promiſſos alunt, ſubuculam ac chlamydem laneam geſtant, fœminæ veſtimentum oblongum ſine manicis, quod laneo cingulo aliquoties circumducto infra umbilicum ſuccingitur. Peruviani ante regnum Yncarum innumeros habebant Deos, & naturales, & arte factos, quorum cultum humanis etiam hoſtiis proſequebantur; at regnantibus Yncis, coluerunt Deum ſupremum & inviſibilem, opificem hujus univerſi, Solem ob innumera ejus in homines beneficia, cui & ſacra faciebant, ſed ex herbis tantùm & animalibus, Lunam, ſororem Solis, fulmina & tonitrua, Juſtitiæ Solis vindices. Leges ſub Yncis habuêre optimas, quas inter & illa fuit, ne quod ſibi fieri nollent, facerent alteri, vetuerunt polygamiam, adulterium, matrimonia liberorum citra parentum conſenſum, latrocinia, inſignem

insignem pauperum curam gesserunt. Stetit Peruvia tribus seculis sub Yncarum imperio, quorum XIII erat Attabalıba, quem anno XXXII superioris seculi prælio victum, cæsis quinque Peruvianorum millibus, nequicquam promissâ tantâ vi auri & argenti, Franciscus Pizarrus, Dux Hispanorum, contra datam fidem, eodem anno, v Nonarum Maji, strangulari jussit, atque ita veteri hoc imperio Hispani potiti sunt, quibus hodieque subjectum est.

V. *Peruvia divisio.*

Dividunt Hispani Peruviam in tres Præfecturas, quæ sunt præfectura Quitensis, præfectura Regum, & præfectura Charcarum, quarum illa ad septentrionem Regni jacet, ista medium ejus occupat, hæc in meridem porrigitur.

VI. *Præfectura Quitensis, ubi*

Præfectura Quitensis, Hisp. *Governaçion*, seu *Audiencia de Quito*, sita est inter Terram Firmam ad boream, Præfecturam Regum ad meridiem, & mare Peruanum ad occasum, abitque ab Æquatore in austrum & boream. Ejus partes præcipuæ sunt quatuor, Pars australis & media Gubernii Popaianæ, de alterâ ejus parte in Terrâ Firmâ locuti sumus, Provincia Quitensis propria, Provincia Quixorum & Pacamorum. Pars australis & media Gubernii Popaianæ inter Provincias Præfecturæ Quitensis borealissima est, media inter Terram Firmam strictè acceptam ad septentrionem, & Provinciam Quitensem propriam, & Quixorum ad meridiem, atque à mari Peruano ab occasu alluitur. Ejus urbes præcipuæ sunt Calium, *Cali*, ad radices montium in planitie prope occidentalem ripam fl. Caucæ, seu S. Marthæ; Popaianum, *Popayan*, superiùs, Episcopale, caput Gubernii Popaianæ; Guadalaxara, *Guadalajara*, & *Guadalajara de Buga*; Trugillum, *Truxillo*; Timana, *Timana*; Almaguera, *Almaguer*; Madrigala, *Madrigal*; Pastum, *Pasto*; Agreda, *Agreda*. Ad austrum Popaianæ occurrit Provincia Quitensis propria, *Quito*, quam ab ortu Provincia Quixorum & Pacamorum limitant, & ab occasu mare Peruanum. In eâ præstant Portus Vetus, *Puerto Vejo*, ad mare; item Guayaquila, *Guayaquil*; Fanum S. Michaelis, *S. Miguel*; Gienna, *Yaen*; Zamora, *Zamora*; Loxa, *Loxa*; Concha, *Cuenca*; Rio Bamba; Quitum seu Fanum S. Francisci de Quito, *Quito*, & *S. Francisco de Quito*, situm in valle intra montes, parùm ab Æquatore abiens in meridiem,

Pars australis Popaiana.

Provincia Quitensis propria.

olim inter clariſſimas urbes regni Yncarum, hodie caput Provinciæ & totius Præfecturæ Quitenſis, Epiſcopale, ſedes Tribunaliis Regii, *la Real Audiencia*, & Academiæ jam ante ſeculum erectæ. Circa Quitum, teſte Giravâ, Hiſpano, fuerunt fodinæ, quæ plùs auri, quàm terræ emittebant. Provinciâ Quitenſi longè minor eſt, & ab ortu ipſi contigua Provincia Quixorum, *los Quixos*, aliàs Canela. Ipſam à boreâ & ortu rigat ſuprema Pars fluvii Amazonum. Ejus clariora loca ſunt Aneta, *Anete*, ad fl. Amazonum proximè Æquatorem; Batia, *Baeza*, prima hujus Provinciæ; Abula, *Avila*; Archidona, *Archidona*, & Hiſpalis Aurea, *Sevilla del Oro*. Pars ultima Quitenſis Præfecturæ eſt Provincia Pacamorum, *Pacamores*, quam à boreâ Provincia Quixorum limitat, & ab ortu ex parte fl. Amazonum, in quem Curaraya, & Maranion, duo hujus Provinciæ flumina, ſe exonerant. In eâ jacent Valliſoletum, *Valladolid*, ſeu *S. Juan de Salinas*, Epiſcopale, & caput Provinciæ; Loiola, *Loyola*; Fanum S. Jacobi de Montibus, *S. Jago de las Montanas*.

Provincia Quixorum.

Provincia Pacamorum.

VII. Poſt Præfecturam Quitenſem tranſimus ad Præfecturam Regum, *Governacion*, ſeu *Audiencia do los Reyes*, omnium nobiliſſimam, quam à boreâ Præfectura Quitenſis; ab auſtro Præfectura Charcarum, & ab occaſu mare Peruvianum limitant. Peruviam propriam, Gall. *Perou*, complectitur, regionem ampliſſimam, per quam Andes, montes editiſſimi, à boreâ in auſtrum protenduntur. Inter loca clariora hujus Præfecturæ plùs in ortum abeunt Fanum S. Joannis de confinio, *S. Juan de la Frontera*, ſeu *Chachapoyas*; Fanum S. Jacobi de Vallibus, *S. Jago de los Valles*; Cuſcum, *Cuſco*, olim caput Peruviæ, ſedes Yncarum (Ingas vocant alii) ſeu Imperatorum Peruvianorum, ditiſſimum, ubi Hiſpani plurimas ædes conſpexêre, intùs & extùs obductas laminis aureis, & Pizarrus hinc abripuit vim auri & argenti incredibilem, urbs hodie Epiſcopalis prope colles, in ſuperiorem & inferiorem diſtributa, quam poſterioribus annis terræ motus multùm deformavit; Fanum S. Franciſci de Victoriâ, *S. Franciſco de la Victoria*; Horurum, *Horuro*, juxta borealem ripam lacûs Titicacæ. Plùs ad occaſum accedunt Guamanga, *Guamanga*, urbs Epiſcopalis; Oropeſa, *Oropeſa*; Guanucum, *Guanuco*; Guamachucum,

Præfectura Regum.

Loca orientaliora.

Loca occidentaliora.

machucum, *Guamachuco*; Caxamalca, *Caxamalca*; Trugillum, *Truxillo*, maritimum; Guaura, *Guaura*; Arnedum, *Arnedo*; Lima, seu Civitas Regum, *Lima*, seu *los Reyes*, amplissima, Præfecturæ Regum non tantùm, sed totius Americæ Meridionalis nobilissima, pulcherrima, etsi tota lignea & sine muris, condita anno XXXV superioris seculi à Pizarro in valle Limâ, indigenis *Rimac*, ad ejusdem nominis fluvium, unâ leucâ à mari Peruano, & binis à portu, vulgò *Callao de Lima*, sedes Proregis, qui præest Meridionali Americæ, Archiepiscopi, Inquisitionis, Tribunalis Regii, Academiæ, emporium celebre, ubi non nisi Hispanis licitum facere mercaturam; Piscum, *Pisco*; Vallis Viridis, *Val Verde*; Fanum S. Michaelis, *S. Miguel de la Ribera*; Arequipa, *Arequipa*, parva, Episcopalis.

VIII. *Præfectura Charcarum, ubi*

Tertia & ultima Præfectura Peruviæ est Præfectura Charcarum, sive Argentea, *Governacion*, seu *Audiencia de los Charcas*, seu *de la Plata*, quam terminat à boreâ Præfectura Regum; ab ortu Paraguaia; ab austro eadem, & regnum Ciles; ab occasu mare Peruanum. Omnium maximè excurrit in ortum, & à Tropico Capricorni sola dividitur. Dispescimus Præfecturam Charcarum in Provinciam Charcarum, & Provinciam Montanam, quibus adjiciunt aliqui Tucumaniam, sed de eâ in Paraguaiâ nobis dictum. Provincia Montana, *la Sierra*, orientalior est, minor & mediterranea, cui in parte orientali Lacûs grandis, *Laguna grande*. Inibi occurrunt Fanum Novum S. Crucis, *S. Crux la Nueva*, & Fanum S. Crucis, *S. Cruz*, cognomento *de la Sierra*, quod in ruinis esse aliqui perhibent. Provinciam Montanam & mare Peruanum interjacet Provincia Charcarum, *los Charcas*, ubi præstant Pax, *la Paz*; Laxa, *Laxa*; Oropesa, *Oropesa*; Argentea seu Argentina, item Argyropolis, *la Plata*, urbs nova in valle, culta, caput Præfecturæ Charcarum, quæ & ab eâ nomen trahit, sedes Archiepiscopi, qui sæpiùs Charcarum Episcopus appellatur, argenti fodinis dives & incluta; Potosium, *Potosi*, urbs in solo arido, cultissima, populosissima, ampla, ad radices montis Potosii, cujus argenti fodinæ cæteris omnibus palmam præripiunt. Ferunt in hoc monte XX hominum millia terrâ effodiendâ occupari, quos descendere oportet per gradus CCCC & ampliùs; Arica, *Arica*, mari propinqua; uti quoque sunt Pica, *Pica*, & Tobisa, *Tobiso*.

Provincia Montana.

Provincia Charcarum.

CAPUT XIII.

Cile.

I. *Cilei limites & fitus.*

IN tractu occidentali Meridionalis Americæ præter Peruviam ſita quoque eſt Cile, Hiſp. *Cile*, Gall. *Chili*, quam à boreâ limitat Peruvia; ab ortu Tucumania, Provincia Paraguaiæ, & Terra Magellanica; ab auſtro Terra Magellanica; ab occaſu mare Cilenſe. Jacet intra gradum CCXCVI & CCCVIII Longitudinis, atque intra gradum XXVI & XLVII Latitudinis meridionalis. Anguſtiſſima eſt in parte ſeptentrionali & meridionali, ac per integrum ejus tractum orientalem Andes, Hiſpanis *Sierra Nevada de los Andes*, montes editiſſimi, à boreâ in auſtrum protenduntur.

II. *Conſtitutio.*

Cœlum Ciles ſalubre eſt, pars ejus maritima magis calet, ejuſdem ferè temperiei per æſtatem, quàm Hiſpania, hyeme verò frigidioris, quando pleraque flumina noctu concreſcunt, at interdiu fluxum, ſoluto gelu, continuant. In parte montanâ Ciles hyems adeò ſævire dicitur, ut homines & pecora non rarò enecet, equos & ſeſſores penitùs conſtringat, atque ad inſtar marmoris induret; proinde mirum non eſt, Cilenſes ſuam regionem ſuâ linguâ *Chili*, id eſt frigus, appellaſſe. Solum abundat paſcuis, pecudibus, quas inter verveces, ſarcinis ferendis idonei, mayzo, frumento, vino, fructibus. Fructus, qui ex Hiſpaniâ allati hìc ſeruntur, creſcunt feliciter. Gaudet auro, argento, ære, plumbo, mercurio, à terræ motu immune non eſt, neque ſtruthiones deſunt.

III. *Incolæ. Regimen.*

Incolæ ſunt vaſti & firmi corporis, membra ipſis compacta, animus bello aſſuetus, audax, crudelis, ambitioſus, impatiens. Pede celerrimi ſunt, optimi venatores, certiſſimi ſagittarii. Veſtimenta habent pelles ferarum, & luporum marinorum, & plurimi cultu cacodæmonem proſequuntur. Pars major Ciles, præſertìm verſus oram maritimam, Hiſpanis obedit; Pars altera ſub Cilenſium poteſtate eſt, qui jam ſeſqui ſeculum contra inſultus Hiſpanorum fortiter ſe defenderunt, illatis non rarò hoſti magnis cladibus.

Diſpe-

Digitized by Google

Digitized by Google


CHI
PACIFIC QUE.
TERRE MA
GELLANIC
QUE
Araucos
Puelches
Desaguadero
Cerro Nevado
Vol. de Anton.
Vol. de Notrico
Vol. Sinn.
Vol. de Villarica
Vol. de Osorno
Vol. de Chauñanco
Vol. Quechutabi
Vol.
Villarica
Osorno
los Coronados
los Cesares
Valdivia
Chiloe
Gualo
Gol
40
45
295
300
305
310
35

Digitized by Google

Diſpeſcitur Cile in tres Præfecturas, quæ ſunt Cilenſis, Chucuitana, & Imperialis, quarum quæque in varios Tractus ſubdividitur, denominatos à præcipuis urbibus. IV. *Diviſio.*

Præfectura Cilenſis, aliàs Cile propria, *Chili*, borealiſſima eſt, maritima, media inter Peruviam ad ſeptentrionem, & Præfecturam Imperialem ad meridiem. Ejus Tractus ſunt tres, Serenæ, Quillatæ, & S. Jacobi de Cile. In tractu Serenæ, omnium borealiſſimo, præſtant Portus Copiapa, *P. Copiapo*; Guaſca, *Guaſco*; Coquimba, *Coquimbo*, aliàs Serena, *la Serena*, hujus Tractûs præcipua, ſitæ omnes non procul ab oſtio fluvii cognominis. Tractus Quillatæ medius eſt, ejuſque clariora loca ſunt Chuapa; Longotoma; Ligua, non longè remota à fluminibus ejuſdem nominis; Quillata, *Quillata*, Tractûs caput. Tractus S. Jacobi de Cile maximè in auſtrum abit, ubi majoris momenti ſunt Poangua, *Poangue*; Rapela, *Rapel*, juxta fl. Rapelam; Melipilla, *Melipilla* ſeu *Melitilla*; Fanum S. Jacobi de Cile, *S. Jago*, urbs condita ab Hiſpanis juxta fl. Maipum, Andiumque radices, ampla, culta, Epiſcopalis, primaria ſui Tractûs, Præfecturæ Cilenſis, quin totius Regionis, cujus & hìc ſupremum Tribunal eſt. V. *Præfectura Cilenſis, ubi* *Tractus Serenæ.* *T. Quillatæ.* *T. S. Jacobi de Cile.*

Secunda Præfectura Regionis Ciles, eſt Chucuitana, ſeu Cuyenſis, *Chucuito*, aliàs *Cuyo*, mediterranea, omnium orientaliſſima & minima, diviſa à Cile propriâ, & Præfecturâ Imperiali mediis Andibus. Varios lacus habet in parte boreali & confiniis Tucumaniæ. Ejus Tractus ſunt duo, S. Joannis de confinio & Mendozæ. Tractus S. Joannis de confinio borealior eſt, ubi eminet Fanum S. Joannis de confinio, *S. Juan de la Frontera*, ad radices Andium, & occaſum lacûs Guanagachi. Huic Tractui ab auſtro adjacet Tractus Mendozæ, in quo occurrunt Mendoza, *Mendoça*, caput ſui Tractûs; Utum, *Uto*; Adamas, *Diamante*. VI. *Præfectura Chucuitana, ubi* *Tractus S. Joannis de confinio.* *T. Mendoza.*

Tertia & ultima Præfectura Ciles eſt Imperialis, *Imperial*, auſtraliſſima, quam à boreâ Cile propria; ab ortu Andes, & ab occaſu mare Cilenſe limitant. Ejus Tractus ſunt octo, & appellantur tractus Urbis divitis, Angoli, Chillani, Conceptionis, Imperialis, Valdiviæ, Oſorni, & Chiluæ. Tres primi Tractûs mediterranei ſunt, & Andibus adjacent; reliquos mare perfundit. Tractus Urbis divitis mediterraneorum auſtraliſſimus VII. *Præfectura Imperialis, ubi* *Tractus Urbis divitis.*

ſtraliſſimus eſt, cujus caput eſt Urbs Dives, *Villa Ricca*, ad radices Andium, & auſtrum fl. Toltæ, *Tolten*, parva, malè
Tractus Angoli. *T. Chillani.* culta. Tractus Angoli Tractum Imperialem & Chillani interjacet, in quo nihil clarius eſt Angolo, *Angol.* Huic Tractui ad ſeptentrionem conterminus eſt Tractus Chillani, ubi
T. Conceptionis. præſtat Chillanum, *Chillan.* Sequuntur Tractus maritimi, quorum borealiſſimus eſt Tractus Conceptionis, ubi ſe offerunt Itata, *Itata*, ad fluvium cognominem, & Civitas Conceptionis, *la Conception*, ad intimum receſſum Sinûs. Tractu
T. Imperialis. Conceptionis major eſt Tractus Imperialis, qui ab oceano ad Andes & confinia Terræ Magellaniæ ſe explicat. In eo jacent Colcura; Araucum, *Arauco*, caſtrum munitum Hiſpanorum cum valle cultiſſimâ ejuſdem nominis, ubi populi Araucani, qui libertatem contra Hiſpanos ſtrenuè & felici ſæpè exitu tutantur, & juxta cum iis Populi, qui montes & valles Tucapelæ, & Puræ incolunt, partes etiam Tractûs Imperialis; Imperialis, *Imperial*, parvæ, juxta cognominem fluvium, reſtaurata nuper ab Hiſpanis, quam peſſimè populi Araucani acceperant, caput & hujus Tractus, & Imperialis Præfecturæ.
T. Valdivia. Tractum Imperialem ab auſtro contingit Tractus Valdiviæ, ubi clariſſima eſt Valdivia, *Valdivia*, ad æſtuarium fl. Chabini. Prope oram meridionalem jacet Portus S. Cypriani, *P. de*
T. Oſorni. *S. Cebrian.* Poſt tractum Valdiviæ proximus eſt Tractus Oſorni, medius inter tractum Valdiviæ, & archipelagum Chiluenſem ad occaſum, & Andes ad ortum. Hìc præſtat Oſornum, *Oſorno*, in confiniis tractûs Valdiviæ, & Portus S. Claræ, *P. de S. Clara.* Contra tractum Oſorni in Archipelago Chiluenſi ſeu Chiloenſi, *Archipelago de Ancud*, ſeu *de Chilue*, ampliùs quinquaginta ſunt Inſulæ, ſed exigui ambitûs, qua-
Inſula Chilua. rum pars Hiſpanis ſubjecta eſt. Omnes magnitudine longè ſuperat inſula Chilua, ſeu Chiloa, occidentalior, limes Archipelagi Chiluenſis ab occaſu, maximè protenſa à ſeptentrione in meridiem, Tractus octavus, & poſtremus Imperialis Præfecturæ, ubi & venæ aureæ ſunt, ſed eas effodere non audent indigenæ, ne ad hoc metallum ab Hiſpanis damnentur. Oppidum habet ejuſdem nominis, vulgò *Caſtro Chilue*, in parte meridionali, ad oram orientalem, Inſulæ & Tractûs ſui clariſſimum.

CAPUT

Digitized by Google


DESTROIT DE MAGELLAN,
TERRE ET ISLES
MAGELLANICQUES, &c.
Par N. Sanson
d'Abbeville, Geogr
Ordinaire du Roy
CHILI
MER
DESTROIT DE
ISLES
QUES.
Roca parada
Les Evangelistes
alis les Sorlingues
Les Apostres
Dot. Sayavr Ryslands
C. de la Victoria
C. Vribe
Pte de Quilan
Cabo Corco
Pte de S. Estevan
C. de Ochavario
Pte delgada
Corno
Roca
Pte de S. Domingo
Sierra nevada
Nevada
Volcans
Volcan
Isle de Chiloe
Isle de Mocha
Isle de Juan Fernandez
Isle de Pascua
Isle de Sala y Gomez
I. Diego Ramirez
C. Horn
de S. Sebastien
Detroit de la Maire
C. de Pilar
C. de Penas
C. Tres Montes
C. Blanco
C. Corrientes
C. Galera
C. Engano
Les Cormorans
Les Courges
Sierra de Andes
Sierra de Nevada
Sierra de Nevada
Sierra de Nevada

P. de las Bonas
C. Pequeno
Costa
C. de S. Iorge ata
C. Blanco et
Barrancas blancas
Port Defire
B. de los
Arbajos
I. de los Leones
Spiring bay
I. de S. Dionisio
B. de S. Julian
Morro de S. Yues
MAGEL
C. de las Barrancas
I. de las Leones
I. de las Arenas et
Sima S.ta Isabel
I. de Seballo
R. de S. Ilefonso
P.ta de Isabes
P.ta de las Virgines ó
P.ta de la Posession
P.ta de S. Severian ó de Spirim S.to
P.ta de Arenas
P.ta de S. Sebastian
P.ta de Penas
C. de S.
Yues
Desseado
Maurice land
Sebaldines
Rea
Estrecho de le Maire
Estrecho de S. Vincente Hisp
Staten
land
C. de S.
Bartolomeo
Desroir de Browers
Buen Suc
cess
I. de Goncalo
Maria
Barnevelt
Xvlenas

Digitized by Google

CAPUT XIV.

Terra Magellanica.

I. *Terra Magellanica quando & à quibus detecta.*

RESTAT ex Americâ Meridionali Pars ſeptima, quæ meridiem proſpicit, & Terra Magellanica, Gall. *Terre Magellanique*, appellatur. Ipſam anno XX ſuperioris ſeculi primus detexit Ferdinandus Magellanus, nobilis Portugallus, quando tranſitum quærebat ex oceano Æthiopico in Pacificum, invenitque Fretum, quod, uti & Terra, à ſuo inventore nomen trahit. Dein oram maritimam hujus Terræ luſtrârunt non tantùm Hiſpani, ſed & Angli, & Belgæ, at pars ejus interior perparùm nota eſt.

II. *Latè aut ſtrictè ſumitur. Strictè ſumpta termini.*

Quibuſdam Terræ Magellanicæ nomine venit, & quod ſupereſt ex continente Americæ Meridionalis, & Inſulæ, quæ in mari Magellanico ipſi objacent. Terram Magellanicam ſtrictè ſumptam, quæ pars eſt auſtraliſſima continentis Americæ, limitat à boreâ Paraguaia; ab occaſu Cile & mare Magellanicum; ab auſtro fretum Magellanicum; ab ortu mare Magellanicum.

III. *Item ſitus, & conſiſtentia.*

Jacet intra gradum CCXCVI & CCCXXIII Longitudinis, & intra gradum XXXVII & LIV Latitudinis meridionalis. Nullibi anguſtior eſt, quàm verſus fretum Magellanicum. Per ejus partem occiduam ad Fretum uſque Andium juga producuntur. Variis irrigatur Fluminibus, quorum clariſſima ſunt duo borealiſſima, *Deſaguadero F.*, & *F. de los Camarones.*

IV. *Pulches & Patagones, Populi T. Magellanicæ ſtrictè ſumptæ.*

Partem ſeptentrionalem Magellanicæ, quæ duas Ciles Præfecturas, Chucuitanam & Imperialem contingit, Populi Pulches, teſte Santono, incolunt, & partem meridionalem Patagones, *Patagones*, homines proceræ, & inuſitatæ magnitudinis; ferunt enim ſingulis longitudinem denum aut duodenum pedum (ſic alii tradunt) convenire, & poſſe abſque ullâ nauſeâ ſeſquicubitales ſagittas per guttur ad ſtomachi fundum tranſmittere. Heluones immanes ſunt, anthropophagi, eximii roboris, audaces, pede celeres, amant venatus & tripudia, comam Monachorum more detondent ſibi, pellibus animalium

animalium ſe amiciunt, facies ſuas diverſis pingunt coloribus, quos ex variis herbis ſoliti ſunt exprimere.

V. *Clariora loca T. Magellanica ſtrictè ſumpta.*

Loca clariora Terræ Magellanicæ ſunt aut fuerunt *Deſaguadero*, in mediterraneis juxta occidentalem ripam cognominis Fluvii; Caput Virginum, *C. de las Virgines*, ad introitum Freti Magellanici; Nomen Jeſu, *Nombre de Jeſus*, quod juxta hoc Caput Hiſpani in ſecuritatem Freti condidêre, ſed brevi interiit; Philippopolis, *Citta de S. Philippe*, ab iiſdem ædificata ad medium Freti, quam bienno poſt Angli ingreſſi obſervârunt ejus colonos fame in primis periiſſe, quare rudera ejus non immeritò Portum Famis, *Port Famine*, nuncupârunt; Caput Extenſum, *Cap Froward*, ſeu *C. Fruerd*, ad idem Fretum; Caput Victoriæ, *C. de la Vitoria*, ad fauces ejuſdem, ubi Pacifico mari jungitur.

VI. *Inſulæ Magellanicæ: Mater Dei. Euangeliſtæ. Apoſtoli. Terra Ignium.*

Poſt Terram Magellanicam ſtrictè ſumptam accedimus ad Inſulas Magellanicas, quæ ipſi in Mari Magellanico objacent. Contra littus occiduum occurrunt Mater Dei, *Madre de Dios*, ampla, & Euangeliſtæ, ſeu Inſulæ Silurum, *los Evangeliſtas*, ſeu *les Sorlinges*, exiguæ. Contra verò littus meridionale Apoſtoli, *los Apoſtolos*, parvi circuitûs. Terra ſeu Regio Ignium, Hiſp. *Tierra del Fuego*, Gall. *Terre de Feu*, quam ſic nuncupavit Magellanus, quia noctu multos in eâ ignes conſpicabatur. Alii Inſulam Magellanicam per excellentiam nominant, Magellanicarum longè maximam, quam à Terrâ Magellanicâ fretum Magellanicum dividit. Maximè ab occaſu in ortum ſe explicat intra gradum CCXCVI & CCCXII Longitudinis. Figura ad triangularem accedit, ejuſque promontorium auſtraliſſimum Caput Hornanum, *C. Horn*, olim *S. Salvador*, appellatur, & pars orientaliſſima, & freto Mæreo viciniſſima, Regio ſeu Terra Mauritii, in honorem Mauritii Arauſionenſium Principis. Nulla hìc urbs eſt aut colonia Europæorum, qui tantùm ejus oram maritimam luſtravêre. Inſula ſeu Regio Ordinum, *Staten Lant*, à Belgis detecta, media inter fretum Brouweri ad ortum, & fretum Mæreum ad occaſum, quo à Terrâ Magellanicâ, ſeu Regione Mauritii ſeparatur. Inter Inſulam Ordinum & Caput Hornanum Inſulæ Magellanicæ variæ Inſulæ occurrunt minoris momenti, Inſula Eremitarum, *Heremitens Eylant*, omnium maxima;

Regio Ordinum.

I. Eremitarum.

Digitized by Google

maxima ; *I. de Gonçalo* ; Insulæ Barneveltii, Maria, Jesus, Josephus ; & *J. S. Ilefonso*. A Capite Hornano in occasum deflectit *I. de Diego Ramires*. *I. caterd.*

CAPUT XV.

Celeberrimi Montes & Flumina Meridionalis Americæ.

VISA Terra Magellanica latè accepta, supereſt, ut Americæ Meridionalis celeberrimos Montes & Flumina paucis attingamus. Montes ejus editissimi, quorum jam antè facta mentio, sunt Andes, Hisp. *los Andes*, aliter *la Cordillera de los Andes*, & *la Sierra Nevada*, quorum initium est in Provinciâ Quixorum, parte septentrionali Peruviæ, inde in austrum continuâ serie protrahuntur ad longitudinem mille leucarum & ampliùs, per Peruviam, regionem Ciles, & Terram Magellanicam ad usque Fretum ejusdem cognominis. Absunt à mari Pacifico alibi xx leucis Hispanis, alibi xxx & XL. Inter eos plurimi inveniuntur Montes Ignivomi, Hisp. *los Volcanes*, in primis in regione Ciles, aut ipsius confiniis. I. *Montes Andes.*

Inter plurima Flumina, quibus America Meridionalis perfunditur, eminent fluvius Orenocus, Amazonum, & Paraguaius, quorum ille & iste in mare Septentrionale, hic in Paraguaiense se exonerant. Fluvius Orenocus, *R. de Orenoque*, seu *Orinoque*, aliàs & Paria, *Paria*, appellatur, & incolis *Yuyapari* seu *Yayapari*. Ejus fontes sunt juxta quasdam Tabulas in tractu meridionali partis Popaianæ, quæ sub Terrâ Firmâ censetur, & confiniis Regionis, quæ circa Fluvium Amazonum est, indeque longo tractu in ortum progreditur per meridionalem partem vastæ provinciæ Pariæ. Delineatum huc usque Flumen aliis Caheta, seu Caketa dicitur. Dein in duo ingentia brachia se distribuit, quorum alterum, assumpto nomine Fl. Nigri, abit in meridiem, partem australissimam Pariæ irrigat, & exiguam Regionis, quæ circa Fl. Amazonum est, in quem sese præcipitat. Alterum brachium Fl. Orenoci, servato hoc nomine, fluxum in septentrionem instituit, recipitque, II. *Flumina meridionalis Americæ.* *Fl. Orenocus.*

Fl. Orenocus varia vehit Flumina.

recipitque, dum per Pariam labitur, varia flumina; ab occaſu Goavaram, Guiacaram, Caſſanaram, quæ in confiniis Pariæ & Novæ Vandalitiæ in ipſum defluit; ab ortu Caoram, Aloicam, Arojam, Caroli, quibus & ingens lacus Pariæ, Caſſipa, in ipſum ſe exonerat. Ex Pariâ tranſit per Novam Vandalitiam, ubi diverſis quoque ditatus fluminibus, tandem latiſſimo oſtio, in quo complures ſunt Inſulæ, in mare Septentrionale ſe effundit.

III. *Fluvius Amazonum.*

Poſt fluvium Orenocum progredimur ad Fluvium Amazonum, Hiſp. *Rio de las Amazonas*, & *Amazone R.*, ad quem tamen, Amazones, gens muliebris & bellicoſa, non habitat. Naſcitur in Provinciâ Quitenſi propriâ, non procul ab urbe Quito, lineâ Æquinoctiali, & confiniis Provinciæ Quixorum, ad Andium radices ex duplici palude. Inde in ortum & meridiem defluit per tractus limitaneos Provinciæ Quixorum & Pacamorum. Dein per partem ſeptentrionalem Regionis, quæ circa Fluvium Amazonum eſt, ab occaſu in ortum perlabitur, in quo defluxu plurimas gignit inſulas, præſertim verſus Peruviam, quas populi Homagues habitant. Etiam ad auſtrum lacûs Parimei ingentem inſulam circumfluit, ubi degunt populi Topinambes. Multa Flumina in Fluvium Amazonum à boreâ & auſtro ſe exonerant, quorum præcipua tantùm notabimus. A boreâ in Regione, quæ circa hoc Flumen eſt, in ipſum defluunt Fluvius Niger, omnium maximus, Baſurura, Araganatuba, Yopura, ſeu Jopara, & Pucomaya; ab auſtro verò Xauxa, ſeu Maranio, *Maragnon*, cujus exiſtentiam inficiantur alii, Amarumaya, Tapya, Catua, Cuſignares, Cayana, Tapayſa, Paranayba & Pacache. Sub finem ſui curſûs latiſſimus evadit, & per duo inſignia oſtia, contra quæ ingens inſularum eſt numerus, inter Caribanam & Braſiliam mare Septentrionale ingreditur. Notat Sanſonus, Fl. Amazonum vicinas regiones ad inſtar alterius Nili inundare.

Varia vehit Flumina.

IV. *Fluvius Paraguaius.*

Tertius & ultimus Fluvius Americæ Meridionalis, quem contemplabimur, eſt Paraguaius, *Paraguay R.*, quaſi Plumarum fluvius, prioribus multò latior, annumerandus maximis Orbis fluminibus. Oritur, ut varii autumant, in borealiſſimo tractu regionis Paraguaiæ ſupra lacum Xaraiorum, ſaltem

ſaltem ex hoc Lacu effluit in meridiem, dividitque primùm Provinciam Chacam à Paraguaiâ propriâ, dein Provinciam Fluvii Argentei defluxu ſuo in duas partes diſtribuit, & in eâ tàm ab occaſu, quàm ortu diverſa admittit flumina. Ab occaſu quidem fluvium Argenteum, *Rio de la Plata*, infra ſeu contra oppidum Aſſumptionis, à quo fluvius Paraguaius etiam Argenteus ab exteris ſæpè appellatur; Purpureum, *R. Vermejo*; Album, *R. Blanco*; Salſum, *R. Salado*; Tertium, *R. Tercero*. Ab ortu verò fluvium Paranam, *R. Parana*, ad oppidum Currentes, & Uraguaium ſive Urvagium, ad confinia Provinciæ Fluvii Argentei, & Uraguaiæ. Tandem infra Bonum Aërem inter Provinciam Fluvii Argentei, & Uraguaiam in mare Paraguaienſe devolvitur, latiſſimo oſtio, quod inter Promontoria S. Antonii, & S. Mariæ XL leucarum eſſe dicitur, atque iſtâ motus rapiditate, ut inquiant dulcedinem ſuam ab oſtio in mediis undis ſervare ad XX milliarium intercapedinem. Tradit Maffeus, Fluvium Argenteum quotannis in agros adjacentes exundare. Tempus, quo increſcere incipit, incidit in menſem Junium. Prima ejus incrementa minoris momenti ſunt, poſtmodùm valde attollitur, & quando, miſſâ inundatione, alveum ſuum repetit, humus limo ipſius luxuriat. Simillimum hoc Flumen Nilo eſt, de cujus incrementi tempore, menſurâ, atque fœcunditate ſuprà, SECT. IV. CAP. VIII. §. VI, dictum eſt. Sequitur primùm Tabula generalis Meridionalis Americæ, mox ſeptem ſpeciales totidem ipſius partium, in quas ipſam ſecuimus.

Varia vehit Flumina.

Tabula generalis Americæ Meridionalis.

- Americæ Meridionalis *partes sunt* VII:
  - I. Terra Firma, *in quâ Gubernia* XI,
    - *Maritima* VII, { Terra Firma. / Gubernium N. Carthaginis. / G. S. Marthæ. G. Fluvii Facis. / Venetiola. Nova Vandalitia. / Caribana. }
    - *Mediterranea* IV, { Pars borea Popaianæ. / Novum R. Granatense. / Paria. Guiana. }
  - II. Brasilia, *in quâ Capitania* XIV,
    - *Ad Oram boream* III, { Capitania Paræ. / C. Maragnania. / Capitania Siaræ. }
    - *Ad Oram orient.* IX, { Capitania Fluvii Magni. / C. Parahibæ. C. Tamaracæ. / C. Pernambuci. C. Sergippes. / C. Sinûs omnium Sanctorum. / Capitania Insularum. / C. Portûs Securi. C. Sp. Sancti }
    - *Ad Oram austrin.* II, { Capit. Fluminis Januarii. / Capit. Sancti Vincentii. }
  - III. Paraguaia, *in quâ Provincia* VII,
    - *Cis fl. Paraguaium* IV, { Guaira. Paraguaia. / Parana. Uraguaia. }
    - *Cis & trans fl. Parag.* — Provincia Fl. Argentei.
    - *Trans fl. Parag.* II, { Tucumania. / Chaca. }
  - IV. Regio circa fl. Amazonum, *in quâ*
    - *Cis fl. Amazonum* { Provinciæ. / Populi. }
    - *Trans fl. Amazonum*, { Provinciæ / Populi. }
  - V. Peruvia, *in quâ Præfecturæ* III,
    - *Quitensis*, ubi { Pars australis Popaianæ. / Prov. Quitensis propria. / Provincia Quixorum. / Provincia Pacamorum. }
    - *Regum*, divisa in { Partem Orientalem. / Partem Occidentalem. }
    - *Charcarum*, ubi { Provincia Montana. / Provincia Charcarum. }
  - VI. Cile, *in quâ Præfecturæ* III,
    - *Cilensis*, ubi { Tractus Serenæ. / Tractus Quillanæ. / Tr. S. Jacobi de Cile. }
    - *Chucuitana*, ubi { T. S. Joannis de confinio. / Tractus Mendozæ. }
    - *Imperialis*, ubi { T. Urbis divitis. T. Angoli. / T. Chillani. T. Concepcionis. / T. Imperialis. T. Valdiviæ. / T. Osorni. Insula Chiloa. }
  - VII. Terra Magellanica, *in quâ*
    - *T. Magellanica*, ubi { Populi / Locæ. }
    - *Insulæ*, contra ipsam { Mater Dei. Euangelistæ. / Apostoli. Terra Ignium. / Regio Ordinum. / Insula Eremitarum. / I. de Gonçalo. I. Barneveltii. / I. de Diego Ramirez. }

I. Terra

Digitized by Google

VII. Tabulæ ſpeciales Americæ Meridionalis.

I. Terra Firma, *in quâ Gubernia XI,*

- **Maritima VII,**
  - *Terra Firma,* — Nata. Panama. Portus pulcher. Nomen Dei, Comagra. Dariena.
  - *Gub. Novæ Carthaginis,* — Fanum S. Sebaſtiani. Mopoxa. Sancta Maria. Cenua. Tolua. Carthago.
  - *Gubernium S. Marthæ,* — Baranca. Tenerifa. Tamalamequa. Portus. Ocanna. Civitas Regum. Fanum S. Marthæ. Ramada.
  - *Gubernium Fl. Facis,* — Fluvius Facis. Rancheria. Coquibacoa.
  - *Venetiola,* — Venetiola. Lacus. Trugillum. Tucuyum. Nova Segovia. Nova Xera. Nova Valentia. Fanum S. Jacobi Legionis. S. Maria de Carvalleda. Comanagotta.
  - *Nova Vandalitia,* — Comana. Fanum S. Jacobi. Fanum S. Joſephi. Acamacarium.
  - *Caribana,* — Arx Surinamum. Inſula Cayana. Varalia. Moreshegum. Taupuramuna. Populi Arrawari. Populi Arricari. Populi Arwaccæ. Populi Caribæ. Populi Wacoewayi.
- **Mediterranea IV,**
  - *Pars borea Popaianæ,* — Carthago. Anzerma. Arma. Caramanta. Fanum S. Fidei de Antiochia.
  - *Novum R. Granatenſe,* — F. S. Mariæ de Remediis. Mariquita. Ybagua. F. S. Joannis de los Llanos. F. S. Fidei de Bogota, *Caput Terra Firmæ.* Tocayma. Palma. F. S. Michaëlis. Tunia. Tutela. Trinitas. Placentia. Velica. F. S. Chriſtophori. Pompelon.
  - *Paria,* — Pr. Gotoguancia. Pr. Catapararo. Pr. Uritaba. Orenoquepons Populi Awarawaqueri. Populi Ewaipanomæ. Populi Arawagoti. P. Eparagoti, *nbi* Macuregwara. Populi Caſſipagotæ.
  - *Guianæ,* — Lacus Parimeus. Manoa, *urbs.* Populi Muckikeri.

- II. Braſilia, *in quâ* XIV *Capitaniæ*,
  - Ad Oram boream III,
    - *Capitania Parœ*, — Commota. Para. Fanum S. Jacobi.
    - *Capit. Maragnania*, — Junipara. Urbs S. Ludovici.
    - *Capitania Siaræ*, — Fanum S. Jacobi. Siara. Caput Corſium.
  - Ad Oram orient. IX,
    - *Capit. Fluvii Magni*, — Natalis.
    - *Capitania Paraibæ*, — Paraiba.
    - *Capitania Tamaracæ*, — Beata Maria de Conceptione.
    - *Capitania Pernambuci*, — Pernambucum. Recifa.
    - *Capitania Seregippæ*, — Seregippa.
    - *C. Sinûs omn. Sanctor.*, — Soteropolis, *Caput Braſiliæ*.
    - *Capitania Inſularum*, — Inſulæ.
    - *Capit. Portûs Securi*, — Sancta Crux. Portus Securus.
    - *Capit. Spiritûs Sancti*, — Spiritus Sanctus.
  - Ad Oram auſtrin. II,
    - *Capit. Fl. Januarii*, — F. S. Sebaſtiani. Angra dos Reyes.
    - *Capit. S. Vincentii*, — F. S. Vincentii. Sanctos. Hiratuchium. Fanum S. Pauli. Philippopolis.
- Ciſſi. Paraguaium IV,
  - *Guaira*, — Conceptio. Incarnatio. Septem Archangeli. Urbs dives. F. S. Ignatii. Noſtra Virgo Lauretana. Civitas Regia.
  - *Paraguaia* — Populi Payembos. Populi Itatin. Populi Guaxarapos. populi Xacoues. Populi Xaqueſes. Populi Chanetles. Populi Tapapecoues. Populi Payzunoes. Populi Xaraies. Xera. N. S. de la Fé. Maracaium. Guaybianum. Urbs dives.
  - *Parana*; — Nativitas D. Virginis. Fanum S. Mariæ. Incarnatio. Fanum S. Ignatii.

III. Para-

Digitized by Google

- III. Paraguaia, *in quâ Provinciæ* VII,
  - Cis, & trans fl. Parag. *Prov. Fl. Argentei*,
    - Populi Mepenes. P. Frentones.
    - Aſſumptio, *Caput Paraguaiæ*.
    - Currentes.
    - Fanum S. Fidei.
    - Bonus Aër.
  - Tr, fl. Paraguaium II,
    - *Tucumania*,
      - Pop. Quirandies. P. Juries.
      - P. Diaguitas. Tr. Trapalandæ.
      - Corduba. F. S. Jacobi de Storeâ.
      - F. S. Michaëlis Tucumanenſis.
      - Urbs Lerma.
    - *Chaca*,
      - Conceptio antiqua.
      - Populi Churumates.
      - P. Orechones. P. Payaguas.
      - P. Ziparalaguars.
      - P. Gorgotocques. P. Varaiz.
  - *Uraguaia*,
    - Pr. Tape. Pr. Charuas. Pr. Ibicuiz.
    - Pr. Caapi. Pr. Ibituruna.
    - Pr. Tierra dos Patos.
    - Fanum S. Annæ.
    - F. S. Joſephi. F. S. Nicolai.
    - F. S. Franciſci Xaverii.
    - Conceptio. Soteropolis.
    - Viſitatio.
- IV. Regio circa Fl. Amazonum, *in quâ ſunt*
  - Cis Fl. Amazonum,
    - *Provinciæ*,
      - Cayana. Mataya.
      - Tapayſa. Paranayba.
    - *Populi*,
      - Pacaches. Urubingues.
      - Sabucares. Cayanes.
      - Surines. Oragunagues.
      - Curianes. Cuſignares.
      - Yorimanes. Pacuanes.
      - Corofirares. Tacuries.
      - Cacygares.
  - Trans fl. Amazonum,
    - *Provinciæ*,
      - Aparia. Caribana.
      - Apanta. Coropa.
    - *Populi*,
      - Conures. Agayapes.
      - Aguares. Comanares.
      - Guayaribes. Yorunes.
      - Tecunes. Cunes.
- Quitenſis, ubi
  - *Partauſtrina Popaianæ*,
    - Calium. Popaianum.
    - Guadalaxara. Trugillum.
    - Timana. Almaguera.
    - Madrigala. Paſtum.
    - Agreda.
  - *Prov. Quitenſis propria*,
    - Portus Vetus. Guayaquila.
    - F. S. Michaëlis. Gienna.
    - Zamora. Loxa. Concha.
    - Rio Bamba. Quitum.
  - *Provincia Quixorum*,
    - Aneta. Batia.
    - Abula. Archidona.
    - Hiſpalis Aurea.
  - *Provincia Pacamorum*,
    - Valliſoletum. Loiola.
    - F. S. Jacobi de Montibus.

V. Peruvia,

Digitized by Google

- V. Peruvia, *in quâ Præfecturæ* III,
  - Regum, ubi
    - *Ad Ortum*
      - F. S. Joannis de confinio.
      - F. S. Jacobi de Vallibus.
      - Cuſcum.
      - F. S. Franciſci de Victoriâ.
      - Horurum.
    - *Ad Occaſum*
      - Guamanga. Oropeſa.
      - Guanucum. Guamachucum.
      - Caxamalca. Trugillum.
      - Guaura. Arnedum.
      - Lima, *Caput Peruviæ, & Americæ Meridionalis.*
      - Piſcum. Vallis Viridis.
      - F. S. Michaëlis. Arequipa.
  - Charcarum, ubi
    - *Provincia Montana,*
      - F. Novum S. Crucis.
      - Fanum S. Crucis.
    - *Provincia Charcarum,*
      - Pax. Laxa. Oropeſa.
      - Argentea. Potoſium.
      - Arica. Pica. Tobuſa.
- VI. Cile, *in quâ Præfecturæ* III,
  - Cilenſis, ubi
    - *Tractus Serenæ,*
      - Portus Copiapa.
      - Guaſca. Serena.
    - *Tractus Quillatæ,*
      - Chuapa. Longotoma.
      - Ligua. Quillata.
    - *Tr. S. Jacobi de Cile,*
      - Poangua. Rapela.
      - Melipilla.
      - Fanum S. Jacobi de Cile, *Caput Cilet.*
  - Chucuitana, ubi
    - *Tr. S. Joann. de confinio,* F. S. Joannis de confinio.
    - *Tractus Mendozæ,*
      - Mendoza. Unum.
      - Adamas.
  - Imperialis, ubi
    - *Tractus Urbis divitis,* Urbs dives.
    - *Tractus Angoli,* Angolum.
    - *Tractus Chillani,* Chillanum.
    - *Tractus Conceptionis,*
      - Itata.
      - Civitas conception' s
    - *Tractus Imperialis,*
      - Colcura. Araucum.
      - Populi Araucani.
      - Populi Tucapelæ.
      - Populi Puræ.
      - Imperialis.
    - *Tractus Valdiviæ,*
      - Valdivia.
      - Portus S. Cypriani.
    - *Tractus Oſorni,*
      - Oſornum.
      - Portus S. Claræ.
    - *Inſula Chilua,* Caſtrum Chilua.

VII. Terra

Digitized by Google



Digitized by Google

CAPUT XVI.

Terra Auſtralis incognita. Inſulæ maris Pacifici intra Tropicos.

I. *De Terrâ Auſtrali quorundam ſententia.* ATQUE ita Europam, Aſiam, Africam & Americam unà cum Terris Arcticis, quæ & Europæ, & Aſiæ objacent, perluſtravimus. Enumeratis quatuor Orbis partibus ſunt qui quintam adjiciunt, quam Terram Auſtralem incognitam, Antarcticam, & Magellanicam nuncupant. Verum ultra fretum Magellanicum auſtrum verſus non Continens occurrit, ſed Inſulæ & vaſtum Pelagus, uti navigatio per fretum Mæreum edocuit. Sunt tamen, qui arbitrantur, contra Terram Magellanicam, & Africæ littora ad auſtrum maris Magellanici & Æthiopici intra gradum L & LX Latitudinis meridionalis Incognitas Terras occurrere, quæ longiſſimè in ortum protenduntur, ſed de iis noviſſimæ Chartæ Belgarum prorſùs ſilent.

II. *Sententia aliorum.* Aliis Terræ Auſtralis nomine veniunt Terra Ignium, Nova Zelandia, Terra Antonii à Diemen, Nova Hollandia, Terra Carpentaria, Terra Papuorum, ſeu Nova Guinea, Terra auſtralis Spiritûs Sancti, ſeu Terra Quiri, & Inſulæ Salomonis. De Terrâ Ignium dictum in Terrâ Magellanicâ, atque de Papuorum ſeu Novâ Guineâ in Inſulis Moluccis orientalioribus.

III. *Ad auſtrum N. Zelandiæ.* Cæterarum partium Terræ Auſtralis auſtraliſſimæ ſunt Nova Zelandia, & Terra Antonii à Diemen. Novam Zelandiam, Gall. *Nouvelle Zeelande*, quam ab ortu Pacificum mare alluit, Chartæ Belgicæ collocant intra gradum XXXIV, quædam XXX, & XLIV Latitudinis meridionalis, & gradum CLXXXIX & CXCIV Longitudinis. *Terra Antonii à Diemen.* Terra Antonii à Diemen, Gall. *Terre de Diemens*, plùs in occaſum ſita eſt, intra gradum CLXIII & CLXIX Longitudinis, & gradum XLI & XLIV Latitudinis meridionalis.

IV. *Ad boream N. Hollandiæ.* Sequuntur partes Terræ Auſtralis, quæ plùs vergunt in boream. Novam Hollandiam, Gall. *Nouvelle Hollande*, à boreâ mare

Digitized by Google

mare Moluccarum & Anchidolium alluunt, & ab occaſu, & auſtro oceanus Indicus. Locant ipſam Tabulæ intra gradum XII & XXXV Latitudinis meridionalis, & CXXXIV & CLXIX Longitudinis. Novæ Hollandiæ partes ſunt Terra Petri Nuytii, Gall. *Terre de Nuits*, Leænæ, Concordiæ, Gall. *Terre de Concorde*, & Diemenii. Terra Carpentaria Novam Hollandiam & Guineam interjacet. Terram Auſtralem Spiritûs Sancti, aliàs Terram Quiri, Gall. *Terre de Quir*, locat Sanſonus ad ortum Hybernum Novæ Guineæ, & ad boream ejus Inſulas Salomonis, Gall. *Iſles de Salomon*, verùm & has, & illam Tabulæ Belgicæ ſilenter prætereunt. Credidit Jacobus le Maire, Inſulam Bonæ Spei, & Inſulas Hornanas, quas, quando Novam Guineam petebat, conſpicatus eſt, Inſulas Salomonis exiſtere, quia experiebatur, conformes eſſe narrationi Ferdinandi de Quiros. Alii XX Inſulas Salomonis enumerant. Partes Terræ Auſtralis leviter tantùm attigimus, quia non niſi littora earum Belgæ ante ſemi ſeculum & ocyùs luſtraverunt, interioris conſtitutionis juxta cum aliis Europæis prorſùs neſcii. Sequitur Terræ Auſtralis Tabula.

T. Carpentaria.
T. Auſtralis Spiritûs S.
Inſulæ Salomonis.



V. *Insulæ maris Pacifici intra Tropicos.*

Denique transeo Insulas Maris Pacifici, quæ intra Tropicos continentur, benè multas, obiter tantùm inspectas, parvi circuitûs. Quæ ab Æquatore in boream abeunt, detectæ sunt, & denominatæ ab Hispanis, quando ex Americâ ad Insulas Latronum & Philippinas navigârunt; at quæ ab Æquatore in austrum deflectunt, à Jacobo le Maire, & Wilhelmo Cornelii Schouten ferè inventæ sunt, & suis appellatæ nominibus, cùm superato Novo Freto, ex Meridionali Americâ versus Novam Guineam velificarent. Inter eas infimum locum non tenent Insulæ Hornanæ, quibus ab Hollandiæ Borealis Civitate hoc inditum cognomentum est. Sitæ sunt in gradu CXCIV Longitudinis, & gradu XV Latitudinis meridionalis.

F I N I S.

SERIES

Digitized by Google

SERIES CAPITUM
ET
LEMMATUM
INTRODUCTIONIS
AD
GEOGRAPHIAM
NOVAM ET VETEREM.

SECTIO PRIMA,
DE
Geographiæ Prolegomenis.

CAPUT I.
Geographiæ natura. Terræ Axis, Poli, Æquator. Varia Graduum & Terræ quantitas.

I. Geographiæ descriptio. Pag. 1.
II. Terra rotunda est. *ibid.*
III. Objectiones tolluntur. 2.
IV. Terræ Axis & Poli. *ibid.*
V. Æquator. *ibid.*
VI. Hujus partitio. *ibid.*
VII. Quantitas Gradûs Æquatoris; *ibid.*
VIII. Ambitûs Terræ; Diametri; *ibid.*
IX. Superficiei; Soliditatis; *ibid.*
X. Et Graduum minorum. 3.
XI. Quam Tabula exhibet. *ibid.*

CAPUT II.
Zonæ Veterum. Incolæ ipsarum Umbris distincti.

I. Variæ Zonæ. 4.
II. Tropici Torridam terminant; *ibid.*
III. Verè habitabilem: *ibid.*
IV. Arctici Temperatas, æquales sibi. *ibid.*
V. Poli Frigidas terminant; 5.
VI. Minimas, sed sibi pares; *ibid.*
VII. Etiam habitabiles. *ibid.*
VIII. Zonæ faciles inventu sunt. *ibid.*
IX. Incolæ Zonarum Umbris distincti. *ibid.*
X. Incolæ Torridæ sunt Ἀμφίσκιοι. *ibid.*
XI. Item Ἄσκιοι. 6.
XII. Uti & Incolæ Tropicorum. *ibid.*
XIII. Incolæ Temperatarum Ἑτεροσκίοι. *ibid.*
XIV. Frigidarum Περίσκιοι. *ibid.*
XV. Hæc varietas ex Solis motu est: *ibid.*
XVI. Astronomiâ teste. *ibid.*
XVII. Zonæ vix utiles. 7.

CAPUT III.
Varia Climata & Paralleli.

I. Climata & Paralleli. *ibid.*
II. Clima quid. *ibid.*
III. In Lineâ Æquinoctiali perpetuum est Æquinoctium. *ibid.*
IV. Tres in omni Climate inveniuntur Paralleli. *ibid.*
V. Climata Veterum; *ibid.*
VI. Expressa in Typo. 8.
VII. Curalia non admiserint? 9.

Digitized by Google

VIII. Climata Posteriorum. *ibid.*
IX. Dein aucta ad XXIV, juxta Schema. *ibid.*
X. Clima loci liquet ex Tabulâ. 11.
XI. Nec non ex Globo. *ibid.*
XII. Cur multis non plura Climata? *ibid.*
XIII. Aliis omninò? *ibid.*
XIV. Sunt, qui omnia tollunt. *ibid.*
XV. Sunt, qui corrigunt. 12.
XVI. Sunt, qui commutant; *ibid.*
XVII. Juxta Chartas. *ibid.*
XVIII. Paralleli quid? *ibid.*
XIX. Ptolemæo sunt XXI. *ibid.*
XX. Dispares. *ibid.*
XXI. Recentiores variant. 12. 13.
XXII. Inventio & Usus. 13.

CAPUT IV.

Meridianus. Ejusdem Meridiani varii Incolæ.

I. Meridianus quid? *ibid.*
II. Ejus divisio in Globo: *ibid.*
III. In Mappis. *ibid.*
IV. Perioeci qui? *ibid.*
V. Horum Phænomena. 14.
VI. Antoeci qui? *ibid.*
VII. Horum Phænomena. *ibid.*
VIII. Antipodes qui? *ibid.*
IX. Horum Phænomena. *ibid.*
X. De iis plura Astronomi. *ibid.*
XI. Omnium Schema. 15.
XII. Investigantur Perioeci; *ibid.*
XIII. Antoeci; 16.
XIV. Antipodes. *ibid.*

CAPUT V.

Meridianus variat. Locorum Longitudo.

I. Meridianus variat. *ibid.*
II. De Primo frustra lis. *ibid.*
III. Varia sententia. 17.
IV. Usus & indicium. *ibid.*
V. Longitudo quid? *ibid.*
VI. Ab occasu incipit. *ibid.*
VII. Alia est. *ibid.*
VIII. Dissensûs compositio. 18.
IX. Longitudo ex Globo scitur; *ibid.*
X. Et ex Mappis; *ibid.*
XI. Ac differentia ejus inter loca. *ibid.*
XII. Omnis hora semper est: *ibid.*
XIII. Et alia pro variâ longitudine. 19.
XIV. Ubi proposita hora sit? *ibid.*
XV. Exemplum. *ibid.*
XVI. Hìc prosunt Tabulæ. *ibid.*
XVII. Paradoxa. 20.
XVIII. Inventio Longitudinis ignotæ, quando usus exigit, ardua est. *ibid.*
XIX. Variè tentata est, neq; detecta. *ibid.*

CAPUT VI.

Locorum Latitudo.

I. Latitudo quid? *ibid.*
II. Variat. *ibid.*
III. Liquet ex Globo: 21.
IV. Ac ex Mappis. *ibid.*
V. Modus eam ex his eruendi. *ibid.*
VI. Eidem loco in cunctis chartis eadem esse debet, & par elevationi Poli. *ibid.*
VII. Teste Globo: *ibid.*
VIII. Et Astronomiâ. 22.
IX. Mapparum nævi. *ibid.*
X. Hujus Doctrinæ fructus. *ibid.*

CAPUT VII.

Locorum distantia, & Regiones, in quas vergunt ab invicem.

I. Locorum intervalla. *ibid.*
II. Ea Globus detegit; 23.
III. Et Mappæ. *ibid.*
IV. Milliarium Germanic. quantitas; *ibid.*
V. Complurium Europæ; *ibid.*
VI. Stadii; Parasangæ; Schœni. 24.
VII. Conversio Graduum & Minutorum in datam mensuram. *ibid.*
VIII. Varius mensurarum usus. *ibid.*
IX. Situs locorum. 25.
X. Plagæ Cardinales. *ibid.*
XI. Oriens & Occidens Æstivus. *ibid.*
XII. Oriens & Occidens Hybernus. *ibid.*
XIII. Plagæ Circulorum Polarium. Melior Plagarum divisio. *ibid.*
XIV. Alia subtilior. 26.

XV. Pla-

Digitized by Google

XV. Plagæ vulgari Pyxide deteguntur; *ibid.*
XVI. Accuratiùs Globo; *ibid.*
XVII. Et Pyxide in gradus 360 distributâ. 27.
XVIII. Etiam situm locorum infra Horizontem Globus detegit; 28.
XIX. Et intervallum. *ibid.*

SECTIO SECUNDA.

DE

Hydrographiâ atque Europæ Regnis.

CAPUT I.

Orbis divisio. Mare Septentrionale cum variis sui partibus.

I. Orbis divisio. *ibid.*
II. Aqua Variat. Oceanus unus est. *ibid.*
III. Nec obest mare Caspium. 30.
IV. Oceani divisio. *ibid.*
V. Mare Septentrionale. *ibid.*
VI. Sinus Mexicanus. *ibid.*
VII. Alii Sinus & Freta. 31.
VIII. Maris Hyperborei partes. *ibid.*
IX. Mare Balticum cum variis Sinibus; *ibid.*
X. Fretis & Sinu Codano. 22.
XI. Mare Germanicum. Sinus Australis. Fretum Gallicum. *ibid.*
XII. M. Britannicum. M. Hibernicum. *ibid.*
XIII. Sinus Francicus. 33.
XIV. Mare Atlanticum. *ibid.*

CAPUT II.

Mare Mediterraneum cum reliquis Maris Septentrionalis partibus.

I. Fretum & Columnæ Herculis. *ibid.*
II. Mare Mediterraneum ad & contra Hispaniam, Galliam, Italiam. 34.
III. Mare & Fretum Siculum. *ibid.*
IV. Sinus Venetus. *ibid.*
V. Mare Ionium. 35.
VI. Mare Ægæum. *ibid.*
VII. Hellespontus. 36.
VIII. Propontis. Bosphorus Thracius. *ibid.*
IX. Pontus Euxinus. *ibid.*
X. Bosp. Cimmerius. Palus Mæotis. 37.
XI. Maria ad Asiam. *ibid.*
XII. Maria ad Africam. *ibid.*
XIII. Mare Mediterraneum cur neutiquam intumescat? *ibid.*
XIV. Maria ad Africam. 38.

CAPUT III.

Mare Æthiopicum, Indicum, Pacificum.

I. Mare Æthiopicum. *ibid.*
II. Ejus partes. *ibid.*
III. Mare Indicum. 39.
IV. Sinus & Mare Arabicum. *ibid.*
V. Sinus & Mare Persicum. *ibid.*
VI. Mare Indicum. 40.
VII. Variæ ejus partes: *ibid.*
VIII. Sinus: *ibid.*
IX. Freta: *ibid.*
X. Residua Maris Indici. *ibid.*
XI. Mare Pacificum. 41.
XII. Partes ejus. *ibid.*

CAPUT IV.

Communitas, & Motus generalis Marium.

I. Marium communitas ex parte incerta. 42.
II. Testibus Anglis: *ibid.*
III. Et Belgis. *ibid.*
IV. Motus Oceani navigationem facilitat; *ibid.*
V. Maximè in mari Pacifico. 43.
VI. Minùs in Indico. *ibid.*
VII. *Oceani Tabula.* ibid.
VIII. Tabulæ declaratio. 45.

CA-

Digitized by Google

SERIES CAPITUM

CAPUT V.

Terræ diviſio. Europa in genere.

I. Contiuens Veteris Orbis. *ibid.*
II. Varia Diviſio. 46.
III. Orbis Novus. *ibid.*
Terra Tabula. 47. 48.
IV. Europæ varii termini. 48.
V. Magnitudo. 49.
VI. Figura. *ibid.*
VII. Diviſio. *ibid.*

CAPUT VI.

Hiſpania in genere. Corona Portugalliæ.

I. Hiſpaniæ ſitus. 50.
II. Figura. Varia quantitas. *ibid.*
III. Conſtitutio. 51.
IV. Diviſio Antiqua. *ibid.*
V. Diviſio Nova. 52.
Tabula Hiſpaniæ in genere. 78
VI. Diviſionis Novæ ſubdiviſio. 52.
Tabula Coronæ Portugalliæ. 79.
VII. Algarbia. 52.
VIII. Portugalliæ ſtrictè ſumptæ habitus. 53.
IX. Varia ejus diviſio. *ibid.*
X. Provincia Tranſtagana. 54.
XI. Prov. Extremadura. *ibid.*
XII. Prov. Beira. 55.
XIII. Prov. inter Durium & Minium. *ibid.*
XIV. Prov. Tranſmontana. 56.
XV. Portugallia cum Veterum Luſitaniâ comparatur. Hujus Populi. *ibid.*
XVI. Quæ Juris Portugallici extra Hiſp. 57.

CAPUT VII.

Corona Caſtellæ.

I. Corona Caſtellæ. 58.
Tabula Coronæ Caſtellæ. 80.
II. Legio. 58.
III. Gallæcia. 59.
IV. Aſturiæ. 60.
V. Biſcaia. 61.
VI. Navarra. 62.
VII. Caſtella Vetus. 63.
VIII. Caſtella Nova. 64.
IX. Extremadura. 65.
X. Vandalitia. 66.
XI. Granata. 68.
XII. Murcia. 69.
XIII. Appendices Coronæ Caſtellæ. *ibid.*

CAPUT VIII.

Corona Aragoniæ.

I. Corona Aragoniæ. 70.
Tabula Coronæ Aragoniæ. 82.
II. Valentia. *ibid.*
III. Aragonia. 71.
IV. Catalonia. 72.
V. Regnum Majoricæ. 73.
VI. Appendices Coronæ Aragoniæ. 74.

CAPUT IX.

Hiſpania Bætica, atque Tarraconenſis. Celebriores Hiſpaniæ Fluvii.

I. Hiſpania Bætica. *ibid.*
II. Hiſpania Tarraconenſis. 75.
Tabula Fluminum Hiſpaniæ. 82.
III. Flumen Minius. 75.
IV. Fl. Durius. 76.
V. Fl. Tagus. *ibid.*
VI. Fl. Anas. *ibid.*
VII. Fl. Bætis. 77.
VIII. Fl. Sucro. *ibid.*
IX. Fl. Iberus. *ibid.*
Tabulæ totius Hiſpaniæ. 78-82.

CAPUT X.

Gallia in genere.

I. Galliæ limites. 82.
II. Varia quantitas. 83.
III. Conſtitutio. *ibid.*
IV. Diviſio. 84.
Tabula Galliæ in genere. 129.

CAPUT XI.

Gallia trans Ligerim.

I. Præfectura Aquitaniæ. 84.
Tabula Aquitaniæ. 130.

II. Va-

Digitized by Google

II. Vaſcitania. 85.
III. Benearnia. *ibid.*
IV. Comitatus Bigerrenſis. 86.
V. Comitatus Convenenſis. *ibid.*
VI. Comitatus Armeniacenſis. 87.
VII. Vera Vaſconia. *ibid.*
VIII. Tractus Landarum. *ibid.*
IX. Ager Condomenſis. 88.
X. Ager Vaſatenſis. *ibid.*
XI. Tractus Burdegalenſis. *ibid.*
XII. Santonia. 89.
XIII. Ager Petrocorienſis. 90.
XIV. Ager Lemovicenſis. *ibid.*
XV. Ager Aginnenſis. 91.
XVI. Ager Cadurcenſis. *ibid.*
XVII. Ager Rutenenſis. 92.
XVIII. Præfectura Occitaniæ. *ibid.*
Tabula Occitaniæ. 131.
XIX. Occitania Superior. 93.
XX. Comitatus Ruſcinonenſis. 94.
XXI. Occitania Inferior. 95.
XXII. Tractus Cemenius. 96.
XXIII. Præfectura Provinciæ. 97.
Tabula Provinciæ. 131.
XXIV. Varia Provinciæ diviſio. 98.
XXV. Pars verſus Rhodanum. *ibid.*
XXVI. Pars Media. 99.
XXVII. Præfectura Delphinatûs. 100.
Tabula Delphinatûs. 132.
XXVIII. Delphinatus Superior. 100.
XXIX. Delphinatus Inferior. 101.

CAPUT. XII.

Gallia ad, & circa Ligerim.

I. Præfectura Burgundiæ. 102.
Tabula Burgundiæ. 132.
II. Breſſia. *ibid.*
III. Ducatus Burgundiæ. 103.
IV. Præfectura Lugdunenſis. 105.
Tabula Præfecturæ Lugdunenſis. 133.
V. Ager Baujovienſis. 105.
VI. Ager Lugdunenſis. *ibid.*
VII. Foriſium. *ibid.*
VIII. Alvernia. *ibid.*
IX. Marchia. 106.
X. Ager Borbonius. *ibid.*
XI. Præfectura Aurelianenſis. 107.
Tabula Præfecturæ Aurelianenſis. 133.
XII. Nivernium. 107.
XIII. Vaſtinium. 108.
XIV. Belſia. *ibid.*
XV. Perchium. *ibid.*
XVI. Cenomania. 109.
XVII. Ager Andegavenſis. *ibid.*
XVIII. Turonia. 110.
XIX. Ager Bleſenſis. *ibid.*
XX. Ager Aurelianenſis. 111.
XXI. Ager Bituricenſis. *ibid.*
XXII. Ager Pictavienſis. 112.
XXIII. Ager Inculiſmenſis. *ibid.*
XXIV. Ager Alnetenſis. 113.
XXV. Præfectura Britanniæ. *ibid.*
Tabula Britanniæ. 134.
XXVI. Britannia Superior. 113.
XXVII. Britannia Inferior. 114.
XXVIII. Inſulæ contra Britanniam. 115.

CAPUT. XIII.

Gallia cis Ligerim cum novis duabus Præfecturis.

I. Præfectura Normanniæ. *ibid.*
Tabula Normanniæ. 134.
II. Normannia Inferior. 116.
III. Normannia Superior. *ibid.*
IV. Præfectura Picardiæ. 117.
Tabula Picardiæ. 135.
V. Picardia Inferior. 117.
VI. Picardia Media. 118.
VII. Picardia Superior. *ibid.*
VIII. Præfectura Inſulæ Franciæ. 119.
Tabula Inſulæ Franciæ. 135.
IX. Pars ejus ante ſub Picardiâ. 119.
X. Pars reliqua. 120.
XI. Præfectura Campaniæ. *ibid.*
Tabula Campaniæ. 135.
XII. Bria. 121.
XIII. Campaniæ varia diviſio. Superior. *ibid.*
XIV. Campaniæ Inferioris Agri. 122.
XV. Nova Præfectura Lotharingiæ. *ibid.*
Tabula Lotharingiæ. 136.
XVI. Ducatus Barrenſis. 123.

XVII. Episcopatus Tullensis. *ibid.*
XVIII. Ducatus Lotharingiæ. *ibid.*
XIX. Nova Præfectura Comitatûs Burgundiæ. 124
Tabula Comitatûs Burgundiæ. 136
XX. Præfecturæ ejus sunt tres. 124

CAPUT XIV.

Gallia Antiqua. Celeberrima Galliæ Flumina, & quæ alibi possidet.

I. Antiquæ Galliæ varii limites. 125
II. Gallia Braccata. 126.
III. Gallia Comata. *ibid.*
Tabula celebr. Fluminum Galliæ. 136.
IV. Fluvius Sequana. 127.
V. Fluvius Ligeris. *ibid.*
VI. Fluvius Garumna. *ibid.*
VII. Fluvius Atax. Incile Magnum. 128.
VIII. Fluvius Rhodanus. *ibid.*
IX. Quæ Iuris Gallici sunt extra limites regni Galliæ. 129.
Tabulæ totius Galliæ. 129-136.

CAPUT XV.

Helvetia cum suis Subditis, Confœderatis, nec non Subditis Confœderatorum.

I. Helvetiæ limites. 136
II. Quantitas. 137
III. Constitutio. *ibid.*
IV. Divisio. *ibid*
V. Pagorum habitus. 138.
Tabula Pagorum. 148.
VI. Pagus Bernensis. 138
VII. Pagus Friburgensis. 139.
VIII. Pagus Salodorensis. *ibid.*
IX. Pagus Basileensis. *ibid.*
X. Pagus Schaphusianus. 140.
XI. Pagus Tigurinus. *ibid.*
XII. Pagus Abbatiscellensis. *ibid.*
XIII. Pagus Glaronensis. *ibid.*
XIV Pagus Suitiensis. 141.
XV. Pagus Tugiensis. *ibid.*
XVI. Pagus Lucernensis. *ibid.*
XVIII. Pagus Sylvanensis. *ibid.*
XVIII. Pagus Urisensis. 142.
XIX. Helvetia antiqua. *ibid.*
Tabula exhibens Subditos diversorum Pagorum. 149.
XX. Subditi Helvetiorum ex parte. 143.
XXI. Præfecturæ Italicæ sub Pagis. *ibid.*
Tabulæ exhibentes Confœderatos Pagorum, & Subditos Confœderatorum. 149.
XXII. Varii Helvetiorum Socii. *ibid.*
XXIII. Rhætia. *ibid.*
XXIV. Rhæti Fœderati. *ibid.*
XXV. Rhætorum Subditi. 145.
XXVI. Valesii Fœderati. 146.
XXVII. Helvetiæ Flumina. *ibid.*
Tabulæ totius Helvetiæ & Fluminum ipsius. 147-9.

CAPUT XVI.

Italia in genere.

I. Italiæ nomina & limites. 150.
II. Figura. Varia quantitas. *ibid.*
III. Constitutio. *ibid.*
IV. Divisio. 151.
Tabula Italiæ in genere. 199.

CAPUT XVII.

Italia Septentrionalis.

I. Italia Septentrionalis. 151.
II. Regio Ducis Sabaudiæ. 152.
III. Ducatus Sabaudiæ. *ibid.*
Tabula Ducatus Sabaudiæ. 200.
IV. Comitatus Nicæensis. 153.
Tabula Comitatûs Nicæensis. 200.
V. Principatus Pedemontanus. 154.
Tabula Principatus Pedemontani. 200.
VI. Mons Ferratus. 156.
Tabula Montis Ferrati. 201.
VII. Respublica Genuensis. 157.
Tabula Reipublicæ Genuensis. 201.
VIII. Ora ejus Occidentalis. 157.
IX. Ora ejus Orientalis. 158.
X. Sta-

Digitized by Google

X. Status Mediolanenſis. *ibid.*
Tabula Statûs Mediolanenſis. 201.
XI. Statûs hujus Territoria. 159.
XII. Status Parmenſis. 161.
Tabula Statûs Parmenſis. 202.
XIII. Ditio Mutinenſis. 162.
Tabula Ditionis Mutinenſis. 202.
XIV. Ducatus Mirandulanus. 162.
Tabula Ducatûs Mirandulani. 202.
XV. Ducatus Mantuanus. 162.
Tabula Ducatûs Mantuani. 202.
XVI. Dominium Venetum. 163.
Tabula Dominii Veneti. 202.
XVII. Ejus Pars à Mari remotior. 163.
XVII. Pars ad Mare. 165.
XIX. Quæ Dominio Veneto ſubſunt extra Italiam. 167.
XX. Lombardia. 168.

CAPUT XVIII.

Italia Meridionalis.

I. Italia Meridionalis. *ibid.*
II. Hetruria Nova & Vetus. 169.
Tabula Hetruriæ. 203.
III. Præcipuæ partes Novæ Hetruriæ. Magnus Ducatus Hetruriæ. 169.
IV. Dominium Florentinum. *ibid.*
V. Territorium Senenſe. 170.
VI. Territorium Piſanum. 171.
VII. Vallis Macræ, &c. *ibid.*
VIII. Dominium Ducis Maſſæ. 172.
IX. Reſpublica Lucenſis. *ibid.*
X. Status Eccleſiæ. 173.
XI. Diviſio Ejus. *ibid.*
Tabula Statûs Eccleſiæ. 204.
XII. Territorium Bolonienſe. 173.
XIII. Ducatus Ferrarienſis. 174.
XIV. Romandiola. *ibid.*
XV. Ducatûs Urbinas. 175.
XVI. Marchia Anconitana. 176.
XVII. Pars altera Statûs Eccleſiæ. Comitatus Civitatis Caſtellanæ. 177.
XVIII. Territorium Peruſinum. *ibid.*
XIX. Territorium Urbivetanum. 178.
XX. Ducatus Caſtrenſis. *ibid.*
XXI. Patrimonium S. Petri. *ibid.*
XXII. Umbria. *ibid*
XXIII. Ager Sabinenſis. 179.
XXIV. Territorium Romanum. 180.
XXV. Reliqua, quæ pendent à Pontifice in & extra Italiam. 181.
XXVI. Regnum Neapolitanum. 182.
XXVII. Ejus Diviſio. *ibid.*
Tabula Regni Neapolitani. 205.
XXVIII. Terra Hydruntina. 182.
XXIX. Terra Barienſis. 183.
XXX. Capitanata. 184.
XXXI. Comitatus Moliſinus. 185.
XXXII. Aprutium Citerius. *ibid.*
XXXIII. Aprutium Ulterius. 186.
XXXIV. Terra Laboris. *ibid.*
XXXV. Principatus Citerior. 188.
XXXVI. Principatus Ulterior. *ibid.*
XXXVII. Baſilicata. 189.
XXXVIII. Calabria Citerior. *ibid.*
XXXIX. Calabria Ulterior. 190.

CAPUT XIX.

Italiæ Antiquæ limites. Magna Græcia. Celeberrimi Montes, Flumina, Inſulæ.

I. Italiæ Antiquæ limites. 191.
II. Magna Græcia. *ibid.*
III. Juga Alpium. 192.
IV. Mons Apenninus. *ibid.*
Tabula Celebriorum Fluminum totius Italiæ. 206.
V. Fluvius Atheſis. 192.
VI. Fluvius Padus. 193.
VII. Fluvius Arnus. *ibid.*
VIII. Fluvius Tiberis. 194.
Tabula potiorum Inſularum Italiæ in mari Infero. 206.
IX. Inſula Sicilia. 194.
X. Vallis Nemorenſis Siciliæ. 195.
XI. Vallis Neetina Siciliæ. *ibid.*
XII. Vallis Mazarana Siciliæ. 196.
XIII. Inſulæ contra Siciliam. *ibid.*
XIV. Inſula Sardinia.
XV. Inſula Corſica.
Tabulæ totius Italiæ. 198-207.

Digitized by Google

SERIES CAPITUM

CAPUT XX.

Britannia minor, ſeu Hibernia.

I. Britannicæ Inſulæ. 207.
II. Hiberniæ limites & quantitas. *ibid.*
III. Conſtitutio. *ibid.*
Tabula Hiberniæ in genere. 216.
IV. Ultonia. 208.
Tabula Ultoniæ. 216.
V. Ultoniæ pars borealis. 208.
VI. Pars auſtralis Ultoniæ. 209.
VII. Connachia. 210.
Tabula Connachiæ. 217.
VIII. Connachiæ pars ad Mare. 210.
IX. Pars Connachiæ ad Fl. Senum. 211.
X. Momonia. *ibid.*
Tabula Momoniæ. 217.
XI. Momoniæ pars ad Fl. Senum. 212.
XII. Pars Maritima. *ibid.*
XIII. Lagenia. 213.
Tabula Lageniæ. 213.
XIV. Pars Lageniæ Mediterranea. 214.
Tabulæ totius Hiberniæ. 216, 217.

CAPUT XXI.

Britannia Magna. Anglia in genere. Wallia.

I. Magnæ Britanniæ limites. 218.
II. Situs, quantitas, figura. *ibid.*
Tabula totius Magnæ Britanniæ in genere. 245.
III. Angliæ conſtitutio. 218.
IV. Diviſio. Wallia. 219.
Tabula Walliæ. 245.
V. Wallia Septentrionalis. 219.
VI. Wallia Meridionalis. 221.

CAPUT XXII.

Anglia ſtrictè ſumpta. Angliæ priſca Diviſio & nobiliora Flumina.

I. Anglia ſtrictè ſumpta. 222.
Tabula Angliæ ſtrictè ſumptæ. 247.
II. Pars ejus verſus meridiem ad Sabrinæ æſtuarium. 222. 223.
III. Pars altera Angliæ ad meridiem. 224.
IV. Pars Angliæ verſus ortum. 225.
V. Angliæ mediæ pars auſtralior. 227.
VI. Angliæ mediæ pars borealior. 228.
VII. Pars Angliæ verſus ſeptentrionem. 229.
VIII. Diviſio Angliæ tempeſtate Romanorum. 231.
IX. Diviſio Angliæ tempeſtate Heptarchiæ. 231. 232.
Tabula celebriorum Fluminum Angliæ. 248.
X. Fluvius Ituna. 232.
XI. Fluvius Dea. 233.
XII. Fluvius Sabrina. *ibid.*
XIII. Fluvius Tameſis. *ibid.*
XIV. Fluvius Umber. *ibid.*
XV. Fluvius Tina. *ibid.*

CAPUT XXIII.

Scotia. Ejus clariora Flumina. Inſulæ contra magnam Britanniam.

I. Scotiæ limites. 234.
II. Conſtitutio. *ibid.*
III. Scotia Meridionalis. 235.
Tabula Scotiæ Meridionalis. 248.
IV. Scotiæ Meridionalis pars inter Angliam, & æſtuarium Cludæ ac Forthæ. 235.
V. Scotiæ Meridionalis pars inter æſtuarium Cludæ ac Forthæ, & Scotiam Septentrionalem. 237.
Tabula Scotiæ Septentrionalis. 249.
VI. Scotiæ ſeptentrionalis pars ad auſtrum & ortum. 239.
VII. Scotiæ Septentrionalis pars ad occaſum & boream. *ibid.*
Tabula celeb. Fluminum Scotiæ. 249.
VIII. Fluvius Cluda. 252.
IX. Fluvius Tweda. *ibid.*
X. Fluvius Fortha. *ibid.*
XI. Fluvius Taus. *ibid.*
XII. Fluvius Dea. *ibid.*
XIII. Fluvius Spe. *ibid.*

Tabula

Digitized by Google

Tabula Minorum Insularum Britannicarum. 250.
XIV. Insulæ contra Scotiam. 243.
XV. Insulæ contra Angliam. 243.
XVI. Quæ Rex Angliæ alibi possidet. 244.
Tabulæ totius magnæ Britanniæ. 245-250.

CAPUT XXIV.

Belgium in genere. Belgium Romano-Catholicum.

I. Belgii nomen & limites. 250.
II. Constitutio. *ibid.*
IV. Provinciæ. 251.
Tabula Belgii in genere. 272.
IV. Fata Provinciarum; hinc nata Belgii divisio. 251.
V. Belgium Romano-Catholicum. Flandria Comitatus. 252.
Tabula Flandriæ. 273.
VI. Flandria Teutonica. 252.
VII. Flandria Imperialis. 253.
VIII. Flandria Gallicana. *ibid.*
IX. Artesia, Comitatus. 254.
Tabula Artesiæ. 273.
X. Hannonia, Comitatus. 254.
Tabula Hannoniæ. 274.
XI. Inserta Hannoniæ. 255.
XII. Namurcum, Comitatus. *ibid.*
Tabula Namurci. 274.
XIII. Luxemburgum, Ducatus. 256.
Tabula Luxemburgi. 274.
XIV. Limburgum, Ducatus. 257.
Tabula Limburgi. 274.
XV. Mechlinia, Dominium. 257.
Tabula Mechliniæ. 274.
XVI. Brabantia, Ducatus. 257.
Tabula Brabantiæ. 274.
XVI. Tetrarchia Bruxellensis. 257.
XVII. Tetrarchia Lovanensis. 258.
XVIII. Tetrarchia Boscoducensis. *ibid.*
XIX. Tetrarchia Antverpiensis. *ibid.*

CAPUT XXV.

Belgium Fœderatum. Quæ Fœderati possident extra Belgium. Clarissima Belgii Flumina.

I. Belgium Fœderatum. 259.
II. Zelandia Comitatus. 260.
Tabula Zelandiæ. 275.
III. Zelandia Cisscaldina. 260.
IV. Zelandia Transscaldina. *ibid.*
V. Hollandia, Comitatus. 261.
Tabula Hollandiæ. 275.
VI. Hollandia Australis. 261.
VII. Urbes Hollandiæ Australis. *ibid.*
VIII. Hollandia Borealis. 263.
IX. Urbes Hollandiæ Borealis. *ibid.*
X. Insulæ contra hanc Hollandiam. 264.
XI. Trajectum, Dominium. *ibid.*
Tabula Trajecti. 276.
XII. Trajecti quatuor Tetrarchiæ. 264.
XIII. Comitatus Buranus & Culenburgensis. 265.
Tabula utriusque Comitatûs. 276.
XIV. Geldria, Ducatus. 265.
Tabula Geldriæ. 276.
XV. Tetrarchia Noviomagensis. 265.
XVI. Tetrarchia Ruremundana. 266.
XVII. Tetrarchia Zutphanensis. *ibid.*
XVIII. Tetrarchia Arenacensis. 267.
XIX. Transisalania, Dominium. *ibid.*
Tabula Transisalaniæ. 276.
XX. Frisia, Dominium. 268.
Tabula Frisiæ. 276.
XXI. Groninga, Dominium. 269.
Tabula Groningæ. 277.
XXII. Quæ Belgæ Fœderati in Belgio & aliis Orbis partibus possident. 269.
Tabula celeb. Fluminum Belgii. 277.
XXIII. Fluvius Scaldis. 270.
XXIV. Fluvius Mosa. *ibid.*
XXV. Duo Rheni Brachia. 271.
XXVI. Fluvius Isala. 272.
Tabulæ totius Belgii. 272-277.

Digitized by Google

SERIES CAPITUM.

CAPUT XXVI.

Germania in genere.

I. Germaniæ ſitus atque extenſio. 277.
II. Conſtitutio. *ibid.*
III. Diviſio in ſuperiorem & inferiorem. 278.
IV. Diviſio ratione Fluminum. *ibid.*
V. Diviſio in Circulos. 279.
Tabula Circulorum Germaniæ in genere. 333.
VI. Circulorum diviſio. 279

CAPUT XXVII.

Germania ad, aut circa Rhenum, ſeu Circulus Weſtphalicus, Rhenanus Inferior, atque Superior.

I. Circulus Weſtphalicus. 280.
Tabula Circuli Weſtphalici. 335.
II. Weſtphalia. 280.
III. Ejus pars ad fl. Amaſium. *ibid.*
IV. Pars Weſtphaliæ inter fl. Amaſium, & Viſurgim. 281.
V. Pars Weſtphaliæ ad fl. Viſurgim. 282.
VI. Pars Weſtphaliæ ad fl. Luppiam. *ibid.*
VII. Regio ſucceſſoria Marchionis Brandenburgenſis. 283.
VIII. Comitatus Murſanus. 284.
IX. Regio ſucceſſoria Neoburgenſis. *ibid.*
XI. Circulus Rhenanus inferior. 285.
Tabula Circuli Rhenani Inferioris, ſeu Electoralis Rhenani. 336.
XII. Archiepiſcopatus Colonienſis. 286.
XIII. Archiepiſcopatus Trevirenſis. *ibid.*
XIV. Archiepiſcopatus Moguntinus. 287.
XV. Palatinatus Rheni. 288.
XVI. Circulus Rhenanus ſuperior. *ibid.*
Tabula Circuli Rhenani Superioris. 336.
XVII. Alſatia trans Rhenum. 289.
XVIII. Alſatia cis Rhenum. *ibid.*
XIX. Pars Palatinatûs Rheni. 290.
XX. Wetteravia. *ibid.*
XXI. Haſſia propria. 291.

CAPUT XXVIII.

Germania ad, aut circa Danubium, ſeu Circulus Franconicus, Suevicus, Bavaricus, Auſtriacus.

I. Circulus Franconicus. 293.
Tabula Circuli Franconici. 337.
II. Pars borealis Circuli Franconici. 293.
III. Pars media. *ibid.*
IV. Pars auſtralis. 294.
V. Circulus Suevicus. 295.
Tabula Circuli Suevici. 337.
VI. Suevia Cis-Danubiana. 296.
VII. Suevia Trans-Danubiana. 297.
VIII. Circulus Bavaricus. 298.
Tabula Circuli Bavarici. 338.
IX. Pars Circuli Bavarici, quæ Duci Bavaro non paret. 299.
X. Pars Circuli Bavarici ſub Bavaro. 300.
XI. Circulus Auſtriacus. 301.
Tabula Circuli Auſtriaci. 338.
XII. Auſtria exterior. 302.
XIII. Auſtria interior. 303.
XIV. Auſtria propria. 305.

CAPUT XXIX.

Bohemia. Moravia. Sileſia.

I. Bohemia. 306.
Tabula Bohemiæ. 334. 339.
II. Bohemia propria. 307.
III. Pars ejus ad fl Muldaviam. *ibid.*
IV. Pars reliqua. 308.
V. Moravia. 310.
VI. Partes ejus ſunt duæ. *ibid.*
VII. Sileſia. *ibid.*
VIII. Pars Sileſiæ ſuperior. *ibid.*
IX. Pars Sileſiæ inferior. 311.
X. Terræ Hæreditariæ Auſtriæ, & quæ juris Auſtriaci. 312.

CAPUT

CAPUT XXX.

Germania ad, aut circa Viadrum & Albim, ſeu Circuli Saxoniæ Superioris ac Inferioris.

I. Circulus Saxoniæ Superioris. 313.
Tabula Circuli Saxoniæ Superioris. 341.
II. Saxonia Superior. 313.
III. Marchionatus Luſatia. *ibid.*
IV. Ducatus Saxonia. 314.
V. Marchionatus Miſnia. *ibid.*
VI. Landgraviatus Thuringia. 316.
VII. Principatus Anhaltinus. 317.
VIII. Marchia Brandeburgenſis. *ibid.*
IX. Marchia Vetus. 318.
X. Marchia Media. *ibid.*
XI. Marchia Nova. 319.
XII. Quæ Elector Brandeburgicus in & extra Germaniam poſſidet. *ibid.*
XIII. Ducatus Pomerania. 320.
XIV. Pomerania ulterior. *ibid.*
XV. Pomerania citerior. 321.
XVI. Sedes Vandalorum. 322.
XVII. Circulus Saxoniæ Inferioris. *ibid.*
Tabula Circuli Saxoniæ Inferioris. 442.
XVIII. Pars Circuli orientalis. 323.
XIX. Pars media. 324.
XX. Pars auſtralis. 325.
XXI. Pars occidentalis. 326.
XXII. Pars borealis. *ibid.*

CAPUT XXXI.

Germaniæ Antiquæ limites & Populi. Celeberrima Germaniæ Flumina.

I. Varii Germaniæ Antiquæ limites. 328.
II. Quinque Germanorum genera. *ibid.*
Tabula celeberrimorum Fluminum Germaniæ. 342.
III. Fluvius Chaluſus, ſeu Trava. 329.
IV. Fluvius Viadrus. *ibid.*
V. Fluvius Danubius. 330.
VI. Fluvius Rhenus. *ibid.*
VII. Fluvius Amaſius. 331.
VIII. Fluvius Viſurgis. *ibid.*
IX. Fluvius Albis. 332.
Tabulæ totius Germaniæ. 333-342.

CAPUT XXXII.

Scandinavia. Regnum Daniæ.

I. Scandinaviæ limites & conſtitutio. 343.
Tabula Scandinaviæ in genere. 363.
II. Daniæ limites & conſtitutio. 343.
Tabula Daniæ. 364.
III. Daniæ Continens ſive Jutia. 344.
IV. Jutia Meridionalis. *ibid.*
V. Jutia Septentrionalis. 345.
VI. Inſulæ majores Daniæ. 346.
VII. Inſulæ minores Daniæ. 347.

CAPUT XXXIII.

Regnum Norvegiæ.

Tabula Norvegiæ. 365.
I. Terræ & Inſulæ Regni Norvegiæ in Oceano ſeptentrionali. 349.
II. Inſulæ prope littus Norvegicum. 350.
III. Norvegiæ continentis limites & conſtitutio. 351.
IV. Norvegiæ Præfecturæ. 351. 352.
V. Quæ Rex Daniæ inſuper poſſidet & prætendit. 353.

CAPUT XXXIV.

Regnum Sueciæ.

I. Sueciæ limites & conſtitutio. *ibid.*
Tabula Sueciæ. 366.
II. Sueciæ diviſio, & Gothia Meridionalis. 354.
III. Gothia Orientalis, ſeu Oſtrogothia. 355.
IV. Gothia Occidentalis. *ibid.*
V. Sueciæ veræ pars prior, aliàs appellata Suevonia. 356.
VI. Ejus pars altera, dicta Nortlandia. 357.
VII Lapponia. 358.
VIII. Finlandia. 359.
IX. Ingria. 360.
X. Livonia. 361.

XI. In-

Digitized by Google

XI. Insulæ Sueciæ. 362.
XII. Quæ Rex Sueciæ in Germaniâ possidet. *ibid.*
Tabula totius Scandinaviæ. 363-367.

CAPUT XXXV.

Imperium Moscoviticum.

I. Moscoviæ limites, nec non quantitas. 367.
II. Moscoviæ constitutio. 368.
Tabula Moscoviæ in genere. 377.
Tabula Moscoviæ inter fl. Volgam & mare Moscoviticum. 378.
III. Pars Occidentalis Moscoviæ inter fl. Volgam & mare Moscoviticum. 369.
IV. Pars Orientalis Moscoviæ inter fl. Volgam, & mare Moscoviticum. 370.
Tabula Tartariæ Moscoviticæ. 378.
V. Pars Tartariæ Muscoviticæ sita ad flumen Obium. 371.
VI. Pars Tartariæ Moscoviticæ ad flumen Volgam. 373.
Tabula Moscoviæ inter fl. Volgam & Tartariam minorem. 379.
VII. Pars Orientalis Moscoviæ inter fl. Vol- & Tartariam minorem. 373.
VIII. Pars Occidentalis Moscoviæ inter fl. Volgam & Tartariam minorem. 374.
Tabula celebriorum Fluminum Moscoviæ. 379.
IX. Fluvius Duina. 375.
X. Fluvius Petzora. *ibid.*
XI. Fluvius Obius. 376.
XII. Fluvius Ieneseia. *ibid.*
XIII. Fluvius Peisida. *ibid.*
XIV. Fluvius Volga. *ibid.*
XV. Fluvius Tanais. 377.
Tabula totius Moscoviæ. 377-379.

CAPUT XXXVI.

Polonia.

I. Poloniæ nomen & varia magnitudo. 380.
II. Poloniæ Hodiernæ limites; item maxima longitudo & latitudo. *ibid.*
III. Poloniæ constitutio. 381.
IV. Poloniæ divisio. *ibid.*
Tabula Poloniæ in genere. 397.
Tabula partis Poloniæ, quæ in orientem sita est. 398.
V. Volinia. 381.
VI. Lithuania. 383.
Tabula partis Poloniæ, quæ in septentrionem sita est. 398.
VII. Curlandia. 385.
VIII. Samogitia. *ibid.*
Tabula partis Poloniæ, quæ sita est ad occasum. 399.
IX. Prussia. 386.
X. Prussia Ducalis. 386.
XI. Prussia Regia. 387.
XII. Polonia strictè dicta. *ibid.*
XIII. Polonia Major. 388.
XIV. Polonia Minor. 389.
Tabula partis Poloniæ, quæ sita est in medio Regno. 399.
XV. Masovia. 390.
XVI. Polachia. 391.
XVII. Polesia. *ibid.*
Tabula partis Poloniæ, quæ sita est in meridiem. 400.
XVIII. Russia Rubra. 392.
XIX. Podolia. 393.
XX. Sarmatia Europæa. 394.
Tabula Fluminum Poloniæ. 400.
XXI. Fluvius Rubo, sive Duina. 394.
XXII. Fluvius Chronus. 395.
XXIII. Fluvius Vistula. *ibid.*
XXIV. Fluvius Tyras. 396.
XXV. Fluvius Hypanis. *ibid.*
V I. Fluvius Borysthenes. *ibid.*
Tabula totius Poloniæ. 397-400.

CAPUT XXXVII.

Pars Septentrionalis Turciæ Europææ.

I. Turciæ Europææ limites & quantitas. 400.
Tabula

Digitized by Google

II. Turciæ Septentrionalis limites, nec non diviſio. 401.
Tabula partis Turciæ Septentrionalis ad Pontum Euxinum. 434
III. Tartaria Minor. 401
IV. Tartaria Crimea. 402
V. Tartaria Nagaienſis. *ibid.*
VI. Tartaria Oczacovienſis. 403
VII. Beſſarabia. *ibid.*
Tabula partis Turciæ Septentrionalis inter flumen Tyram, montem Carpathum, flumina Dravum & Iſtrum. 435.
VIII. Moldavia. 403.
IX. Walachia. 404.
X. Tranſylvania. *ibid.*
XI. Hungaria. 405.
XII. Hungariæ varia diviſio. Hungaria Superior. 406.
XIII. Hungaria Inferior. 407.
XIV. Dacia. 408.
Tabula partis Turciæ ſeptentr. inter fl. Dravum & Sin. Venetum. 436.
XV. Sclavonia. 408.
XVI. Croatia. 409.
XVII. Dalmatia. 410.
XVIII. Dalmatia Veneta. *ibid.*
XIX. Dalmatia Raguſina. 411.
XX. Dalmatia Turcia. *ibid.*
XXI. Illyricum. *ibid.*
XXII. Boſnia. 412.
XXIII. Pannonia. *ibid.*
Tabula partis Turciæ ſeptentr. inter fl. Iſtrum, & Græciam. 436.
XXIV. Servia. 412.
XXV. Bulgaria. 413.
XXVI. Moeſia. 414
XXVII. Romania. *ibid.*
Tabula celebriorum Fluminum Turciæ ſeptentrionalis. 436.
XXVIII. Fluvius Danubius. 416.
XXIX. Fluvius Hebrus. *ibid.*

CAPUT XXXVIII.

Pars Meridionalis Turciæ Europææ, ſive Græcia.

I. Græciæ limites. Veteris & Novæ conſtitutio. 417.
II. Græciæ diviſio. Macedonia vetus. 418.
Tabula continentis Græciæ. 437.
III. Macedonia nova. 418.
IV. Albania. 420.
V. Epirus vetus. *ibid.*
VI. Epirus nova. 421.
VII. Theſſalia vetus. 422.
VIII. Theſſalia nova. *ibid.*
IX. Achaia vetus. *ibid.*
X. Achaia nova. 423.
XI. Pars Græciæ intra Iſthmum, ſive Peloponneſus. 424.
XII. Clarentia. 425.
XIII. Saccania. *ibid.*
XIV. Tzaconia. 426.
XV. Belvedera. 427.
Tabula celebriorum Fluminum Græciæ continentis. 437.
XVI. Græciæ Flumina, quæ exeunt in mare Ægæum. 428.
XVII. Quæ in mare Ionium. *ibid.*
XVIII. Quæ in mare Adriaticum. 429.
Tabula Inſularum Græciæ. 438.
XIX. Inſulæ maris Ionii. 429.
XX. Inter inſulas maris Ægæi eminet Creta. 430.
XXI. Cretæ diviſio. *ibid.*
XXII. Cyclades, Inſulæ maris Ægæi. 431.
XXIII. Reſiduæ Inſulæ maris Ægæi. 432.
XXIV. Quæ Turca extra Europam poſſidet. Turciæ regimen & Turcarum indoles. 433.
Tabula totius Turciæ Europææ. 434-438.

Digitized by Google

SERIES CAPITUM

SECTIO TERTIA.

DE

Imperiis Asiæ.

CAPUT I.

Asia in genere.

I. Asiæ dignitas & limites. 439.
II. Quantitas & situs. 440.
III. Figura & constitutio. *ibid.*
IV. Varia divisio. *ibid.*

CAPUT II.

Turcia Asiatica. Natolia. Contra hanc sitæ Insulæ.

I. Turciæ Asiaticæ limites & constitutio. 441
Tabula Turcia Asiatica in genere. 498.
II. Turciæ Asiaticæ divisio. Natoliæ nomen & termini. 441.
Tabula Natolia. 499.
III. Pars Natoliæ propriæ ad boream. 442.
IV. Pars Natoliæ propriæ ad austrum, olim Asia minor strictè dicta. 443.
V. Caramania. 447.
VI. Aladulia. 448.
VII. Amasia. 449.
VIII. Natoliæ Montes. *ibid.*
IX. Natoliæ Flumina. 450.
Tabula celebriorum Fluminum Natoliæ. 499.
Tabula Insularum contra Natoliam. 500.
X. Natoliæ Insulæ in mari Ægæo. 451.
XI. Natoliæ Insulæ in mari Interno. 452.

CAPUT III.

Syria Hodierna.

I. Syriæ nomen & termini. 453.
II. Syriæ quantitas & constitutio. *ibid.*
III. Syriæ Præfecturæ. 454.
Tabula Syria. 500.
IV. Syriæ alia divisio. Syria propria. 454.
V. Phœnicia. 455.
VI. Judæa. 456.

CAPUT IV.

Judæa Vetus. Judæa Trans-Jordanica.

I. Veteris Judææ nomina. 457.
II. Varii limites. 458.
III. Longitudo & latitudo. *ibid.*
IV. Constitutio. 459.
V. Divisio. *ibid.*
Tabula Veteris Judæa, divisæ in Tribus. 501.
VI. Judæa Trans-Jordanica. 460.
VII. Tribus Ruben. *ibid.*
VIII. Tribus Gad. 461.
IX. Dimidia tribus Manassis trans Jordanem. 462.

CAPUT V.

Judæa Cis-Jordanica.

I. Judæa Cis-Jordanica. 464.
II. Tribus Nephtalim. *ibid.*
III. Tribus Aser. 466.
IV. Tribus Zabulon. *ibid.*
V. Tribus Isachar. 467.
VI. Dimidia tribus Manassis cis Jordanem. 468.
VII. Tribus Ephraim. 469.
VIII. Tribus Benjamin. 471.
IX. Tribus Juda. 473.
X. Tribus Dan. 475.
XI. Tribus Simeon. 476.

CAPUT VI.

Judæa aliter divisa.

I. Alia Judææ divisio. 477.
Tabula Judæa sub Romanis. 502.

II. Ju-

Digitized by Google

II. Judæa ſtrictè dicta. 477.
III. Samaria. 478.
IV. Galilæa. *ibid.*
V. Decapolis. 479.
VII. Trachonitis. *ibid.*
VII. Peræa. 480.
VIII. Idumæa. 481.

CAPUT VII.

Antiqua Phœnicia & Syria propria. Nobiliores Syriæ Lacus & Flumina.

I. Phœnicia antiqua. 482.
II. Phœnicia Libani. 483.
III. Phœnicia maritima. *ibid.*
IV. Syria propria antiqua. *ibid.*
V. Cœleſyria. 484.
VI. Antiochene. *ibid.*
VII. Comagene. *ibid.*
VIII. Lacus Syriæ. Lacus Samochonites. 485.
IX. Lacus Genneſaritis. *ibid.*
X. Lacus Aſphaltites. *ibid.*
Tabula celebr. Fluminum Syriæ. 503.
XI. Flumina Syriæ exeuntia in mare Mortuum. 486.
XII. Flumina Syriæ exeuntia in mare Mediterraneum. 487.

CAPUT VIII.

Diarbechia & Aſſyria Antiqua.

Tabula Turciæ Aſiaticæ Orientalis. 503.
I. Diarbechia latè ſumpta. 487.
II. Diarbechiæ diviſio. Diarbechia ſtrictè ſumpta. *ibid.*
III. Iraca. 489.
IV. Curdiſtania. *ibid.*
V. Aſſyria. 490.
VI. Meſopotamia. *ibid.*
VII. Babylonia. 491.
VIII. Situs Edenis & Paradiſi. 492.
IX. Aſſyria propria. 493.

CAPUT IX.

Turcomania. Armenia Major. Fl. Euphrates & Tigris.

I. Turcomania. 494.
II. Armenia Major. 495.
Tabula Fluminum Turciæ Aſiaticæ Orientalis. 503.
III. Fluvius Euphrates. 496.
IV. Fluvius Tigris. 497.
VIII. *Tabula totius Turciæ Aſiaticæ.* 498-503.

CAPUT X.

Georgia. Mengrelia. Circaſſia. Comania.

I. Regio Aſiæ inter Pontum Euxinum & mare Caſpium. 503.
Tabula hujus Regionis. 508.
II. Georgia latè accepta. 503.
III. Georgia ſtrictè accepta. 504.
IV. Iberia. *ibid.*
V. Mengrelia. *ibid.*
VI. Colchis. 506.
VII. Circaſſia. *ibid.*
VIII. Comania. *ibid.*
IX. Albania. 507.
X. Sarmatia Aſiatica. *ibid.*
Tabula Regionis Aſiæ inter Pontum & Mare Caſpium. 508.

CAPUT XI.

Tartaria.

I. Tartariæ limites & quantitas. 508.
II. Cœlum & Solum. *ibid.*
III. Diviſio. 509.
Tabula Tartariæ vulgaris. 512.
IV. Tartaria Deſerta. 509.
V. Tartaria Vera. *ibid.*
VI. Usbechia. 510.
VII. Turcheſtania. *ibid.*
VIII. Cathaya. *ibid.*
IX. Tartaria aliter diviſa. 511.
Tabula Tartariæ aliter diviſæ. 513.

Digitized by Google

X. Serica. 511.
XI. Scythia. *ibid.*
XII. Tartariæ Flumina. 512.
Tabula celebriorum Fluminum Tartariæ. 513.
XIII. Tartariæ in hunc diem vulgatæ insufficientia. Laudata & expetita Tabula Nobiliſſ. & Ampliſſ. *Witſen.* *ibid.*
Tabula Tartariæ. 512. 513.

CAPUT XII.

Terra Eſonis &c. Sina.

I. Terra Eſonis incognita, &c. 514.
II. Sinæ limites. *ibid*
III. Sinæ conſtitutio. 515.
IV. Sinæ diviſio. 516.
Tabula Sinæ in genere. 521.
Tabula partis mediterraneæ Sinæ. 522.
V. Pars Sinæ ad fl. Croceum, *Hoang.* 516.
VI. Pars Sinæ ad aut prope fluvium Cæruleum, *Kiang.* 517.
Tabula partis maritimæ Sinæ. 522.
VII. Pars Sinæ ad mare Sinenſe. 518.
VIII. Pars Sinæ ad ſinum Nanchinenſem. 519.
IX. Pendet à Sinis Leaotunia. 520.
X. Item Corea. *ibid.*
XI. Sinæ Flumina. 521.
Tabula celebr. Fluminum Sinæ. 522.
Tabulæ totius Sinæ. 521. 522.

CAPUT XIII.

Inſulæ Oceani Indici contra Sinam.

Tabula Inſularum Oceani Indici, quæ ſitæ ſunt contra Sinam & Indiam in genere. 538.
I. Inſulæ Oceani Indici contra Sinam. 523.
Tabula Inſularum Oceani Indici, quæ Sinæ propinquiores ſunt. 539.
II. Inſularum Iaponenſium conſtitutio. 523.
III. Præcipuæ ſunt tres. *ibid.*
IV. Inſulæ Sinis ſubjectæ. 524.
V. Inſularum Philippinarum conſtitutio. 525.
VI. Inſulæ Philippinæ præcipuæ. 526.
Tabula Inſularum Oceani Indici, quæ à Sinâ valdè remotæ ſunt. 539.
VII. Inſulæ Latronum. 527.
VIII. Inſulæ Moluccæ. 528.
IX. Moluccæ orientaliores. *ibid.*
X. Moluccæ occidentaliores. 529.

CAPUT XIV.

Inſulæ Oceani Indici contra Indiam.

I. Inſulæ contra Indiam. 530.
Tabula Inſularum Oceani Indici, quæ ſitæ ſunt contra Peninſulam Indiæ ultra Gangem. 540.
II. Inſulæ Sundæ. 530.
III. Inſula Borneum. *ibid.*
IV. Inſula Sumatra. 531.
V. Inſulæ Sundæ reſiduæ. 532.
VI. Inſulæ contra Peninſulam Indiæ citra Gangem. 532.
Tabula Inſularum Oceani Indici, quæ ſitæ ſunt contra Peninſulam Indiæ citra Gangem. 540.
VII. Inſulæ Ceylani conſtitutio. 534.
VIII. Ceylanum maritimum. *ibid.*
IX. Ceylani mediterranei conſtitutio ex Knoxii Deſcriptione nuperâ. *ibid.*
X. Ceylani mediterranei Provinciæ & Comitatus. 536.
XI. Ejuſdem Urbes. *ibid.*
XII. Inſulæ contra Ceylanum. *ibid.*
XIII. Inſulæ Maldivæ. 537.
XIV. Earum nomina & ſitus. *ibid.*
Tabula Inſularum Oceani Indici contra Sinam & Indiam. 538-540.

CAPUT XV.

India. Peninſula Indiæ cis Gangem.

I. Indiæ nomen & termini. 541.
II. Varia quantitas & diviſio. *ibid.*

Tabula

Digitized by Google

Tabula Indiæ in genere. 565.
III. Peninſula Indiæ cis Gangem. 541.
IV. Diviſio Peninſulæ Indiæ cis Gangem. 542.
Tabula Peninſulæ Indiæ cis Gangem. 566.
V. Malabaria. 542.
VI. Regnum Decanum. 543.
VII. Regnum Golconda. 544.
IX. Principatus minores. 545.
X. Ora Piſcariæ. 546.
XI. Ora Coromandeliæ. *ibid.*

CAPUT XVI.
India extra Gangem.

I. India extra Gangem. 547.
Tabula Indiæ extra Gangem. 566.
II. Indiæ hujus diviſio. Imperium Siamum. 547.
III. Malacca. *ibid.*
IV. Regnum Siamum. 548.
V. Regnum Martabanum. 549.
VI. Regnum Camboja. *ibid*
VII. Regnum Annamiticum. *ibid.*
VIII. Regnum Cocinchina. *ibid.*
IX. Regnum Tunchinum. 550.
X. Imperium Avanum. *ibid.*
XI. Regnum Peguanum. *ibid.*
XII. Regnum Arracanum. 551.
XIII. Regnum Avanum. *ibid.*
XIV. Indiæ extra Gangem Flumina. *ibid.*
Tabula celebriorum Fluminum Indiæ extra Gangem. 566.
XV. Variæ ſententiæ de Ophirâ Salomonis. 552.
XVI. Variæ ſententiæ de Tarſi Salomonis. 553.

CAPUT XVII.
Imperium Magni Mogolis.

I. Imperii Magni Mogolis nomen & limites. *ibid.*
II. Conſtitutio. 554.
III. Diviſio ejuſdem varia. *ibid.*
Tabula Imperii Magni Mogolis. 567.
IV. Pars Imperii Mogolis ad ortum. 555.
V. Pars Imperii ad ſinum Bengalenſem. *ibid.*
VI. Pars Imperii ad Peninſulam Indiæ cis Gangem. 558.
VII. Pars media Imperii. 559.
VIII. Pars Imperii ad boream. 561.
IX. Pars Imperii ad occaſum. 562.
Tabula celebriorum Fluminum Imperii Mogolis. 568.
X. Flumina, quæ exeunt in ſinum Bengalenſem. 563.
XI. Flumina, quæ exeunt in ſinum Indicum. 564.
XII. *Indiæ Tabulæ.* 564-568.

CAPUT XVIII.
Perſia Nova & Vetus.

I. Perſiæ limites & quantitas. 568.
II. Conſtitutio. 569.
III. Diviſio. 570.
Tabula Perſiæ. 579.
IV. Provincia Sinda. 570.
V. Provincia Macrana. 571.
VI. Provincia Sigeſtania. *ibid.*
VII. Provincia Sableſtania. *ibid.*
VIII. Provincia Coraſſania. 572.
IX. Provincia Eſtarabada. *ibid.*
X. Provincia Mazanderana. *ibid.*
XI. Provincia Chirvana. 573.
XII. Provincia Edzerbayana. *ibid.*
XIII. Provincia Hierak-Agemi. 574.
XIV. Provincia Cuſiſtania. *ibid.*
XV. Provincia Farſiſtania. 575.
XVI. Provincia Cermania. 576.
XVII. Limites veteris Regni Perſarum. *ibid.*
XVIII. Provinciæ Perſiæ Veteris. *ibid.*
XIX. Ubi olim fuerint, & pars x Tribuum Iſraelis. 577.
Tabula Perſiæ. 579.

CAPUT XIX.
Arabia Nova & Vetus.

I. Arabiæ ſitus & quantitas. 580.
II. Conſtitutio. *ibid.*
Tabula Arabiæ. 588.
III. Diviſio Arabiæ. Arabia Felix. 581.
IV. Hujus diviſio. *ibid.*
V. Omana. *ibid.*

Digitized by Google

SERIES CAPITUM

VI. Segeta. 582.
VII. Hadramuta. 582
VIII. Tehama. ibid.
IX. Hagiaza. ibid.
X. Iamama. 584.
XI. Bahraima. ibid.
XII. In Arabiâ Felice fuerunt olim Chus & Havila, Sabæi, Ophira, Saraceni. ibid.
XIII. Arabia Deserta. 585.
XIV. Ubi Terra Utz, Jobi sedes, Madianitæ, Medanæi, Dedanæi? Magi unde? 586.
XV. Arabia Petræa. ibid.
XVI. Ismaelitarum sedes, Israelitarum appulsus & mansiones, Asiongaber ubi? 587.
Tabula Arabiæ. 588.

SECTIO QUARTA.

DE

Imperiis Africę.

CAPUT I.

Africa in genere.

I. Africæ limites. 589.
II. Varia quantitas, situs, figura. ibid.
III. Africæ constitutio. 590.
IV. Divisio. ibid.

CAPUT II.

Ægyptus Nova & Vetus.

I. Ægypti nomen, limites, figura. 591.
II. Constitutio. ibid.
III. Ægyptiorum indoles. 592.
IV. Ægypti regimen & divisio. ibid.
Tabula Ægypti. 597.
V. Ægyptus inferior. 593.
VI. Ægyptus media. 594.
VII. Ægyptus superior. 595.
VIII. Ora maris Rubri. ibid.
IX. Antiqua Ægypti divisio. 596.
X. Ægyptus inferior. Terra Gosen ubi? ibid.
XI. Ægyptus media. ibid.
XII. Ægyptus superior. 597.
XIII. Ægypti Nomi. ibid.
Tabula Ægypti. ibid.

CAPUT III.

Æthiopia in genere. Nubia. Abissinia.

I. Æthiopiæ limites & quantitas. 598.
Tabula Æthiopiæ in genere. 629.
II. Æthiopia superior. 598.
III. Nubia. ibid.
Tabula Nubiæ. 630.
IV. Urbes Nubiæ. 599.
V. Abissiniæ varia nomina. ibid.
VI. Limites, Cœlum, & Solum. 600.
VII. Abissinorum constitutio. 601.
Tabula Abissiniæ. 630.
VIII. Abissiniæ divisio. Ejus pars occidua. 602.
IX. Pars media Abissiniæ. 603.
X. Pars ortiva Abissiniæ. ibid.
XI. Abissinia juxta quosdam recentiores. 604.
XII. Lacus Abissiniæ vulgò adscripti. 605.
XIII. Lacus Dambeæ Recentiorum. ibid.

CAPUT IV.

Zanguebaria.

I. Zanguebariæ termini & divisio. 606.
Tabula Zanguebariæ. 631.
II. Ora Abexia. 606.
III. Ejus divisio. ibid.
IV. Ora Ajana. 607.
V. Regnum Adela. ibid.
VI. Regnum Adea. 608.
VII. Zanguebaria. ibid.
VIII. Regna Zanguebariæ. 609.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT V.

Insulæ contra Zanguebariam.

Tabula Insularum contra Zanguebariam ſtrictè ſumptam. 631.
I. Inſulæ minores contra Zanguebariam. 610.
II. Madagaſcariæ nomen, ſitus, magnitudo. *ibid.*
III. Ejus Cœlum & Solum. 611.
IV. Diviſio. *ibid.*
V. Sinus & Portus. 612.
VI. Inſulæ contra Madagaſcariam. *ibid.*
VII. Syrtes Judaicæ. *ibid.*

CAPUT VI.

Imperium Monoemugi & Monomotapæ. Caffaria.

I. Æthiopia inferior. 613.
II. Ejus diviſio. *ibid.*
III. Imperium Monœmugi. *ibid.*
IV. Ejus conſtitutio. *ibid.*
V. Diviſio. 614.
Tabula Imperii Monoemugi. 632.
VI. Imperium Monomotapæ. 614.
VII. Ejus conſtitutio. *ibid.*
Tabula Imperii Monomotapæ. 632.
VIII. Regnum Butuæ. 615.
IX. Regnum Monomotapæ. *ibid.*
X. Caffaria. *ibid.*
XI. Ejus conſtitutio. 616.
Tabula Caffariæ. 632.
XII. Diviſio. Pars orientalis Caffariæ. 617.
XIII. Pars meridionalis Caffariæ. *ibid.*
XIV. Pars occidentalis Caffariæ. 618.
XV. Duæ Inſulæ Sanctæ Helenæ. 619.

CAPUT VII.

Regnum Congum & Biafara. Inſulæ contra Biafaram.

I. Regnum Congum. *ibid.*
II. Regni Congi conſtitutio. 620.
III. Ejus diviſio. *ibid.*
Tabula Regni Congi. 632.
IV. Regnum Angolæ. 620.
V. Populi regni Congi. 620.
VI. Regnum Congum. 621.
VII. Regnum Loangum. 622.
VIII. Regnum Biafara. *ibid.*
IX. Biafaræ regna. 623.
Tabula Regni Biafara. 633.
X. Inſulæ contra Biafaram. 623.
Tabula Inſularum contra Biafaram. 633.

CAPUT VIII.

Æthiopia Antiqua. Celebriora Æthiopiæ Flumina.

I. Æthiopia ſub Ægypto. 624.
II. Æthiopia interior. *ibid.*
Tabula celebriorum Æthiopiæ Fluminum. 633.
III. Fluvius Nilus. 625.
IV. Sententia recentiorum de Nilo. *ibid.*
V. Nili Oſtia. 626.
VI. Nili intumeſcentia, & ex eâ fœcunditas. 627.
VII. Fluvius Zambera. *ibid.*
VIII. Flumina Maris Congienſis. 628.
Totius Æthiopiæ Tabula. 629-633.

CAPUT IX.

Guinea.

I. Guineæ limites & ſitus. 633.
II. Conſtitutio. 634.
Tabula Guineæ. 637.
III. Guineæ diviſio. Regnum Beninum. 634.
IV. Guinea Propria. 635.
V. Maleguetta. 637.
Tabula Guineæ. ibid.

CAPUT X.

Nigritia.

I. Nigritiæ nomen, limites, ſitus. 638.
II. Conſtitutio. *ibid.*
III. Diviſio. *ibid.*
Tabula Nigritiæ 643.
IV. Pars Nigritiæ cis fl. Nigrum. 639.
V. Pars Nigritiæ trans fl. Nigrum. 640.
VI. Pars Nigritæ inter fl. Nigri alveos. 641.

Digitized by Google

VII. Fluvius Niger. 642.
VIII. Nigri ſtata inundatio. *ibid.*
Tabula Nigritiæ. 643

CAPUT XI.
Inſulæ Capitis Viridis.

I. Hodierna nomina Inſularum Capitis Viridis. 644
II. Antiqua nomina. *ibid.*
III. Conſtitutio. *ibid.*
IV. Numerus & nomina. 645
Tabula Inſularum Capitis Viridis. 646
V. Inſulæ auſtraliores. 645
VI. Inſulæ borealiores. *ibid.*
Tabula Inſularum Capitis Viridis. 646

CAPUT. XII.
Sarra.

I. Sarræ nomen & ſitus. 646.
II. Cœli & Soli conſtitutio. 647
III. Diviſio. *ibid.*
Tabula Sarræ. 649
IV. Deſertum Zanhaga. 647
V. Deſertum Zuenziga. *ibid.*
VI. Deſertum Targa. 648
VII. Deſerta Lemta. *ibid.*
VIII. Deſertum & regnum Berdoa. *ibid.*
IX. Deſertum & regnum Bornum. *ibid.*
X. Deſertum & regnum Gaoga. 649
Tabula Sarræ. *ibid.*

CAPUT XIII.
Biledulgeridia.

I. Biledulgeridiæ nomen & ſitus. 650
II. Cœli & ſoli conſtitutio. *ibid.*
III. Diviſio. *ibid.*
Tabula Biledulgeridiæ. 654
IV. Deſertum Barca. 651
V. Provincia Biledulgeridia. *ibid.*
VI. Provincia Zeba. *ibid.*
VII. Provincia Tegorarinum. 652
VIII. Provincia Segelomeſſa. *ibid.*
IX. Provincia Tafileta. *ibid.*
X. Provincia Darha. 653
XI. Provincia Teſſeta. *ibid.*
Tabula Biledulgeridiæ. 654

CAPUT XIV.
Inſulæ Canariæ.

I. Inſularum Canariarum nomen. 655
II. Conſtitutio. *ibid.*
III. Numerus & nomina majorum Canariarum. 656.
Tabula Inſularum Canariarum. 658
IV. Inſula Ferri. 656.
V. Inſula Palma. *ibid.*
VI. Inſula Gomera. *ibid.*
VII. Inſula Tenerifa. 657.
VIII. Inſula Canaria. *ibid.*
IX. Inſula Forteventura. *ibid.*
X. Inſula Lancerota. *ibid.*
XI. Inſulæ Canariæ minores. 658.
Tabula Inſularum Canariarum. ibid.

CAPUT XV.
Inſula Madera &c. Inſulæ Aſores.

Tabula Inſularum, quæ ſunt ad boream Inſularum Canariarum. 661
I. Inſulæ Canariis viciniores. 658
II. Inſulæ Aſores, remotiores à Canariis. 659
III. Inſularum Aſorum conſtitutio. 660
IV. Sunt novem numero. *ibid.*
Tabula Inſularum ad boream Canariarum. 661

CAPUT XVI.
Barbaria. Regnum Marocanum.

I. Barbariæ limites. 661.
II. Conſtitutio. 662
III. Diviſio. *ibid.*
Tabula Barbariæ in genere. 678
IV. Regnum Marocanum. 662
Tabula regni Marocani. 678
V. Ejus Provinciæ. Prov. Suſa. 663
VI. Provincia Hea. *ibid.*
VII. Pro-

Digitized by Google

VII. Provincia Duccala. *ibid.*
VIII. Provincia Guzula. 664
IX. Provincia Marochia. *ibid.*
X. Provincia Haſcora. 665
XI. Provincia Tedleſa. *ibid.*

CAPUT XVII.

Regnum Feſſanum.

I. Regnum Feſſanum. *ibid.*
II. Ejus Provinciæ. 666
Tabula regni Feſſani. 679
III. Provincia Temeſna. 666
IV. Provincia Feſſa. *ibid*
V. Provincia Aſgara. 667
VI Provincia Habata. *ibid.*
VII. Provincia Errifis. 668
VIII. Provincia Chauſa. *ibid.*
IX. Provincia Gareta. 669

CAPUT XVIII.

Regnum Algerianum.

I. Regnum Algerianum. *ibid.*
II. Ejus conſtitutio. *ibid.*
Tabula Regni Algeriani. 679
III. Provinciæ Regni Algeriani. Provincia Telenſinum. 670
IV. Provincia Teneza. *ibid.*
V. Provincia Gezaira. *ibid.*
VI. Provincia Bugia. 671
VII. Provincia Conſtantina. 672

CAPUT XIX.

Regnum Tunetanum & Tripolitanum.

I. Regnum Tunetanum. 673
II. Ejus conſtitutio. *ibid.*
Tabula Regni Tunetani. 679
III. Urbes R. Tunetani à mari remotæ. 673
IV. Urbes mari vicinæ. *ibid.*
V. Inſulæ contra R. Tunetanum. 674
VI. Regnum Tripolitanum. 675
VII. Ejus conſtitutio. *ibid.*
Tabula Regni Tripolitani. 680
VIII. Urbes R. Tripolitani cis fl. Tripolim. 676
IX. Urbes ejus trans Tripolim. *ibid.*

CAPUT XX.

Regnum Barca.

I. Regnum Barca. 677
II. Ejus conſtitutio. *ibid.*
Tabula Regni Barcæ. 680
III. Pars Barcæ occidentalis cis flumen Nachelum. *ibid.*
IV. Pars Barcæ orientalis trans flumen Nachelum. 678
Tabulæ totius Barbariæ. 678-680

CAPUT XXI.

Libya Antiqua. Atlas major, & minor.

I. Libya antiqua. 680
II. Libyæ diviſio. Libya Ulterior. 681
III. Libya Citerior. Ejus diviſio. *ibid.*
IV. Libya propria. *ibid.*
V. Africa propria. 682
VI. Mauritania. *ibid.*
VII. Atlas major. 683
VIII. Atlas minor. 684

SECTIO QUINTA
DE
Duplice Americâ.

CAPUT I.

America in genere.

I. America detecta partim, & denominata ab Ameriço. 685
II. Prius detecta à Columbo tribus itineribus. *ibid.*
III. An Columbum Americam docuerit Navarchus. 686.
IV. Angli Madoco inventionem Americæ attri-

Digitized by Google

attribuunt. *ibid.*
V. Alia Americæ nomina. 687
VI. Ejus limites, quantitas, figura, cœlum. *ibid.*
VII. Americæ vetus & nova conſtitutio. *ibid.*
VIII. Quando, unde, & qui Americæ Incolæ advenerint, multiplex ſententia. 689
IX. Sententia probabilior. *ibid.*
X. Teſtimonia pro Americâ antiquitùs notâ. 690
XI. Motæ contra ea difficultates & ſolutæ. 691
XII. An America ſit Ophira Salomonis? *ibid.*

CAPUT II.

America Septentrionalis. Terræ Arcticæ.

I. Americæ diviſio. Americæ Septentrionalis ſitus. 692
II. Varia ejuſdem diviſio. *ibid.*
Tabula Americæ Septentrionalis in genere. 722
III. Terræ Arcticæ ignotæ ferè. 692
Tabula Terrarum Arcticarum. 723
IV. Terrarum Arct. diviſio. Nova Dania. 693
V. Nova Wallia. *ibid.*
VI. Inſula Jacobæa. Inſulæ Cumbriæ. *ibid.*
VII. Inſula bonæ Fortunæ. 694
VIII. Inſula Mansfeldia. *ibid.*
IX. Terra Laboratoris. *ibid.*

CAPUT III.

Canada. Inſulæ contra eam ſitæ.

I. Canada. *ibid.*
II. Canadæ conſtitutio. 695
Tabula Canadæ. 724
III. Canadæ diviſio. Pars cis flumen Canadam. 695.
IV. Provincia Saguenaia. *ibid.*
V. Varii Populi. 696
VI. Loviſania à Gallis nuper detecta. *ibid.*
VII. Pars Canadæ trans fl. Canadam. 697
VIII. Virginia. *ibid.*
IX. Nova Provincia Eboracenſis. 698
X. Nova Anglia. 699
XI. Irocoiſia. *ibid.*
XII. Tractus Etecheminiorum. *ibid.*
XIII. Acadia. 700
XIV. Canada. *ibid.*
XV. Clariores Lacus Canadæ ſunt V. *ibid.*
XVI. Flumen Canada. 701
Tabula fl. Canadæ. 724
XVII. Inſulæ in ſinu S. Laurentii. 702
XVIII. Inſulæ auſtraliores. *ibid.*

CAPUT IV.

Florida.

I. Floridæ nomen. 703
II. Limites & ſitus. *ibid.*
III. Floridæ conſtitutio. 704
IV. Ejuſdem Imperium. *ibid.*
Tabula Floridæ. 724
V. Urbes Floridæ ad ortum. 704
VI. Urbes Floridæ ad occaſum. 705

CAPUT V.

Novum Regnum Mexicanum. Inſulæ contra hoc Regnum ſitæ.

I. N. R. Mexicani limites & ſitus. *ibid.*
II. Conſtitutio. *ibid.*
III. N. R. Mexicani diviſio. 706
Tabula N. Regni Mexicani. 725
IV. Populi Apachi. 706
V. Loca viciniora fl. Boreali. *ibid.*
VI. Loca remotiora à fl. Boreali. 707
VII. Inſulæ contra N. R. Mexicanum. *ibid.*

CAPUT VI.

Nova Hiſpania.

I. Novæ Hiſpaniæ limites & ſitus. 708
II. Conſtitutio. *ibid.*
III. Diviſio. *ibid.*
Tabula Novæ Hiſpaniæ. 725
IV. Audientia Guadalaxaræ. 708
V. Provinciæ Guadalaxaræ. Provincia Cinaloa. 709
VI. Provincia Culiacana. *ibid.*
VII. Provincia Chametlana. *ibid.*
VIII. Provincia Xaliſca. *ibid.*
IX. Provincia Guadalaxara. *ibid.*
X. Provincia Zacatecarum. 710

Digitized by Google

XI. Nova Biſcaia. *ibid.*
XII. Audientia Mexicana. *ibid.*
XIII. Provinciæ hujus Audientiæ. Provincia Mechoacana. *ibid.*
XIV. Provincia Mexicana. 711
XV. Provincia Panuca. 712
XVI. Provincia Tlaſcala. *ibid.*
XVII. Provincia Guaxaca. *ibid.*
XVIII. Provincia Tabaſca. 713
XIX. Provincia Jucatania. *ibid.*
XX. Audientia Guatimalæ. *ibid.*
XXI. Provinciæ Guatimalæ. Provincia Chiapa. *ibid.*
XXII. Provincia Soconuſca. 714
XXIII. Provincia Guatimala. *ibid.*
XXIV. Provincia Vera Crux. 715
XXV. Provincia Hondura. *ibid.*
XXVI. Provincia Nicaragua. *ibid.*
XXVII. Provincia Ora Dives. 716
XXVIII. Provincia Veragua. *ibid.*

CAPUT VII.

Inſulæ Antillæ.

I. Inſularum Antillarum nomen. *ibid.*
Tabula I. Antillarum. 726
II. Inſularum Antillarum diviſio, I. Lucaiarum conſtitutio. 717
III. Inſulæ Lucaiæ clariores. *ibid.*
IV. Inſulæ Antillæ magnæ. Inſ. Cuba. 718
V. Inſula Jamaica. *ibid.*
VI. Inſula Hiſpaniola. 719
VII. Inſula Portûs divitis. 720
VIII. I. Caribarum nomen & conſtitutio. *ibid.*
IX. Inſulæ Caribæ clariores. *ibid.*
X. Inſulæ infra Ventum. 721
Tabulæ totius Americæ Septentrionalis. 722-726.

CAPUT VIII.

America Meridionalis. Terra Firma.

I. America Meridionalis. 727
II. Ejus diviſio. *ibid.*
Tabula Americæ Meridionalis in genere. 756
III. Terra Firma. 727
IV. Terræ Firmæ diviſio. 728
Tabula Terræ Firmæ. 757
V. Terra Firma ſtrictè ſumpta. 728
VI. Gubernium novæ Carthaginis. 729
VII. Gubernium S. Marthæ. *ibid.*
VIII. Gubernium Fluvii Facis. *ibid.*
IX. Venetiola. 730
X. Nova Vandalitia. *ibid.*
XI. Caribana. 731
XII. Pars borealis Popaianæ. *ibid.*
XIII. Novum Regnum Granatenſe. 732
XIV. Paria. *ibid.*
XV. Guiana. 733

CAPUT IX.

Braſilia.

I. Braſilia. *ibid.*
II. Braſiliæ ſitus & cœli conſtitutio. 734
III. Soli conſtitutio. *ibid.*
IV. Incolarum genius. *ibid.*
V. Oræ Braſilianæ diviſio. 935
Tabula Oræ Braſilianæ. 758
VI. Capitaniæ ad Oram boream. 735.
VII. Capitaniæ ad Oram orientalem. 736
VIII. Capitania ad Oram auſtrinam. 737
IX. Braſilia interior incognita. *ibid.*

CAPUT X.

Paraguaia.

I. Paraguaiæ limites. 738
II. Situs & conſtitutio. *ibid.*
III. Diviſio. *ibid.*
Tabula Paraguaiæ. 759
IV. Provincia Guaira. 738
V. Provincia Paraguaia. 739
VI. Provincia Parana. *ibid.*
VII. Provincia Uraguaia. *ibid.*
VIII. Provincia fl. Argentei. 740
IX. Provincia Tucumania. *ibid.*
X. Provincia Chaca. 741

CAPUT XI.

Regio circa Fluvium Amazonum.

I. Regionis circa fluvium Amazonum limites & ſitus. *ibid.*

Digitized by Google

Series Capitum et Lemmatum.

II. Conſtitutio. *ibid.*
Tabula Regionis circa fl. Amazonum. 759
III. Diviſio. Pars cis fl. Amazonum. 741
IV. Pars trans fl. Amazonum. 742

Caput XII.
Peruvia.

I. Peruviæ nomen. *ibid.*
II. Limites & ſitus. *ibid.*
III. Peruviæ conſtitutio. 743
IV. Peruvianorum habitus, mores, regimen. 744
V. Peruviæ diviſio. 745
Tabula Peruviæ. 760
VI. Præfectura Quitenſis. 745
VII. Præfectura Regum. 746
VIII. Præfectura Charcarum. 747

Caput XIII.
Cile.

I. Ciles limites & ſitus. 748
II. Conſtitutio. *ibid.*
III. Incolæ. Regimen. *ibid.*
IV. Diviſio. 749
Tabula Ciles. 760
V. Præfectura Cilenſis. 749
VI. Præfectura Chucuitana. *ibid.*
VII. Præfectura Imperialis. *ibid.*

Caput XIV.
Terra Magellanica.

I. Terra Magellanica quando & à quibus detecta. 751
II. Latè aut ſtrictè ſumitur. *ibid.*
Tabula Terræ Magellanicæ latè ſumptæ. 761
III. Strictè ſumptæ ſitus & conſtitutio. 751
IV. Pulches & Patagones, Populi Terræ Magellanicæ ſtrictè ſumptæ. *ibid.*
V. Clariora loca ejuſdem T. Magellanicæ. 752
VI. Inſulæ Magellanicæ. *ibid.*

Caput XV.
Celeberrimi Montes & Flumina Meridionalis Americæ.

I. Montes Andes. 753
Tabula Fluminum celebriorum Meridionalis Americæ. 761
II. Fluvius Orenocus. 753
III. Fluvius Amazonum. 754
IV. Fluvius Paraguaius. *ibid.*
Tabulæ Meridionalis Americæ. 756-761.

Caput XVI.
Terra Auſtralis incognita. Inſulæ maris Pacifici intra Tropicos.

I. De Terrâ Auſtrali quorundam ſententia. 762
II. Sententia aliorum. *ibid.*
Tabula Terræ Auſtralis. 763
III. Pars Terræ Auſtralis ad auſtrum. 762
IV. Pars ejuſdem ad boream. *ibid.*
V. Inſulæ maris Pacifici intra Tropicos. 764

Sequentia ſic corrigantur.

Pag. 16. lin. 21. *lege* rem concipias. p. 160. l. 13. *lege* latitudinem. p. 209. l. 14. *lege* Jacobum II. nuperiùs. p. 245. & 247. l. 1. *lege* Anglia. p. 262. l. 17. *lege* Mauſoleum. p. 263. l. 20. *lege* Purmera, Beemſtera, omnium facile princeps. p. 264. l. 5. *lege Scagen.* p. 321. l. 13. *lege* nobiliſſimum. p. 434. l. 3. *lege* ſiniſtram ad. p. 505. l. 1. *lege* Georgia. p. 507. l. 1. *lege* Circaſſia. Comania. p. 509. & 511. l. 1. *lege* Tartaria. p. 725. l. 9. *lege Cuſiacana.* p. 727. l. 25. *lege* Amazonum. Si genus alia Lector ſi inveniat, quâ eſt æquitate, emendabit.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google